profugus a facie dñi:ſicut Cayn Gen. iiij. qui nō de voluntate dñi imperauit,ſed contra eū, ⁊ turrim edificauit,quam ⁊ dominus deteſtatus eſt.Gen.xj. trāſgreſſor enim legis nature,faciens alijs opprimēdo, ⁊ occidendo quod nollet ſibi fieri.di.j.humanum genus.⁊ apoſtata.i.retro ſtans ab eo,quod facere debebat fratribus ſuis,apoſtatans ab innocentia eccleſie primitiue incipientis in adam : ⁊ eua , ⁊ innocentia formatorum.adde hic quod no.j.lxiij.c.ver.regnum vero. ⁊.xlj.c. poſt diluuium. Poſt nemroth reges venientes reges gentium,⁊ reges chananeorum : ⁊ alij,preter reges deſcendentes ab abraam:de quibꝰ Gen.x.⁊ de abimelech rege gerare.de quo Gene. xx. vſurpatores fuerunt, ⁊ inuaſores regnorum . quod apparet:qꝛ terre eorum: ⁊ regna a dño dant abraā, ⁊ ſemini eius,ſicut iuſto,⁊ ſancto eius.i.iudeis.Gen. xiij.ibi:Omnem terram,quam conſpicis.⁊ Gen.xij. ibi:Semini tuo dabo terram hanc.⁊ Geneſ. xv. ibi: Ego dñs:qui eduxi te de vr chaldeorum:vt darem tibi terram iſtam.⁊ poſſideres eam. Promiſſio autē dñi adimpleta fuit.Exo. xiiij. ⁊.xv. poſtq̄ conſummata fuerunt peccata amorreorum: ⁊ aliarum gentium:ſicut promiſerat dominus: ⁊ predixerat Gen. xv.ibi: Necdum enim cōplete ſunt iniquitates amorreorum vſq̄ ad preſens tempus:vt hec etiam transferuntur:⁊ probantur xxiij.q.v.§. hinc notandū eſt: ver.per ſcientes ⁊ ver.quum ergo. Quum ergo diuino iuſſu ad puniendū peccata populi excitantur:ſicut populus ille iudaicus excitatus eſt ad occupandam terram promiſſionis (Joſue.v. ⁊.vj. ⁊ deinde quaſi per totum.⁊ Deut.vj.⁊ ſeq.⁊ Exo.xiij.c.)⁊ ad delendas gentes peccatrices: ſine culpa noxius ſanguis effunditur: ⁊ que ab eis male poſſident in ius ⁊ dñium rite tranſeunt bonorum.Hac etiam rōne ⁊ typo iudei ſpoliauerunt egyptios malos poſſeſſores. Exo.xij.ibi:Et petierunt ab egyptijs vaſa argentea: ⁊ aurea : veſtemq̄ plurimam: dedit autem dñs gratiam populo coram egyptijs:vt commodarēt eis : ⁊ ſpoliarent egyptios. Et notandum ꝙ dicit gratiam populo:qꝛ gratia dei agitur in anima: vt male poſſeſſa reddat:⁊ peccatum ei dimittatur.xiiij.q6.vj.ſi res aliena.Hiſtoria etiā ponitur.xiiij.q.v.dixit dñs.vbi Aug.ait: Nec iſraelite furtum fecerunt:ſed deo iubēte miniſterium prebuerunt . ad idem extra de diuor. gaudemus.§.nec illi. Regna etiam predicta vſurpata ſunt cōtra que dauid imprecatur.ps.lxxviij. Effunde iram tuam in gentes:que te non nouerunt.ſ.quia ſcire noluerunt:⁊ ideo excuſati non ſunt ps.xxxv.noluit intelligere:vt bene ageret.xxxvij.di.§.vt itaq̄. ⁊ c.non omnis.⁊ in regna.i.reges: que nomen tuū nō inuocauerunt. Ceterum iuſti in iſrael reges a dño cōſtituti ab abraam proceſſerunt:ſicut promiſerat ei dominus.Gen.xvij.ibi:Regeſq̄ ex te egredientur:⁊ infra.Reges populorum orientur ex eo.Abraam enim filius thare de ſemine ſem pudorati : ⁊ patrem Noe reuerentis:perfectiſſimus coram dño:de familia heber deſcendens.Geneſ.xj.caput iudeorum fuit.vnde ſm Aug.Hebrei habraei dicuntur:licet ſm Joſephū dicti ſunt ab heber.vt no.xxxv.q.j.§.hac itaq̄.in gl. a quo.ibi:Nā ceteris omnibus idololatria fedatis: ſola familia heber in cultu vnius dei remanſit.vnde abraam a chaldeis cum fratre ſuo aram in ignē:quē adorare noluit:proiectus eſt:vt numē ſue diuinitatis exurendo ſentiret: quam venerando colere contempſit.glo. ſed non dubitauit ꝙ non eſſet deus: de igne exiuit illeſus:aram:quia dubitauit:exuſtus eſt.vt hec leguntur.⁊ no.pre.§.hac itaq̄.xxxv.q.j. iuſtum ergo fuit vt ab iſta ſancta familia abrae:a qua deſcendunt iudei.vnde dicitur Jo.viij. Pater veſter abraā:⁊c. ⁊ ibi:Semē abrae ſumus.⁊ ibi:Scio quia filij abrae eſtis.⁊ ibi: Pater veſter abraam eſt.reges iuſti deſcēderent qui veri dei cultus:⁊ iuſtitie:⁊ virtutum amatores regnarent ſuper populum dñi peculiarē:⁊ cultorem dei:⁊ ſynagogam illam.i.congregationem iudeorum in iuſtitia regerent:⁊ ab idololatria cohiberent.Hiere.vij.xxiij.q.v.principes.⁊.c.regum. Quorum primus ſaul a dño electus eſt:⁊ per ſuam inobedientiam : ⁊ ſuperbiam poſtmodum reprobatus. j. Reg.x.⁊.xiij.viij.q.j.audacter.lxxxj.di.ſi qui.quē tñ ſamuel ex precepto vnxit in regem iſrael. vt.j. Reg. x.ſed ante ſaul ſamuel propheta miniſter dñi populū regebat.j.Reg.vij.Judicauitq̄ ſamuel filios iſrael ī maſphat:⁊ in ſi.c.ibi,Judicauit quoq̄ ſamuel iſrael cūctis diebꝰ vite ſue ⁊ ibi:edificauit ēt ibi altare dño. vbi clare apparet ꝙ fuit miniſter dñi in templo: ⁊ loco ſacerdotis ps.xcviij. Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibus eius:⁊ ſamuel inter eos: qui inuocant nomen eius.⁊ fuit iudex temporalis.⁊ rector populi iſrael. Poſt ſaul autem ſemper vſq̄ ad chriſtum ſacerdotem:⁊ regem verum: reges in iſrael fuerūt vncti a ſacerdotibus:⁊ ſic cucurrit ſancta eccl'ia antiqua a principio mundi:vt probaui:conſtituta vſq̄ ad chriſtū: qui eccleſiam nouam primitiuam conſtituit in illo:⁊ de illo populo iudeorum:vnde carnem aſſumpſerat. vnde de plebe iudaica primū apoſtolos elegit:quos quaſi fundamentum inſtituit.xxxj.q.j.§.hac itaque. ⁊.deus enim.⁊ deinde illa iudeorū ſynagoga in ſua perfidia derelicta eccleſiam nouam fundatam iā in apoſtolis in gentibus conſtituit:ſicut per prophetā Oſee dixerat:Oſee.ij.ſm ſenſum non literā. In peccatis veſtris dimiſi matrem veſtram : ⁊ iterum per eundem prophetam Oſee. Et vocate plebem meā non plebem meam.ad Rom.ix.vt hec etiam trāſferuntur predi.§.hac itaq̄ . Igitur manifeſte apparet per deductiones ſupiores origines: ⁊ rationes:⁊ figuras primo fuiſſe eccleſia : quā aliquod iuſtum vel iniuſtum imperium temporale:quia imperij conſtitutio ſuper homines:⁊ de hominibus eſt congregata:quam congregationem neceſſe eſt primo preſupponere q̄ ſit regnum:vel imperium: quod de illa cōgregatione conſtituit:ꝙ ſi illa cōgregatio ſancta eſt : vocatur eccleſia ſanctorum.ps.cxlix. In eccleſia ſanctorū.ſi vero maligna:vocatur eccleſia malignantiū. ps.xxv.Odiui eccleſiam malignantium:vt ſufficienter ⁊ ſuperius eſt probatum.Stolidum ergo: nedū falſum eſt dicere fuiſſe imperium ante eccleſiam:quū eccleſia ſemper fuerit poſt creationē ade : ⁊ ſemp erit quū complebit illud Jo.x.Et fiet vnū ouile:⁊ vnus paſtor.ex̄ de bap.licet.qd in hac vita complebit:quū in fine mundi ⁊ oēs nationes:⁊ reliquie iſrael vnum deum adorabunt:⁊ filiū eius dñm Jeſum Chriſtū. Complebit etiā qd dicit dñs per apl'm ad Rom.xj. Quum intrauerit plenitudo gentiū:tunc reliquie iſrael ſalue fient.Eſa.x.adde ad iſtū.c.qd ſcripſi.ī.xlj. c.ver.ꝙ ſecundo opponitur.⁊ infra.lxiiij.c.

Eccleſiā fuiſſe ante q̄dcunq̄ tp̄ale regnū iſtū.

Hebrei quaſi habraei.

Hic continetur diffuſe probatū quō eccleſia non ſit ab imperio:ſed imperium ab eccleſia: vbi etiā continetur quō regalis poteſtas ſit per ſacerdotalem ordinata . Et quō ſacerdotalis ſit prior . Et quō eccleſia habet vtrunq̄ gladium. Cap. 37.

Quod autem eccleſia non ſit ab imperio: ſed im-

perium ab ecclesia: qui est alius capitulus a precedētibus. apparet per rationem proxime positam: q: de congregatione fidelium: que est ecclesia: vt. s. probatum est: procedit imperium, si iustum est: vel de ecclesia malignantium: si iniustum est: sicut species de genere: vt ecclesia sit genus: imperium: vel regnum species: predicata de genere: vt ecclesia contineat imperium sicut genus speciem. sicut hoc nomen animal continet multa: que differunt numero: vt petrum: & Joannem. & specie vt hominem: & capram: vel bouē. sicut hoc genus furtum: que est contrectatio rei aliene. de pe. di. j. vulgaris. continet & rapinam: que est ei⁹ species. xiiij. q. v. penale. & nomen pecus continet omne animal: quod ruminat iuxta illud: Ruminat omne pecus. ad hoc. xv. q. j. mulier. Quod autem regalis potestas sit per sacerdotalem ordinata: & quod prior sit sacerdotalis: probat Hugo de sacra. lib. ij. parte. ij. c. iiij. dicens: Potestas spiritualis: quantum ad diuinam institutionem spectat: & prior est tempore: & maior dignitate: vt in illo priori populo manifeste declaratur: vbi primo a deo institutum est sacerdotium postea vero a deo iubente per sacerdotium regalis potestas est ordinata. & hec authoritas probat istum: & c. precedentem: quem late probaui. Item gl. Dan. v. apud iudeos reges vnctio facit. extra de sacra vnc. c. j. apud gentiles. iiij. insignia: scilicet purpura: fibula: annulus: diadema. Quod autem imperium sit ab ecclesia clarum est: q: sicut. s. xiij. c. longe disserui: ecclesia vtrunq; habet gladium: & exercitium: & executionem gladij temporalis ab ecclesia imperator recipit. vnde Bern. ad Euge. lib. iiij. Quid tu denuo vsurpare gladium tentes: quem semel iussus es reponere in vaginam? Quem esse: qui tuum negat: non satis videtur mihi attendere verbū dn̄i dicentis sic Mat. xxvj. Conuerte gladium tuum in vaginam. tuus ergo: & ipse forsitan tuo nutu: etsi non tua manu euaginandus. alioquin si nullo modo ad te pertineret: & is dicentibus apostolis Luc. xxij. Ecce gladij duo hic: nō respondisset dn̄s: satis est: sed meus est: vterq; ergo ecclesie & spiritualis: scilicet & gladius materialis. sed is quidem pro ecclesia: ille vero ab ecclia exercendus. ille sacerdotis: is militis manu: sed sane ad nutum sacerdotis: & iussum imperatoris. hucusque Bern. Sed & sacerdotes veteris legis etiam materiali gladio vtebantur: quod non fecissent: nisi ad eos temporalis: & materialis gladius pertineret. Moyses enim sacerdos fuit: vnde ps. xcviij. Moyses: & aaron in sacerdotibus: & c. xxij. di. c. ij. & no. lxvj. dist. porro. & tn̄ egyptium interfecit. Exo. ij. & mandauit leuitis īterficere fratres suos idololatras. Exo. xxxij. & xlv. di. disciplina. & xxiij. q. iiij. quid crudele. & q. v. §. hinc apparet. & q. iij. non inferenda. Item phinees: filius eleazari sacerdotis: & ipse sacerdos arrepto pugione intrans scortum perforauit: & iudeum coeuntem cum madianita chozbi nomine: filia nobilissimi principis madianitarum. Vir autem iudeus nomine Zamri duxerat: propter quod meruit pactum sacerdotij sempiterni. vt hec leguntur Nume. xxv. & xxiij. q. viij. legi siromastem. & c. occidit. Itez samuel minister dei Agag regem pinguissimum in frusta cōcidit. j. Reg. xv. & xxiij. q. v. §. hinc apparet. Nonne & helias prophetarum eximius occidit prophetas baal? iij. Reg xviij. & x x. c. in prin. & duos quinquagenarios ochozie. iiij. Reg. j. & de isto vtroq; xxiij. q. iiij. q̄ christus. & in. ca. ea vindicta. Nonne & matathias filius Joannis sacerdos dn̄i: zelator legis occidit iudeum super aram sacrificantem? j. Mach. c. ij. In signum huius gladij temporalis potestatis christus ea vtens: acceptis funiculis: eiecit ementes & vendentes de templo. Jo. ij. c. j. q. iij. ex multis. & c. vendentes. & xxiij. q. iiij. qui peccant. Petrus etiam suus vicarius auriculam malcho amputauit. Joan. xviij. & xxiij. q. j. si petrus. & geminum fecit homicidium ananie: & saphyre. Act. v. & xxiij. q. viij. legi. & c. occidit. & c. petrus. Nec discipuli: sm̄ Amb. peccauerunt petentes ignem descendere super samaritanos. Luc. ix. xxiij. q. iiij. q̄ christus. nec paulus obcecans elimam magum. Actu. xiij. vt pre. c. legi. & xxiij. q. iiij. §. potest tamen in hac. & xlv. di. c. salomon. Nec apostoli peccauerunt: qui mandabant templis: vt corruerent super idololatras: & corruebant: & multi ex eis peribant: vt in eorum gestis legitur. Nec hodie peccat prelatus: qui etiam in maleficio speciali: vbi habet iurisditionem temporalem: mandat fieri iustitiam. vt extra lib. vj. ne cleri. vel mo. eps. Nec hoc dico q̄ clericis sit licitum hodie causas sanguinis agitare: immo prohibitum: vt pre. c. eps. extra ne cle. vel mo. sententiam. & c. clericis quasi per totum. & extra de rap. c. in archiepiscopatu. & l. di. clericum. qui paganum. & c. miror. & in multis ibi. c. & expressum. ij. q̄ō. vij. §. item quum balaam. ver. his ita. ij. Sed vt probem quō ecclesia gladium habeat temporalem: sed per se non eius exercitium: vt superius satis dixi. non enim cum authoritate occidere: vel iuste peccatum est: immo meritum. xxiij. q. v. §. hinc apparet. c. de occidendis. c. miles. c. quum minister. & c. lex eterna. cum alijs. & nisi ecclesia hoc prohibuisset clericis: sine culpa interficerent: si potestatem haberent: vel iuste hoc facerent: sicut sacerdotes legis veteris. vt pre. §. item: quum balaam. quia: qui peccat: non peccat legis authoritate. xxiij. q. iiij. qui peccat. hoc autē ecclesia ex maiori puritate: & innocentia ordinauit. vnde dn̄s ad dauid. j. Paralip. xxij. ait Multum sanguinem effudisti: & plurima bella bellasti: non poteris edificare domum nomini meo: tāto effuso sanguine coram me. de hoc. j. q. vij. si quis omnem. de conse. di. j. c. j. vbi de hoc. Si enim peccatum esset iuste occidere: nunquam angelus dn̄i de mandato eius occidisset pro vno peccato vane glorie regis dauid. lxx. millia virorum de populo israel. ij. Reg. vlt. & j. q. iiij. §. item peccato ciuium. ver. item dauid. nec propter superbiam sennacherib regis assyriorum. lxxxv. millia de populo suo. Esa. xxxvij. & in multis alijs locis percussit dn̄s per angelos iudeos: & gentiles. Irregularitas quoq; non a iure diuino est: sed a canonico introducta. extra lib. vj. de senten. excom. is qui in ecclesia. Et q̄ imperium sit ab ecclesia hinc apparet: q̄ non est legitimus imperator: nisi vnctionem: confirmationem: coronationem: & gladium recipiat ab ecclesia: vt extra de elec. venerabilem. & in clemen. de iureiu. romani principes. & de re iudi. ad apostolice. lib. vj. & in clemen. e. c. pastoralis cura. & de hoc satis in alio. c. dictum est superius. xiij. sicut: nec reges veri in populo israel fuerunt: qui vnctionem a sacerdotibus non receperunt: sicut. s. proxime dictuz est. Itē q: vt plene probatum est. s. in. xiij. c. vt. s. tactum est in isto. c. papa vtrunq; habet gladium: & supra imperatorem est: quia maior eo est. & ad hoc etiam facit. xcvj. di. quis dubitet. Quis dubitet sacerdotes christi regum: & principum: omniumq; fidelium patres: & magistros censeri? Nonne miserabilis insanie esse cognoscitur: si filius patrem: discipulus magistrum

Imperiū ab ecclia: & non ecōuerso.

Ve. legis sacerdotes gladio materiali vsi sunt.

Ecclesia h3 gladiū tpalē: sed non eius exercitiū.

Irregularitas vn̄ p̄cedat.

sibi

sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum potestati sue subijcere, a quo credit non solum in terra, sed etiã in celis sese ligari posse, & solui? Si hoc de omnibus sacerdotibus dicit, quid de illo dei vicario dicendum est, qui est princeps omnium sacerdotum? xcvj. di. constantinus. extra qui fi. sint legi. p venerabilem. §. sunt autem. & caput. xxij. di. c. j. & ij. & pastor pastorum, q: successor christi, princeps pastorũ. j. Pet. v. xcv di. esto. qui dixit Io. vlt. extra de maio. & obedi. solite. pascite agnos meos: siue oues. gl. meos dicit, idest vt meos, non vt tuos gloriam meã in eis quere, non tuam, mea lucra quere, non tua. In quibus verbis ostendit eum non principale caput: sed sui capitis vicarium generalem omnium hominum, nullo excepto imperatore: vel alio. ad quod facit pre. c. solite. §. nos autem. ibi: Nõ distinguens inter has oues, & alias, vt alienum a suo demonstraret ouili, qui petrum, & successores ipsius magistros non recognosceret, & pastores. Item alia gl. dicit, q pascere oues est credentes ne deficiant confortare, terrena subsidia: si necesse est, subditis prouidere, exempla virtutum prebere, aduersarijs obsistere, peccantes corrigere. facit. xcv. di. esto. Nam, etsi alijs aplis christus claues dederit, quum eis dixit, Io. xx. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. de pe. di. j. quẽ penitet. singulariter tñ petro dixit Mat. xvj. Tibi dabo claues. xxj. di. in nouo: hoc ideo, vt oẽs per orbem credentes intelligant vnum esse caput vniuersalis ecclesie: extra quam nemo saluatur, vel regnum celorũ adipiscitur. xxiiij. q. j. quicũq;. aut vnus intelligatur christi vicarius principalis in ecclesia sancta: nõ duo: ne vnitatis vinculum dissoluatur. xix. di. ita opime. xciij. dist. legimus. ibi. Quod autem postea vnus electus est: q ceteris preponeretur: in schismatis remedium factũ est: ne vnusquisq; ad se trahens ecclesiam christi rumperet. Et si dicatur q antea fuit imperator: q christus nasceretur. falsum est: q: non debet dici verus imperator qui catholicus non est: vt. s. dixi in. c. xxxvj. & qui a toto mundo electus non est: q: totus mũdi imperator vnus est: vij. q. j. in apibus. nullus enim legitur imperator a mundo electus, vel alicui a deo: qui est mũdi dñs. viij. di. quo iure. imperium supra orbem datum fuit. ergo vsurpatum: vt superius est probatum in illo c. xxvj. vnde Aug. iiij. de ciui. dei. iiij. c. dicit. q remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? & infra. Eleganter enim: & veraciter Alexandro illi magno, quidam comprehensus pirata ab eo interrogatus quid ei videretur vt mare haberet infestum? rñdit libera contumacia: quod tibi, inquit, vt totum orbem terrarum: sed q: ego exiguo nauigio facio, latro vocor: q: tu magna classe: imperator. Quare etiã voluit deus: vel pro meliori pmisit: vt essent talia regna vel imperia vsurpata: Aug. de ciui. dei. v. li. c. xij. circa finem. dicit sic, Quum diu fuissent regna orientis illustria: voluit & deus occidentale fieri: quod tpe esset posterius: sed imperij magnitudine: & latitudine illustrius. Idq; talibus potissimum concessit hominib⁹ ad domanda multarum gentium grauia mala: q causa laudis: honoris: & glorie consulerent patrie: in qua ipsam gloriam requirebant: salutemq; eius salutem sue preponere non dubitarent: pro isto vno vitio: id est amore laudis: pecunie cupiditatem: & multa alia vitia comprimentes. Itẽ Aug. iiij. de ciui. dei. c. ij. Malorum regnum magis regnantibus nocet, qui suos animos vastant scelerum maiore licentia. his autem:

Pascere oues christi quid sit.

Nõ est imperator nisi catholicus,

Dionidis pirate liberum rñsum ad Alexandrum magnum.

De⁹ iniusta: & violẽta pmisit oñia.

qui seruiendo eis subduntur: non nocet nisi iniquitas propria. nam iustis quicquid malorum ab iniquis dñis irrogatur: non est pena criminis: sed virtutis examen. vij. q. j. aduersitas. v. qõ. v. non omnis. proinde bonus etiam: si seruiat liber est: malus etiã, si regnat: seruus est: nec vnius hominis: sed quod est grauius: tot dominorum: quot vitiorum. de quibus vitijs quũ ageret scriptura diuina: A quo enim: inquit: quis deuictus est: huic & seruus addictus est. ij. pe. ij. & facit Io. viij. Item Greg. in registro epistola. v. in dictione. xiiij. Brunichilde regine Francorum non immerito contigit: vt cunctarum gentium regna precellerent regna Francie. quippe qui earundem gentium creatorem veraciter confitetur: sed vt laudabilius in eo fides cum operibus enitescat: adhortationes nostre eum succendant quatenus: sicut sublimem illum inter homines potentia regalis ostendit: Ita ante deum magnum faciat pietas actionis. Idem in epistola. vj. Childeberto regi Francorum. Quanto ceteros homines regia dignitas antecedit: tãto vltra ceterarum gentium regna vestra profecto culmen extollit. esse autem regem: q: sunt & alij: non mirum est: sed esse catholicum: quod alij non merentur: hoc satis est. Sicut enim magne lampadis splendor in terra noctis obscuritate luminis sui claritate fulgescit: Ita fidei vestre claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat, ac coruscat. Quicquid autem ceteri reges se gloriantur habere: vos habetis. Sed ipsi in hac re vehementius superantur: quoniã hoc principale bonum non habent: quod habetis. vt ergo: sicut fide: ita & actione regnum regatur: benignam se excellentia vestra suis subiectis semper exhibeat: & siqua sunt: que eius animum offendere valeant: ea indiscussa non puniat. Tunc enim vero regi regum amplius placebit: si potestatem suam restringẽs: minus sibi crediderit licere q̃ potest. Hucusq; Greg. faciunt ad hec. xxiij. q. iiij. sicut. & c. si non ex fidei. Est & alia rõ: quare deus iniusta regna: & violẽta sustinuit: vt per talium reges israeliticum pplm delinquentem: & idololatram feriret: & alios dei inimicos, vt mali malos punirent. xxij. q. v. §. hinc notandum. vñ sennacherib: qui dicitur assur: iudeos puniuit. de quo dicit dñs Esa. x. Assur virga furoris mei: & ipse non cognouit. & nabuchdonosor. iiij. Reg. c. pen. & vlt. & antiochus. ij. Mach. v. & principes romani. Luc. xix. & pre. §. hinc notandum. Secundum Aug. enim mal⁹: aut ideo viuit vt conuertatur: aut q per eum bonus exerceatur. facit. xxiij. q. iiij. hec autem. in fi. Nec obstat quod legitur factum. Ibi allegat Hiero. Quis enim illi exercitui talem potestatem dedit: aut pplo romano q iurisditionem det imperatori in vniuerso orbe? & vide. s. c. c. versi. & si dicatur. & quod no. in spec. in rubrica de scripti. pñtia. §. rõne cause. v. itẽ q: obtentum est: &c. q exercitus imperatorẽ facit. xciij. dis. legimus. & q imperator habet iurisditionem a pplo inst. de iur. na. §. sed quod principi. & no. ex de transla. c. j. gl. j. q: illud olim: hodie verum non est: sed electores: & confirmatio pape. ex de elec. venerabilem. Item sm Innoc. & Ostien. qui hoc no. ex de vo. & vo. re. q super his. papa vicarius generalis est dñi Iesu Christi. s. de transla. c. j. & ij. & ideo potestatem habet non solum super christianos: sed etiam super omnes infideles. Quum enim christus plenariã recepit potestatẽ. ps. lxxj. De⁹ iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis. & Mat. vlt. Data est mihi oĩs potestas in celo: & in terra. Nõ videretur diligẽs: sine sapiẽs paterfamilias:

Sẽnacherib est assur.

Mali q̃re viuant.

nisi & vicario suo, quem in terra dimisit, plenam sup omnem potestatem dimisisset. extra lib. vj. de homic. pro humani. vbi de hoc etiam Ostien. no. Et ideo dicitur de papa, quod habet non solum potestatem: sed plenitudinem potestatis. extra de vsu. pal. ad honorem. ij. q. vj. qui se scit. quia petro, & successoribus eius claues regni celorum dedit dicens: quodcunque ligaueris, &c. Mat. xvj. & xxiiij. q. j. quodcunque. & iterum: pasce oues meas. Joan. vlti. extra de maio. solite.

Oues christi.

Oues autem sunt non solum fideles, sed etiam infideles per creationem, licet adhuc non sint de ecclesie ouili. vnde Joan. x. Et alias oues habeo, que non sunt ex hoc ouili. vnde sequitur quod papa super omnes habet potestatem, & iurisditionem super terram de iure, licet non de facto. approbantur hec in eo, quod legitur: & no. supra de elec. significasti. de iudi. nouit. & pre. c. solite. Et per hanc potestatem, quam habet papa, dicendum est, quod si gentilis, vel paganus: vel barbara quevis alia natio: etsi non habeat nisi legem nature, si tamen contra ipsam legem nature faciat, licite per papam potest puniri. xxxij. quest. vij. flagitia. & c. Gene. xix. vbi habes quod sodomite, quia contra legem nature peccauerunt, puniti sunt a domino. ij. quest. j. deus omnipotens. extra de accusa. qualiter & quando. ij. vnde: quum iudicia dei nobis sint exempla, non occurrit ratio, quare papa, qui est vicarius dei, hoc non posit, & debeat, dummodo facultas adsit. Ideo & omnes idololatras punire potest. naturale enim est vnum, & solum deum credere, & nõ creaturas, vt mandauit dominus moysi Deuter. xiii. & xxiij. quest. v. si audieris. & Matth. iiij. vnum deum adorabis, &c. vnde Paulus ad Roma. j. Inuisibilia enim ipsius a creatura mũdi per ea, que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. & j. c. Qui commutauerunt veritatem in mendacium: & coluerunt: & seruierunt creature potius: quam creatori. Inde est quod papa iudicat: & punit iudeos: si contra legem faciant in moralibus: que immutabilia perseuerant. vj. dist. §. his itaque. quando prelati eorum eos non puniunt. & eodem modo punit eos: si contra legem suam hereses inueniant: & obseruent. Hac ratione moti Greg. ix. & Innocen. iiij. mandauerunt comburi librum: quem iudei vocant talmuth: in quo multe hereses continentur: & puniri illos: qui docerent dictas heteses: vel seruarent. De christianis non est dubium quod potest eos iudicare: & punire si contra legem euangelij faciant: vel grauiter peccent: vt patet in his: que leguntur & no. per Innocen. & Ostien. extra de iudi. nouit. facit. xv. quest. vj. alius. item. xxxij. quest. v. preceptum. extra lib. vj. de sup. ne. pre. grandi. Et quãuis papa aliquando omittat penitentias iustas: & debitas penas omnibus predictis inferre: vel quia facultatem non habet coercendi: vel propter pericula vel scandala: que incumbunt: vel que venire timet: vel quia multitudini parcit. extra de cleri. excom. mi. latores. de tempo. ordi. c. ij. l. de. vt constituentur. Est tamen potestas hoc faciendi apud eum: quando potest: & vult. Juste etiam papa dat indulgentias illis: qui vadunt ad defendendum: & occupandam terrã sanctam: & aphricam: quam incolunt saraceni: que nostra fuit: sicut apparet in concilijs ibi celebratis. & quia saraceni aut nocent: aut semper nobis parati sunt nocere: sicut nostre fidei inimici. ad hoc. xxiij. q. viij. dispar. & q. omnium. & infidelibus terrã possidentibus iustum bellum indicit: quia iustam habet causam,

Papa punit iudeos

quum illa terra sit consecrata natiuitate: conuersatione: & morte Jesu Christi: & in qua non colitur christus: sed mahumetus. Unde: & quamuis infideles saraceni ipsam possideant: iuste tamen exinde depelluntur: vt colatur a christianis: & ad ipsorum dominium reuocetur. nam & predicatione apostolorum: & iusto bello victa fuit: & acquisita ab imperatore romano post mortem christi. & ideo papa ratione imperij romani: quod obtinet. potest: & debet ipsam ad suam iurisditionem reuocare: qua iniuste ab illis: qui de iure hoc non poterant facere: noscitur spoliatus ex interuallo etiam quandocunque potuerit. extra de resti. spo. olim j. collectis amicis. ff. de acqui. pos. quod meo. §. vlti. & l. clam possidere. §. que ad nundinas. & no. extra de homici. significasti. ij. in glos. magna. & hec ratio sufficit in omnibus alijs terris: in quibus nunquam romani imperatores iurisditionem habuerunt. Nec obstat: si dicatur quod ecclesia non habet imperium nisi in occidente. xcvj. distin. Constantinus. j. quia illud loquitur quoad proprietatem, secus quoad tuitionem: & defensionem. hoc enim certum est: quia vnus gladius alteri adsistere potest. vt dicitur extra de sent. excommu. dilectio. lib. vj. precellit tamen spiritualis: vt pater: & magister. vnde potest supplere: & punire temporalem negligentiam: & delictum. xcvj. dis. quis dubitet. c. duo sunt. c. si imperator. Quinimmo: & contra alios infideles: etsi non teneant terram in qua iurisditionem habuerunt principes christiani: potest tamen papa iuste facere preceptum: & cõstitutionem: quod non molestent iniuste christianos: qui eorum iurisditioni subsunt. c. j. de iude. c. de iudeis. & e. quum sit. & c. ex speciali. & c. si. liiij di. mancipia. & c. seq. immo: & si male tractent christianos: potest eos priuare per sententiam iurisditione: & dñio. quod super eos habent: sed non nisi ex magna cã. debet enim eos: quantum potest tolerare: dummodo non sit periculum christianis: nec exinde graue scandalum generetur. Licet enim infideles ad fidem precise non cogantur: quia oẽs sunt libero arbitrio relinquendi: quia sola grã dei in hac reuocatione valet. xlv. di. de iudeis. & xxiii. q. v. ad fidem. de con. di. iiij. gratia. potest tñ papa mandare infidelibus quod in terris sue iurisditionis euangelij predicatores admittant. nam: quum omnis creatura rationalis facta sit ad deum laudandũ: iuxta illud psalmiste. cxvj. Laudate dñm omnes gẽtes. & iterum ps. cl. Omnis spiritus laudet dñm. Certũ est: quod si omnes pagani predicatores prohibeant predicare: peccant. eu. extra de iudeis. quam sit. & ideo a papa sunt puniendi. In omnibus autem predictis casibus: & in omnibus alijs, in quibus licet pape aliquid mandare infidelibus: & compellere: siue punire eos: si non obediant: papa potest soluere: & non aliter de iure suo contendere: bellum eis indicere: & contra eos seculare brachium inuocare. Nec est contra quod dicit apls: Nihil ad nos: qui foris sunt. j. ad Cor. v. ij. q. j. multi. quia illud verum est excõicando: vel precise ad fidem compellendo: quum sola dei gratia vocãdi sint. vt pre. c. de iudeis. xlv. di. alias autem: si nos: vel nostros perturbent: siue inquietent: seu bona nostra occupent: multum ad nos: de quo dici vt legitur & no. extra de diuor. gaudemus. versi. & in premissis casibus: ibi: Qui constitutionibus canonicis non arctantur: verum est quoad matrimonia: vel quoad hoc vt excõicari possint: vt sequit. arceant tñ si alicui christiano iniuriosi existant: multo fortius si fidei: vel cultui diuino contumeliosi inueniant. in talib9 enim p.

Papa hz iurisditionẽ sup infideles.

Nec non cogendi sunt ad fidem.

subtractionem

subtractionem participationis, & societatis omnium christianorum satisfacere compelluntur. extra de iude. c. si iudeos. & quasi per totum. xvij. q. iiij. cōstituit. sed & legibus humanis imperatorum sub imperio degentes subiacent, cuiuscunque sint secte: & ipsam necesse habent seruare: alias gladio si reus exegerit: ferient. C. de iude. l. ij. & l. ne quis. & l. iudei. & C. de paga. l. fi. Videtur etiam domino ostiensi: qui hoc etiam no. s. c. quod super his. quod in aduentu christi omnis honor & principatus: & omne dominium: & omnis iurisditio de iure & de iusta causa: & per illum: qui supremam manum habet: nec errare potest omni infideli subtractus fuerit: & ad fideles translatus: quia hec iusta causa fuit. probatur Eccl. x. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias: & contumelias: & diuersos dolos. facit. xxiij. q. vij. c. j. ij. & iij. & quod hoc factum sit comprobatur extra de consti. translato. & hoc in personam christi filij dei viui: qui non solum sacerdos fuit: sed & rex. Luc. j. Ecce concipies: &c. vsque ibi: & regni eius non erit finis: vnde & ipse dixit Matth. xxj. Auferetur a vobis regnum: & dabitur genti facienti fructus eius. Huius autem regni & sacerdotij principatum perpetuum commisit filius dei petro: & successoribus eius: vt patet in eo: quod legitur: & no. extra lib. vj. de homici. pro humani. extra qui fi. sint legi. per venerabilem. §. rationibus. per totum. maxime in ver. fin. vnde constanter asserimus: quod infideles de iure debent subijci fidelibus: non econtra: vt patet in eo: quod legitur: & no. extra de iude. c. j. in fi. & c. multorum. & c. et si iudeos. Concedimus tamen quod infideles: qui dominium ecclesie recognoscunt: sunt ab ecclesia tolerandi: qui nec ad fidem sunt precise cogendi: vt dictum est. tales enim possunt habere possessiones: & colere christianos: & iurisditionē ex tolerantia ecclesie. & in talibus ab ecclesia tolerantis dicimus locum habere illud petri apostoli in canonica sua. j. c. ij. Subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis: sed etiam dyscolis. & j. ad Timo. vj. in prin. Quicunque sunt serui: dominos suos omni honore dignos arbitrentur. & omnes infideles: qui nec potestatem ecclesie romane: nec dominium recognoscunt: nec ei obediunt: indignos regno: principatu: iurisditione: & omni dominio iudicamus. & illos: qui terram sanctam vel alias partes: quas christiani acquisierunt: occupānt: vel occupatas detinēt: debere authoritate ecclesie impugnari. super quo vide quod no. Ostien. in summa de iudeis & paga. §. fi. & in summa de hereti. §. qualiter deuitetur secundum Ostien. quod etiam no. extra qui fi. sint legi. per venerabilem. §. rationibus. ver. sunt autem. ibi: Paulus etiam: vt potestatis plenitudinem exponeret ad Cor. scribens ait. j. ad Cor. vj. dicens: Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Et sic loquens de papa: hāc maioritatem: potestatem: & authoritatem summam: & excellentem in omnibus: & per omnia: pre omnibus: & super omnibus totius mundi christianis indistincte sibi datam concedo: secundum ea: que no. s. de conces. prebē. proposuit. Habuit enim papa plenitudinem potestatis: vt hic: & s. de elec. c. illa. de vsu pal. ad honorē. & maior & superior est omnibus christianis: multo potius infidelibus. quod potest probari multis rationibus nimis diluadis: & efficacibus. Primo: ratione ordinis scripture etiam legis humane. in auth. quomodo oportet episcopos. in prin. coll. j. C. de sac. & l. fi. C. de ve. iur. enu. l. ij. §. sed diuine. priores enim: & maiores inferioribus preponuntur. C. de no. C. fabri. l. vnica. post med. facit extra de ma. & obe. c. j. vbi de hoc no. & c. statuimus. & c. quum inferior. Est autem multiplex maioritas: scilicet dignitatis. extra de elec. dudum. §. gestis igitur. extra de offi. del. pastoralis. Temporis. extra de ma. & obe. c. j. Senectutis. ff. de iur. immu. semper. extra de transla. quanto. Prelationis siue dispensationis. extra de elec. transmissam. extra de iudi. at si clerici. Consecrationis. extra de conse. ec. vel al. aqua. extra de maio. & obe. c. per tuas. & c. quū inferior. Ordinationis. extra de maio. & obe. statuimus. hic adde quod scripsi j. in c. lxviij. ver. ad horum suppletionem. Secūdo ratione subiecti. s. anime: que omnibus rebus humanis preponenda est. C. de sacrosan. eccle. sancimus. j. xij. q. j. precipimus. xxxviij. di. sedulo. & quanto quis melioribus & maioribus preest, tāto ipse maior & honestior est. in auth. de defensio. ciui. §. nos igitur. Immo: & ex hoc sequitur quod omnia temporalia subsint ei. nam anima facta est ad seruitium dei: cetera autem ad seruitium anime. & consueuit dici quod qui habet rusticum: habet & bouem. & hoc etiam probatur per preall. c. per venerabilem. ibi. in prin. & probabilius reputatur vt eos ad actus legitimare valeat seculares. vnde propterea creata est anima ad imaginem dei. xxxiij. q. v. hec imago. hominem enim creauit deus propter se cognoscendum: & diligendū: alia vero ab homine fecit propter hominem. i. ad eius vtilitatem. & ideo vltimo creatus est homo: quia quod vltimum est in operatione: primum est in intētione secundum phm. ps. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Gen. j. ad fi. ibi: Crescite: & multiplicamini: & replete terrā: & subijcite eam: & dominamini piscibus maris: & volatilibus celi: & vniuersis animantibus: que mouentur super terram. Item Paulus. j. ad Cor. iij. c. in fi. Omnia autē vestra sunt: siue paulus: siue apollo: siue cephas: siue mūdus: siue vita: siue mors: siue presentia: siue futura. omnia enim vestra sunt: vos aut christi: christus autem dei. xxiij. q. vij. quod autem. in fi. Sic ergo per quādam consequentiam: qui habet regere animas: nō est exclusus ab his: que sunt subiecta animabus. & qui habet quod maius est: habet & quod minus. vt predi. c. precipimus. extra de dona. inter vi. & vxo. per vestras. §. fi. ibi: quum ergo sano ei posit modicum credi dotis: cui creditum est corpus vxoris. extra qui fi. sint legi. per venerabilem. j. riso. ibi: Sic ad actus spirituales illos legitimās vt possint in epos promoueri: ex quo verisimilius creditur: & probabilius reputatur: &c. sic econuerso: vt qui tpalia habet: habeat spiritualia. nam temporalia accidunt aīe: nō econtra. ff. de redhibi. ac iustissime. arg. j. q. iij. si quis obiecerit. vn̄ dn̄s Mat. vj. loquens de tēporalibus: dicit: & hec oīa. s. tpalia adijcientur vobis. vbi expositor non ait dabūtur: ne putentur esse terminus vie: sed adijcientur: quasi adiectiuo modo: non substantiuo. Vn̄ Chrys. non dixit: dabuntur: quia quasi nihil sunt: & ita quere futura: & accipies presentia. sed quidam de adiectiuo faciūt substantiuū: & econuerso. s. de substantiuo faciūt adiectiuum. de quibus Aug. Ve eis: qui derelinquunt te dn̄e. & oberrant in vestigijs tuis: & nutus tuos pro te amant: & obliuiscuntur quid innuant. Nut9 tui sunt oē creaturarum genus. In typo isto merito potest dici terra vacua: & inanis. Gen. j. in prin. Sunt autem tpalia ad solatium: & corporis sustentationem: vt in peregrinatione viaticum. In seruitio dei spiritualia sunt ad decorem aīe: vt digna sit visione dei. Eterna sunt ad consummationē vtriusque: vt beatificemur in regno dei: Bona ergo tpalia dantur in solatium: spūa-

In aduētu christi oīs prelatio est trāslata ad fideles.

Probat pluribus rōnib9 papā eē summus & in tpalib9: & spūalib9.

Maioritas multiplex.

Rō scda

Eximia snia Augustini.

Finis tpalium: & spūalium.

Ratio.ix. lia in meritum, eterna in premium. Tertio ratione
probabili congrua:qꝛ, sicut christus est deus, ⁊ ho
mo,vtráqꝫ pfectissime nãz participãs. Athanasius.
deus ⁊ homo vnus est christus. Et iterum.perfectus
deus,perfectus homo.xxiij.di.qui eps. ex̃ de summa
Papa p- trini.ca.j.extra de here.quum christus.de cele. mis.in
ticipat quedam.Sic eius vicarius generalis, ⁊ singularis
vtráqꝫ na papa, participat cum christo quodammodo naturã
turã cum diuinitatis,quoad spiritualia, ⁊ humanitatis:quoad
christo, temporalia. Nam quoad spiritualia,dicuntur hoies
dij.ps.lxxxj.Ego dixi dij estis:quoad temporalia ho
mines,qui de terra sunt,⁊ terrena querunt: que dicũ
tur eorum.vnde Phil.ij.Omnes que sua sunt que
runt.i.temporalia.sic exponitur.viij.q.j. sunt in eccle
sia.⁊ vere,qꝛ de terra sumus per desideria, ⁊ cogita
Rõ.iiij. tiones in terram reuertimur.Gen.iij. Quarto rõne
fortitudinis:qꝛ spiritualia fortiora sunt temporalibꝰ
s̃.de transla.inter corporalia.qꝛ tẽporalia transeunt.
Sap.v.Quid nobis profuit superbia, aut quid diui
tiarum iactantia contulit nobis?transierunt omnia
illa tanqͣ̃ vmbra.spiritualia non transeunt.Luc.xxj.
Celum.⁊ terra transibunt, verba autẽ mea non trã
Ratio. v. sibunt.xxxv.q.x. fraternitatis. Quinto qꝛ quilibet
Impera- princeps:⁊ imperator nedum pape subest, sed etiam
tores:⁊ re alijs epis:⁊ suo etiam simplici sacerdoti,qui ipsũz sol
ges subij- uit,⁊ ligat, ⁊ iudicat.ad hoc lxiij.dis. valentinianus.
ciunt epis xcvj di.quis dubitet.cum duobus.c.seq.extra de ma.
⁊ obe.solite.§.verum.⁊.§.potuisses.extra de iudicijs.
nouit.§.non igitur.extra de pe. ⁊ re. omnis. Quum
tamen nullus clericus:quantumcunqꝫ minimus exi
stens clericus:⁊ vtens priuilegio clericali alicui laico
possit subesse personaliter in aliquo casu. xj.q.j. iclyta.
ta.c.placuit.xcvj.dis.satis euidenter. extra de iudi. at
si clerici. ⁊ hoc hodie sanxit noua constitutio Frede
Ratio.vj. rici secundi:que incipit hac editali. Sexto hoc fule
tur infinitis authoritatibus,xcvj.di. quum ad verũ
Rõ. vij. c.duo sunt.⁊ per.c.solite. Septimo, diuino oraculo.
⁊ antiquitate:seu diuturna consuetudine approbata,
Rõ.viij. s̃.extra de transla.epo.c.j.⁊.c.quãto. Octauo. ex vi
fidei orthodoxe. sicut enim ponere duo principia he
reticum est.xxiiij.q.j.quedam.ver.cerdonianꝰ.sic po
nere duos vicarios generales,⁊ sibi equales in terris
hereticum videtur:quoad ius pertinet. Ne igitur vi
dearis heresiarcha:iure hec sit fides tua catholica:ꝙ
sicut vnus est deus incommutabilis.s̃.de sum.tri.c.j.
primo rñ. sic est vnus vicarius suus in terris genera
lis:cui omnes angeli.i.hoies debent esse subiecti:⁊ in
omnibus obedire:cuius nauis stabilis est: ⁊ immu
tabilis.nam etsi quandoqꝫ fluctuet.xxiij.di. in nomi
ne dñi.in prima parte.⁊.j.qõ.iiij. turbatur nauicula.
non mergetur.xxiiij.q.j.non turbatur.Sic etiam su
periori conuenit inferior hierarchia:qñ omnes hoies
vicario dei in terris, sicut in celis deo omnes angeli
seruiunt:⁊ intendunt.qñ vero superbiunt ⁊ resistũt:
turbatur inferior: ⁊ offenditur superior hierarchia.
xj.q.iij.qui resistit.⁊ melius.lxxxix.di. ad hoc. No
Ratio.ix. no.ratione vnitatis:que diuisionẽ non recipit. xxiiij.
q.j.loquitur. ergo quum vna sit tantũz ecclesia gene
raliter simul collecta.de conse.di.j.ecclesia.vnum ba
ptisma,vnus deus,vna fides:vt Eph.iiij.viij. q.j.no
uatianus. non potest habere vna sponsa generalis
nisi vnum sponsum generalem,nec alium sibi parẽz:
⁊ equalem.c.ad hoc.extra de preben.quum nõ igno
res.faciunt.vij.q.j.sic.⁊.c.sicut.aliud est dicere opi
nio monstrosa.extra de offi.ord.quoniam, ⁊ in supe
rioribus primis capitulis de hoc satis dictum est.

hac etiam ratione nullus sapiens rex ordinat regnũ
suum ad diuisionem: sed ad vnitatẽ:qꝛ oẽ regnũz in
seipso diuisum desolabitur. Mat.xij.Luc.xj. ⁊.xxv.
qõ.ij.si ea.Sed deus est rex sapientissimus: a quo est
omnis sapientia.Sap.j. ⁊ cui dicitur in ps.ciij.Om
nia in sapientia fecisti : ergo regnum suum : quod est
ecclesia : de quo alibi dicitur Mat.xiij.Mittet filiꝰ
hominis angelos suos: ⁊ colliget de regno eius oĩa
scandala: quod Greg in homi. de cõi virginum: in
telligit de ecclesia militanti : vbi sunt scandala facta
tota die. Sic congregationem fideliũz non ordinat
deus ad diuisionem. sed ad vnitatem:ordinaret au
tem ad diuisionem siue schisma si in ecclesia duo ca
pita ordinasset: quorum vnum alteri non subesset.qꝛ
tunc esset occasio ꝙ aliq ex subditis adhererent vni
alio contempto alij econuerso vel quod esset iurgiũz
inter eos: sicut inter pastores Abraam ⁊ Loth: qui
equales in potẽtia videbantur.Gen.xiij. Igitur nõ
nisi vnũz caput in vna vniuersali ecclesia ordinauit
loco sui qui est caput ecclesie.ad Ephe.j. ⁊ Col.j.⁊.ij.
Et ipsum loquor de christo : dedit caput super oẽm
ecclesiaz: que est corpus ipsius.xxiiij.q.j. aduocauit.
Et ipse ascensurus in celum corporaliter a nobis re
cedẽs: ne sine capite corporali: ⁊ visibili remaneret:
dedit loco sui Petrum:⁊ post eum successores suos:
dicens.Jo.vlt. Pasce oues meas : vt.s̃.sepe dictum
est.⁊ est expressum in illo.c.pro humani. de homi. li.
vj. Nec valet dicere ꝙ romani vel alij ad quos deue
nit imperium eligebant imperatores. qꝛ sicut ex so
la violentia competebat eis : vt totius orbis vicem
gererent: ita ⁊ imperatori electo ab eis competebat
toti orbi ex eadem violentia imperare. Deo autẽz:
qui ex malo scit eligere bonũ. placuit ꝺm Aug.xviij.
de ciui.dei.c.xxij. per romanos orbem debellare ter
rarum: vt in vnaz societatẽ reipublice: legemqꝫ per
ductũz longe lateqꝫ pacaret : que pacatio valuit po
stea ad fidem christi liberius predicandam: ⁊ dei cul
tum amplius dilatandum. ⁊ propterea christus tem
pore pacis nasci voluit. Luc.ij. Exijt edictum. Itẽ Ratio. x.
decimo omnis potestas que in ecclesia est a deo est:
non est potestas nisi a deo. Roma.xiij.xj q.iij.qui re
sistit. ⁊ Joan.xix. Non haberes in me potestatẽz vl
lam : nisi tibi datũz esset desuper.facit.xxiij.q.j.quod
culpatur. sed que a deo sunt : ordinata sunt : vt dici
tur ibidem. Roma.xiij. Ergo iste due potestates spi
rituales ⁊ temporalis : que sunt in ecclesia ordinate
sunt non autem essent ordinate : sed potius dissipa
te : si vna alteri minime subderetur.facit.lxxxix.dist.
ad hoc igitur vna alteri subiecta est: sed non spiritua
lis temporali.vt.xcvij.distin. quis dubitet. cum seq.
ergo temporalis spirituali tanqͣ̃ digniori. xcvj. dist.
duo sunt. Item vndecimo omnis potestas depen Rõ.xj.
dens mesle ab alia: sicut a totali causa : est illi subie
cta : sed potestas temporalis est huiusmodi respectu
spiritualis: igitur est illi subiecta. Minor probatur:
quia quod est causa totalis temporalis potestatis est
in eadem ecclesia. Sed causa totalis ecclesie: quod
est ecclesia : est gratia spiritussancti : qua spirituali
ter regeneramur : dicente apostolo.primo ad Corin
thiorum. duodecimo. In vno spiritu omnes nos
baptizati siue gentiles : siue iudei : siue serui : siue
liberi in vnum corpus sumus: ⁊ omnes vno spi
ritu potati sumus, vbi glos. dicit quod hic fideles
omnes sunt vnum corpus : Quia omnes sunt ba
ptizati in vno spiritu : quo efficiuntur vnanimes:
Sicut totum corpus hominis vna anima vege

tatur.

tatur. ⁊ Aug. ibi dicit: ꝙ ita spiritussanctus facit omnia in membris corporis christi, sicut vna anima videt in oculo, audit in aure, ⁊ in ceteris omnibus ola facit. ergo potestas baptizandi. ⁊ administrādi sacramenta alia, quibus regeneramur spiritualiter, ⁊ gratiam spiritussancti recipimus, qua sic vnum corpus efficimur, est causa potestatis temporalis in ecclesia
Rō. xij. existentis. Item. xij. sicut videmus in maiori ⁊ minori mundo naturali, sic ⁊ in mundo mystico. i. in cōgregatione hominum, ⁊ maxime fidelium debemus arguere esse: sed in maiori mundo naturali videmus ꝙ corpora inferiora regulantur, ⁊ subijciunt corporibus celestibus, ⁊ corpora celestia spiritibus. s. intelligentijs ⁊ motoribus. Ita similiter ⁊ in minori mundo. i. in hoīe corpus regulatur, ⁊ subijcitur aīe naturaliter, ⁊ ab ea vitā recipit. ad hoc. lxxxix. di. ad hoc de pe. di. j. resuscitatus. sub. §. hoc idē. sm Aug. x. de ciui. dei. c. vj. aīa vtitur corpore sicut stimulo, ⁊ instrumento. igitur sic erit in mundo mystico, q est vniuersalis ecclesia, ꝙ potestas tēporalis regulabit, ⁊ subijcietur spirituali, ⁊ per consequens imperator pape.
Xiij. rō. Item. xiij. phs. ij. physicorum probat ꝙ materia est pp formam per hoc, ꝙ ars inductiua forme principatur, ⁊ imperat arti preparatiue materie: ⁊ hoc ꝑparatiua materie, ac etiam operatiuum ordinat, sicut ad finem, ad operatiuum per partem inductiuā forme. Exemplū, ars edificatiua, que est inductiua forme domus, imperat dolatiue lignorum vt preparet ligna sm exigentia forme domus inducende, ad quā ligna dolata ordinantur, sicut ad finē. sicut ergo est in actibus, sic potest argui in potestatibus, ꝙ illa potestas principatur, ⁊ imperat alteri potestati, ad cuius actum, tanꝗ ad finem ordinatur actus alterius potestatis. Sed ad actus proprios potestatis spiritualis, qui sunt deum colere in sacrificijs, quibus vult ab hoīe coli, ⁊ regenerare hoīes sacramētis eos ordinātibus ad vitam eternam. immediate ordinatur potestas spiritualis siue imperialis, ⁊ eius actio sicut ad finē dicente Aug. v. de ciui dei. c. xxiiij. Nec enim nos christianos quosdam imperatores ideo felices dicimus, qr vel diutius imperarunt, vel qr imperantes filios morte reliquerunt. ⁊ infra. Sed, si iuste imperant, ⁊ potestatem suam ad dei cultum maxime dilatandū ordinant. Adde hic quod scripsi in. lxij. c. ver. qm igit. vñ ⁊ Isid. Cognoscant principes seculi deo se debere esse reddituros rationem pp ecclesiā, quā christo tuendam suscipiūt ⁊c. xxiij. q. v. principes. igit potestas spiritualis imperat tpali, ⁊ papa imperatori.
Xiiij. rō. Xiiij. confirmatur etiam hoc: qr illa potestas, que immediatius ⁊ directius ordinat ad finem simplr vltimum cōsequendū est simpliciter sublimior illa, q non nisi mediante illa ordinat ad consequendum illum. ita ꝙ, sicut finis est sub fine, sic ⁊ potestas sub potestate. xj. q. iij. q resistit. Sed potestas spiritualis immediate ac directe ordinat ad finem simpliciter vltimum consequendum. s. vitam eternam. c. bo. xcv. di. esto. ver. recordemur. potestas vero tpalis non nisi mediante spirituali. pro quanto. s. ordinat ad cultū dei dilatandum: ⁊ defendendum. vt per. c. principes. q cultus est actus potestatis spiritualis: ergo potestas
Xv. rō. spiritualis est simpliciter sublimior tpali. Xv. Itē papa est verus vicarius christi: cui dicit Io. vlt. Pasce oues: ⁊c. sicut sepe. s. dictum est, sed christo: vt hoī data est oīs potestas in celo: ⁊ in terra. Mat. vlt. dicente ibi Rabano in gl. non de coeterna patri diuinitate: sed de assumpta loquitur humanitate. Illi autē potestas data est: que paulo antea fuerat crucifixus: sepultus in tumulo: qui ⁊ resurrexit. Igit ⁊ pape data est omnis potestas in terra: ⁊ spiritualis: ⁊ tpalis. de hoc etiā. s. dixi. Item. xvj. sicut. s. dixi melchisedech Xvj. rō.
sacerdos: ⁊ rex assimilatus filio dei fuit: cui christus succedit: sm aplm ad Heb. vij. cui ⁊ papa in vtraque dignitate succedit sicut hoī: qr Apoc. xix. dicit ꝙ christus habet scriptum in vestimento. i. in humanitate assumpta: ⁊ in femore suo. de quo femore Gen. xxiiij. in prin. pone manum tuam subtus femur meum: qr christus ex abraam nascitur. Mat. j. Liber generationis: ⁊c. rex regum: ⁊ dñs dominantium: igit ⁊ papa eius vicarius est ⁊ rex. Hoc est etiam quod dicit apls ad Eph. j. ꝙ deus omnia subiecit sub pedibus christi. i. sub humanitate eius sm glo. qr sicut pes est inferior pars corporis: ita humanitas est inferior natura in christo: ⁊ ipsum dedit caput super omnem ecclesiā: que est corpus ipsius. vbi gl. dicit ꝙ proprie dicitur caput ecclesie sm humanitatem: sm quod coniungitur ei natura: ⁊ gratia. Sed papa solus est eius vicarius: vt sepe dictum est: igitur ipse solus est caput ecclesie militantis: vel tenet capitis christi locum: cui omnia membra ecclesie sunt subiecta: vt christo: qui fuit rex: ⁊ sacerdos. ad hec. xix. dist. ita dominus. extra lib. vj. de elec. fundamenta. vnde, ⁊ petro vicario suo dixit Ioan. j. Tu vocaberis cephas: quod latine sonat caput: eo ꝙ pro capite sit constitutus apostolorum: vt dicit papias. xxj. distin. in nouo. xxij. dist. c. j. vnde ⁊ clerici: qui sub nullius disciplina: vel prouidentia episcopi viuunt: acephali vocātur: xciij. di. nulla ratione. Item. xvij. apud illum residet regalis: Rō. xvij.
sine imperialis dignitatis plenitudo: cui de iure competitur imperium transferre: quod est vni auferre: ⁊ alteri conferre ius: ⁊ potestatem eligendi imperatorem: tribuere: electum examinare: inungere: consecrare: ⁊ coronare: ⁊ per consequēs approbare: vel reprobare: sed hec omnia de iure competunt pape: vt dicit extra de elec. venerabilem. extra in clemen. de iureiu. romani principes. ⁊ in clemen. de re iudi. pastoralis cura. ⁊ extra lib. vj. de re iudi. ad apostolice. ⁊ de hoc. s. dixi in. xiij. c. ver. item tenet. facit ad hoc. quia papa priuat etiam reges regnis: ⁊ substituit alios: ⁊ absoluit fideles a fidelitate eorum. Potest etiam nedum ipse: sed etiā quilibet epūs reges: ⁊ imperatores excōicare ad hec xv. q. iij. alius ⁊. c. nos iuratos. extra lib. vj de sup. negli. pre. grandi. xcvj. di. duo. Itē. xviij. Rō. xviij.
apud illum residet potestatis plenitudo: ad cuius iudicium referri debet omne arduum: vel ambiguum: vel difficile tam in spiritualibus: ꝗ in tpalibus: sed talis est papa. vt per. c. per venerabilem. ex q fi. sint legi. ⁊c. Item. xix. ille est simpliciter prelatus omniū: Rō. xix.
⁊ monarcha: ex cuius iudicio pendent oēs: ⁊ qui p oībus est redditurus in diuino iudicio: seu examine rationē: hi enim sunt actus prelati: sed papa est hmōi. vt. xcvj. di. duo sunt. ⁊. ix. q. iij. aliorum ergo ⁊c. Et si dicat ꝙ est monarcha in spiritualibus: ⁊ non in tpalibus: non est verum: ꝗ qr pp contemptum in spiritualibus papa punit imperatorem in tpalibus. lxiij. di. hadrianus. Item. xx. ille est maior alio: qui ipsum Rō. xx.
iudicare: ⁊ a quo iudicari nō potest: sed papa potest imperatorem iudicare: ⁊ omnem hoiem: ⁊ a nemine iudicari. xl. di. si papa. ⁊. ix. q. iij. nemo. ergo ⁊c. ⁊ de hoc s. dixi. Itē. xxj. Luna a sole recipit luminis dignita Rō. xxj.
tē: ⁊ impator luna a papa sole culminis dignitatē: sic arguit p. c. solite. ex de ma. ⁊ obe. Itē. xxij. Hugo de Rō. xxij.
runt ad illum: vt de asino descenderet, ⁊ rediret: ne
periret:verisimiliter credentes ꝙ illesus rediret: ille
igif ad eoꝝ clamorẽ de asino descendens vi fluminis
est submersus: cleric⁹ non est irregularis.xxiii.q.v.ꝺ
occidẽdis.⁊.c.quũ ergo. Si iuris perit⁹ dat ↄsiliũ iu
dici de latrone spãli capto ꝙ dz mori: irregularis est
fuit enim in culpa in casu qui de facto erat respon-
dendo:extra de excel.prela.ex literis:vbi de hoc. Si
vero non est casus de facto:sed iudex simpliciter pe-
tit qualiter fures sunt puniendi:⁊ clericus iuris pe-
ritus respondeat:taliter:si postmodum iudex ex hoc
consilio inferat mortem alicui non est clericus irre-
gularis. Secus si esset ignorãs, qz tunc in culpa fuit
⁊ irregularis est:per ea que.s.in eodem ca.§ j. versi.
item exercens cum.versi.seq.de medico notata sunt.
Si autem non reputatur iuris consultus,nec inter-
roganti respondet vt iuris consultus:sed simpliciter
dicit quid de talibus sentiat:nec presumit:nec presu
mere dz ꝙ iudex sequaf suam responsionem:nõ con
trahit ex hoc irregularitatem:ex quo non respondet
ad casum qui se de facto. Sed ⁊ si scienter responde-
ret ad casum qui esset de facto irregularis esset.quia
in culpa est.vt.s.ẜm fratrem Raimun.de pẽna for-
ti.adde quod de ista materia no.iij.dist.omnis autẽ.
in glos.sed nunquid:⁊ in pre.c ex literis:extra ne cle
ri.vel mona.clericis.xxiij.q.vlti.pessima. Itẽ hodie
si eps vel alius prelatus iurisdictionem hñs tempo
ralem precipiat balino suo:vel alicui:ꝙ iustitiam fa-
ciat de quodam maleficio spãliter perpetrato: nõ est
irregularis,vt extra ne cleri.vel mona.eps.li.vj.que
decretalis est contra illud quod nota. communiter
per Ber.Io.⁊ alios.xxiij.q.viij.his a quibus.extra
ne cleri.vel mona.clericis. Item quicquid dicant
Inno.⁊ Ostien.extra de homici.ad audientiam: ⁊
Guil.durã.in spe.in ti. delegato.§.iuxta propositio-
nis.versi.ꝙ si aliquis consulit. Credo salua eoꝝ pa-
ternitate,ꝙ si aliquis consulit alicui ꝙ occidat ali-
quem:ipse tñ cui consulit ab illo occiditur:ꝙ consu-
lens irregularis est:qz dedit operam consilio illiciti
operis:vnde quicquid mali culpa vel casu inde se-
cutum est:sibi debet imputari:extra de homici. con-
tinebaf.c.suscepimus:potuit considerare ⁊ examina
re ⁊ debuit:ꝙ ille poterat ab illo occidi:vnde fit irre
gularis.l.dist.hi qui.c.sepe,nec valet ratio Inno.qui
contradicit ꝙ non fuit in culpa consulens de morte
istius cui consulebat:qz consilium dz intelligi: ꝙ be

ne ⁊ sibi caueret:q debebat occidere: ꝙ tps captaret
⁊ locum ne ipse occideret:vñ si excessit fines consilij
non est consiliario imputandum:nam ista ratio tol-
litur per decre.extra de homici.is qui.lib.vj. ⁊ facit.
ff.de iniurijs:eum qui.§.si iniuria.⁊ op.facit pro hoc
qz in culpa fuit:⁊ cogitare debuit hoc euenire potuis
se.ff.ad.l.aqui.qui occidit.§. in hac. Porro si quis
alicui suadeat:ꝙ pro patria sua vel proximo suo:vel
iure suo:vel ecclesie sue:periculo se exponat: non ab
hoc fit irregularis:etiam si ille ibi moriatur. xxiij.q.
iii.pro membris: ⁊.c.seq.⁊.q.viij.igitur ⁊ seq.⁊.c.cõ
uenior in prin.⁊ prope fi.versi.respondi.⁊ versi.san-
ctus.n. Sed si sciret vel crederet eum moriturũ:tunc
videtur ꝙ fiat irregularis:qz est ordinata charitas:
ꝙ diligat quisque plus corpus suum:ꝙ̃ alterius: de
peni.di.iij.qui.vult. Sed si ei consulat ꝙ indubita-
te morti se exponat:pro honore Christi vel fide vel
pro statu ecclesie:non fit irregularis etiam si mors
inde sequatur.xxv.q.j.sunt quidam.xj.q.iij. non so-
lum.⁊.c.seq.quum christus pro nobis mortem su-
bierit.xij.q.ij. quuz redemptor:extra de homici.pro
humani lib.vj.⁊ sancti martyres pro ecclesia dei san
guinem suum fuderunt:ar.preal.c.conuenior extra ꝺ
homici.sicut dignum:hac etiam ratione excusantur
ab irregularitate inquisitores heretice prauitatis:
scientes ꝙ postꝙ̃ pronuntiauerint aliquem hereti-
cum esse.ille tradetur morti. Sic etiam als multipli
citer procurãdo.ad hoc accedit.xxiij.q.v.si audieris
⁊.q.viij.legi.extra de verbo.signifi.nouimus. Si qs
aũt portat ligna ad hereticos comburendos,pp in
dulgentiam habendam:si illa ligna combusserunt
hereticos:irregularis est:nec cum eo dispensatur.ni-
si per papam,ẜm Guil.durã.facit.l.dist. qui saccum.
xxiij.q.viij.c.si.⁊ tñ indulgentiam habet:qz ista irre
gularitas non prouenit ex peccato:sicut in iudice ⁊
alijs officialibus iuste hoiem condemnantibus. vt.
s.in eodem ca.versi.item iudices. Si quis aũt pro-
pria manu sponte commisit homicidium:fit irregu-
laris:etiam si paganum,vel saracenum occidat.l.di.
clericum qui.⁊.c.de his clericis.⁊.c.penulti. Idẽ est
etiam si non sponte sed casu quum daret operam rei
illicite:vel si non adhibuit diligentia quam debuit:
extra.c.sicut dignum.c.presbyterum:⁊.c.continebaf
c.ad audientiam.c.ioannis.c.si.l.di.hi qui arborem.
c.sepe. Idem est si causam proximam morti dedit.l.
dist.studeat:vel si venenum dedit:de homici.si quis
Si aũt casu committitur homicidium ⁊ dabat ope
ram rei licite:⁊ adhibuit diligentiam ꝙ̃ debuit ex
hoc non fit irregularis:vt no.eo.ti.sicut. Si aũt ali-
quis infirmum vertit vel transuertit in aliud latus
vt citius moriatur:irregularis est consulens ⁊ faciẽs
si ex hoc mors citius fuerit subsecuta:puta qz ⁊ via
anhelitus precludif:vel rumpitur apostema ex vio-
lentia motus.⁊ suffocatur. Idez dico si infirmarius
bona fide voluit infirmum maxime grauiter infir-
mum:vt quiescat ex alios latere:vel supinus:vel ali-
ter:si ex hoc citius moritur,irregularis est:vnde nõ
expedit clerico seculari vel religioso:ꝙ sit infirmari⁹
maxime principalis:qz frequenter credens bene fa-
cere,⁊ iuuare infirmum:mortis ei occasionem pre-
testabit.op.ca. ad hoc extra de eta.⁊ qualita. ad au-
res. Si tñ de ijs ⁊ similibus dubitaf an inde mors
fuerit subsecuta: deponat leuem ⁊ temerariam con-
scientiam ad arbitrium prudentis viri. alioquin eli
gat tutiorem viam,⁊ abstineat:extra de homici. ad
audientiam:cũ concor.ibi positis:de simo.per tuas

ij. Si aliquis tenet ceruum: vel leonem: vel aliam feram que aliquem occidit: non est irregularis: dummodo alias latam culpam non habuerit: vel malitiã non adhibuerit. c. ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. ⁊ l. fin. sz Guil. ⁊ Innocen. ⁊ Ostien. qui predicta dubia superius conscripta tangunt in preal. c. ad audientiaz. de homici. ⁊ in vlti. glo. istius. c. in fi. Tradit Osti. duas regulas circa irregularitatem. vna est quod in dubio nec magister nec iudex debet aliquem iudicare irregularem. de peni. di. j. §. pene. ff. de penis. interpretatione. ⁊ l. si preses. Secunda est ꝙ in dubio se vnusquisqz debet irregularem reputare. ca. eorum que leguntur. ⁊ no. preal. c. ad audientiam. de homici. Itez non solum quis est irregularis: si ex eius percussione aliquis interijt: verum etiam si ex hoc infirmitatem contraxerit, vnde mortuus est. extra eo. ti. c. presbyterum. c. ad audientiam. ⁊ l. dist. studeat. extra de cleri. percus. c. ij. Item tenuit Guil. ꝙ si quis se in ineuitabili casu defendat: ⁊ homicidium committit irregularis est. sed istud hodie corrigitur extra in clemē. de homici. si furiosus. per quod. c. determinatur que no. extra eo. ti. c. ij. ⁊ c. sicut dignum. in fi. magne gl. Itē si potui hominem liberare a morte: ⁊ non libero: nō sum irregularis: nisi sim in potestate iudiciaria constitutus. de hoc vide quod legitur. ⁊ no. xxiij. q. iij. nō in inferēda. lxxxiij. di. §. j. ff. de libe. agno. necare. extra de sen. excom. quante. ⁊ c. dilecto. vj. lib. facit pro hoc quod dico. xxiij. q. iiij. forte. no. etiam causa. c. ⁊ q. iij. ostendit. Si autem retraho te volentem liberare hominem a morte iniusta: irregularis sum. q: quodam modo homicidium committo directe. de pe. di. j. periculose. l. di. si quis viduam. facit preal. c. ostendit. Illud etiam notandum, ꝙ si quis occidendi animo, percussit latronem: non tamen letaliter: Latro autem ex aliorum vulnere perijt: irregularis est. vt colligit extra de homici. significasti. ij. resp. j. Idem est etiaz si nō percussit: sed aliquid operis impendit in mortē eius: puta q: latronem detinuit: vel contra eum clamauit: vel huiusmodi. alias autem si clamasset contra eum: non in mortem eius: sed quod caperetur: vel detinuit eum: vel leuem ictum dedit: irregularis non est. fm Inno. c. preal. c. significasti. etiam si ab alijs occidatur. in quibus verbis bene intellectis dñs Inno. vere sibi contrarius est. In hoc enim videtur esse iusꝙ nec auxilium det in mortem alicuius aperte: nec etiã sit in neglectu. q: si culpa eius vel malitia homicidiũ perpetretur: irregularis fit. ⁊ idem si eius negligentia committitur. l. di. hi qui. extra de homici. petrus. Et ideo siue clamat contra latronem: siue euz capiat: seu quocunqz alio modo potuit intelligere ex clamore vel alio actu suo homicidium posse sequi: irregularis est. nisi forte faciat propter periculum corporis sui. vt si timet ꝙ aliquis eum occidere velit. tunc eniz bene potest inuocare ⁊ clamare pro auxilio. q: non intē dit in aliorum mortem: sed in suam liberationez. Et preterea liberat a peccato animam volentis cum occidere. secus si faciat hoc propter periculum rerum: vel si fuge presidio euadere potest. c. ti. suscepimus. sz Guil. Itē si clericus non valens recuperare res suas: tenet furem ne cuz rebus fugiat. donec eum exhibeat iudici: vel eius auxilium inuocet ad res suas recuperandas: non est irregularis: licet fur a iudice postea corporaliter puniatur. quod verum est hodie protestatione premissa: ꝙ ad vindictam sanguinis non intendit. extra de homici. prelatis. lib. vj. ipsa enim ligatio, siue captio, siue sanguinis effusione licita est. extra de homici. c. j. xxiij. q. vj. si res. extra de homici. c. ij. extra de rap. in archiepiscopatu. §. j. in fi. extra de homici. tua. § ad vlti. fm Inno. ⁊ Ostien. qui sic no. eo. ti. suscepimus. vnde si clericus tradit iudici aut potestati furem vel latronem: petens ꝙ euz puniat citra sanguinis effusionem: vel petens rem sibi subtractaz restitui: cum protestationem premissa: licet iudex in eũ animaduerterit: non propter hoc clericus fit irregularis: nec ei nocet, si ad conuincendum latronem: tradiderit insignia. Et idem est si de iniuriantibus sibi vel ecclesie sue deponit querelam: quamuis tales vix absqz sanguinis effusione valeant coarctari. extra eo. ti. tua nos. §. ad vltimum. ⁊ c. postulasti. xxiij. q. iij. maximianus. ⁊ q. v. c. j. ⁊ c. vnum. c. pena. ⁊ c. ff. de bo. liber. qui quum maior. §. j. protestatione premissa. vt preal. c. prelatis. ad idem extra de rap. in archiepatu. extra de iudi. quum non ab homine. extra de verbo. sig. nouimus. extra de hereti. excommunicamus. ij. §. penul. de aposta. a nobis. xxiij. q. v. non vos. Et sunt hic In argumentum nullius irregularitatis notam incurrere eum qui per executores alicuius curie procurauit aliquem capi, propter aliquod delictum: propter quod nec mori nec mutilari debuisset: licet iudex alia inueniens suspenderet eum. non consulo tamen alicui hoc facere: nisi propter emendam suã aut restitutionem rei sue. vt innuit preal. c. prelatis. Si iudex vel officialis insequitur latronem: ⁊ querit a me: vbi est: ⁊ capitur ⁊ occiditur: irregularis sum. q: facto meo mortuus est. l. dist. si quis viduam. Si autem querit latro: ⁊ non potest fugere nisi per alterã de duabus vijs: ⁊ dico ꝙ per h[...]c non fugit: sciens cuz per alteram fugere: Idem si n[...] sciam: irregularis sum q: dicendo ipsum non per [...]ne viam fugere, implico eum per aliam fugere. c. c[...] tra de presump. nonne. tacendum est ergo vel cura[...]ter querentem oportet eludere. xliiij. di. in mandatis. faciunt que no. xxij. q. ij. ne quis. Itē si agenti ad res suas ex post facto placet ꝙ latro suspensus est: ⁊ ratum habet: irregularis est. fm Ostien. extra de resti. spo. cum ad sedem. in fi. Sed salua gratia sua grosse locutus est: q: ratihabitio vel complacentia non inducit irregularitatē: vbi nullus consensus vel cooperatio vel exhortatio precessit: nec eius nomine factum est. c. ff. manda. si vero. §. si post. peccatum enim quod sola voluntate cōmittitur: contraria aboletur. c. extra de simo. c. fi. ff. de reg. iu. nihil tam naturale. extra eo. ti. c. j. Et q: de sola nuda voluntate non tenetur se purgare. no. j. q. iiij. q: presulatus. ⁊ extra de homici. petrus. Preterea nec ratum habere potest quod nomine suo gestum non fuit. expressum hodie extra de sen. excom. quum quis lib. vj. ⁊ extra de reg. iur. ratum. lib. vj. Irregularitas enim ratione homicidij non contrahitur sola voluntate: nisi homo actu occidatur: vt extra de homici. sicut dignum. §. illi autem. in quo. §. non fuit solus animus: sed actus exterior veniendi. xv. q. j. si quis non iratus. Sed nec fit aliquis irregularis propter soluz homicidium: nisi culpa vel voluntas precesserit: vel alias inde sequatur scandalum. l. di. hi qui. c. extra de homici. ex literis. de cleri. egro. tua. Si autem in rixa quis mortuus est: nescit tñ quis illum interfecit: oēs censendi sunt irregulares: ⁊ ab ordinibus repellēdi. q: oēs censentur homicide: saltem quoad promotionem: pp incertitudinez. xxiij. q. vlti. c. vlti. ff. ad. l. aql. item mela. §. si plures. ⁊ hoc tenet Io. predi. c. vlti. ⁊ hoc si oēs percusserunt: si aũt aliquis non percussit: sue est conscientie relinquendũ. fm Ostien. qui de hoc

Notatur Innocentius.

Sugillat Ostiensis.

no. in summa de homici. §. qua pena. versi. sed nunquid ꝙ irregulares omnes sint. facit. lj. di. aliquantos. ⁊ c. si quis. extra de cleri. percus. c. continētia. Si amici tui occidunt aliquem tibi iniuriantem, te inuitore contra tuam prohibitionem: non nocet tibi. vt extra de homi. petrus. ⁊ j. q. iij. quia presulatus. Idē est si te ignorante. c. extra de simo. a nobis. ⁊ c. sicut nobis. ⁊ c. de regularibus. Sed si voluntas turbata fuit: puta quia nec consensisti expresse: nec contradixisti: tibi imputatur. ea. extra de simo. mattheus. immo etiam si sciens tractatum de morte alicuius habitum: non reuelaui: non sum irregularis. quia homicidium non commisi: facto, mandato, cōsilio, vel defensione. l. di. si quis viduam. ⁊ in preal. c. petrus. Si aliquis vadit ad interficiendum aliquem: ⁊ tu eum scienter associas: non eum incitans ad homicidium: nec cum eo super hoc aliqua verba habuisti: vel si habuisti: semper ei dissuasisti: sed quum tibi nollet acquiescere: timens de ipso, eum associas: eo proposito vt si forte aliquis eum insequeretur, eum defendas: etiam si sic homicidium perpetrat, irregularis es. secundū Ostien. vt eo. ti. sicut dignum. §. illi. ⁊ §. fi. Item clericus arma ministrans, si aliquis interficiatur: irregularis est. c. xxiij. q. vlti. c. fi. nomine autem armorū fustes ⁊ lapides intelliguntur. ff. de verbo. signi. armorum. facit quod legitur. ⁊ no. extra de iudeis. ita. Possunt milites ⁊ alios clerici inducere ad pugnādum pro defensione ecclesie: vel fidei: vel reipublice: ⁊ si aliqui ibi interficiantur: ⁊ etiam si presentes sunt clerici: non sunt irregulares. no. xxiij. q. iij. maximianus. no. secundum Inno. extra de resti. spo. olim causam. facit. xxiij. q. viij. vt pridem. nota secundū Osti. in summa de homici. in §. qua pena. versi. illud vero. ⁊ seq. Et breuiter teneas ꝙ ecclesiasticus iudex potest hortari brachium seculare contra violentos: vel hereticos, vel paganos: non vt occidat, vel mutilet: sed vt de terris fidelium expellantur: ⁊ de suis, si fideles impugnant: nec est irregularis: licet aliqui sint hinc inde occisi. xxiij. q. v. de occidendis. ⁊ in preall. c. maximianus. Et no. Inno. extra de homi. petitio: ꝙ licet aliquis in bello iusto percusserit: si tamen nullus inde mortuus sit: nō fit ex hoc irregularis. vt ibi probatur. licet enim ibi de percussione quesitum fuerit: non tamen respondet de hoc: sed de interfectione. In bello autem iniusto: quicunqꝫ auxilium vel consiliū dederit in mortē alterius: vel si culpabilis vel negligens fuerit: ⁊ ex hoc est mors secuta: irregularis fit di. l. quantum. c. sepe. c. si duo. vnde euntes ad bellum iniustum, siue prestent suis fauorem, puta qꝛ ledunt seuerius inimicos: siue terrorem incutiant aduersarijs: scilicet ꝙ fugiant, vel timeant se defendere: vel ꝙ inimici eorum stupefacti eos deserant: si exinde sequatur mors: irregulares sunt. Si vero quis accedit ad iniustum bellum, causa pacificandi: vel alia iusta causa: licet ex eius presentia aliquod robur accrescat suis vel timor incutiatur aduersarijs: non est ei imputandum: dummodo ⁊ de ijs lata negligentia absit omnino. c. a contrario sensu. in preal. c. quantum. ⁊ extra de homici. presbyterum. xxiij. q. v. de occidendis. extra de tornea. c. ij. Potest etiam dici fꝫ Guill. dur. ꝙ clericus qui cum armis vel sine armis interest in bello iusto: saluo eo quod dictum est. s. e. versic. possunt. cum versic. seq. vel in iniusto in quo aliqui interfecti sunt: irregularis est: licet ipse non occidit. Idem dico de seculari: ꝙ siue intersit iusto vel iniusto bello: vbi aliqui interficiuntur: irregularis est: nec poterit promoueri. de hoc. lj. distinct. si quis post. xvj. q. iij. porro xxiij. q. vlti. quicunqꝫ ex clero. nec refert quantum ad irregularitatem, vtrum quis iusto an iniusto bello intersit. quia ita est irregularis qui iuste interficit: vel consilium, vel auxilium, vel fauorem prestat: vel in lata negligentia est in morte alicuius: sicut qui iniuste interficit. legitur ⁊ no. lj. distinc. c. j. in glo. quicunque c. si quis post. extra de cleri. percus. presentium. ⁊ c. fi. expressum. quia talis irregularitas iuste interficiendo, fundata est in defectu: non peccato. vt. s. in princ. istius materie dictum est. Nec videri potest ꝙ aliqs intersit bellis: ⁊ non det opem aliquam saltem adsistendo: vel hostes terrendo: vel cuneum augendo: cōsilium, auxilium, vel fauorem: propter quod est irregularis. lj. distinc. si quis viduam. ⁊ extra de homici. sicut dignum. vnde etiam clericus proijciens lapides in conflictu, etiam ex parte illorum qui violentiam repellunt: irregularis est: si ab alijs sint hinc inde aliqui occisi: licet ipse nullum percussit. vt pre. c. penul. ⁊ vltra de cleri. percus. Clericus etiam non debet preponi bellis: nec ruptarijs: nec ballistarijs: nec huiusmodi viris sanguinum. extra ne cleri. vel mona. sententiam. Tamen iusto bello, quod non ad occidēdum: vel occidendum si resistant. j. e. ver. eodem. sed ad defendendum seu recuperandum sua, geritur: preponi potest: non vt possit directe predictis viris sanguinum preesse: sed vt respondeat militibus: ⁊ sumptus ministret: tractatus teneat: sententiam proferat ⁊ negotia cuncta disponat: sicut faciunt rectores ⁊ officiales ecclesie in terris temporaliter subiectis ecclesie. sic etiam tenet Innoc. preal. c. olim causam. de resti. spo. Potest etiam clericus interesse iusto bello. xxiij. q. iij. maximianus. ⁊ q. viij. hortatur. non iniusto. extra de homici. sicut. ff. ad. l. aquil. item mela. §. ⁊ itē. ⁊ hortari: ⁊ dicere: viriliter pugnate, ⁊ capite. nō dico occidite. ⁊ hoc prius ꝗꝫ veniatur ad actum: seu percussiones. nec obstat extra de homic. ca. j. quia ibi aliquos percusserat. bello autem iam omisso incitās alium ad percutiendum aliquem alium, si sic percussus obierit: irregularis est: maxime si bellum sit iniustum. extra de penis. quod in dubiis no. etiam de hoc per Inno. extra de sent. excommu. dilecto. li. vj. idem est si generaliter seu communiter super bellatores acclamauerit, dicens: viriliter pugnate: vel date illis: vel similia. vnde quicquid dicatur: teneas ꝙ quantumcunqꝫ sit bellum iustum: etsi liceat clericis temporalem iurisditionem habentibus pro defensione vel recuperatione iurium ecclesie bellum indicere: ⁊ hortari ad pugnam, anteꝗꝫ veniatur ad ipsam: si tamē clericus postꝗꝫ peruenitur ad pugnam: ad impugnandum alios, personam suam exhibeat: ⁊ ex facto vel verbo suo contingat fieri homicidium, vel mutilationem membrorum: irregularis est. vt patet in eo quod legitur. ⁊ no. extra de homici. suscepimus. extra de cleri. pug. in du. c. ij. §. fi. ⁊ de cle. ex. mi. c. ij. fm Ostien. q ita no. in preal. c. quod in dubiis. extra de penis. Per predicta non video quomodo prelati ⁊ clerici hispaniarum se ab irregularitate valeant excusare: qui contra saracenos nedum faciunt bellum cum gentibus suis: ⁊ hortantur generaliter christianos ad pugnādum contra eos: sed ⁊ ipsi in bellis intersunt: ⁊ specialiter ad pugnandum ⁊ feriendum hortātur alios: ⁊ ipsi pugnant sicut alij seculares viriliter cōtra eos: feriunt: ⁊ occidunt: nec de irregularitate aliquam sibi faciunt conscientiam: immo magnuꝫ credunt: sed non secundum scientiam. Rom. x. xv. q. j. §. j. ex hoc,

Hispani plati militie vacantes.

christo

christo sacrificium & aliis sicut iudei interficientes discipulos christi. Joan. xv. exhibere. contra quos expresse faciunt iura pre. & expressius. ij. di. c. j. quod loquitur contra hispanos. l. di. clericum. qui paganum. xxiij. q. vlti. c. ij. & iij. & §. his ita. & §. in registro. c. reprehensibile. c. si in mortem. c. conuenior. c. sepe principes. c. his a quibus. extra de cleri. percus. c. penulti. & vlti. extra de vo. & vo. rede. ex multa. §. fin. Si clericus in bello iusto ministrat ballistas seu sagittas ad sui defensionem: & ille cui ministrat postmodum aliquem interficit: si non intendat dans ꝙ ballistarius aliquem interficiat: seu interficere velit: sed ꝙ illos terreat: vel se vel sua defendat, vel recuperet. non est irregularis, quod prosequitur vt no. Inno. extra ne cleri. vel mona. sententiam. Eodem modo non dicimus irregularem illum qui in bello iusto prepositus est exercitui: vt sumptus faciat: & cuncta disponat: si forte precipiat lanceas vel sagittas emi & ministrari: vel ad exercitum vel ad custodiam castri vti: vel si hortatur ad currendum post hostes: vt eis preda hominum vel animalium auferatur: si forte tunc aliquis interficiatur. dummodo solum intenderit ad recuperationem prede: non ad vindictam. talis enim causa remota non nocet. c. xxiij. q. v. de occidendis. secundum Guill. Inno. & Ostien. qui de hoc no. in preall. c. sententiam. Sacerdos etiam vel clericus in duello pugnans, irregularis est. sed si mors vel mutilatio membri non fuerit subsecuta: poterit cum eo suus episcopus dispensare: imposita sibi penitentia de peccato. extra de cor. vi. c. j. & ij. & de cleri. pug. in duel. ca. ij. Si aliquis abortiuum viuificatum procurat occidi: vel causam prestat: irregularis est. extra de homici. si aliquis. ij. q. v. consuluisti. Si dubitatur an de illa percussione fecerit abortiuum mulier: vel an sit viuificatus in dubio abstineat. extra de homici. ad audientiam. Si leuem aut temerariam habet conscientiam: deponat tam: alias contra conscientiam non promoueatur. extra de simo. per tuas. ij. extra de sen. excom. inquisitioni. Si aliquis mori timens, velit aufugere & alius promittit ei pacem: & ei consulit ꝙ nō vadat: & iste propter talem promissionem stetit: & interfectus est in loco vbi mori timebat: & non temere promissa fuit securitas: irregularis est promittens, quia in culpa fuit promittendo quod facere non poterat. Secus si promittens habebat probabilem firmitatem posse firmiter complere quod promisit: puta quia habebat in eos qui interficere querebant illum, patriam vel dominicam potestatem: aut ita erant sibi affinitate vel consanguinitate vel amicitia coniuncti: ꝙ posset eos a tali proposito remouere. c. pro hoc. xxiij. q. v. de occidendis. Filii beneficiati vel feudatarij ecclesie personam ipsius ecclesie interficientes: irregulares sunt: & non possunt vsque ad quartam generationem in clericos promoueri. extra de penis. in quibusdam. Item si litere presentantur alicui principi vel iudici: ꝙ talem homicidam qui in tali hospitio moratur, capiat & suspendat: princeps literas tradit cuidam clerico ꝙ eas aperiat & legat sibi: quod & facit: & ille homicida capitur: & suspenditur: clericus legens irregularis est. sicut responsum fuit per dominum Clemē. papam. iiij. quia ex illa litera lecta homicidium secutum fuit. nec prodest si dicat se ignorasse. quia ipsam primo sibi legere debuit. quod & si non fecit: tamen quācito peruenit ad captionem, debuit sistere: & literas domino reddere: ac si ei diceret, ꝙ talem literam legere nō erat sui officij c. extra. e. de homici. sicut dignum. & ex

ne cleri. vel mona. secundum Ostien. qui ita no. co. ti. sententiam. Quando autem, & per quem possit circa irregularitatem homicidij dispensari: videndum est. super quo notandum est ꝙ cum aliquibus ex predictis irregularibus solus papa dispensat: & cum aliquibus episcopi. vt extra de homici. continebatur. & ca. ad audientiam. Si igitur quis occidendi animo aliquem vulnerauerit: licet vulneratus non fuerit mortuus: vel membrum perdiderit: tamen percutiens irregularis est: & episcopus potest dispensare cum illo: sicut etiam vindicatione vindicte sanguinis: si nō peruenitur ad membri detruncationem. extra de homici. petitio. de cle. pu. in du. c. j. extra ne cleri. vel mona. sententiam. si vero peruentum fuerit ad membri detruncationem, absque homicidio: solus papa dispensat. extra de cor. vi. c. j. de homici. cle. ergo presbyterū. Circa homicidium necessitatis & euitabilis, dicendum est ꝙ talis ad superiores ordines non ascēdet: sed per Papam dispensatur: alias in susceptis non ministrabit. l. di. de his clericis. j. & ij. In homicidio autem ineuitabilis necessitatis, non est dispensatio necessaria: quia nec talis irregularis est. extra de homici. si furiosus. in clemen. Nec homicidio casuali. & si dabat operam rei illicite: & adhibuit diligentiā quam debuit. extra de homici. lator. & c. ex literis. ij. & c. sequen. & c. ioannes. & c. si. Infans autem vel furiosus committens homicidium, non est irregularis. vt in preal. c. in clemen. si furiosus. Quando autem per ingressum religionis tollatur irregularitas no. extra de apost. c. ij. Vltimo nota ꝙ homicidium ante baptismum siue ex officio siue ex voluntate commissum. non facit irregularitatem. xxvj. di. de inde. vbi de hoc lj. di. aliquantos ex his qui post baptismum. ergo secus ante. & ita ibi no. in glos. j. & ca. si quis post acceptum baptismum. ergo secus ante. l. dist. si quis post remissionem. secundum vnam lecturam. j. baptisma: secundum gl. ergo secus ante. & l. di. si quis viduam. ibi. post baptismum. ergo secus ante. Sed Innoc. & Ostien. tenent cum Bar. ꝙ homicidium quantumcunque ex officio & sine peccato per iudicem irregularitatem facit: que non tollitur per baptismum. vt no. in preal. c. si quis viduam. & lj. distinct. in summa. vt no. extra de diuor. gaudemus. in glo. fi. & Ostien. in summa de homici. §. qua pena. ver. & si opponas. Sed idē Inno. no. contra hoc extra de homici. presbyterum. & hoc teneo: quia hoc tenet curia romana: vt no. Archidia. dn̄s meus. lj. dist. in summa. Et vere saluo tanto dn̄o, dn̄s Ostien. in pre. §. qua pena. pinguem habuit intellectum, dicendo ꝙ infidelis iudex: quia in eo nō cadit iurisdictio: peccat iustitiam exercendo. & ideo illa irregularitas tollitur per baptismum. Sed secus in illo qui obedit ei: quia iste non peccat. & ideo ista irregularitas non tollitur per baptismum: quia esto ꝙ apud infideles vera iurisdictio non sit. sicut in principio istius operis latius disputaui. & no. extra de elec. venerabilem. in gl. sic ergo. licet vehementer contradicat. xxiij. q. iiij. quesitum. in eo tamen ꝙ iuste iudicauit: non peccauit: licet meritum non habeat: quia infidelis: non est expressum. xxiij. q. j. §. ex his. item & si ille peccasset: executor exequendo quod nō debuit. vt est expressum extra de tempo. ordi. dilectus. ibi: Ipsi obtemperare non debuit in hac parte. cū cōcor. ibi positis. Multe autem sunt alie irregularitates in iure scripte: & per doctores tacte dispersim quarū etiam aliquas hic recolligo. Et siquidem irregulares sunt neophyti. xlviij. dist. c. j. & ij. l. di. c. j. Nouitius in ab-

Cuius sit cū irregulari dispēsare.

Necessitas duplex

Taxatur Ostien.

Irregularitates alie

batem non eligitur.xli.dist.neophytus.alias.est in.§.
& his omnibus. extra de elec.cum in magistrum. ex
de elec.nullus.lib.vi.Uxoratus non potest sine licen
tia vxoris vouentis continentiam promoueri.extra
de conuer.coniug.coniugatas.xxxi.dist.vt lex.lxxvii.
di.episcopus benedictionem. Clericus ludens cum
laico vnde mors secuta est:irregularis est.extra de ho
micidio.continebatur. defectus etatis scientie & mo
rum in episcopo presbytero & aliis.extra de elec.cum
in cunctis.c.dudum.i.xxxviii.di.per totum. extra de
eta. & quali.ex ratione.Eligens aliquem simoniace.
extra de elec.per inquisitionem.Dans pecuniam vt
in monasterio recipiatur.extra de sta.regu.monachi.
§.si quis.&.§.si vero.sm Jo.de deo.& de simo.veniẽs
sed contra videtur.i.q.ii.quam pio.in fi.sed ibi cõce-
ditur recipi quod sine pactione offertur xviii.dist.de
eulogiis.extra de simo.dilectus filius.i.Dans vene-
na sterilitatis viro vel femine:irregularis est interp-
tatione iuris.xxxii.q.ii.aliqñ.extra de homici. si qs.
Ligans latronem:etsi per alium occidatur. extra de
homici.suscepimus. quod qualiter intelligatur. s.in
ista materia posui.in ver.illud etiam notandũ. c.&.
seq. Auaritia magna impedit.lxxxv. di. archidiaco-
num. Nimia simplicitas impedit.xxxix.dist.petrus.
xlvii.di.de petro.Contrahens in sacro ordine irregu
laris est:donec cum eo dispensetur.extra qui cleri.vel
vo.c.i.&.i.extra de cleri.con.sane.ii.xxviii.di.presby-
terum.& nihilominus hodie excommunicatus.vt in
cle.de consangui.& affini.eos qui.Homicida casualis
etiam dans operam rei licite.si non adhibet diligen
tiam quam debet.extra de homi.ex literis. &.c. dile-
ctus.&.c.tua.&.c.pen.& vlti.Qui semel fuit hereticus
non dispensatur per papam.xii.di.nos consuetudinẽ
i.q.i.quod quidam.&.q.vii.conuenientibus. Accusa
tio criminalis.lxxxi.dist.tãtis. Magna infamia.ex-
tra de accusa.accedens.&.c.eps.& de simo. accusatũ.
xxv.di.primum.extra de excel.prela.inter dilectos.
Dans pugilem qui mutilat vel occidit.de cleri.pug.
in duel.c.i.&.ii.Damnatus per sententiam de pecca-
to criminali:licet egerit penitentiam:quũ remaneat
infamis.i.q.vii.c.i.&.c.si quis omnem.extra de tem-
po.ordi.c.si. Laici de iure communi non eligunt ad
aliquam dignitatem.lv di.hoc ad nos.&.c.seq.lxi.di.
c.i.ii.iii.&.iiii. Scrupulus conscientie de simonia pre
lati impedit ad promouendum.extra de simo.p tuas
ii. Lapsus ad suum ordinem restitutus.l.di.qz sancti
tas tua.Existens in minoribus ordinibus,non eli-
gitur in episcopum.lx.di.nullus.extra de elec.dudũ.
i.Ordinatus sub conditione non petendi beneficiũ
si presentatur irregularis est.extra de simo.per tuas.
iii.&.c.pen.Resistens predonibus, & aliquos vul ne
rans,si per alios tunc aliquis occidatur.extra de cle-
ri.percus.c.i.& vlti l.di.de his. Homicida presumpti-
ue.li.di.aliquantos.c.si quis post.liii.di.c.i.lv.di. pu-
scis.c.nullus.c.qui partem. Suspectus de heresi pus
qz se purget.de pur.ca.inter solicitudines. Facinoro-
sus.illiteratus, bigamus:que virginem non est sorti
tus vxorem. ab adolescentia in circo positus a sortis
legis.corpore vitiatus,seruilis vel originarie condi-
tionis.Curie obligatus:vel ratiociniis,publice peni
tens,neophytus,hi casus sunt.lv.di.c.i.xxxiiii.di.pre
cipimus. Obligatus voto donec intret religionem.
extra de vo.per tuas.Intrinseca , & extrinseca dimi-
nutio:vt illiteratura & infamia.i.q.i.§.si ergo.§. ecce.
c.vilissimus.c.hi qui.Credentes & fautores episcopo
rum hereticorum.de here.excommunicamus.§.cre-
dentes.c.pen.& vlt.Carens oculo.lv.di.si euãgelica
Baptizatus pro egritudine.lvii.di.c.i.Filii raptorũ
monialium & vi oppressarum.i.q.vii.tali.cum pre.§.
xxxvi.q.ii.eos.&.c.vlti. Incedens armatus ad necã
dum hominem:etiam si per alios:non per se quis ibi
occidatur,dans fauorem consiliũ preceptum defen
sionem perpetuo sunt irregulares.extra de homic.si-
cut dignum.& de cleri.pug.in du.c.ii.l.di.miror.xxiii.
q.i.c.pen.& vlt. Filii, damnatorũ de crimine lese ma
iestatis vi q.i.§.& verum. Jurans qp non erit cleric⁹
xxii.q iiii.§.vlt.lxxxv.di.archidiaconum. Eps renũ
tians factus monachus.vii.q.i. hoc nequaqz.c. sta-
tuimus.extra de renun.post trans. Damnatus de in-
iuria illata ratione ecclesie in psona pape.xxiii.q.iiii.
guilisarius. Imperitus medicus sub quo periclitan
tur homines.extra de eta.ad aures.& de hoc.s.latius
dixi.Dans vel promittens aliquid pro electione.i.q.
i.eos.&.q.vi.c.i.&.ii.viii.q.ii.illud.&.q.iii.talia.&.c.ar
taldus. Imperfecte recipiens manus impositionẽ
vel vnctionẽ extra de sacra.nõ ite.c.vlt. & sacra vnc.
c.i.Habens filios naturales. & qui non est literat⁹ vel
catholicus vel legitime etatis.& qui non est instruct⁹
in ordine clericali.in aut.de sanctis.epis.§.i.ii.iii.&.iiii.
&.§.clericos autem.xxxiiii.dist.precipimus. Contra
hens cum electa,vidua,meretrice,ancilla,vel ctiã pu
blicis spectaculis mancipata.xxxiiii.di.si quis viduã
l.dist. si quis viduam. extra de biga.c.i. Ratiociniis
obligatus.lxi.di.ossius.liii.di.c.i. extra de obli. ad ra.
c.i.Excommunicatus vsqz quo absoluatur.xxiii. q.
i.audiuimus extra de or.ab episcopo.qui resi.c.ii. de
excep.c.inter.c.vlti.extra de senten.excom. cum illo-
rum.de elec.venerabilẽ.Clericus peregrinus. ex de
cleri.pere.per totum.lxxii.dist.per totum.xcviii. dist.
per totum . Consentiens electioni facte per laicum.
extra de electio.quisquis. Publicus concubinarius
donec peniteat.& secundum Ostien.donec cum eo di
spensetur.xxxii.di.verum.lxxxi.di.si qui clericorum.
extra de cohabi.cleri.& mu.nostra.c.si.in aut.de san-
ctis.epis.in princ. Monachus de facto contrahens.
xxvii.q.i.quotquot.c.monachus.c.vt lex.xxi.q.i.quo
modo. Obligans ecclesiam suam pro alienis debitis
extra de solu.c.ii. Percutiens grauidam aborsum vi
uificatum facientem.xxxii.q.ii.moyses.extra de ho-
mici.sicut ex literarum.Habens plura beneficia cum
cura sine dispensatione.dudum.ii.de preben.cum iã-
dudum.Stans in habitu monachali vltra annum:
etiam sine professione expressa: non poterit in seculo
promoueri.extra de regula.ex parte.Depositus p sen
tentiam:nisi restituatur.xi.q.iii.episcopus presbyter.
Femina qualitercunqz corrumpatur: inter virgines
non consecratur.xxxii.q.v.illc.xv.q.i.c.vlti.xxvi. dis.
acutius. Electus simoniace etiam ignoranter ineli-
gibilis est:quantum ad illud beneficiũ.extra de elec.
super eo.&.c.si alicuius.i.q.v.c.i.&.c.presentium.extra
de simo.insinuante Ultores iniuriarum.xlvi.di. sedi
tionarios.i.q.vii.si quis omnẽ.Clericus gubernans
naues ad pugnam:si inde mors sequatur:vel mutila
tio.& incitans ad bellum:vel etiam bellans.extra de
penis.quod in dubiis. Incante occidens puerum di
sciplinę.extra de homici presbyterum. Filii patrono
rum occidentium prelatos.extra de penis.in quibus
dam. Regularis sine licentia abbatis promotus.ex
de tempo.ordi.ad aures. Promouens aliquẽ vno
die ad duos sacros ordines:vel die q̃ nõ debuit.extra
de tempo.ordi.dilectus.&.c.cũ quidã.c.literas.c. con
sultationem. Is cuius filius paruulus propter eius

incuriam moritur. extra de peni. ⁊ remis. quesitum. Iniuste sine scriptis excommunicans. de senten. excommu. cum medicinalis. lib. vj. Iudex aliquid faciens per gratiam vel per sordem. extra de re iudi. cũ eterni. lib. vj. Demoniaca vexatio. xxxiij. distinct. communiter. c. vsq; ⁊. vij. q. ij. c. j. ⁊. ij. hoc tamẽ scias, ꝙ demon cuiusquam animam nequit intrare. nec. n. pars intrat partem: nec totus in totam. nec pars in totam, nec totus in partem: quum demon ⁊ anima sit simplex: nec possit diuidi. Mirum autem non est spiritum malignum spiritui humano insensibiliter contingari: ⁊ occultam suadendi vim ad ea que libita sunt exercere. est enim inter eos sicut inter homines, quedam substantie spiritualis similitudo atque affinitas. altrinsecus vero eos sibi inseri vel vniri ita vt capax alter alterius esse possit: omnibus modis impossibile est. hoc namq; solum deitatique substantia incorporea. xxiiij. quest. iij. c. penulti. versi. antropomorphite. simplexq;. extra de sum. tri. c. j. in princ. natura est: verisimiliter tribuetur. Nec obstat de arreptitijs: qui non suas sed illorum voces ⁊ gestus voluntatesq; depromunt. ꝙ non ita putandum est vt anime ipsius penetrantes substantiam: ⁊ velut vniri ei: ⁊ quodammodo induti ea: sermones ac verba per os patientis emittant nullo namq; modo istud ab eis fieri posse credendum est. Nec enim per aliquam anime diminutionem, sed corporis debilitatem, hoc euenire manifesta ratione deprehenditur. quum. s. in membris illis in quibus vigor aie continetur immundus spiritus insidens, eisq; importabile atq; immensum pondus imponens: obscuritate teterrima, intellectuales eius obruit ⁊ intercipit sensus. Quod nonnunq; etiam vini febrisq; vino, ecu nimij frigoris, alijsq; qualitatibus extrinsecus superuenientibus videmus accidere. quod ne beato Iob diabolus qui carnis acceperat potestatem moliretur inferre: precepto domini prohibetur, dicentis Iob. j. Ecce trado eum in manus tuas. tantum animam illius custodi. secundum aliam translationem. i. tantummodo amentem eum ne facias: debilitato anime domicilio: ⁊ obruas intellectum ac sapientiam resistentis: principali. s. cor de eius tuo pondere prefocato. secundum Ioan. cassi. qui ita no. in collatione Sereni de nobilitate aie ⁊ nequitijs spiritualibus in lib. collationum: ⁊ est collatio. vij. Item pp humorem melancholicum: vel alio iusto dei iudicio nobis occulto: ex diuina permissione fatigare potest corpus ille immundus spiritus. quod (vt dicit Gelasius) necessaria probatione videri poterit. vt s. carnes comedat indistincte. nam carnes melancholice: vt sunt hircine, leporine, ⁊ hedine, ⁊ similes, prouocant demones. vt. vij. q. ij. c. ij. legitur. ⁊ no. sicut econtrario iaspides eos fugant. xxvj. q. vlti. c. vlti. non dicit ibi de iaspidibus: sed dicit ibi. c. Hieronymi. Demonium sustinenti licet petras vel herbas habere sine incantatione. sed dicunt lepidarij ꝙ virtus iaspidis est contra demones. de arreptitiis legitur ⁊ no. xxxiij. dist. communiter. Epilepsis (vel lannius Epilepsia) irregularitatem etiam inducit. extra de elec. cum inter canonicos. Et scias ꝙ hec est duplex: vna que fit ex defectu medulle: ⁊ talis patitur interlunium: ⁊ vocatur energuminus. qui qualiter liberetur vide de consec. di. v. omni die. vbi de hoc legitur ⁊ no. xxxiij. di. exorcista. vbi no. vnde descendit energuminus ⁊ dicitur. vnde energuimini secundum illas duas gl. dicuntur lunatici: ⁊ obsessi a demonibus. ⁊ dicuntur ab en ꝙ est in, ⁊ erge ꝙ est labor, ⁊ mene ꝙ est defect⁹, ⁊ neos quod est mens: quasi in defectu mentis laborantes. Secunda vocatur caduca cum videlicet cadit in terram ex perturbatione spiritualium: que curabilis est ⁊ talis debet per annũ ab officio abstinere. ⁊ de hac quidem loquuntur canones. xxxiij. dis. maritum. ca. communiter. vij. q. ij. c. j. perpenditur autem ꝙ nõ fit demoniaca passio: qr quum cadit in terram: non loqtur sicut demoniacus: nec voces confusas cũ spume iactatione emittit. c. preall. c. communiter. vij. q. ij. c. ij. Si ergo nõ cessat passio: perpetuo a celebratione abstinebit. alias autem potest. vt in. c. communiter. vij. q. ij. c. j. Porro etsi liberatus credatur: semper tñ secũ habebit socium vicini solaminis adiutorem. qui eo casu deficiente missam consummet. ⁊. ij. q. j. nihil. c. illud. Corporis vitium in membris insignibus. lv. di. c. j. ⁊. ij. ⁊. c. qui partem, ⁊ tribus. c. seq. extra de cor. vi. c. ij. ⁊. iij. Unde scienter se castrans deponitur. lv. di. si quis a medicis. ⁊. c. prece. ⁊ tribus. c. seq. super quo distingue. vt eo. ti. c. si. ⁊. lv. di. in summa. Periuriũ voluntarium ⁊ offertorium extra de iureiur. querelam. ⁊. c. tua. ⁊ tales infames sunt. xxij. q. v. si quis conuictus: Crimen vsurarum. xlvij. di. de petro. ⁊. c. j. ⁊. ij. ex̃ de vsuris. preterea. xiiij. q. iiij. si quis oblitus. ⁊. c. quoniã. extra de excess. pre. inter dilectos. Excõicatio. extra de sen. excom. cum illorum. c. monachi. Uiolatio autem minoris excommunicationis non deponit: sz impedit. extra de cleri. ex. mi. c. si. dispensatur cum promoto, ⁊ hoc per solum papam. extra de elec. illa. ẽm Guil. in repertorio in rubrica he sunt irregularitates in. §. attendendum. ver. violatio. sed Io. an. no. in p̃. c. de cleri. ex. ꝙ eps potest cum tali dispensare. Interdicti a papa positi violatio: vel eius sententie maliciosa violatio. xj. q. iij. theogaldum. de excess. prela. tanta. ij. q. j. scelus. extra de postu. patet. ⁊ per solum papam dispensatur. vt in. c. tanta. Seruitus. liiij. di. per totũ ⁊ extra de seruis non ordi. per totum. Curie obligatus. lj. di. c. j. ij. ⁊. iij. liij. di. c. j. extra de obli. ad ratio. c. j. in aut. de san. epis. §. j. ⁊. iij. Infames etiam omnes irregulares sunt. qr promoueri non possunt sine dispẽsatione. qr p̃mouẽdi oportet ꝙ sint bone fame. viij. q. j. licet. extra de excess. pre. inter. expressius. vj. q. j. infames. vbi multa genera infamium. de hoc. ⁊ legitur ⁊ no. c. causa. ⁊. q. omnes vero. Est autem sciendũ qd infamia est fame priuatio, fit autem fame priuatio, p capitis diminutionem: maiorem: ⁊ mediam: non aũt per minimam. ff. de va. ⁊ extra or. cog. l. pen. §. extimatio. Quid autẽ sit fama: no. iij. q. vij. §. porro. extra d cohabi. cleri. vestra. Est autem fama vt ibi nota. illese dignitatis status: vita ⁊ moribus comprobatus. vt in. l. pre. §. extimatio. Et ẽm Tulliũ: gloria que accipit pro fama: est alicui⁹ dicti vel facti magni frequẽs fama cum laude. Irrogat autem infamia ex genere delicti: qñq; ex genere facti. que omnia vide ⁊ exẽplificant. vt in pre. §. porro. Repellunt autem infames ab ordi. vt dictum est. ⁊. j. q. j. §. ecce si clericus. §. seq. ab officio p̃cura. iudicis: aduocatiꝫ ⁊ testis: ⁊ a dignitate: ⁊ generaliter a quolibet actu legitimo. iij. q. vij. c. j. ⁊. §. tria. extra de testi. ex parte. A presbyteri. ⁊. c. testimonium. ⁊. c. licet. ⁊ de testi. co. preterea. de excep. c. j. ⁊ de excess. pre. inter dilectos. Rñ. potest. suscitatus, C. de infami. l. vnica. lib. x. C. d dignitate. l. ij. li. xij. Remittitur autem infamia a principe ⁊ a senatu. ⁊ ecclesia habet senatum. xvj. q. j. ecclesia. per priuilegiũ. ff. d post. l. j. §. deinde. ⁊ seq. extra de simo. ex diligenti. per epm qui ⁊ princeps est. xxxv. di. ecclesie. j. q. vij. con-

[Margin notes, left:] An mortaliũ aias cacodemones ingrediant. — Quo pacto quis a maligno vexet spũ — Melancholic⁹ humor. — Iaspidis natura. — Energumini qui.

[Margin notes, right:] Excõicationis violator. — Infamie descriptio — Fama qd — Infamia multifariã remittitur.

uenientibus.ver.item tharasius.in casibus in quib[9] habet dispensare.vt no.ij.q.iij.§.hinc.& no.j.l.c. vers. xxvj.& colligitur de hoc per Innoc.& Ostien.de re iu di.cum te.non.l.di.dño sancto.xvj.q.j.ecclesia. extra de simo.insinuatione. Item si maiori q̃ debeat quis subijcitur pene: vel si pro pecuniaria corporalis infli gif.ff.de his qui no.l.quid ergo.§.pena grauior. &.ff. de penis.l.inde seruorum.§.vlti.ff.de decurio.l.ad tẽ pus.ff.ad munici.l.ordine. Item per appellationem releuatur infamia: si appellans eam prosequatur.ff. de turpilia l.j.§.vlt.C.de tempo.ap.l.vlti.§.pen. Qualiter autem canonica infamia remittatur.no.vij.q.j. omnes leges. Sententia vero arbitrorum non infamat.ff.de his qui no.infa.quid ergo.§.ex compromisso.quod qualiter intelligatur no.extra de resti. in integ.causa.gl.fi. vt autem super hoc plenius informeris:nota qui sunt infames.

Quid sit infames:& de multiplici infamie specie. Cap. 49.

Infames qui sint,

Sunt autem infames fures.homicide,sacrilegi,raptores,venefici,periuri,sortilegi, & eorũ consultores,statuta ecclesiastica cõtemnentes. Normã legis christiane abijcientes,capitalib[9] criminibus irretiti,ambitiosi, res ecclesie iniuste auferentes de bellis publicis fugientes,sepulcrorum violatores,maleficí, & contra innocentes,animos principium prouocantes, anathematizati pro scelere.iij.q.v.constituimus.vj.q.j.infames.iij. q.iiij. consanguineorum. Compellens aliquem iurare inique,& periurio consentiens.xxij.q.iiij.inter cetera.&.xxij.q.v.si quis cõuictus. Ex sola fama incestus incurritur infamia popularis.xxxv.q.vj.notificamus. Incestuosi:& eis cõsentientes:& nati ex eis.iij.q.iiij. consanguineorum. xxxv.q.ij.&.iij.coniunctiones.vj.q.j.infames. Irrogans iniuriam.xxij.q.iij.inter cetera.in fin. Contrahens matrimonium sine dote:q2 non presumit matrimonium: vel sine sacerdotali benedictione. vt in preal.c.consanguineorum. Habens simul duas vxores vel spõsas:vel nomine eius quisq̃3.extra de biga. nuper.C.de incestis nup.l.ij.ff.de his qui no. infa. l.j. & fi. Increpatus a patre vel a iudice causa cognita.& hoc de facto.C.ex qui.causis infa.ir.l. ea que.&.l.verbum.&.l.interlocutio.&.ff.e.l.ob hoc. Sodomita. Locans operas ad pugnandum cum bestia. & Improbus aduocatus.iij.q.vij.§.tria.ver.alijs, & seq. & l.si quis ad ea.ff. de postul.l.j.§.item. &.§. & qui.C.eo.ti. quisquis.C.de adul. cum iur. Rei criminis lese maiestatis & filij eorum.& pro eis intercedentes.vj.q.j.q[2] quis cum militibus. Homagium pro re spirituali faciens.extra de simo.ex diligenti. Illegitimus remouetur a dignitate:nisi sit inopia aliorum.C. de dignita.l.ij.lib.xij.ff.de decur.§.spurios.C.de inoffi.testam. fratres vel soro. Carmen famosum vel libellum dictans,& non probans: sed in via vel alibi projiciẽs. iiij.q.iij.versic.ob carmen.v.quest.per totum.institu. de iniur.circa prin. Notarij,iudices,aduocati, defensores,fautores, receptores hereticorum, & credentes. extra de here. si aduersus.& cap.excommunicamus.§.credentes. Mulier nubens intra tempus luctus secundum.l & que nubit contra sacramentum factum pro tutela.ff.de ritu nup.palaz.§. que in adulterio.C de secun. nup.l.j. &.ij.ij.quest.iij.§.hinc tollitur.& in auf. de resti. & ea que pa.§. vnum. C. ex quibus causis.infa.irro.l.decreto.sed hoc tollitur secundum canones extra de secun.nup.c.penul.& vlt. Omnes qui sunt infames secundum.l.vel qui secundum l. morte puniuntur: infames sunt secundum canones.vj.quest.j.infames.iij.quest.ij.§.hinc tollitur.iij. quest.iiij. consanguineorum.vj quest.j.omnis. Omnis existens in mortali notorio & omnis excommunicatus,infamis est infamia canonica.vj.quest.j.illi. & cap.omnes.vbi de hoc.& per totum.iij.quest.v.constituimus. Corruptus & corrumpens pro falso testimonio dicendo.xxij.quest.v.si quis conuictus.iij. q. v.constituimus. Secus in eo qui quia vacillauit captus est. extra de penis super his . quia genus pene per se non infamat:nisi sententia precedat.vt ibi no. Veniens contra pactum vel transactum iuratuz. C. de transac.si quis maior. Qui suis culpis exigentibus, non possunt ad sacerdotium prouehi.vj.quest. j.omnes.j. Leno.& Lena.& Ludentes in scena. ff. de his qui no. infa.l.j.&.ij.§. vlti.versic. quid sit Scena labeo definit.& ponitur hoc verbum de consecra.distinct.v.non oportet.l.distinct.ij.scenicis.inde scenicus idest goliardus,vel ribaldus,vel buffo vel ioculator.de quo no.extra de simo.& si questiones.in glo. aliud.in fin. Joculatores autem dicuntur quasi iocilatores in publicum. extra de vi. & hone. cleri. cum decorem, faciunt enim spectaculum proprij corporis.vt.l.pre.de his qui no.infa.lib.ij.§.fi. Goliardus autem vulgare est gallicorum. Buffones vulgare tuscorum. de his legitur & not. per Joan. an. extra de vi.& hone.cleri.clerici.& cap.quoniam clericalis.lib. vj. Dans pecuniam ne actione famosa conueniatur. secus si gratis: & pro bono pacis. ff. de his qui no. infa.l.j.§.pactum.&.l.athletas.§.vlti.&.l.quoniam.& l.iu actionibus.& no.xxiij.quest.iiij.si illic.in glos.iudicis authoritate. Episcopus exigens procurationes:& non visitans.x. quest.j. relata. Calumniator: si pronuntietur calumniator: & non aliter. v. quest. vj.quia iuxta.C.de calum.l.iij. Calumniose accusans: & non probans.ij.quest.iij.cap.j.§.hinc tollitur.&.§. notandum. circa princip. versicu.sin autem.&.ff. de his autem qui no.infa.l.j.&.iij.quest. iiij. consanguineorum.vj.quest.j.infames. Monachus vel monacha filios procreans.xxvij.q.j.impudicas. Detractores: & morum contemptores.vj.quest.j. deteriores. Inobedientes suis prelatis.xj.quest.iij.si autem. Accusatores & persecutores prelatorum: vel patrum: vel sacerdotum. iij. quest.iiij. clericus. & cap.sequen. & cap.consanguineoruz.vj.quest j.infames. Parans insidias suo prelato . & qui ei infestus est. xj . quest.j. statuimus. Conspirantes & coniurantes contra suos prelatos. xj. quest.j.conspirationum. Locum viuentis occupans.iij.quest.ij.audiuimus.vij.quest.j.presentium.cap.non furem.ea.cum qui.ij.quest.j.in primis.extra de excel.prela.cap.j. Histriones:scilicet qui ludibria corporis faciunt. vt pote qui gesta aliorum ludibrio sui corporis representant.secundum Hugo. Magici.& Excommunicati.& turpitudinibus subiecte persone maculis aspersi.iiij.q.j.c.j.&.ij.vnde eis nõ datur eucharistia.de conse.dist.ij.pro dilectione.&.ca. seq. Miles ignominiose ab exercitu remissus. ff. de his qui no.infa.l.j.&.ij.§.ignominiose. Fatigans iudicem malitiose appellando:& eũ diffamando.& hoc secuta sententia.C.de appella.a proconsulibus. in fi. Simoniaci, dans: recipiens: emptor: & vendi-

Infamia canonica.

Scenici & Joculatores.

tor:

Infamia iuris.

DE regno autem seu de regia potestate distinguendum. Quedã enim est ex humana institutione natura inclinãte ad hoc. Nã in brutis animalibus: que gregalia sunt ꝛ socialia: ex instictu nature inuenitur quoddam regimen. multo magis igit in hominibus: quibus naturale est in societate viuere magis, q̃ cuilibet alij animali. ꝛ inclinatio est ad institutionẽ regiminis ad hoc. vij. q.j. in apibus. ꝛ hmõi regnuꝫ dicitur esse ex iure humano, ꝙ a natura orit. Quedam vero potestas est regia ex institutione diuina vel ex iure diuino, ꝙ procedit a gratia. Utraqꝫ autem potestas regia est a deo: sed diuersimode: qꝛ pma est a deo mediante natura hominum: que ad hãc inclinat ꝛ mediante humana institutione: que inclinationem nature perficit. ꝛ ideo dicitur potestas humana ꝛ naturalis. Secũda vero est a deo speciali modo ipsam instituente ꝛ tradente: ꝛ ideo dicitur potestas diuina ꝛ supernaturalis. de qua dicitur: Non est potestas nisi a deo. ad Ro. xiij. xxiij. q.j. quid culpat. xj. q.iij. qui resistit. Et prima quidem ptãs regia versat circa regimen tpalium ꝛ terrenoꝝ: ideo terrena ꝛ secularis vel tpalis dicit. Secunda vero versat circa regimen spiritualium ꝛ celestium: ideo spiritualis ꝛ celestis vocat. Amplius prima ptãs regia inuenitur cõiter in hominibus: ꝛ quolibet tpe fuit. ꝛ largo modo loquendo. s. ꝛ tpe legis nature, ꝛ legis scripte, ꝛ euangelij. ꝛ apud quoscunqꝫ hoies cuiuscunqꝫ status ꝛ ritus. s. fideles ꝛ infideles iudeos ꝛ gentiles. vñ. j. Regum. viij. dicitur. Constitue nobis regem vt iudicet nos: sicut ꝛ vniuerse habent nationes. qꝛ illud nature omnibus est commune participantibus illã naturam. In hoc tñ differenter fuit hmõi regimen vel potestas apud iudeos ꝛ gentiles: quia apud gentiles fuit solum ex humana institutione. apud iudeos vero fuit aliquo modo ex institutione humana: sed interueniente speciali ordinatione diuina: ſm quam ꝛ iudices ꝛ reges instituti sunt in populo: ꝛ ideo multo melius regimen fuit apud iudeos q̃ apud gentiles. Secunda vero potestas regia solum fuit ꝛ est apud vnius dei veri cultores. ꝛ in veteri quideꝫ testamẽto ex parte imperfecte, ꝛ quasi in figura concessa fuit aliquibus hec potestas a deo: vt patebit. In nouo autẽ testamento per christum plenius tradita est. Adhuc vtraqꝫ ptãs regia distincta est a sacerdotio. sicut ex diuersitate officiorum ꝛ actuum ostendet infra. Sꝫ prima ptãs regia sic distincta fuit a sacerdotio, ꝙ vt in pluribus attributa fuit distinctis psonis pp magnã differentiã actuũ vtriusqꝫ ptãtis: ne vna p aliã impediretur in operando: tñ quolibet tpe inuenit vtraqꝫ fuisse simul in aliqua vna persona. In tpe quippe legis nature melchisedech rex fuit ꝛ sacerdos. Heb. vij. similiter ꝛ iob sacerdos fuit: qꝛ holocausta obtulit. Job. j. ibi, Offerebat holocausta per singulos ꝛc. Et rex fuit sicut ipse ait: Cũqꝫ sederem quasi rex circũdante exercitu. Job. xxix. Primogeniti quoqꝫ regũ sacerdotes ꝛ reges erant: vt quidem faciunt. ꝛ Isido. ait lib. vij. etymol. Maioꝝ consuetudo hec erat: vt rex etiam esset sacerdos vel pontifex. vnde ꝛ romani principes vel imperatores pontifices dicebantur. e. ff. de iust. ꝛ iu. l. j. ꝛ expressum. xx. di. cleros. ver. pontifex. ibi, antea. In tpe ĩo mosayce legis samuel simul sacerdotis ꝛ iudicis officio fungebat, vt habetur. j. Reg. vij. ꝛ quasi per totum. Alio etiam tpe per sacerdotes dei ppls regebat. sicut in lib. Mach. apparet. In tpe autem gratie summus pontifex imperiali ꝛ pontificali potentia vtitur. xcvj. di. constantinus. Secunda vero potestas regia sic distincta est a sacerdotio, ꝙ tñ in vna ꝛ eadem persona inuenit vtraqꝫ. in omnibus enim epis est vtraqꝫ: ꝛ hec est illa duplex potestas que in eis distingui solet, ordinis ꝛ iurisdictiõis. de qua legitur ꝛ no. extra de elec. transmissaꝫ. de conse. eccle. vel alta. aqua. ptãs enim ordinis est sacerdotalis. ptãs vero iurisdictionis quodãmodo est regalis. aliqñ tñ vna istarum inuenitur in aliquibus sine alia. quidam enim habent potestatem ordinis: sed nõ iurisdictionis. extra de renun. post translationem. §. cum vero. ibi in ver. maxime si veritate subnixus dictus. J. loco tñmodo cesserit memorato: ꝛ non ordini. ꝛ. c. ad supplicationem. ꝛ de ordi. ab epo qui re. c. j. quidam autem econuerso habent ptãtem iurisdictionis: sed nõ ordinis vt archid. xxv. di. perfectis. ver. archidiaconus. ꝛ. c. ad hoc. l. di. qui sub gradu. His igitur distinctionibus premissis vidẽdum est quibus conuenit: ꝛ quibus cõicata est tam sacerdotalis, q̃ regia ptãs. Sacerdotium siquidem illud quod dicit naturale: ꝛ est ex humana istitutione: cõicatum est aliquibus ſm ipsorum hominum volũtatem. Sacerdotium vero legale concessum est spãliter aliquibus ex precepto dñi: vt aaron ꝛ eius generi: vt supra dictum est: licet fuerit immutatuꝫ tpe heli: ꝛ ad samuelem translatuꝫ, in quo designabat: vt supra dictum est. s. in. c. prece. §. conuenit. ver. in primis mutatio sacerdotij legalis in sacerdotium christi quem samuel pfigurauit. Samuel enim interpretat postulatus a deo. iste est christus a sanctis patribus ꝛ pphetis a deo patre cum multis gemitibus ꝛ suspirijs postulatus: qui samuel fuit propheta sacerdos ꝛ iudex. Sacerdotium vero euangelicum cõicatũ fuit a christo aplis ꝛ eorum successoribus. ꝛ per istos etiã aliis. quantum enim ad actum sanctificandi, cõmisit christus ptãtem sacerdotalem in cena Jo. xiij. vbi postq̃ ipse corpus ꝛ sanguinem consecrauit: ꝛ aplis sumendum tradidit: formam eis reliquit ꝛ potestatem silr faciendi: quum ait. Hoc facite in meam commemorationem. Luc. xxij. Mat. xxvj. Mar. xiiij. de cons. di. ij. timorem. c. qꝛ corpus. ꝛ. c. in christo semel. c. panis est in altari. ꝛ. c. iterat. pro hoc facit quod no. xxj. dis. in nouo. in gl. ij. ver. de aplis vero ꝛc. Quantum ĩo ad actum docendi, ꝛ alia sacramenta exhibẽdi, sacerdotij ptãtem dedit ꝛ offm̃ concessit: quum ait. Eũtes docete oẽs gentes, baptizantes eos in noie patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti ꝛc. Mat. vlt. Mar. vlti. extra de bap. debitum. de cons. di. iiij. proprie. ꝛ quum ait Jo. xx. Quorum remiseritis peccata remittunt eis ꝛc. j. q. j. remissionem. Potestas autem regia temporalis: que est ex iure humano: communicata est quibusdam hominibus qui sunt instituti rectores aliorum vel ex ordinatione solum, ꝛ cõi consensu alicuius cõitatis hominum, sicut in populis gentium: vel interueniente cum hoc speciali ordinatione seu concessione diuina. sicut in pplo israel. Credendum est auteꝫ

Ptãs sacerdotalis ꝛ regia quibus cõicet

ne institutos aliquos ad regimen alioꝝ fuisse postq̃ multiplicari cepit humanum genus. sed hmõi recto res non sunt semper appellati reges: sed licet hoc nomen non esset: res tñ nominis erat. vnde ⁊ apud iudeos aliqñ dicti sunt iudices. vt in lib. Iudicum per totum. postea vero dicti sunt reges: vt in lib. Regũ. quandoq; tñ nuncupati sunt duces. Nomen autem regis post diluuium cepisse dicitur a nemroth. vide quod scripsi. ã. xxxvj. c. ver. istius. Gen. x. ibi: Fuit autem principium regni eius babylon. ⁊ de isto di. vj. §. ius vero. apud iudeos cepit in saule qui primo vocatus est rex deo id concedente ad instantiam ppli ⁊ signante eum. j. Regum. ix. vltra medium. ibi: Ecce vir quem dixeram tibi: iste dñabitur pplo meo. ⁊ j. Regum. x. ad fi. ibi. ⁊ clamauit cunctus populus: ⁊ ait, viuat rex. Potestas autem regia spiritualis in veteri quidem testamento aliqualiter ⁊ ex parte cõicata est sacerdotibus: ad quorum officiũ pertinebat iudicare de quibusdam spiritualibus: vel que erant figura spiritualium: sicut inter lepram ⁊ lepram, mũdum ⁊ immunduz. ⁊ alia hmõi. Leuit. xiij. ⁊ xiiij. xj. q. iij. quomodo. de pe. di. j. §. ex his. ver. moysi quoq; extra, qui fi. sint le. per venerabilem. §. rationibus. ⁊ xx. di. § j. In nouo autem testamento cõicata est ⁊ tradita a christo aplis, ⁊ eorum successoribus. tunc. s. quando dictum est eis. Mat. xviij. Quecunq; alligaueritis super terram: ligata erunt in celis. de pe. di. j. q penitet. Potestas enim soluendi ⁊ ligãdi est potestas iudiciaria: que ad reges vtiq; pertinet. Singulariter autem ⁊ principaliter data est hec potestas regia, isto modo beato petro: ⁊ in ipso cuilibet eius successori. immo ⁊ toti ecclesie qñ dictum est ei Matth. xvj. Et tibi dabo claues regni celorum. xxiiij. q. j. quodcunq;. ⁊ §. prece. si autem. ⁊ xxj. di. in nouo. ⁊ extra de

Clauis quid denotet.

elec. fundamenta. j. rñso. lib. vj. Clauis autem vt hic sumitur importat spiritualem potestatem introducẽdi ad celeste regnum: vel excludendi ab ipso. vii. glo. xxj. di. §. j. super verbo claues, que incipit: Gratianus, dicit q clauis sacerdotalis est ipsa potestas sacerdotalis: per quam ligat ⁊ soluit. huiusmodi autem potestas est iudiciaria: ac per hoc regalis: q̃ iudicare proprie pertinet ad regis officium. xxiiij. q. v. regum. vnde ij qui hanc potestatem habent in ecclesia, reges dicuntur. non minus vere ac proprie: sed magis q̃ ij qui temporalem habent iurisditionem: ⁊ tanto magis: quanto regnum in spiritualibus excellentius est ⁊ dignius q̃ regnum in temporalibus. Et sicut vere ⁊ proprie dicuntur iudices: ita vere ac proprie reges dici possunt, se ⁊ alios virtutibus regentes ⁊ ideo regimen habẽtes: vt dicit Hiero. xij. q. ij. duo sunt. vocantur etiam propter hoc pastores. extra de elec. fundamenta. lib. vj. xxiij. q. iiij. tres personas Io. x. xcv. di. ecce ego. cum. c. seq. quia etiam pascere propriũ est regie potestatis. Ideo reges olim dicebantur pastores. vnde ⁊ petro dictum est a christo. Io. vlt. ⁊ extra de elec. significasti. ⁊ de maio. ⁊ obe. solite. pasce oues meas. per quod ei committit regimẽ ecclesie. ⁊ ipsum constituit regem ⁊ prelatum ecclesie: vt legitur ⁊ no. xxj. di. in nouo. Hoc autem quod dictum est. s. q habentes iurisditionem spiritualem vere ⁊ proprie dicantur ⁊ sint reges: probari potest. Reges namq; sz Isid. dicti sunt a regendo. xij. q. j. duo sunt. xj. q. j. scel°.

Iurisditionẽ spũalẽ hñtes dicuntur reges.

habentibus autem dictam potestatem conuenit regere populum fidelium, sm illud quod dicit Actuũ. xx. per paulum: Attendite vobis ⁊ vniuerso gregi in quo vos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quam acquisiuit sanguine suo. facit. xcv. di. esto. Dicit autem Paulus a spiritusancto positos q̃ instinctu spiritussancti fuerunt positi ab aplis, sm illud Actuum. xiij. in prin. Dixit illis spiritus: segregate mihi barnabam ⁊ paulum in opus ad quod assumpsi eos. lxxvj. di. q dic. vel q̃ epõrum ordinatio ex gratia spiritussancti est: quam designat vnctio illa, que in episcoporum ordinatione vel consecratione adhibetur. Item apostoli eorumq; successores di-

Apli ⁊ eorũ successores dicũr principes.

cuntur principes, sm illud ps. xliiij. Pro patribus tuis nati sunt ti. fi. consti. eos princi. super oẽm terrã. lxviij. di. quorum vices. ⁊ iterum ps. cxxxviij. Nimis honorati sunt amici tui deus ⁊c. gl. q̃ facti sunt pduces ⁊ pastores ecclesie. facit. xxxv. dist. ecclesie principes. qualiter similiter dici debent reges: de quibus regibus dicitur in ps. lxvij. Dum discernit celestis reges super eam. vbi dicit glos. celestis. i. christus, qui super omnes celos ascendit: discernit. i. diuidit vel distribuit, reges. i. doctores super eam. s. super ecclesiam ⁊ iterum in alio ps. xliiij. dicit: Delectauerunt te filie regum. super quo dicit gl. reges dicit apostolos: qui se ⁊ alios in virtutibus regunt. xij. q. j. duo. quorũ filie sunt omnes p eos in fide generati vel geniti. Et beatus Dionysi. xij. c. de diuinis nominibus. dicit q sacra eloquia principaliores ornatus. i. illos qui sortiũtur primos gradus: ⁊ qui sunt supremi: vocant sanctos ⁊ reges ⁊ dños ⁊ deos. Item super illud Apocal. c. j. Primogenitus mortuorum: ⁊ princeps regum terre. distinguit glo. de regibus dicens. Alij sunt reges regendo per diuinam dispositionem sibi subiectos: alij sunt reges regendo fideles a deo sibi commissos: alij sunt reges auxiliante deo regendo tantummodo seipsos. Primi sunt principes seculares. secundi ecclesiarum pastores. tertij singuli quiq; fideles. Sed christus omnium princeps est: q̃ ab ipso est ⁊ potestas secularis: ⁊ cura pastoralis: ⁊ singularis solertia cuiuslibet fidelis. que cuncta: sicut ab ipso habent originem: sic sm ipsuz habere debẽt actionem vt principes potestatem secularem inter subiectos sibi homines, teneant iustitiam pastores per curam pastoralem, fidelibus sibi commissis prebeãt doctrinam ⁊ singuli fideles per singularem solertiã, in semetipsis seruent sanctimoniam. Patet igitur ex hac distinctione, q pastores ecclesie vere sunt re-

Eccl'ie pastores sunt reges.

ges: inter quos is qui summus, petri scilicet successor, est rex regum, tam secularium q̃ spiritualium: q̃ singulorum fidelium: sicut ipse christus: cuius est vicarius in terris. extra de elec. fundamẽta. lib. vj. quũ princeps dicitur regum terre. Apocal. j. id est qui in terra sunt. Ex eo autem q reges sunt vocantur etiã prelati: q̃ presunt: quod regibus conuenit. vñ Sap. vj. Reges terre diligite sapientiam. ⁊ subdit iterando: Diligite lumen sapientie omnes qui preestis populis. tanq̃ idem sit regem esse: ⁊ populo preesse. videtur: licet omnis prelatus possit dici rex. xxi. dist. c. j. versi. antea autem. tñ q̃ regia potestas est summa in humanis. vt dicit Hugo in li. de sacramentis: ideo reges vocantur simplr supremam ptãtem habentes. qui vero sub eis habent ptãtem sm aliquid ⁊ non simpliciter: alia nõia sortiuntur sibi propria. vñ. j. Pe. ij. Siue regi quasi precellenti: siue ducibus tanq̃ ab eo missis ⁊c. extra de maio. ⁊ obe. solite. ⁊ sm hoc inter prelatos ecclesie: ille qui summus est. dicitur rex simpliciter, sm ptãtem spiritualem. Quõ aũt si rex etiaz sm tpalem. j. patebit. Alij vero prelati: etsi reges dicuntur ⁊ sint: non tñ ita simplr ⁊ absolute sicut sum-

mus prelatus .s. papa. ⁊ eodem modo est dicendum de potestate regia temporali. Sed vt si ostensuz est: prelati ecclesie sunt reges: quare ita a fidelibus communiter non vocantur? Respondeo. Prima causa est propter superbiam euitandam. Christus eniz humilitatis magister. iuxta illud, Discite a me: qz mitis suz ⁊ humilis corde. Mat. xj. ij. q. vij. qui se scit. xcv. dist. ecce. suos discipulos ⁊ vicarios voluit per omnia humilitatem seruare ⁊ ostendere. vnde Luc. xxij. dicebat: Qui maior est vestrum fiat sicut minor. ⁊ qui precessor sicut ministrator. simile Mat. xx. propter quod non solum superbia: verum etiam superbie nomen debet declinari ⁊ euitari ab eis. c. bo. xcix. dist. ecce. c. di. contra morem. vbi dicitur. Nihil in episcopali ceruice splendidius fulgeat q̄ humilitas. Nomen autem regis videtur superbiam importare propter illorum maliciam qui sepe abutuntur potestate regali; in subditos non regimen: sed tyrannidem exercentes: ⁊ rem nominis non tenentes. vnde ⁊ dominus propterea puto posuit malas conditiones regū quas habent: ⁊ quid faciunt: non quod facere debeant. j. Reg. viij. c. ibi. Hoc erit ius regis .i. tali tyrannide p iure vtetur. filios vestros tollet ⁊c. ⁊ .j. Filias quoqz vestras faciet sibi vnguentarias ⁊ focarias ⁊ panificas ⁊c. ⁊ .j. ⁊ asinos auferet ⁊c. Quum enim reges a regendo vocentur: vt .s. dictum est: ipsi non regunt: sed premunt sibi subditos: dum non illorum salutē: sed propriam vtilitatem ⁊ gloriam intendant ⁊ querant. vnde Augu. v. de ciui. dei. c. xii. ait: q regimen a regibus: reges autem a regendo dicti sunt. sed fastus regius: non disciplina putatus est regentis: vel beneuolentia consulentis: sed superbia dominantis. Inde est q propter regum nequitiam redditur multis regia dignitas odiosa ⁊ onerosa: quam tamen propter multitudinis bonum esse voluit deus hominibus. propter quod ibidem ait Aug. de romanis, q quia regum superbam dominationem non ferebāt: annua imperia: binosqz imperatores sibi fecerunt: q consules a consulendo appellati sunt. Quod autem dictum est de nomine regis: potest etiam dici de hoc nomine quod est dn̄s: quod quidem nomen vere cōuenit prelatis ecclesie: quantum ad id quod p nomē principaliter importatur. signat enim gubernatiuaz potentiam: sed qr plures abutuntur dn̄io: ideo nomē dn̄i aliqn̄ superbiam sonat. ⁊ propter hoc ait Petr⁹ pastorib⁹ ecclesie .j. Pe. v. ⁊ xcv. di. esto. neqz vt dn̄antes in clero. ⁊ christus dixit discipulis Luc. xxij. Reges gentium dn̄antur eorum: vos autem non sic. ⁊ Mat. xx. Secunda causa est propter differentiam ostendendam. Inter spirituales enim ⁊ temporales reges, sicut est discretio in potestatibus: sic debet esse in nominibus. Principes itaqz seculares nomen regis: quod commune est sibi a proprietate retinēt, presertim qr ante institutionem spiritualium regum, officium regis ⁊ nomen plures habuisse legūtur. principes autem spirituales alijs nominibus nuncupantur: que non fastum: sed actum ⁊ potestatez insinuāt ⁊ per que dicatur eorum differentia a principibus secularibus. dicuntur enim pastores. Jo. x. xiii. q. j. §. hoc tunc prepositi. extra de verbo. sig. quis epi. viij. q. j. qui episcopatum. pontifices. ⁊ presules. ij. q. iij. presul. de his. xxj. di. cleros. Reges autem non solēt vocari similiter, nec principes, nec duces: licet res nois verissime conueniat eis. vnde ⁊ rectores ⁊ iudices dicūtur. j. q. j. iudices. alias duces. xliij. di. sit rector. Et pp hoc est sciendu q ad rei veritatem ⁊ nois proprietatem

Ptātis sacerdotalis ⁊ regalis discrimē.

tem potestas principum secularium ⁊ spiritualium, non debet sic distingui, vt vna dicatur regalis ⁊ alia sacerdotalis: quum regalis vere conueniat prelatis ecclesie: vt pre. c. j. xxj. di. ver. antea. ⁊ sacerdotalis inquantum hmōi nomen, non importat iurisditionez ⁊ prelationem: sed solum ordinem. vnde ⁊ sacerdos a sacrificando dicitur. cōsecrat eniz ⁊ sanctificat. xxj. di. cleros. ver. sacerdos. immo vtraqz vere pōt dici regalis. vna tn̄ est diuina: alia humana. vna celestis: alia terrena. vna spiritualis: alia secularis. vt .j. magis videbit. Uerum qr nomen regis non debet attribui prelatis ecclesie. tum pp vitationem superbie. tū rōne differentie: vt dictum est: adeo per sacerdotalez potestatem siue pontificalem insinuatur iurisditio: ⁊ potestas regia spiritualis: que sacerdotali coniungit in vna ⁊ eadem persona. ⁊ hoc modo distinguit ponti ficalis vel sacerdotalis cōtra regalē: prout solis principibus terrenis conuenit: quibus relinquit nomen regis. vnde. xcvj. di. dicit. Duo sunt qbus mūdus hic principaliter regit. authoritas sacra pontificum: ⁊ regalis potestas. Illud est etiam attendendum q in qualibet potestate contingit esse rectum ⁊ peruersuz. legitimum ⁊ illegitimum. Nam sacerdotium qdam recte assequunt: vt aaron qui a deo vocatus est. Heb. v. viij. q. j. in scripturis. extra de elec. qualiter. Quidā sibi per vsurpationem assumunt, sicut dathan ⁊ abiron. Numeri. xvj. j. q. j. si quis inquit. vij. q. j. deniqz. extra de elec. licet. Regiam quoqz potestatez terrenā quidam recte adepti sunt siue per electionē ⁊ p cōez consensum multitudinis: siue per diuinaz ordinationem consensu multitudinis: vt imperator quē exercitus facit. xciij. di. legimus. Diuina ordinatione, vt dauid. j. Reg. xvj. Quidam aūt indebite ⁊ per violētiā vt nemroth robustus venator coram dn̄o. vj. dis. §. si. ⁊ .s. tetigi. Quidā etiam potestatē regiā spiritualē habent recte fm ordinationem eccl'ie. quidā autez puerse vt heretici. vij. q. j. nouatianus. xxiiij. q. j. didicimus. ⁊ c. pudenda. Quidam qui sibi eā attribuūt ⁊ vsurpant. j. q. j. principatus. Nonnulli etiā g christianos se dicunt esse: spiritualem potestatē quātū ad aliqua sibi arrogāt, ⁊ indebite. ex de immu. eccle. nō minus. Patet igit ex p̄dictis qbus cōicata est ptās sacerdotalis: ⁊ quibus potestas regia taz spiritualis q̄ secularis. Et q prelatis eccl'ie vtraqz simul ptās cōuenit. s. siue sacerdotalis siue pōtificalis: ⁊ regia spiritualis. Utrū aūt eis cōueniat potestas regia tpalis: ⁊ quō sit vel non. j. patebit. Qm̄ igit p̄lati eccl'ie duplicem habent potestatē: cōferenda est differentia vtriusqz ptātis in ipsis: vt ex hoc appareat q̄ conueniunt eis ex authoritate sacerdotali: ⁊ que ex regali preter p̄dicta. Pertinet aūt ad sacerdotalē sanctificare. ad regalē aūt regere. vnde Isid. sacerdos a sanctificando dicit. rex a regēdo. xxj. di. c. j. ver. sacerdos. Ois quippe sacerdotalis actus pōt dici sanctificatio qr per oēm actum sacerdotalem intendit sanctificatio aliqua: vel a culpa: vel a nescientia siue ignorātia sic ⁊ ois actus regius pōt dici regimē. Sed vt specialius de actibus vtriusqz ptātis dicat. Sciendū est, q sacerdos medius est inter deum ⁊ pplm. ⁊ ideo illa sunt sacerdoti propria fm que attenditur mediatio inter deum ⁊ hominem: que non est aliud nisi coniūctio hominis ad deum. quia medium habet extrema coniungere. homo autem deo coniungitur: qui expurgatur a peccatis que ipsum a deo separant. Esa. lix. in prin. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrū. hoc aūt vno modo fit per sacrificia: ideo

Prelatorū ecclesie duplex potestas.

Sacerdos sequester inter deū ⁊ pplm.

ad sacerdotem pertinet offerre sacrificium pro peccatis populi: necnon ⁊ suiipsius inquantum subiacet peccato. ad Heb. v. Omnis namq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituit in his que sunt ad deum: vt offerat dona ⁊ sacrificia p peccatis ⁊c. ⁊ .j. Quia ⁊ ipse circũdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum ⁊ pro populo: ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. ad hoc faciunt .j.q.j. sacerdotes. ⁊ c. ipsi sacerdotes .iij. quest. nulli. ad hoc facit Numeri .xvj. vbi dicitur, q aaron sacerdos stans inter mortuos ⁊ viuentes, pro populo deprecatus est ⁊ plaga cessauit. Et de eodem aarõ dicitur Sap. xviij. Per incensum ⁊ deprecationem allegans, restitit ire ⁊ finem imposuit necessitati. Coniungitur etiam homo deo quum in ipsum mente eleuatur. ⁊ hoc fit per orationem. vnde sm Ber. ⁊ damasce. Oratio est pius mentis ascensus in deum: ⁊ petitio decentium a deo. Ideoq; ad sacerdotẽ pertinet pro populo orare: ⁊ vota ⁊ supplicationes ⁊ preces populi deo offerre vt iuribus proxime alleg. ⁊ .j. Regũ .xij. ibi. Dixitq; vniuersus populus ad samuelem: ora pro seruis tuis ⁊c. ⁊ .j. Absit autem hoc peccatum in dño vt cessem orare pro vobis. ⁊ Johel. ij. dicitur. Inter vestibulum ⁊ altare plorabant dñi sacerdotes dicentes: Parce dñe parce ⁊c. Coniungit etiam homo deo dum ad eius cognitionem peruenit. vnde sacerdotum est docere populum scientiam salutis. vnde scientia legis coniuncta est officio sacerdotis. Malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt sciẽtiam. xxxvj. di. §. ecce. ⁊ .xxxviij. dist. per totum. ⁊ .xliij. dist. sit rector. j.q. vij. conuenientibus. extra de renũ. ver. cum pridem. §. pro defectu. extra de eta. ⁊ qua. cũ sit. Coniungitur etiam homo deo quum fit particeps diuine gratie: per quam efficitur deiformis ⁊ dei filius per adoptionem. Et ideo ad sacerdotes pertinet exhibere sacramenta per que confertur gratia. j.q.j. quicquid. c. multi. non tamen ad sacerdotes omnes pertinet omnium sacramentorum exhibitio. quum quedam vt ordo ⁊ confirmatio in fronte maioribus sacerdotibus reseruentur: qui dicuntur pontifices. xxj. di. cleros. ad hec de conse. di. v manus. ⁊ c. nouissime extra de elec. q sicut. §. preterea. Coniungitur etiam homo per hoc q ei seruit: ⁊ ipsum honorando colit. Et ideo ad sacerdotes pertinet in iis que ad dei cultum pertinent: ministrare. vnde dicitur sacerdotibus Numeri. xviij. Excubate in custodia sanctuarij ⁊ in ministerio altaris. xxv. di. perlectis. ver. ad presbyterum pertinet. ad eos etiam pertinet consecratio ⁊ benedictio eorum, que ad cultum dei spectant.

De actibus qui ad regiam pertinent potestatẽ. Quales debeant esse reges. Quod in regibus scientia requiratur. Cap. 53

Quid ad regiaʒ spectat potestatem.

Nunc videndum est de iis q̃ ad regiam potestatẽ spectãt. Principalis aũt ⁊ precipuus actus regie potestatis est iudicare. vñ dicit .iij. Reg. x. de salomõe: Cõstituit te regẽ, vt faceres iudiciũ ⁊ iustitiam: ⁊ iudicares sz iustitiã. ⁊ in ps. xcviij. Honor regis iudicium diligit. ⁊ Sap. vj. Audite reges ⁊ intelligite ⁊ discite iudices finium terre. ⁊ Esa. xxxj. in prin. Ecce in iustitia regnabit rex: ⁊ principes eius in iudicio preerunt. ad hoc expressum. xxiij. q. v. regũ. Regũ officium est proprium facere iudiciũ ⁊ iustitiã. Hiero. super Hiere. vij. Judicium aũt est recta determinatio eius quod iustum est. vnde iudicare est ius decere. Justum autem a iure dicitur. ⁊ inde potestas iudicandi iurisdictio dicitur a iure dicendo. ius aũt dicit a iure possidendo. extra de verb. sig. ius dictum est. Et qr iudicium est recta determinatio iuris ⁊ iusti: ideo determinatio ⁊ decisio causarum dicit iudicium. sm illud Prouer. xxvj. Judicium determinat causas. ⁊ sententiare in causis est iudicare. Et qr inquisitio est via ad iudicium. ij. q. j. deus omnipotens. xxx. q. v. iudicatum est. ideo in actu iudicandi comprehenditur inquisitio ⁊ discussio eorum circa que cã vertit: ⁊ iudicium expectat. extra de verb. sig. forus. Et qr determinatio iustitie sepe fit per correctionem ⁊ punitionem: ideo ad iudiciũ pertinet punitio ⁊ correctio malorum. ⁊ econtra premiatio bonorum dis. iiij. ois aũt lex. ⁊ di. iiij. facte sunt. xxiij. q. v. pdest. vnde Aug. xiij. li. confessio. De iis iudicare dicitur in quibus potestatem corrigẽdi habet. Et corrigere est cor regere ⁊ cor dirigere a quo mala procedunt. iuxta illud: Ex corde procedunt adulteria ⁊c. Mat. xv. ⁊ cor prauũ. Christi regis est regere ⁊ dirigere. iuxta illud ps. v. Dirige dñe deus ⁊c. ⁊ .xlvij. di. §. necesse. ⁊ actum exteriorem prauum regum mundi: qui mala acta corrigũt. xxiij. q. v. rex debet. Et qr excludi a regni societate penale est: adeo pertinet ad iudicium excludere a regno vel introducere. Et qr iudicium fieri debet sm leges xj. q. iij. summopere. ibi: tunc diuina ⁊ humana lex resoluatur. iij. qõ. vij. iudicet. ideo ad reges pertinet leges componere: qr eorum est iudicare: vel positas ab aliis accipere ⁊ promulgare: ⁊ ad earum obseruantiã inducere ⁊ admonitione verbi ⁊ metu supplicij ⁊ promissione premij. vnde ⁊ reges dicuntur legislatores. vnde in Esa. de summo rege christo dicitur: Deus iudex noster: deus legifer noster: deus rex noster. Esa. xxxiij. faciunt ad hec. ix. di. c. j. ij. ⁊ .iij. quod est palea. ⁊ .x. di. c. j. De iure multiplici legitur di. j. decretorum. Justitia autem est constans ⁊ perpetua volũtas, ius suum cuiq; tribuens. insti. de iusti. ⁊ iur. in prin. ⁊ in prin. decre. rex pacificus. §. ideoq;. Ubi ponunt tria precepta legis, totum hominem ordinantia quantũ ad se. ibi dicit: vt honeste viuat. quantum ad proximũ: vñ sequit: alterũ nõ ledat. quantũ ad deũ: ius suũ vnicuiq; tribuat. hec tria etiã ponunt. ff. de iusti. ⁊ iu. l. j. ⁊ insti. eo. § iuris precepta. Hanc aũt iustitiam colere summum bonum est in hac vita. xij. q. ij. cum deuotissima. Leges aũt quas sanciunt reges: tales debẽt esse, vt per eas fiant hoies boni ⁊ virtuosi. alias non sunt leges: sed corruptiones legũ. Qualis aũt debeat esse lex: ponit Isid. v. li. etymol. ⁊ est di. iiij. erit aũt lex. dicitur aũt lex: qr ligat hoiem a male agendo: qr per legem nemo bene agere compellit, sed male agere prohibet. xxiij. q. v. ad fidem. quod intelligo qr p legẽ nemo bñ facere compellit quoad vitam eternam cõsequendã. xxxij. q. v. sicut enim. ⁊ est rõ. ⁊ Aug. in p. c. ad fidem. Nam nemo bene facere potest: nisi elegerit nisi amauerit: quod est in libera voluntate. ad fidem tñ seruandam bene quis compellit. xlv. di. de iudeis. xxiij. q. iiij. displicet. c. nimium. c. non inuenitur. Compellitur etiam quis ad penitentiam: quod bonũ est. xxij. q. j. c. si. ⁊ .xxxiij. q. ij. quicq;. intellige vt ibi no. ad hoc ergo debet esse intentio regis, iudicis, ⁊ legislatoris: vt subditi sm virtutẽ viuant. Ad quod multũ valet doctrina ⁊ eruditio: ⁊ ideo ad reges pertinet docere: sicut ⁊ de Salomone dicit Ecclesiastes vlti.

Justitie descriptio

Tria legis precepta.

Regis q̃ dã officia.

Quum esset sapientissimus Ecclesiastes: docuit populum: ⁊ rex David in ps.lxxxix. Misericordiã tuã (alis veritatem tuam) ⁊ salutare tuum dixi: ⁊ iterum ps.l. Docebo iniquos vias tuas ⁊c. Et quia tunc aliquis efficaciter docet: quum id quod docet ipse opere impletiq; sm Greg. Cuius vita despicitur: restat vt eius predicatio contemnatur. iij.q.vij.§. porro. sub §.tria.versi.item Greg. Judicet ille de alterius errore: qui non hz in seipso quod condemnet: cuz.c. seq. vsq; ad.§.item. Ideo reges debent leges obseruare: vt ad eaz obseruationem subiectos efficaciter inducant.ix.dist.iustũ est.palea est. vnde ⁊ princeps etsi legibus sit solutus humanis.ff.de legi.princeps. sm tñ leges se velle viuere profitetur. C.de legi.digna vox.ff.de leg.iij.ex imperfecto: vnde ⁊ de christo dicitur act.j. Incepit Jesus facere ⁊ docere. Quia vero ad vitam virtuosam organice deseruiunt exteriora bona: ideo ad regem pertinet sufficientiam hmõi bonoz: que ad vitam sunt necessaria: procurare: ac prouidere populo: vnde ⁊ pascere ⁊ nutrire actus est regius: vnde ⁊ christus pauit de panibus populum in deserto. Joan.vj. ⁊.xxxvj. dist.§.ecce. ⁊ de David dicitur in ps.lxxvij. Elegit David seruum suum pascere Jacob ⁊c. ⁊ sequitur ⁊ pauit eos in innocentia sua. Ad reges etiam pertinet hmõi bona prudẽter ⁊ iuste dispensare ⁊ distribuere proportionaliter sm vniuscuiusq; conditionez: vnde in ps.xlvij. Distribuite domos eius. Pertinet aũt ad eos vniuersaliter distributio bonoz exterioz ⁊ officioz que ad ordinationem ⁊ ad perfectione reipublice requirunt. ⁊ isto modo oĩa sunt regum: dist.viij. quo iure: facit ad hec.xxiij.q.v.dicat aliquis. Quia vero per vnitatem ⁊ pacem communitas quelibet conseruatur: quia omne regnũ in se diuisum desolabitur. Math. xij. Luc.xj.xxv.q.ij.si ca. Ideo pertinet ad regem pacis vnitatem in subiecta sibi multitudine procurare ⁊ fouere. Perturbat aũt pax multitudinis aliquãdo quidem ab intra per nimiã iniuriationem ⁊ iniustam lesionem.c.ex de dona.pp cuius: de re iudi. cum te.xc.di.perlatum, aliqñ vero ab extra per violentaz impugnationẽ: extra de resti spo.cum ad sedẽ.ea.olim.j.ideo ad regem pertinet ⁊ subiectoz intrinsecas iniustitias tollere. ⁊ contra exteriores aduersatione regni communitatem protegere ⁊ defendere: hec probant.xxiij.q.v.principes.ibi. Sepe per regnũ terrenum celeste regnum proficit: vt qui intra ecclesiam positi contra fidem ⁊ disciplinam agunt: rigore principum conterantur ⁊.j. Nam siue augeat pax ⁊ disciplina ecclesie per fideles principes ⁊c. ⁊.c. regnum. Quia vero in oĩbus predictis requiritur sapientia siue prudentia: ideo ad dilectionem ⁊ studium sapientie precipue reges inducuntur in sacra scriptura: vnde Salomon. Non diuitias: non dico multos aut animas inimicoz suoz a dño postulauit: sed sapientiam ad regendum populum: quod ⁊ dño placuit.iij. Reg.iij. hinc ⁊ Boe.j.li. de consola. prosa.iiij.ait ad phiam loquens. Tu hanc sententiã Platonis ore sanxisti: beatas fore respublicas: si eas studiosi sapientie regerent: vel si earum rectores studere sapientie contigisset. Et maximus Valerius idem dicit: lib.vij.titu.de sapienter dictis aut factis. Unde ⁊ aureum seculum dicebatur qñ penes sapiẽtes regnum erat. ait Seneca epistola.xcj. ⁊ in policrati.li.iiij. dicitur Romanos imperatores aut duces: dum eoz respublica viguit: non meminit illiteratos extitisse. Et scio quõ contigit ex quo in principibus languit virtus literarum: armate milite infirmata est manus: ⁊ ipsius principatus quasi precisa radix: nec miruz quum sine sapientia non valeat stare principatus. Prouer.viij. Per me reges regnãt. Et de christo dicitur Hiere.xxiij. Et regnabit rex: ⁊ sapiens erit: ⁊ faciet iudicium ⁊ iustitiam in terra. Unde ⁊ rex Romanorum hortatus est regem francoz: vt filios suos liberalibus disciplinis instrui procuraret dicens, q rex illiteratus quasi asinus coronatus: vt in Policrati.lib.iiij.dicitur: vnde Sap.vj. Uc enim rex sapiens est stabilimentum populi: ⁊ ibidem. Si delectamini sedibus ⁊ sceptris: o reges populi, diligite sapientiam, ⁊ ibidem. Diligite lumẽ sapientie: oẽs qui preestis populis, ⁊ Eccli.x. Judex sapiens iudicabit populum suum: ⁊ principatus sensati stabilis erit, ⁊ sequitur. Rex insipiens perdet populum suum: ⁊ ciuitates inhabitabuntur per sensus prudentium: vnde ⁊ in laudem imperatoris ait Sozomenus lib.j.c.j.in historia tripartita. Aiunt te per diem exerceri armis ⁊ corpore: subiectorumq; negotia disceptare, iudicare simul: ⁊ agere: modo secessum modo publice (alis communiter) que sunt agenda considerare: noctibus vero libris intendere. Et non solum in humanis literis: sed diuinis erit rex sapiẽs. Deut.xvij. Postq; rex sederit in solio regni sui: scribet sibi Deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar a sacerdotibus leuitice tribus: ⁊ habebit secum: legetq; illud oĩbus diebus vite sue vt discat timere dñm deum suum: ⁊ custodire verba ⁊ cerimonias eius: que in lege scripta sunt. Itẽ Ber. ad Eugenium lib.j. Simia in tecto, rex fatuus in solio sedens. Ex predictis potest accipi q prelatis ecclesie veraciter conuenit sacerdotalis ⁊ regalis potestas: ipsi enim sacerdotes: vt dictum est: sacrificia offerunt, pro populo intercedunt: populum erudiunt: sacramenta dispensat: in diuino cultu ministrant: ⁊ que ad dei cultum applicantur: benedicunt ⁊ consecrant. Ipsi etiam veri sunt reges: quia ipsi sunt veri spũales iudices in criminibus ⁊ in causis spũalib⁹. xj.q.j per totum: extra de iudi. etsi clerici.c.cum non ab homine. Ipsi causas determinant: ⁊ sententiant ipsi corrigunt, ⁊ puniunt: ipsi ligant ⁊ soluunt: xj.q. iij per totum: ipsi celum claudunt ⁊ aperiunt. Clauditur enim celi regnum alicui quum a peccato subiacet. apperitur aũt quum a peccato purgatur. xxiiij. q.j. quodcunq; xj.q.iij.nihil. Ipsi etiam peccata remittunt: de peni.dist.j.quem penitet. Joan.viij. qd etiam habetur Lu.v.vñ super illud Marc.ij. Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? dicit glos. Solus iudex oĩum potestatem hz dimittendi peccata: quia per eos quoq; dimittit quibus dimittendi tribuit potestatem. Ipsi penam relaxant ⁊ taxant. xxvj q.vij. tempora. Ipsi excõicant ⁊ absoluunt.xj. q.iij.per totum. Ipsoz iudicio repellunt homines a celoz regno: vel admittuntur ad illud quũ sint christi vicarii.xxxiij.q.v.mulier. Ipsi sunt legum positores ex de maio. ⁊ obe.c.ij. Ipsi doctores.xxxvij.di.nulla ratione: ibi: qui suis doctoribus qui recte epi intelliguntur. Ipsi dispensatores: vt ait apostolus.j.ad Cor.iiij. Sic nos existimet homo vt ministros christi ⁊ dispensatores ministroz dei.xliiij.di.dispensatio. Ipsi disponunt ⁊ ordinant ministros diuini cultus ⁊ alia que ad cultum dei adhibentur.xxv.di. perlectis.versi.ad epm. Ipsi ecclesiastica beneficia distribuunt.x.q.j.quasi per totum: ⁊ ex de insti. de pie. ber.quasi per totum.xvj.q.j. doctos moderamine.

Ecclesie plane cõuenit sacerdotalis ⁊ regalis ptãs,

extra de hereticis:cum ex iniuncto.§.fi. Ipsi pastores:vt.s. allegatum est.z.ij.q.vij.cura pastoris.z.j.q. pastor:z.xliii.di.sit rector. Vere igitur sunt sacerdotes z reges:quibus conueniunt actus vtriusq; potestatis:vnde z in consecratione epi dicitur:Episcopum opz iudicare z interpretari:idest docere vel interpretari quod dubie determinat:consecrare,confirmare,ordinare,offerre z baptizare:z sic habent pontificalez z regiam potestatem:z habẽt potestatem iurisdictionis z ordinis. Iudicare enim iurisdictionis est:extra de elec.transmissam:consecrare z confirmare in fronte z similia sunt ordinis.e.ti.nosti.z.c.q sicut. Est aũt in eis hec duplex potestas ad instar angelorũ spiritualium:in quibus est duplex potestas. Una quasi ordinis:sm q conuenit eis purgare,illuminare:proficere. Alia vero quasi iurisdictionis:sm quaz conuenit eis custodire z gentibus ac prouinciis prouidere z presidere:pp quod ecclesie prelati angeli aliquando dñr:vt dicit Dionysius in lib.de angelica hierarchia:ad hec Apoc.j.in fi.vij.stelle angeli sunt. vij.ecclesiarum.z.c.ij.z.iij.vbi loquif de istis.vij. angelis:idest septem prelatis ecclesiaruz:quas ibi enumerat.ix.q.iij.z angelo ephesi.j.ad Cor.xj. Ideo dz mulier velamen sumere super caput suum pp angelos:id est sacerdotes.xliij.dist.sit rector.ibi:q2 angelus dñs exercituum est. Malach.ij. Considerandum est aũt q ex dictis potest summi quidaz distinctio actuum vtriusq; potestatis. Sunt quidam pure sacerdotales:vt sacrificium offerre z orare:vt dictuz est:z hos pñt exercere qui nullam iurisdictionez habent:dummodo hñt sacerdotalem ordinem:vt sunt sacerdotes non curati.xvj.q.j.§.ecce. Quidam vero sunt actus pure regales:q2 eos exercere pñt habentes iurisdictionem spũlem absq; sacerdotali ordine:vt iudicare in causis spũalibus extrinsecis:z spũalẽ penam inferre,z corrigere,z punire:extra de offi.archid.ad hec.xxv.di.perlectis.versi. archidiaconus: Quidam vero sunt actus cões vtriq; potestati.s.sacerdotali z regali:q2 ad vtranq; pertinent diuersimode:pp quod nec habens ordinem sine iurisdictione:nec habens iurisdictionem sine ordine:põt hos actus exercere hmõi aũt actus est absolutio peccatoz:pertinet enim actus iste ad ptãtem sacerdotalis ordinis:hac ratione,vt doctores tradunt:q2 ad eãdem potentiã pertinet tribuere aliq perfectionẽ: z parare mãm ad susceptionem illius perfectionis. Potestas aũt ordinis sacerdotalis ad hoc se extendit:vt conficiat sacramentum corporis christi z fidelibus tradat ad eoz spũalem perfectionem.j.q.j. sacerdotes.z.c.multi.quare opz vt eadẽ potentia se extendat ad hoc q fideles reddat aptos z cõgruos ad huius sacramenti susceptionem:quod fit per purgationem a peccato:de conse.di.ij.que scelerate:nam effectus istius sacramenti est vnire christo:de conse. dist.ij.in christo pater:cui vniri non potest quia nisi per immunitatẽ a peccato quod a deo separat. Esa. lix.in prin. Iniquitates vestre diuiserunt zc.opz ergo q sacerdotalis ptãs extendat se ad remissionem peccatoz:pp dispensationem illoz sacramentoz:q ordinantur ad peccati remissionem.cuiusmodi sunt baptismus z penitentia. Sed ad ptãtem iurisdictionis pertinet hic actus ratione materie circa q exercef,que mã sunt ipsi fideles:actus enim iste non põt exerceri circa aliquos,nisi ipsi efficianf subditi illius qui hunc actum exercet:extra de paroch. nullus: ex de pe.ois.vj.q.iij.scitote:hoc aũt non fit nisi per potentiam iurisdictionis:z ideo solet dici cõiter:q clauis daf cum ordine:sed executio indiget mã debita que est plebs subdita per iurisditionem:vnde anteq aliquis habens ordinem habeat iurisditionem:hz quidem clauem:sed non hz vsum vel actum clauis: z inde est q non quilibet sacerdos potest vti claue q hz circa quemlibet:sed solum ad illos que ad eius iurisditionem pertinent:vel ordinarie:vel ex cõmissione:vel ex aliquibus casibus. Solius aũt summi pontificis est posse vti claue in quemlibet:q2 oẽs fideles ad eius iurisditionem pertinent ordinarie.ix. q.iij.cuncta cum seq. Et ex eadem rõne dispensatio quorumcũq; sacramentoz potentiam iurisditionis requirit respectu fidelium quibus dispensaf: ad hãc mãm faciunt.j.q.j.q quidam.§.ex his verbis.vers. opponitur.ibi:sed ne Aug.xvj.q.j.§.ecce in hoc capi. ibi expressum.z.§.ecce sufficienter:extra de ordi.ab epo:qui re.e.j.z de tempo.ad supplicationẽ.z.c.post translationem.§.cum ergo.z op.c.extra de cler.peregri.tue.ibi.non debes eos permittere tuis plebibus celebrare:z quod legitur z no.extra de pen.z remis. ois.§.quis.ibi.alieno:z in glo.executionem habenti:vbi etiam de hoc:z op.fac.xxiij.q.j.§.his aũt authoritatibus. Potest z aliter dici q̃uo remissio z absolutio peccatoz precipue in foro penitẽtie pertinet ad vtranq; ptãtẽ diuersimode. Nã prout hmõi absolutio ordinaf ad sanctificationẽ hois:ad recõciliationẽ cũ deo:sic pertinet ad ptãtẽ sacerdotalẽ:sanctificare enim deo:z reconciliare sacerdotis est:vt.s.dictũ est:prout aũt in hmõi absolutionem hz esse iudiciũ quoddam,sic pertinet ad ptãtem regalem vel iurisditionis. Nam iudicare actus est regie ptãtis:vt.s. patet. Sacerdos aũt confessionem audiens.z a peccatis absoluens:z pro culpa penam imponens: iudicianã exercet ptãtem vice christi:qui est iudex viuoz,z peccatoz.xxiij.q.v.remittunf:de conse.di.iiij. aliud:de peni.di.j.verbum. Ad hmõi vero ptãtem iudicianam requirif authoritas cognoscendi de culpa:z potestas absoluendi vel condemnandi: z he sunt due claues quas christus Petro. Matt. xvj. commisit.s.scientia discernendi:z potentia ligandi z soluendi,ad hoc.xxj.di.§.j.z extra de consan.c.j.in fi. sic aũt ei commisit:vt per eum deriuaretur ad alios: z ideo dicitur q in petro date sunt:toti ecclesie claues:vt dicit Aug.super Ioan.z est.xxiiij.q.j.quodcũq;. Et q2 pp salutem fidelium date sunt:adeo nulli potest esse salus nisi clauibus ecclesie se subijciat. xxiiij.q.j.§.si autem.z.c.quicunq;:que sm plenitudinem sunt apud successorem Petri Romanum pontificem:z totius ecclesie pastorem.xxiiij.q.j.qm̃. ibi: cum successore piscatoris zc.ix.q.iij.cuncta.xxiiij.q. j.§.si autem ibi. Petro pro oĩbus z pre oĩbus. Similiter actus qui est docere ad vtrãq; ptãtem pertinet. Nam prout doctrina ordinaf ad purgationem mentis ab ignorantia vel nescientia:ad iustificationem interiorem dispositiue:sm illud Ioan.xv. Iaz vos mundi estis pp sermonem quem locutus suz vobis:sic pertinet ad sacerdotalem ptãtem:prout in ea comprehenduntur etiam inferiores ordines:q2 etiã diaconi pñt docere.xciij.dist.diaconus vero:ibi loquatur zc.diaconi sunt:circa princ.ibi docentes zc. z.j.ipse predicat:vnde z ordo diaconoz dr illuminatiuus:prout aũt ordinaf ad directionem exterioz actuum:sic pertinet ad regalem. Et quod dictum est de actu docendi:intelligendum est de doctrina publica:que fit in ecclesia ad salutem fidelium.priuata

Duplex sacerdotũ instar angelorum potestas.

vero doctrina:que fit ad vnum vel paucos per mo-
dum familiaris collocutionis,non requirit ordinẽ
vel iurisdictionez. Nam tali doctrina priuata potest
docere mulier ꝛ laicus. j.Cor.xiiij.xxiij.dist.mulier.
ibi.in conuentu:idest pulpito exponitur:ergo alias pôt a
sensu contra:nec est contra:extra de hereticis: cuz ex
iniuncto.j.responso.ibi.occulta conuenticula. qꝛ ibi
loquitur de conuenticulis que suspecta sunt.C. de epis
ꝛ cleri.conuenticula. Similiter aũt conferre ordi-
nes ecclesiasticos:ꝛ alii plures actus ptãtem ordi-
nis ꝛ iurisditionis requirunt. Sed attendenduz ꝙ
eoꝝ que vtraqꝫ potestatem respiciunt:quedam con-
ueniunt sacerdotibus oibus:tam minoribus quam
maioribus:vt baptizare,predicare,soluere,ꝛ ligare.
xvj.q.j.adijcimus.c.ex authoritate.c.sunt nonnulli.
Quedam vero conueniunt solis maioribus.s.epis
qui spũalem habent consecrationem:vt clericos or-
dinare:ꝛ plura alia facere:extra de ele.ꝙ sicut.lxviij.
di.quãuis. Huius aũt duplicis ptãtis sacerdotalis

Duplicis ptãtis sacerdotalis ꝛ regalis initium.

ꝛ regalis spũalis connexio initium habuit ꝛ in ve-
teri testamento. Sacerdos nãqꝫ summus aliquid ha
bebat de regia ptãte spũali:qꝛ non solum sacrificia
offerebat,ꝛ pro populo orabat:sed etiam de aliqui-
bus iudicabat que erant figura spũalis. Judicabat
enim de lepra:per q̃z significabatur peccatum.xj.q.iij.
quõ:de peni.dist.j.§.hoc idez.ibi.a lepra peccati mũ
damur.ꝛ.§.ex his itaqꝫ.versi. Moysi q̃z Leui.xiij.
extra qui fi.sint leg.per venerabilem.§.rõnibus. Ju
dicabat etiam inter sanctum ꝛ profanum,mundum
ꝛ immundum:vt pre.§ rõnibus:ꝛ licet hoc iudiciuz
esset de immunditiis carnalibus:he tñ immunditie
figura erant immunditiarum spũalium.s. peccatoꝝ
xxxiij.q.ij.hoc ipsum. Et ideo licet nõ haberent cla
ues regni celoꝝ:qꝛ eoꝝ ptãs non se extendebat ad
celestia:tñ in eis precessit figura clauium: qꝛ ptãs eo
rum erat in his que figura erant celestium:qꝛ oĩa cõ
tingebant illis in figura.j.ad Cor.x.de cons.distin.ij.
reuera. Legalis quippe sacerdos iudicabat aliquos
dignos vel indignos ingressu tabernaculi mãlis.vt
Leui.xiij.quod figurabat celeste tabernaculuz non
manufactum.Heb.x.cuius claues nunc sunt in eccle
sia. Judicio quoqꝫ sacerdotis arcebantur quidaz a cõ
sortio alioꝝ ꝛ separabantur a societate ꝛ coniunctu:
in quo separatio que nunc fit per excõicationem fi-
gurabatur.xj.q.iij.audi. Restat aliquid dicere de prio

Utra ptãs prior.

ritate harum duarum potestatum. Sacerdotiũ qui-
dem quod fuit in lege nature:tempore precessit pote
statem regiam non solum spũalem:sed etiam tempo
ralem. Abel.n.offerendo sacerdotale officiũ exercuit:
ꝛ sacerdos fuit ſm Augu sicut tetigi.ſ.parum post.
prin.istius operis in ca.xxxvj.nec tñ erat in hoibus
regia potestas spũalis:nec etiam temporalis. Pote
statem aũt regiam terrenam:subsecutũ est: prout hꝫ
esse cõiter in humano gñe:prius enim instituti sunt
reges ꝛ appellati:q̃z esset Aaron:a quo legale sacer-
dotium sumpsit exordium.vt.ſ.dictum est.xli c.ver.
in primis. Sed quantum attinet ad Israelincũ po-
pulum:ꝛ ad institutionem diuinam spũalem. Ante
fuit sacerdotium:q̃z instituerentur in populo illo re-
ges sub nomine regis. Aaron eniz multis annis pre
cessit Saulem,qui fuit primus rex in Israel:vt.ſ.di
ctum est Moyses tñ qui officium regis exercuit in
populo illo:licet non vacaretur ex: contemporaneus
fuit Aaron quãuis ꝛ ipse Moyses fuerit sacerdos:
ſm illud ps.xcviij. Moyses ꝛ Aaron in sacerdoti-
bus eius.xxij.di.c.ij.vbi dicit glo.ꝙ Moyses dicitur

sacerdos:qꝛ etsi non hostias,vota tñ populi obtulit
deo,ꝛ populo supplicauit.xxxvj.di.si quis vult:ꝛ de
hoc.xxj.di.§.j.in glo. cum ergo versi. item videtur.ꝛ.
lxvj.dist porro.in glos.ad certi loci.vnde ꝛ mediator
ꝛ sequester dictus est christum figurans mediatorez
dei ꝛ hoium.x.di.qm vnde Isid in lib. de personis
ecclesiasticis querendo dicit. Cuius figurã faciebat
Moyses?si enim filij Aaron presbyteroꝝ figuraz fa
ciebant. Aaron aũt summi sacerdotis.s.christi.xxj.di.
§.j.Moyses. Et tñ ꝙ indubitãter p oĩa chri.qm in
eo fuit similitudo mediatoris dei ꝛ hominum, hoc
est expressum,de peni.dist.iij.inter hec hircum.ij.qui
est verus dux populoꝝ. Mat.ij. ibi. Ex te eniz exiet
dux.ꝛ est verus princeps sacerdotum.j. Pet.v.ibi.
princeps pastoꝝ qꝛ ipse sacerdos summus:extra qui
fi.sint legi:per venerabilem.§.rõnibus:ꝛ diis ponti
ficum. Sacerdotium vero euangelicum simul fuit
tempore cum ptãte regia spũali:christus enim simul
constitutus est rex ꝛ sacerdos.x.di.quoniã apostolis
quoqꝫ simul a christo communicata est vtraqꝫ ptãs.
regia tñ ptãs terrena precessit euangelicum sacerdo
tium. Quãuis dici possit ꝙ ſm perfectam institutio
nem huius ptãtis regalis subsecuta sit sacerdotium
euangelicum:ꝛ ptãtem regiam spũalem per q̃z insti
tuitur:sicut.j.patebit. De comparatione aũt ſm prio

Utra istarum dignior.

ritatẽ dignitatis. Considerandum est ꝙ ptãs regia
spũalis superior ꝛ dignior est q̃z sacerdotalis. In sa
cerdotio enim non importatur presidentia ꝛ prelatio
sicut in nomine regis:sed importatur mediatio ꝛ mi
nisterium. Sacerdos enim habet rõnem medij:rex
aũt hꝫ rõnem principij ꝛ mouentis ꝛ finis, vnde ꝛ
christus dignior est ꝛ superior est inquantum rex:q̃z
inquantum sacerdos:est enim sacerdos inquantuz
homo. Rex aũt est inquantum deus ꝛ inquantum
homo. Sacerdos est se offerẽdo ꝛ reconciliando:ad
Heb.vij.rex est iudicando ꝛ ad regnũ introducẽdo.
Mat.xxv.ibi:tũc dicet rex:ꝛ sic maior dignitas im
portatur ex eo ꝙ dr:q̃z ex eo ꝙ sacerdos. Quare ꝛ in
prelatis ecclesie superior est ptãs regalis spũalis q̃
dicitur iurisdictionis:q̃z sacerdotalis que dicitur or
dinis:vnde archidiaconus:qui est diaconus ratio-
ne iurisdictionis est super archipresbyterum qui est:
presbyter:quum tñ non habeat totalez iurisdictionẽ
ad hoc.xxv.di.perlectis.§.archypresbyter. Archipre
sbyter vero se esse sub archidiacono:eiusqꝫ preceptis
ꝛc.extra de offi.archid.ad hoc versi. archipresbyter
ꝛc ꝛ no.xxj.di.in nouo.facit.ij q.vii.puto:vñ hodie
etsi epũs maior sit ordine ꝛ consecratione q̃z cardina
lis:diaconus,vel presbyter,cardinalis tñ superior se
det:ꝛ maior dignitas reputatur:quicquid vocet. Joã.
ij.q.vij.quãquam. Si aũt circa hoc obijciatur:ꝙ po
testas ordis sacerdotalis est circa corpus christi ve-
rum quo nullum maius:de conse.di.ij.nihil in sacri-
ficiis.ꝛ.j.q.j.multi potestas vero iurisdictionis circa
corpus mysticum:quod sunt fideles:quare sacerdo
talis potestas est dignior. Dicendum ꝙ sacerdos dr
habere potestatem super corpus christi verum : in-
quantum hꝫ potestatem alicuius ministerij ab hoc
vt:substantia panis ꝛ vini conuertatur in veruz cor
pus ꝛ sanguinem christi:dum profert verba:quoruz
virtute fit hec benedicta conuersio:extra de sum.tri.
c.j.§.vna.versi.ꝛ hoc de conse.di.ij.qꝛ corpus.versi.
nã ꝛ inuisibilis sacerdos.ꝛ.c.panis est in altari. ibi.
Ubi aũt sacramentum conficitur:iam non suis ser-
monibus sacerdos:sed vtitur sermonibus christi er-
go sermo christi conficit sacramentuz,non tñ habet

potestatem iudiciariam super verum corpus christi: sicut hñt super fideles: ⁊ illi quibus commissa est iurisdictionis potestas: ⁊ ideo non sequit ꝙ sacerdotalis sit superior: Vel potest dici ꝙ ſm aliquid sacerdotalis potestas est dignior ꝗ ptās iurisdictionis: simpliciter aũt ptās iurisdictionis est dignior. Potestas aũt regia temporalis inquantum temporalis est: est inferior ⁊ minus digna est quã sacerdotalis ꝗ spũalis est, sed potest esse superior ea: vel inquantum huiusmodi ptās regia instrumentuʒ est rege potestatis spũalis: que superior est sacerdotali. ca. bo. xxiii. q. v. princepo. ⁊. c. administratores: vel prout sacerdotalis aliqua persona: in aliquibus temporalibus: quibus vtitur: dependet a rege terreno. c. ad hoc. xxiij. q. viij. §. ecce.

De gradibus ⁊ inequalitate vtriusqʒ potestatis ⁊ diuersis personis eas habentibus. Quomodo apud Gentiles erant gradus: ⁊ in testamento veteri ⁊ nouo. Cap. 54.

Vtriusqʒ potestatis diuersitas

Quod autem reges non vnguntur in capite: sicut pontifices: sed vnguntur in brachio: designat q eorum potestas non est principaliter spiritualis: sz per ministerium, ⁊ obsequium: qz per brachium operamur. vt pre. c. vnico. de sacra vnc. Adhuc alio modo potestas principum secularium in ecclesia potest dici spiritualis: videlicet secundum vitaz. Sicut eniz pontifices debent esse spirituales secundum vitam: sic ⁊ principes temporales in ecclesia. maior tñ perfectio ⁊ vita spiritualitas requiritur in pontificibus, q̃ in principibus: qz maior ⁊ perfectior est eorũ dignitas. xcvj. dist. duo sunt. Et maior in dignitate, maior erit in vita ⁊ perfectione j. q. j. vilissimus. iiij. di. deniq. Unde vtriq vnguntur. sed pontifices in capite ⁊ manibus. vt pre. c. vnico de sacra vnc. qz in eis debet esse perfectio contemplatiue ⁊ actiue vite. xxxvj. distin. si quis. extra de tenuun. nisi. §. ne putes. principes autez in brachio. qz in actiua se debent precipue exercere. Nam cum Martha ministrant. Luc. x. extra de regula. c. licet. ad fi. versi. nec legitur. ⁊ cum Maria fecundi bonis actionibus esse debent. vt pre. §. ne putes. ⁊ pre c. licet. ver. ad quod vtiq. ⁊ quidem de perfecta vita que debet esse in põtificibus non hic dico. De hoc abunde in pastorali suo beatus Greg. etiam in libro moralium. ⁊ Ber. ad Eugeniũ in lib. de consideratione. ac alij plures doctores in operibus suis tractant. ⁊ Gratianus plenissime a. xxv. di. vsq ad. l. in quibus distinctionibus tractat de. xiij. c. apostolice regule. que ponit Paulus ad Timo. j. epistola. ca. iij. ⁊ ad Titum. c. j.

Que sunt necessaria in regibus ad bene regendum. Que pericula proueniunt pro malo regimine. Cap. 57.

Sed de perfecta vita secularium principum ⁊ precipue regum qui sunt superiores ⁊ precellentes. j. Pe. ij. extra de ma. ⁊ obe. solite. ibi. siue regi quasi precellenti. aliqua pauca ex maiorum doctrina ponẽda sunt. vt ex eis magis appareat quomodo eorum potestas debet esse spiritualis: ⁊ ad finem spiritualem ordinari. licet enim. s. xliij. c. aliqua dixeriz circa hoc tamen aliquid amplius est addendum. Est ergo primo tenendum q secularis potestas vt digna sit regis nomine recte agere debet. Prauus eniz rex non vere potest dici rex. sicut falsus denarius non est denarius. de hoc sunt plures concor. xlv. dist. vera iustitia. Unde Isido. ix. lib. etymo. ait. Rex a regendo dicitur. non autem regit qui non corrigit se ⁊ alios. Recte igitur faciendo, regis nomen tenetur. Peccãdo autem amittitur. vnde ⁊ apud antiquos tale erat prouerbium. Rex eris, si recte facias. si non facias non eris. Sic etiam beata Katherina dixit Maxentio. Si annuo te rexeris: rex eris ad hoc. xxi. di. cleros ibi. sicut rex a regendo. ij. q. j. scelus. perditur enim nomen dignitatis propter delictum. legitur ⁊ no. extra de pur. c. j. Subdit autem Isid. q regie virtutes precipue due sunt. scilicet Iustitia, ⁊ Pietas. de his satis dixi. s. xlij. c. in. j. parte istius operis. Plus autez in regibus laudatur Pietas. nam Iustitia per se seuera est. sed vera iustitia compassionem habet. xlv. distinct. vera ⁊ falsa misericordia inuenitur. xxiij. quest. iiij. est iniusta. In his autem addenda est Prudentia sine qua iustitia ⁊ pietas recte non valent exerceri. nec multitudo subiecta vtiliter gubernari. De his autem tribus que necessaria sunt regibus, plene. s. disserui. xlj. ca. que hic repetenda non sunt. Debent quoque reges fide ⁊ deuotione deo subdi: vt alios sibi subdere valeant. Digne debent deo mente adherere: vt firmiter possint regni gubernacula possidere. ad hec. xcvj. di. in scripturis. ⁊ c. si imperator. ⁊ xcvij. di. ecclesie. xxiij. q. v. res ecclesie aliter. C. de sum. tri. epistola inter claras. Debent non proprium commodũ aut gloriam tyrannice querere: sed bonum commune sibi subiecte multitudinis regaliter intendere: atque procurare. bonam scilicet ⁊ virtuosam vitam: ⁊ que ad ipsam adminiculantur. ad hoc. viij. quest. j. sunt in ecclesijs. xxiij. quest. viij. vt pridem. Debent ecclesias ⁊ ecclesiarum prelatos revereri, ⁊ honorare, munire, ⁊ defensare. xcvj. distinctio. boni. cap. duo. xxiij. questio. v. principes. Honor enim exhibitus christi ministro, christo exhibetur. ipso dicente Matth. x. ⁊ simile Luce. x. Qui vos recipit me reci-

Rex malus nõ vere rex est.

Iustitia Pietas ⁊ Prudẽtia.

Hec diligẽter obseruẽt qui imperant.

pit.xxj.dist.in nouo.xciij.dist.ille proculdubio.vj.q.j.
sacerdotes.viij.q.j.qui vos spernit. Debent erga di=
uini cultus ampliationem ⁊ augmentum studium
impendere.vt pre.c.bo͂hi.⁊.c.constantinus. Debent
aduersarios christi ⁊ ecclesie impugnare.xxiij.q.v.de
liguribus.c.duobus.c.seq.⁊.xcvij.di.ecclesie. Debe͂t
iusta precipere:⁊ illicita prohibere.malos coercere ⁊
punire.vt boni inter malos quiete viuant.xxiij.q.v.
regum.⁊.c.rex debet.dist.iiij. facte sunt.in prohemio
decre.rex pacificus. Debent iustum bellum indicere:
ab iniusto cauere.xxiij.q.ij.iustum. Debent predam
eque ⁊ iuste diuidere.xxiij.q.v.dicat. Debent fidelita
tem quam sibi seruare desiderant, subditis obserua=
re.xxij.q.v.de forma.xcv di.esto. Debent inter subdi
tos humiliter se habere. Eccl.xxxij. Rectorem te po
suerunt:noli extolli:sed esto in illis quasi vnus ex ip=
sis. Item rex faciat se timeri. Eccl.vij. Noli querere
fieri iudex:nisi valeas virtute interrumpere iniquita
tes. Prouerb.xx. Rex qui sedet in solio iudicij:dissi=
pat omne malum intuitu suo. Sed magis velit ama
ri q͂ timeri.qr ſm Senecam. Nobilis est natura ho
minis.facilius ducitur, q͂ trahatur. Debet tribulatos
consolari. Iob.xxix. Quum sederem quasi rex circu͂
dante exercitu : eram tamen merentium consolator.
Debet susurrones ⁊ bilingues contemnere . ⁊ viles
non exaltare.vnde Aristo.Alexandro. Consultor p=
cerum,seruos contemne bilingues. Et nequa͂:ne qs
humiles natura iacere Precipit,exalta. Item rex de=
bet sequi consilium seniorum:non iuniorum:blande
regendo ⁊ dulciter:⁊ non dure ⁊ tyrannice : ne pdat
regnum.vt Roboam filius Salomon qui de consi=
lio iuniorum dixit populo israel. Minimus digitus
meus grossior est dorso patris mei.⁊ nunc pater me⁹
posuit super vos iugum graue. ego autem addam su
per iugum vestrum.pater meus cecidit vos flagellis
ego autem cedam vos scorpionibus.pp quod.x.tri=
bus recesseru͂t ab eo.iij.Reg.xij.vij.q.j.deniqz. Iuue
nes enim co͂iter sensu non pollent . idcoqz non sunt
in consiliarios assumendi. Phus . Nemo iuuenes
duces eligit:eo φ certum est eos sapiam non habere.
e.ad hoc.j.q.j.estote.xxiiij.di.qn̄. Debent per affabili
tatem ⁊ beneficia procurare vt diligantur:⁊ p iustas
vindictas non proprie iniurie sed legis dei , studera
vt timeantur.xxiij.q.v. rex debet. Et vt magis ap=
pareat de officio regum:⁊ de vita virtuosa, que ipsis
congruit:producenda sunt in medium aliqua testi=
monia. In primis ergo considerandum est id quod

In regis electione qd obseruandum.

deuteronomij dn̄s ordinauit.xvij.c.circa reges. Pri
mo enim quantum ad moduz eligendi,statuit, vt in
electione regis spectaret dei iudicium. Et vt non fie
ret rex alterius gentis.quod ⁊ nunc in eccl̄ia seruan=
dum est.vt videlicet in institutione regum illorum iudi
cium interueniat:qui vicem dei tenent in terris. No͂
tn̄ ipsa tollit electio pplo qui habet imperatorem eli=
gere.xciij.di.legimus.vel alio:um qui hoc habent de
consuetudine.ex̄ de elec. venerabilem. Nec requirit
iudicium pape specialiter.sed sufficit φ tacite in eum
consentiat,qui dignus est ad regendum:⁊ obediens
matri sue eccl̄ie.c.lxiij.di. cum hadrianus secundus.
xcvj.di.quis dubitet. Et vt non fiat rex alterius gen
tis.qr non dz assumi aliquis in regez:q no͂ sit fidelis
⁊ de ge͂te christiana.c.bo.xcvj.di si imperator catho
lic⁹ est,q d.debet esse. Qr inter fideles ⁊ infideles ma
gna dz esse distinctio.ix.q.iij.c.j.ver. nec impetere. ⁊

Blasphemus qs.

q.v.canonica.ibi.qn̄ sunt eorum gentis. Item text⁹ est
(quod est nimis absurdum) vt blasphemus christi in
christianos vim prātis exerceat. ex̄ de iude. cum sit.
Blasphemus autem est non solum iudeus:sed quili
bet infidelis qui ignorat christum: ⁊ eum non colit.
Et nulli pagano licitum est super christianos aliqd
offm̄ exercere.vt pre.c.cum sit.⁊.liiij.di.nulla. Scdo
vero circa reges institutos ordinauit qualiter se hre
debeant quantum ad seipsos.vt.s.non multiplicare͂t
currus ⁊ equos:neqz vxores:neqz imme͂sas diuitias
qr ex cupiditate hoium principes ad tyrannide͂ de=
clinant:⁊ iustitiam derelinquunt: qr Cito Violatur
Auro Iustitia.xj.q.iij.pauper. Quod non sic est acci
piendum:quasi nullatenus debeat hmo͂i apparatib⁹
⁊ diuitijs abundare. Sed qr non debeat ex cupidita
te,aut inordinato appetitu,horum affluentiam am=
bire.c.xlvij.di.sicut.xxxiij.q.v.ſm. Quantum tn̄ reg
rit status regie dignitatis,⁊ co͂e bonum:potest horu͂
exteriorum bonorum copiam procurare ⁊ habere.c.
ad hoc.xlij.di.non cogantur.⁊ reges mollibus. Mat.
xj.vestiunt.xxj.q.j.c.j.in fi qr diuites cum iustitia ⁊
bonis operibus non abijcit grangrense concilium .
xxx.di.hec scripsimus . ⁊ facit ad hoc quod legitur ⁊
no.ex̄ de preben.de multa.§.fi.⁊ in glo.est ergo argu=
me͂tum. Tertio instituit qualiter se deberet habere
ad deum.vt.s.sepe legeret: ⁊ cogitaret de lege dei : vt
sic semper esset in dei timore ⁊ reuerentia.vnde dicit
in pre.c.Deut.xvij. Postqz autem sederit in solio re

Rex lrarū sacrarum sit studiosus.

gni sui:describet sibi deuteronomium legis huius in
volumine, accipiens a sacerdotibus leuitice tribus:
⁊ habebit secum:leget qz illud oibus diebus vite sue.
vt discat timere dn̄m deum suum: ⁊ custodire verba
⁊ cerimonias eius:que lege precepta sunt.neqz eleue
tur cor eius in superbiam super fratres suos. neque
declinet in partem dexteram vel sinistram: vt longo
tpe regnet ipse ⁊ filij eius super israel. Est enim scie͂
dum φ qr bona vita multitudinis,quam rex inten=
dere dz,ordinata est ad finem que est beatitudo cele
stis:adeo ad offm̄ regis pertinet sic bonam vita͂ mul
titudinis procurare,sicut conuenit ad celestem beati
tudinem consequendam.vt.s. ea precipiat q̄ ad cele=
stem patriam ducunt : ⁊ eorum contraria ſm qd̄ fuerit
possibile interdicat.ad hoc.xxiij.q.iiij.qn̄ vult. ver.⁊
paulopost nabuchodonosor rex ⁊c.⁊.c.non inuenit.
xj.q.iij.imperatores.ibi.nam inter hoies penas luit:
⁊ apud deum frontez no͂ habebit:qui hoc facere no=
luit quod ei per cor regis ipsa veritas iussit. Que au͂t
sit ad veram beatitudinez via, ⁊ que sint impedime͂
ta ipsius,ex lege diuina cognoscitur : cuius doctrina
pertinet ad offm̄ sacerdotum.qr labia sacerdotis cu
stodiunt sciam:⁊ legem requirunt de ore eius.s.sub=
din.qr angelus dn̄i exercituu͂ est. Malach.ij.⁊.xliij.
di.sit rector. Et ideo pcepit dn̄s vt rex legem sibi de=
scriberet.⁊ exemplar acciperet a sacerdotibus:⁊ illaz
legeret oibus diebus vite sue:vt discat timere deum:
⁊ custodire precepta ipsius. vnde multum conuenit
regibus crebro sanctas scripturas legere vel audire:
vt per exercitium lectionis scientie regendi populuz
inueniat margaritam.extra de renun. post tra͂slatio=
nem.§.ceterum.vnde Sozomenus lib. j. in historia
tripertita dicit in laudem Theodosij imperatoris .
Aiunt te per diem exerceri armis:⁊ subiectorum ne=
gotia disceptare: iudicare simul ⁊ agere . Noctibus
vero libris intendere.⁊ de hoc.d.xlij.c.dixi in prima
ista parte istius operis . Rex enim insipiens perdet
populum suum. Eccl.x. Et ex hoc sequit φ leges qs
rex instituit no͂ debent a doctrina legis diuine discor
dare : sed ei consonare : ac sacris canonibus subijci.

Nam sicut ptās subijcitur potestati: sic leges legibus debent esse subiecte.x.di.c.j.& per totum.extra de priuile.super specula.in prin.ibi.famulatum. & extra de no.op.nun.c.j. Quarto instituit qualiter rex deberet se habere ad subditos suos.s. vt non superbe eos contemneret & opprimeret: nec etiam a iustitia declinaret.xxiij.q.v.regum. De bonis autem conditionibus christianorum regum.beatus Aug.v.li. de ciui. dei.c.xxiiij.sic ait. Christianos imperatores & reges felices dicimus: si iuste imperant.si inter linguas. xj. q.iij.in cunctis.& c.inter verba.sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium, non extolluntur.si se esse homines mortales.ps. lxxxviij. Quis est homo qui viuet: & non videbit mortem? meminerint.Si suam ad dei cultum maxime dilatandum & maiestati sue famulandum curam indefessaz adhibent.si deum timent: diligunt: & colunt. si plus amant illud regnum, vbi non timent habere consortes.si tardius vindicant.facile ignoscunt.Si eandez vindictam pro necessitate regende tuēdeqz reipublice, non pro saturandis inimicitiarum odijs exercēt. si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis. xxiij.q.iiij.est iniusta. sed ad spem correctionis indulgent.Si quod aspere coguntur quandoqz decernere misericordie lenitate & beneficiorum largitate cōpensant.Si luxuria tanto est eis castigatior, quanto posset esse liberior.ij.q.j.scelus.xj.q.iij.pcipua.& c.in corporis.Si malunt cupiditatibus prauis q̄z quibuslibet gentibus imperare. Constantinus imperator. Quid iuuat barbaras nationes vicisse: si a crudelitate vincamur? Et si hec omnia faciunt: non pp ardorem inanis glorie sed propter charitatem felicitatis eterne.si pro suis peccatis humilitatis & miserationis & orationis sacrificium deo suo vero immolare non negligant. Tales christianos imperatores & reges dicimus esse felices, interim spe: postea re ipsa futuros. Cyprianus etiam in li.de.xij.abusionibus ait q̄ vnus abusionis gradus est. Rex iniquus: qui quiz iniquorum rector esse debuerit: in semetipso nominis sui dignitatem non custodit. Nomen enim regis intellectualiter hoc retinet vt in subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit: qui proprios mores, ne iniqui sint: nō corrigit? quoniam iustitia regis exaltabitur solium. & in veritate solidantur gubernacula populorum. Prouer b.xvj.c.ad hec.xxvj.di.vna.& xxv.di.primum.cū suis concor.& similibus. In quibus autem consistit regis iustitia subdit Cyprianus, dicens. Justitia vero regis est neminem iniuste per potentiam opprimere.Sine acceptione personarum inter virum & proximum suum iuste iudicare. Aduenis & pupillis & viduis defensorem esse. Cohibere furta. Adulteria & omnem mechiam punire.ad hoc.xxiij.q.v.regum.& c.rex. Iniquos non exaltare. Impudicos & histriones non nutrire.ad hec.lxxxvj.dist. donare. Contra hoc multum offendunt Reges Hispanie. Impios de terra perdere. Parricidas & periurantes viuere nō sinere.pre.c.rex. Ecclesias defendere.pre.c.reguz. Pauperes elemosynis alere.lxxxvj.dist. non satis.& c.pasce.de peni.dist.j.quamobrem. Justos super regni negotia constituere. Contra hoc Reges Hispanie faciunt preponentes iudeos super negotia & regni reditus.contra iura.liiij.distin.nulla.extra de iudeis.cum sit.& c.ex speciali. Senes & sapientes & sobrios consiliarios habere.j.q.j.estote. Magorum & hariolorum phytonissarumqz superstitionibus non intendere.xxvj.q.v.nec mirum.& per totum. ij.q.j.& ij.& iij. Iracundiam suam differre.xj.q.iij.cum caput & c.illa.& c.summo. Patriam fortiter & iuste contra aduersarios defendere.xxiij.q.ij.iustum.cum.c.seq.& q̄ō.iij.fortitudo.& q̄ō.viij.vt pridem. Per omnia in deum confidere ps.cxxiiij. Qui confidunt in domino.de conse.distin.j.omnis christianus. Prosperitatibus animum non eleuare, sicut fecit Nabuchodonosor.de peni.distinc.j §.ex his itaqz: versi. nabuchodonosor per superbiam. Cuncta aduersantia patienter tolerare.xxiij.q.j.§.j.& c.paratus. Fidem catholicam in deuz habere.xcvj.di.si imperator. Filios suos non sinere impie agere.xxiij.q̄ō.v. rex. Certis horis orationi insistere.vt Dauid in ps.cxviij. Septies in die.&c.xcj di.presbyter.& extra de celebra.mis.c.j. Ante horas congruas non gustare cibum. de conse. dist.j. solent. Ve enim terre cuius rex puer est: & cuius principes mane comedunt. Eccl.x. & subdit Cyprianus. Hec regni prosperitatem in pñti faciunt: & regem ad celestia regna perducunt. Qui vero regnum secundum hanc legem non dispensant: multas nimirum aduersitates tolerant imperij. Idcirco eniz sepe pax populorum rumpitur: & offendicula etiam de regno suscitantur: terrarumqz fructus diminuuntur: & seruitia populorum prepediuntur: multi & varij dolores prosperitatem regni inficiunt: charorum & liberoruz mors tristitiam confert: hominum incursus prouincias vndiqz vastant: bestie armentorum & pecorum greges dilacerant: tempestas aeris & hemisphería turbata: terrarum fecunditatem & maris ministeria prohibent: & aliquando fulminum ictus segetes & arborum flores & pampinos exurunt. Super oia vero regis iniustitia non solum imperij presentis faciem fuscat.sed etiam filios suos & nepotes: ne post se hereditatem regni teneant: obscurat. Propter piaculum enim salomonis, regnum domus israel dñs de manibus filiorum dispersit: & pp iustitiam Dauid regis lucernam.iij. Regum.xj.de semine suo reliquit. Ecce quantum iustitia regis seculo valet, intuentibus perspicue patet. Pax enim est populorum tutamentum patrie.vnitas plebis.munimen gentis.cura languorum gaudium hominum.temperies aeris.serenitas maris.terre fecunditas.solatium pauperum.hereditas filiorum.& sibimetipsi spes future beatitudinis. ad hec.xxiij.q.v.regum.in fi. ibi. si inquit hec feceritis reges iuda: tenebitis pristinam potestatem.ij.q.j. noli.ibi.si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium: quanto dulcior est pax diuina pro eterna salute angelorum? Isido. quoqz. iij.li. de summo bono sic ait. Qui recte vtitur regia potestate: ita prestare oibus debet: vt quanto magis honoris celsitudine pollet: tanto semet ipsum mente humiliet: proponens sibi exemplum humilitatis christi & dauid: qui de suis meritis non tumuit: sed humiliter sese deijciens dixit. Vilis incedam: & vilis apparebo ante deum qui elegit me.ij. Reg.vj. Et post: qui recte vtitur regia potestate: formaz iustitie factis magis q̄z verbis instituit. Nulla prosperitate erigitur. nulla aduersitate turbat. non innititur proprijs viribus. nec a dño recedit cor eius: alias maledictus est. Hiere.xvij. Et post. Dedit dominus principibus presulatum pro regimine populorum: & illis eos preesse voluit, cum quibus vna est eis nascēdi moriēdiqz conditio. prodesse ergo dz populis principatus non nocere nec in dñando premere: & de condescendendo consulere. vt vere sit vtile hoc ptātis insigne: & dono

Precepta nemini regum nō necessaria.

Justitia regio que sit.

dei pro tuitione vtantur membrorum christi menibra. xxiii. q. iii. pro membris. quippe christi fideles sunt populi. quos dum ea potestate quam accipiunt optime regunt: bonam vtique vicissitudinem deo largitori restituunt. Et post in alio quodam .c. Sub religionis disciplina seculi potestates subiecte sunt: et quamuis culmine regni sint prediti: vinculo tamen fidei tenentur adstricti vt et fidem christi suis legibus predicent. et ipsam fidei predicationem bonis moribus conseruent. Justum enim est principem legibus obtemperare suis etc. ix. di. iustum palea. ibi vide. Hugo autem de sancto victore de terrena potestate loquens in li. de sacramentis, ostendit que debeat obseruare terrena potestas in exercenda iustitia. debet enim obseruare personam quia ei non licet in clericum, seu ecclesiasticam personam manum mittere: sed solum in laicum. xi. q. i. quasi per totum. extra de iudi. at si. Debet obseruare causam: vt ecclesiastica negotia non suscipiat: sed tantum secularia examinanda. extra de iudi. decernimus. xcvi. di. duo.

Que in exercenda iustitia sint obseruanda.

Debet obseruare modum et mensuram. vt quamlibet culpam puniat congrua et conuenienti pena. de pen. di. i. deus diffinitionem. Debet obseruare locum. vt loca sacra violare non presumat: et confugientibus ad illa etiam reis et pro suis sceleribus condemnandis inordinate violentiam non inferat. xvii. q. iiii. quisquis. extra de immu. ec. inter alia. et c. si. Debet obseruare tempus. vt sacris et solennibus diebus reuerentiam exhibeat. extra de ferijs. c. fi. Quando etiam ijs parcendum est, quibus pro suis culpis supplicia debentur. vnde in exercendo iudicio et proferenda sententia attendi debet loci et temporis conuenientia. extra lib. vi. decet. His ergo modis secularis potestas iustitiam exercere debet, legum instituta sequens. xi. q. iii. summo. et nihil preter iustitiam et veritatem approbans in iudicando. Adiungit autem vlterius Hugo, quod per ornamenta regalia designantur ea que congruunt regibus. vnde dicit quod secularis potestas habet ornamenta quedam dignitatis sue: quibus et excellentia ordinis ostenditur: et sacramentum ministerij figuratur. Nam annulus fidem: armilla bonam operationem: sceptrum iustitiam gladius vindictam designat. De primo. s. de annulo. xxx. q. v. nostrates. vnde et Luc. xv. Date ei anulum in manu. i. per signaculum fidei exponitur vnde ibi Beda. In manu. i. in operatione. vt opa fide clarescant: et per fidem opera confirmentur. Item ibi Chrys. Jubet annulum dari, siue signaculi salutaris symbolum: seu desponsationis insigne: et nuptiarum pignus: quibus christus ecclesiam sponsat: quum anima resipiscens per annulum fidei iungitur. Osee ii. Desponsabo te mihi in fide. Jiere. ii. Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui. s. annuli desponsationis sue. De ii. de armilla. Ezech. xvi. Dedi armillas in manibus tuis, exponitur. i. virtutem bone operationis. armilla enim ornamentum manuum est. De iii. de sceptro. xcvi di. constantinus. ibi. etiam imperialia sceptra, de iustitia regis per ipsum designata pre. c. regum. xxiii. q. v. De iiii. s. de gladio vindicte. Ro. xiii. ibi. non sine causa gladium portat. xxiii. q. v. § i et. c. non solum. De. v. s. de purpura pre. c. constantinus. ibi. chlamydem purpuream. De reuerentia regi exhibenda i. Pe. ii. ibi. siue regi quasi precellenti. et. i. regem honorificate. extra de ma. et obe. solite. De sexto de diademate pre. c. constantinus. ibi. deinde diadema capitis nostri. De gloria corone. xii. q. i. duo. Illud etiam hic inserendum et repetendum est, quod quum imperator iurat: promittit se fore defensorem et protectorem

Ornamenta regalia eorumque designatio.

summi pontificis et sancte romane ecclesie, in omnibus necessitatibus et vtilitatibus suis: custodem et conseruatorem possessionum bonorum et iurium eius. vnde videtur se habere ad papam: sicut se habet manus ad caput: in defendendo et ministrando. ad hec. lxiii. di. tibi domino. extra de elec. venerabilem. Et quod tale iuramentum quod prestat imperator sit iuramentum fidelitatis et homagij: est hodie amplius declaratum in clemen. extra de iureiu. romani principes. Papa etiam euaginatum gladium sumit de altari: et ei tradit: intelligens in gladio curam et regimen totius imperij. sic dicens. Accipe gladium desuper beati Petri corpore sumptum per manus nostras, licet indignas, vice tamen et authoritate sanctorum apostolorum consecratas, imperialiter tibi concessum: nostreque benedictionis officio in defensionem sancte dei ecclesie diuinitus ordinatum: et ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. extra de homi. postulasti. et memor esto, de quo ps. ait ps. xliiii. et prophetauit, dicens. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. vt in hoc per eundem vim equitatis exerceas. molem iniquitatis potenter destruas. et sanctam dei ecclesiam eiusque fideles defendas: propugnes: et protegas. nec minus sub fide falsos quam christiani nominis hostes execres ac dispergas. viduas et pupillos clementer adiuues, ac defendas. desolata restaures. restaurata conserues. vlciscaris iniusta. confirmes bene disposita. quatinus in hoc agendo virtutum triumpho, gloriosus iustitieque cultor egregius cum mundi saluatore, cuius typum geris, in nomine sine fine regnare merearis. Hec autem que de imperatore dicuntur: ad reges alios christianos suo modo poterunt applicari. Denique propter malos reges: qui tyranni nunc dicuntur: licet omnes reges olim tyranni dicerentur: quia rex grece. latine dicitur tyrannus. Addendum est ad eorum correctionem, id quod Richardus de sancto victore super illud Apoca. i. et princeps regum terre. ait de ipsis. Sunt quidam regum qui summo principi christo adherere contemnunt. qui acceptam ab eo potestatem, secundum ipsum exercere nolunt. qui in subditos seuiunt et eos deuorant. et quod supra se principem habeant: qui eripit inopes de manu fortiorum eius. ps. xxxiiii. egenum et pauperem a diripientibus eum: minime pensant. quos princeps ad exercitationem et purgationem electorum, ad tempus seuire permittit. viii. q. i. audacter. Sed in tempore retributionis eos de hac seuitia grauiter iudicabit. Nam potentes potenter tormenta patentur: et fortioribus fortior instat cruciatus. Sap. vi. viii. q. i. illud. Redeant ergo tales reges (si tamen reges sunt) ad conscientiam: et quod super se principem habeant: cui de actibus suis sunt reddituri rationem: recognoscant. qui sicut potestatem habet conferre: sic potest et auferre. baltheum enim regum dissoluit dominus: et precingit funre renes eorum. Job. xii. c. et alibi scriptum est Ecclesia. x. c. Sedes ducum superborum destruxit deus: et sedere fecit mites pro eis. Hoc certum est: vt ex pluribus exemplis in scripturis colligi potest. et aliqua posui. s. in xl. c. versi. econtra. Sed interdum peccata populi merentur tales reges: vel potius tyrannos. vt sacra eloquia testantur. Abstineat ergo populus a culpa: vt liberetur a tyrannorum plaga. hucusque Richardus. Unde canon. Pro meritis subditorum disponitur a deo vita rectorum. ii. q. vii. c. i. et merito. viii. q. i. audacter.

Imperatoris iurisiurandum.

In reges plus equo seruientes.

Jn

In quibus differt potentia pape a potentia christi. Quomodo ⁊ qualiter papa habet plenitudinem potestatis. Cap. 58.

Quoniam autem clarum est ex
pdictis: q summa ptãs spũalis:
cuiusmodi est potestas summi
pontificis: primatum obtinet su
per oẽs pontifices omnium ec-
clesiarum. Est etiaz superior di
gnitate ⁊ causalitate oĩ tpali po
testate. illud concludi necesse est
⁊ recipi: q in summo pontifice preexistit plenitudo
pontificalis ⁊ regie ptãtis. Qualis autem sit ista
plenitudo potestatis: ⁊ quibus modis eam habere
dicitur: considerandum est. Nam ipse christus etiam
sm q homo, plenitudinem ptãtis hz vt. s. dictuz est
in. xiij. ⁊. xl. c. Sed eius plenitudini non equatur ple
nitudo que conuenit eius vicario. sic enim dicenduz
est de plenitudine potẽtie: sicut ⁊ de plenitudine gra
tie. dicit enim christus plenus gratia Jo. j. ⁊ christi
mater plena gratia. Luc. j. non tñ equaliter: neq3 per
oĩa similiter. christus enim dicitur plenus gratia: qr
gratiam habuit in summa excellentia que potest ha
beri: ⁊ ad oẽs effectus gratie. De ista plenitudine lo-
quitur Jo. j. Et de plenitudine eius oẽs accepimus
gratiam pro gratia ⁊c. Sed mater christi dicit plena
gratia: qr habuit gratiam sufficientem ad statum il-
lum ad quez erat electa a deo. vt. s. esset mater dei. sed
plenior esse potuit: qr creatura: qr datus est ei spiritus
ad mensuram: soli filio sine mensura. Jo. iij. hoc clare
probat in clemen. de hereticis. j. rñ. c. ad nostrum. Si
militer est dicendum de potẽtie plenitudine suo mo-
do qr plenitudo potentie ⁊ est in hoĩe christo ⁊ est in
eius vicario: sed in christo est plenitudo potentie: qr
potentiam plenaz habuit excellenter. in vicario autẽ
christi est plenitudo potentie: qr potentiam plenam
habuit sufficienter, quantum. s. necessarium est fideli
bus ad salutem. Sed oportet spãliꝰ aliquid dicere,
⁊ de modo huius plenitudinis, ⁊ de differentia eius
ad plenitudinem que christo conuenit: non solum sz
q deus est: sed etiam sm q est homo. Circa quod
considerandum est. q potentia de qua nunc est intẽ
tio: est potentia actiua in qua duo attendi debent. s.
id quod potentie subditur: ⁊ ipsa ratio potentie: que
consideratur ex modo agendi. ⁊ quantuz ad vtruq3
summi pontificis potentia plena est. sed aliter q3 po-
tentia christi. Quantum enim ad eos qui ptãti sub-
duntur: potentia christi tã plena est q eius ptãti oĩs
creatura subiecta est. rõnalis ⁊ irrõnalis: celestis ⁊ ter
restris: ⁊ etiam infernalis. vnde Mat. vlti. Data est
mihi oĩs ptãs ⁊c. ⁊ Phi. ij. omne genu flectatur ce-
lestium ⁊ terrestrium atq3 infernorum. Non sic aũt
est plena ptãs summi pontificis: que solum se extẽdit
ad creaturas illas, que sunt gratie ⁊ beatitudinis ca
paces. quum pp beatitudinis finẽ consequenduz, or
dinata sit hec ptãs. nec ad oẽs hmõi creaturas: qr nõ
ad angelos: sed solum ad hoĩes. nec ad hos oẽs: sz so
lum ad viatores. pp quod papa dicit caput omniuz
viatorum. qr super terram recipie claues: nõ extra ter
ram: aut sub terra. Mat. xvj. xxiiij. q. j. quodcunq3. ⁊
q. ij. §. j. cuz c. seq. vsq3 ad. §. his authoritatibus. saluo
eo q ibi dicit: ⁊ in. c. ibi. le. ⁊ dicit hoc in. lv. c. ver. ⁊ se
quitur. s. dixi exponendo authoritatem Mat. super
verbo. super terram. Christus autem dicitur caput
angelorum: ⁊ oĩum tam comprehensoruz: q3 viatorũ:
ad Ephe. j. c. in fi. tñ ex eo potentia summi pontificis
dicitur plena: qr vlr se extẽdit ad oẽs hoĩes viatores.
Proprie autem viatores dñr qui ad patriam tẽdũt
ij. autem sunt qui per fidem ambulant. Nam infide
les magis debent dici deuiatores quum a vera via sa
lutis aberrent. vnde ptãs hec ad oẽs fideles exten-
dit se. qr nihil ad ecclesiam de ijs qui foris sunt. j. ad
Cor. v. ij. q. j. multi. Et potest dici q ad ipsos etiã in-
fideles. non inquantum infideles sunt sed inquan-
tum pñt fieri fideles: ⁊ fieri membra christi: ⁊ vnita-
ti ecclesie aggregari. sicut ergo sunt fideles in potẽtia
non in actu: sic ptãs summi pontificis extendit se ad
eos. in potentia: non in actu. pp quod super pdicto
verbo apli. j. ad Cor. v. Quid mihi de ijs q foris sunt
iudicare? hos deus iudicabit. dicit glo. quasi diceret:
q de infidelibus non hz iudicare. Ad oẽs igitur qui
sunt membra christi per fidem: eo modo quo christi
membra sunt: extendit se ptãs vicarij christi, extra de
ma. ⁊ obe. solite. §. nos aũt ibi. non distinguens inter
has oues ⁊ alias. Quo etiam papa ptãtem habeat
super infideles. s. in. xxxvij. c. ver. item sm Inno. no-
tam largius in prima ista parte post Inno. c. xxxvij.
f. g. h. vide etiam. c. xl. ⁊ Osti. qui de hoc no. ex de vo.
⁊ vo. re. quod super his. Diuino ergo iure oĩs homo
viuens vita mortali: ⁊ ad militantem ecclesiam qua-
litercunq3 pertinens: ptãti summi pontificis dz esse
subiectus. ⁊ ob hoc eius ptãs plena dicit. vñ Mat.
xvj. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam.
non partem ecclesie. Nonnulli tñ peruersi de facto se
subtrahunt ab hac plenaria ⁊ salutifera ptãte: a qbus
longe est salus: dum vicario salutis authoris obedi-
re contemnunt. xix. di. nulli. Quantum vero ad rõnẽ
potentie differt plenitudo potentie christi ⁊ vicarij
eius. Primo quidem quantum ad modum habẽdi
qr christo hoĩ conuenit eam hre: pp vnionem ad dei
verbum: ⁊ pp plenitudinem gratie ⁊ sapie. aliquam
etiam potentiam ⁊ iudiciariam ex merito obtinuit.
Qr enim iniuste iudicatus est. j. Pe. ij. ⁊ pro dei iusti
tia pugnauit, ⁊ vicit. Apoc. v. dicit leo. ideo meruit es
se hoĩum iudex. Job. xxxvj. Causa tua quasi impij iu
dicata est. Causam iudiciumq3 recipiens. Actuuz. x.
ibi. ipse est qui constitutus est a deo iudex vi. ⁊ mor.
extra de sum. tri. c. j. §. hec sancta. in fi. Vicario autem
christi conuenit ptãs non predictis modis: sz ex com
missione christi eam tradentis ⁊ cõicantis. Secũdo
differt quantum ad modum agendi. christus eniz sic
habet potentiam q per eam agit propria virtute ⁊
authoritate inquantum deus: ⁊ non virtute alicuius
superioris. Inquantum vero hõ, agit virtute diuini
tatis excellenter. ideo dicit hre ptãtem excellentie: vt
s. dictum est. Sed christi vicarius agit authoritate
christi inquantum vicem eius gerit. extra de transla.
quanto. sm illud apli. ij. ad Cor. ij. Nam ⁊ ego quod
donaui si qd donaui. pp vos in persona christi. glo. i.
ac si christus donaret. ⁊ in eadez epla ait. ij. ad Cor.
v. c. in fi. Pro christo legatione fungimur tanq3 deo
exhortante p nos. gl. pro christo. i. vice christi: q fuit
legatus dei. Abdias. j. Auditum audiuimus a dño:
⁊ legatum ad gentes misit. ⁊ silr christi vicarius põt
dici eius legatus. Nam quilibet epũs ita vocatur. vij.
q. j. sicut vir. in fi. ibi. vt legatum dei. ⁊ pconem verita
tis. ⁊ extra in cle. de penis. si qs. Et est sciendum q
sicut chrũs per se ac sua ptãte instituit suum vicariũ ⁊
legatũ in ecclã sic ita ⁊ chri vicariꝰ Petri successor põt
suũ vicariũ ⁊ legatũ instituere, nullo hoĩe requisito:
vbi ⁊ qñ cognouerit saluti fideliuz expedire. extra de

Margin notes:

Vtriusq3 ptãtis plenitudo in summo pontifice.

Potẽtie chri ⁊ eiꝰ vicarij discrimen.

offi.leg.c.j.ibi.vices nostras.⁊.c.q translationez.ibi. tanq legato tibi commisimus.⁊.c.l.offici nostri.ibi. sive a nobis missi fuerint ⁊c. Item christi vicarius agit, non excellenter, vt christus: sed ministerialiter dicente apso.j.ad Cor.iiij. Sic nos existimet homo: vt ministros christi.⁊.ij.ad Cor.xj. ibi. ministri christi sunt:⁊ ego.ad hec de cons.di.iiij.aliud.lxxxj.di. ministri.⁊.c.non opz.j.q.j.si fiunt. Tertio differt quantū ad durationem: qr christus hz ptātez eternalr.Dan. vij. Ptās eius ptās eterna.sed christi vicarius hz tēporaliter.nam quilibet Petri successor hz ptātem solum dum vivit pñti vita. In diversis aūt successoribus durat hec ptās in ecclesia vsq ad finē seculi.ex de homi pro humani.j.rū.lib.vj.quum evacuabitur ois principatus.vt apls ait.j.ad Cor.xv. Quarto differt quantum ad quantitatem agendi.qr christus plura potest facere q vicarius eius. pōt enim christ⁹ quoscunq hoies sibi subijcere: etiam invitos a principio: sicut Paulum Actuum.ix.xxiij.q.iiij.de tyrijs. quod non pōt eius vicarius.xlv.di.de iudeis.xx.q.iij. pñs. Pōt christus iudicare non solum de manifestis sed etiam de occultis cordium quod non pōt eius vicarius.ad hec Matth.xxij.ibi. vt quid cogitatis mala in cordibus vestris.xv.q.vj.c.j.ex vt eccle.bñfi c.j. xxxij.di.erubescant.vbi de hoc. Et ratio est, qr vnusquisq bene iudicat de ijs que bene novit christus āt cognoscit occulta:⁊ inquantum deus, ⁊ inquantum homo: pp resilientiam sibi vnite divinitatis ad eius animam. vicarius aūt christi quum sit purus homo: non habet occultorum notitiam.homo aūt videt ea que parent.deus aūt intuetur cor.j.Reg.xvj.vt probatum est. Quāvis possit dici, q christi vicari⁹ quasi occulta iudicat in foro penitentie in quo noscit occulta per secretam confessionem penitētis. manifesta vero iudicat in foro causarum exteriorum.ij.q.j.deus. vj.q.j.si ois.de pe.di.j.verbum dei.ibi.recte ergo ecclesia hoc vendicat: que sacerdotes veros hz.⁊ di.vj.ca. qui vult.ibi.iudicans.n. alium qui est iudicādus ⁊c. Verūtamen dicitur christi vicarius habere plenitudinem potestatis: qr tota potentia gubernativa que a christo communicata est ecclesie, sacerdotalis ⁊ regalis, spiritualis ⁊ tpalis: est in summo pontifice christi vicario. Tanta vero potentia communicata est ecclesie: quanta opportuna erat ad salutem fidelium. quare in vicario christi tota illa potentia est: que ad hominum salutem procurandam requiritur. Sic enim dicendū est de potentia ecclesiastica: sicut de scientia sacra. Non eniz quicquid ab hoie sciri pōt: revelavit nobis deus in scripturis.sed illa solum revelavit: que sunt nobis ad salutem necessaria ⁊ vtilia. vnde dicit Augu.in li. de trini. xiiij.de sacra scriptura loquens. Non quicquid ad hoie sciri pōt: huic scie tribuo. sed illud tantum quo fides saluberrima, que ad veram beatitudinem ducit, gignitur: nutritur: defendit: roboratur. Et sic est intelligendum verbum Ambr. dicentis. Quicquid alibi queritur: hic perfecte invenit xxxvij.di.§.hinc etiam.ver.hinc etiam Ambr. Et similiter dicendum est, q non quicquid ad hoie fieri pōt: nec ois potentia que hoi cōicari potest: debet attribui summo pontifici.sed solum ois illa potentia q ad salutem hominum est necessaria: in illo existere dicenda est: ⁊ per ipsum ad alios derivari: sicut a fonte rivus.xxiiij.q.j.loquit.fm participationem ⁊ ordine quodam.lxxxix.di.ad hoc. Ut autem plenius de modo huius plenitudinis dicatur summarie: Sciendū est q potentia summi pontificis ⁊ christi vicarij plena dicit. Primo qr ab hac potentia nullus, ad ecclesiam militantem qualitercunq pertinens, excipit.sz ois homo in pñti ecclia existens, ei subijcit.ix.q.iij.cūcta.extra de ma.⁊ obe.solite.§.nos aūt. Secundo qr ois potestas ad gubernationem fidelium a deo ordinata ⁊ hoibus data, sive spūalis, sive tpalis, in hac ptāte comprehenditur: vt.s. probatum est late. Tertio qr ois ptās in ecclesia ab hac ptāte derivat. vt p ximie probatum est.⁊ ad eam ordinatur.sicut.s. declaratum est.qr ipsa principiuz est ⁊ finis cuiuslibet ptātis. ⁊ ideo quelibet ptās humana ei iure subditur. xxij.di.c.j.⁊.ij. Quarto qr a nulla ptāte humana excedit. vel superat: sed ipsa oēm ptātem excedit ⁊ superat.iij.q.vj.dudum.extra de privil.antiqua. Quinto qr a nulla alia ptāte puri hois limitat. aut ordinatur aut iudicat. sed ipsa alias limitat, ordinat, ⁊ iudicat.vt pre.c.cuncta.⁊.c.aliorum.xl.di si papa. Sexto qr ordine potestatum aut legibus ab ipso positis nō coarctatur.potest enim agere ⁊ mediantibus alijs potestatibus, ⁊ non mediantibus: qū viderit expedire. qr ordinarius omnium est.vt pre.iuribus. ex de for. comp.c.vlt.⁊ pre.c.antiqua.ibi.ordinarie ptātis obtinet principatum. Potest etiam agere ⁊ fm leges quas ponit: ⁊ preter illas: vbi opportunum esse iudicaverit.extra de conces. prebē.proposuit merito ergo in summo pōtifice plenitudo dicitur existere potestatis.vnde ⁊ pp hoc, dicitur ptās eius esse sine numero, pondere, ⁊ mensura: licet p christuz oia facta sunt in numero, pondere, ⁊ mensura.Sap.xj.quod potest intelligi. Est enim sine numero, quantuz ad eos qui eius ptāti subdunt: qui quoad nostraz notitiaz sunt innumerabiles.s.omnes hoies de mundo: fideles ⁊ infideles.quilibet suo modo.vt.s.xxxvij.c. probatuz est. Quis deo sit eoruz numerus cognitus: qui oia generaliter ⁊ specialiter novit: ⁊ qui numerat multitudinem stellarum.ps.cxlvj. Est autem sine pondere: quantum ad locum. pondus enim est inclinatio rei ad locum proprium ⁊ determinatum. hec aūt ptās non determinatur ad vnum locum: vel ad vnam ecclesiam: sed ad omnes prorsus ecclesias in quibuslibet locis positis extenditur. vt pre.c.antiqua. ⁊.xxj. di.Quis. Est sine mensura quantum ad actuz ⁊ modum agendi.qr quodammodo immensa est in agendo: ⁊ in modo agendi. vnde sicut hoi christo dat⁹ est spiritus: non ad mensuram. Jo.iij.ad si.ceteris autez datur scdm aliquam mensuram donationis christi. Eph.iiij. Ro.xij. sic vicario christi pontifici summo data est ptās.non ad mensuram: sed in quadam immensitate.extra de ma.⁊ obe.solite.§.nos autē. Alijs aūt datur ptās fm mensuram aliquam participationis huius immense ptātis.extra de vsu pal.ad honorem. Et quum sit ipsa ptās vicarij christi sine numero: pondere: ⁊ mēsura: imponit tñ ⁊ determinat alijs ptātibus: pondus: numerum: ⁊ mensuram.xj.q.j.pvenit.xiij.q.j.c.j. Itaq recte hec ptās plena dicit. pp quod multum veneranda ⁊ metuenda est. hec autez ptātis plenitudo tradita est Petro ⁊ successoribus eius.quum dictum est ei Mat.xvj.super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. Et qōcunq ligaveris ⁊c. Pasce oves meas. Jo.vlti. In his enim verbis intelligit esse data ois illa potentia que convenit christi vicario. congruebat aūt vt adveniente tempore plenitudinis gratie.Gal.iiij.daretur in ecclesia plenitudo potentie.predicta probata sunt sepe. ⁊ pbant. xix.di.in memoriam.xxi.di.in novo.xxiiij.q.j.loqtur ⁊.§.j.ex de ma.⁊ obe. solite.§. nos aūt.de elec.signi-

Quantū potētie sit ecclie cōicatum.

Plenissima ē sum mi pōtificis potētia

Ptās sine numero, pondere, ⁊ mēsura.

fecisti. De hac autem potentie plenitudine sanctus Cyrillus in lib. thesaurorum sic ait. Dedit filius dei Petro plene ⁊ perfecte claues regni celorum. quoniam sicut ipse accepit a patre ducatum ⁊ sceptrum ecclesie gentium ex israel egrediens super omnem principatum ⁊ potestatem, ⁊ super omne quodcunque est: vt in eius nomine genua cuncta curuentur: plenissimam potestatem sic ⁊ Petro ⁊ eius diadochis hoc est successoribus, non minus sed plenissime commisit. ⁊ coram apostolis ⁊ euangelistis loco sui ipsum caput ecclesie in medio eorum statuit: quatenus ipsi in euangeliis ⁊ epistolis mundo huic predicando, ecclesias ⁊ prelatos ordinando, scriberent que a domino audierunt ⁊ receperunt: affirmantes in omni doctrina Petrum loco domini ⁊ eius ecclesiam, vt in omni loco, in omni capitulo, ⁊ synagoga, in omni electione ⁊ affirmatione, quicquid soluendum ⁊ statuendum foret: ipsius authoritate approbarent: ipsum vocantes cepham. Jo. j. xxij. dist. c. ij. hoc est caput. secundum quod ⁊ diuus ille scilicet Jo. Apostolus ille veracissimus scribit texendo in euangelio ⁊ actibus. ⁊ Lucas sanctus: qui facta maiorum ⁊ sociorum narrauit: atque indubitanter ecclesie tradidit. Cum ecclesia apostolica ab omni seductione ⁊ heretica circumuentione immaculata manet. xxiiij. q. j. a recta. super omnes prepositos ⁊ episcopos super omnes principatus ecclesiarum necnon ⁊ populorum. in suis pontificibus in fide plenissime ⁊ authoritate Petri: quum alie ecclesie quorundam errorum macula sint verecundate: stabilita inquassabiliter: ipsa sola regnat: silentium imponens ⁊ omnium obturans ora hereticorum. Et nos necessitate salutis non decepti superbia: neque vino superbie inebriati. c. xxxvij. di. vino. typum veritatis ⁊ sancte apostolice traditionis seruantes: vna cum ipsa confitemur ⁊ predicamus. Ergo fratres mei: si christum imitamur: vt ipsius oues, vocem eius audiamus: manentes in ecclesia Petri. non inflemur vento superbie: ne forte tortuosus serpens nos eiiciat propter nostram contentionem extra ecclesiam dei sicut euam olim. De. j. de pe. dist. j. serpens. de paradiso. sed vt membra, maneamus in capite nostro apostolico throno romanorum pontificum: a quo nostrum est querere: quid credere, ⁊ quid tenere debeamus. ipsum venerantes ipsum rogantes pre omnibus. quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, ⁊ statuere, disponere, ⁊ soluere: ⁊ loco eius ligare, qui ipsum edificauit: ⁊ nulli alij quod suum est, sed ipsi soli dedit: cui omnes iure diuino caput inclinant. ⁊ primates mundi tanquam christo domino iesu obediunt. iuxta quod scriptum est in ps. cxxxi. Introibimus in tabernaculum eius. adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. ipse homo cui homini tota trinitas ad salutem ade ⁊ filiorum plenissimam dedit potestatem: quam vnus trium assumpsit quam in vnitate persone transuexit ad patrem super omnem principatum ⁊ potestatem: vt adorent eum omnes angeli dei. Quod totum dimisit per sacramentum ⁊ potestatem Petro ⁊ eius ecclesie super omnem huius mundi principatum ⁊ potestatem. vt sicut in celo adoratur ab vniuersis: sic ⁊ eius ecclesia locus pedum eius veneretur ab vniuersis: ⁊ ibi ipsum christum adorent, per manus ecclesie christi dona ⁊ iura recipientis. hucusque Cyrillus. Ex quibus verbis liquet quod potestas romani pontificis plenissima est. ⁊ quod ei subijciatur omnis mundi potestas: ⁊ quod ei subesse de necessitate salutis est. Sanctus quoque Jo. Chrysost. super illud Actuum. j. Surgens petrus in medio fratrum ⁊c. dicit de petro loquens. Caput sanctissimum beati apostolici chori. Camerarius ⁊ portarius ipsius christi, ⁊ eius thesaurorum: ad quem christum qui ingredi cupiunt: vt ipse definit. Ego sum ostium intrantibus. Joan. x. ad patrem ingredi non possunt: nisi petrus aperiat. Idem pastor bonus: celorum accipiens claues: qui sapientiam a patre, ad cognoscendum filium: spiritualem, suscepit qui a filio super omnes que filij est potestatem accepit. non vt Moyses in gente vna: sed in vniuerso orbe: sicut enim a patre christus ad salutem omnium mittitur cum potestate plena super omnes: sic ⁊ a christo Petrus ⁊ eius ecclesia ad omnium salutem mittitur. Et idem Chrysost. ait super illud Matth. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. Sicut filius a patre veniens, ad salutem omnium mittitur cum potestate plena super omnes: sic ⁊ a christo Petrus ⁊ eius ecclesia ad salutem omnium mittitur cum potestate omni super omnes: quod nulli hominum credimus esse concessum. Beatus autem Bernar. iiij. lib. de consideratione. in fi. plura colligendo de summo pontifice: ex quibus datur intelligi plenitudo potestatis: ait ad Eugenium papam. De cetero oportere te esse considera formam iustitie. ij. q. vj. in primis. ix. c. vsque ad. §. seq. xxxv. q. ix. c. fin. Sanctimonie speculum. xl. distin. c. j. Pietatis exemplar. xliij. distin. sit rector. vij. q. j. §. hoc autem. Assertorem veritatis. Fidei defensorem. Doctorem gentium. xliij. di. ⁊ lxxxvj. dist. quasi. Christianorum ducem. xj. q. iij. nemo peritorum. ⁊ c. nolite. Amicum sponsi, christi. Jo. iij. Sponse paranymphum, ecclesie vij. q. j. sicut. extra de renun. nisi cum pridem. §. verum paranymphum, quasi preeuntem nympham. i. puellam. i. ecclesiam. Magistrum insipientium. xxiiij. q. j. cum beatissimus. Refugium oppressorum ij. q. vj. ad romanam. Pauperum aduocatum. xj. q. iij. pauper. Ministrorum spem. xciij. di. diaconi. v. Tutorem pupillorum. lxxxvij. di. per totum. Judicem viduarum, in sustentationem. xlv. distinct. disciplina. Oculum cecorum, per doctrinam. xxxviij. dist. per totum. Linguam mutorum. Marc. vij. Baculum senum. extra de so. comp. ex parte. lxxxvij. distin. c. j. Ultorem scelerum. extra de offi. or. c. j. Malorum metum. dist. iij. omnes. Bonorum gloriam. Uirgam potentium xj. q. j. precipue. Potentum percussorem: fortium correctorem. xlv. distin. disciplina. Malleum tyrannorum. Regum patrem. Legum moderatorem. Canonum dispensatorem. Sal terre. Orbis lumen. Sacerdotem altissimi. Uicarium christi. Christum domini. postremo Deum pharaonis. Uultus tuus super facientes mala. Timeat spiritum ire tue: qui hominem non veretur: gladium non formidat. Cui irascens tu: deum sibi iratum: non hominem putet. Qui te non audierit: auditurum deum ⁊ contra se paueat. ⁊ idem Bernar. ij. lib. de consideratione ad Eugenium ait. Age ergo: puta tempus putationis adesse: si tamen meditationis preuium: si cor mouisti: mouenda iam lingua: mouenda est ⁊ manus. Accingere gladio tuo. ps. xliiij. gladio spiritus: quod est verbum dei. glorifica manum ⁊ brachium dextrum: in faciendo vindictam in nationibus: increpationes in populis. in alligando reges eorum in compedibus: ⁊ nobiles eorum in manicis ferreis. psal. cxlix.

Obiectio prima ꝙ regalis ⁊ secularis potestas non sit necessaria in ecclesia. Cap. 53.

Restat videre quasdam obiectiones ⁊ dubitationes circa quedam predictorum ⁊ illis obiectionibus solutiones ⁊ responsiones adiungere, ad maiorem euidentiam aliquorum que.s. inducta sunt. Nam teste pho. Dubiorum solutio, copiosior est inuestigatio veritatis. Et licet ex his que iam determinata sunt, solui possent dubitationes ⁊ obiectiones circa materiam hanc fieri possibiles: tñ ad pleniorem intellectum bene est quasdam dubitationes inducere:vt ex earum solutione magna veritas elucescat.nam canon dicit ꝙ fructus diuinus est iustitiã sepius recenseri.xxxv.q.ix.graue. Est autem prima dubitatio circa id quod.s.dictum est potestatem: scilicet spiritualem,que sacerdotum est.⁊ temporalẽ,que regalis vocatur.videtur enim ꝙ regalis potestas nõ sit necessaria in ecclesia:neqꝫ sit instituta dei voluntate.nam Mat.vj. dicitur ⁊ Luce. xvj. Nemo potest duobus dñis seruire.de peni.di.j.§.hoc autem. versi. nemo enim.post duas columnas. ⁊ de pe.di.ij.§. romanos.ver.alias.c.nemo potest. quarum quum dominium spirituale sit necessarium ad salutem fidelium:non oportet aliud dñium esse in ecclesia.⁊ precipue, q: temporale dñium videtur habere oppositionem ad spirituale, quñ per temporale sepe impediantur spiritualia, q: laici clericis oppido sunt infesti. ij. q.vij.laicos. Item regale dñium ex permissione diuina ⁊ non ex iniunctione vel commissione concessum est populo israelã quo tñ boni reges fuerunt.viij.q. j.audacter.sed illud quod est solum ex dei permissione,videtur esse illicitur ⁊ culpabile. mala enim pmittuntur a deo:non approbantur.ad hoc.xxxj. q.j.hac ratione.ibi. quod enim permittimus nolentes precipimus:q: malas voluntates hominum ad plenum prohibere non possumus.⁊ dist.iiij.denīqꝫ.⁊.xxvj.q. v.nec mirum.ver.nec ideo quisqꝫ.⁊ cum vlti.colum. igitur potestas regia velut mala non est vtilis ecclesie:neqꝫ a deo est instituta. Ad hoc dicendum est.ꝙ vtraqꝫ potestas est a deo:non solum permittente: sed etiam operante.xxiij.q.iiij.quesitum. ⁊ de spirituali satis patet.⁊.xx.di.c.j.⁊.xix.dist.ita dñs.De temporali vero probatur Prouerb.viij. Per me reges regnãt ⁊ legum conditores iusta decernunt. per me principes imperant:⁊ potentes decernunt iustitiã. ⁊ Sap. vj.dicitur ab ipsis regibus. Data est a domino potestas nobis.⁊ virtus ab altissimo cum multis alijs auctoritatibus. Et quia deus ⁊ natura nihil frustra faciunt:Ideo vtraqꝫ potestas ordinata est a deo:ad vtilitatem humane multitudinis. Necessitas autem ⁊ ratio distinctionis harum potestatum sumitur ex duplici populo:scilicet clericorum ⁊ laicorum: qui sunt velut duo latera ecclesiastici corporis. Potestas ergo spiritualis preest clericis.temporalis autem laicis.ad hec.xcvj.di.cum ad verum.xij.q.j.duo.extra de ma.⁊ obe.solite. Assignatur autem ⁊ aliter harum potestatum distinctio ex duplici vita:scilicet spirituali ⁊ terrena. Nam ad potestatem spiritualem pertinent ea que spirituali vite attribuuntur. Ad temporalem autem illa que temporali vite sunt necessaria. Dicitur autem vita spiritualis hominis: qua anima viuit ex deo. terrena vero vocatur: qua corpus viuit ex anima.facit de peni.distin.j.§.hoc autem.versic. resuscitatus corpore.vltra colum. Ad illud autem quod obiicitur primo de duobus dominis: dicendum est ꝙ nemo potest duobus dominis seruire: quum sibi repugnant.vt no.in pre.c.§.hoc autem.versic. nemo enim.in glo.exigentibus contraria.vnde Chrys. exponens hoc verbum ait.duobus dicit:qui contraria iniungunt:concordia multos vnum facit.vt ibi.multitudinis credentium erat cor vnum, ⁊ anima vna. Actuum.iiij.xij.q.j.dilectissimis.extra de sum.tri.c.ij. §.verum.vbi de hoc. Potestas autem regalis quum ordinata est:nunqꝫ discordat a sacerdotali:sed ei concordat:⁊ sicut vita terrena subministrat spirituali: ⁊ vita spiritualis collaborat terrene:sic potestas regalis obsequitur sacerdotali:⁊ hec illi consulit, ⁊ eam dirigit.xcvj.dist.quis dubitet.c. duo.c. si imperator.

per quas redditur ecclesia copiosa:vnde ps.cxj.Glo
ria z diuitie in domo eius.s.ecclesie.He sunt scriptu-
re canonice:z earum multiplices expositiones gra-
tie gratis date:virtutes:dona:z varia multorum opera
quibus omnibus abundat ecclesia:per illum qui
est oium dñs diues in omnes qui inuocant eum.ad
Rom.x.in quo sunt omnes thesauri gratie z sapien
tie.z col.ij. Et de istis diuitijs dicit apls.j. ad Cor.j.
Qz in oib⁹ diuites facti estis in illo.Est ergo ecclesie
regnū sanctū:z ab illo sanctificatū q ait Leuit.xix.
z.j.Pet.j.Sancti estote:qm̄ ego sanctus sum.lxxxj.
dist.oportet.Quicūqz igitur criminosus est:de isto
regno quantum ad deum non est.Nam si sit in nu-
mero:non est in merito:de pe.di.j.ecclesia.ibi.qui er-
go peccator est aliqua sorde maculatus: non potest
de ecclesia chri appellari.Sāctitas hois icipit in sta
tu penitētie:pficit i statu iustitie:sz pficit i statu glie.
Uñ ait dñs Moysi.Exo.xix.vade:z sanctifica popu
lum hodie z cras:lauentqz vestimenta sua:z sint pa
rati vsqz in diem tertiū.i.ad statū glorie que parata
est eis. vñ Matth.xxv.Percipite regnuz quod vo
bis paratum est.vnde Ber.Si proposueris in cor-
de tuo declinare a malo z facere bonum:tene quod
accepisti:z profice in melius semper:sed si aliquid
minus iuste egeris (vt est humana fragilitas) non Sanctus qs z quo futurus.
in eo persiste:sed penitere z corrigere:z eris sine du-
bio sanctus:sed cui interim clamare necesse sit.ps.
lxxxv. Custodi animam meam quoniam sanctus
sum:vnde Apoc.vlti.qui sanctus est sanctificetur ad
huc.xlvij.di.quātulibet.Tales sancti in cōspectu
dei manducant z bibunt.de pe.di.j.z venit.vbi hoc
exponitur.Et hec est dei voluntas sanctificatio ve-
stra.j.ad Thessal.iiij.Unde z omnis sanctus sacer-
dos est:qui se totum deo immolat.xl.dist. multi. Sz
non est sanctus:vt est dñs.j. Reg.ij.qui est sanctus
sanctorum.Danie.ix.Epi etiam precipue sancti erunt.
C.de epis.z cleri.si quis in hoc genus.ibi.cui sancti-
tas ignoscendi gloriaz dereliquit,z in aut.de sanct.

epi. & in rubio & nigro: & precipue peramplius papa. Quis n. sanctum esse dubitet: quē apex tante dignitatis attollit? xl. dist. c. j. & omnes corpus christi offerentes. j. q. j. neq3 enim. xxviij dist. decernimus. Sanctum facit affectio sancta: sanctus timor dñi: & sanct⁹ amor: his affecta anima quasi brachijs tribus dñm cō prehendit: amplectitur: stringit: & tenet, dicens. Teneo eum: nec dimittā eum. Can. iij. Bern. de consideratione. lib. j. item Ber. tria faciunt hoīem sanctum: victus sobrius: actus iustus: sensus pius. Uis apparere sanctus? circa vitā tuā esto austerus: circa alios benignus: audiant te homines parua mandantem: & grādia facientem. Chryso. super Matt.

Ecclesia cur apostolica vocetur.

Ulnmo restat considerare q̄ ecclesie regnum est & dicitur apostolicum. Ecclesia quidē dicitur apostolica Primo q: in apostolis inchoata: & initiata. ipsi enim, fuerunt primitie populi christiani quantū ad tps gratie reuelate xxxv. q. j. §. hac itaq3. ibi. vnde de plebe iudaica primum apostolos elegit: quos quasi fundamentū ecclesie instituit. Sicut aūt primi fuerunt fm tps: ita fuerunt precipui fm spūalem perfectionem: ex lib. vj. de elec. fundamenta. xxiiij. q. ij. legatur. ibi. siue ab apostolis ipsis quos potiores merito fuisse non dubium est: vnde Greg. in moral. lib. xix. Propheta prospiciens cuncta carnis desideria apostolos spūali amore transcendere admirans: ait Esa. lx. Qui sunt hi qui vt nubes volant? ac si aperte dicat. Nos per terram gradimur: qui adhuc coniugijs implicamur & propagande soboli operam carnis impendimus. Isti vero non ambulant in terra: sed vt nubes volant, qui dum celestia appetunt: de terrenis desiderijs nihil tangūt. Item idem in homilia. Ambulabat Jesus. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Esa. lx. Apostolos terrena contemnentes: mente celestibus appropinquantes: verbis pluentes: miraculis coruscantes: & quos a terrenis contagijs sancta predicatio & vita sublimis suspenderat: hos volantes pariter & nubes appellat. Unde & apostolus de se. & de his apostolis loquens, ait. Rom. viij. Nos ipsi primitias spū habentes. glo. idest spiritum sanctum habentes: & tempore prius: & ceteris abundā tius. & ij. Thessalo. ij. Elegit nos deus primitias in salutem. s. nostram & oīum gentium. Et quia primū & perfectum in quolibet gñe: causa est omnium que sunt post: Ideo secundo dicitur ecclesia apostolica: q: per alios propagata: & vsq3 ad mundi terminos: verbo predicationum extensa. ps. xviij. Quia in omnē terrā exiuit sonus eo: & in fines orbis terre verba eo. &c. Rom. xix. dist. in memoriam. extra lib. vj. de elec. fundamenta. Ipsi ergo patres & progenitores fidelium. Ipsi edificatores & fundatores ecclesie: q̄ doctrinis, miraculis: exemplis: & effusione sanguinis plantauerūt. Ut pre. c. fundamenta. & lxviij. dist. quorum vices. & xxij. dist. c ij. Unde Luce. vj. simile. Marci. iij. & Mat. x. dicitur q̄ christus elegit duodecim: quos apostolos nominauit: vt dicit glos. quos ad propagandum auxilium salutis humane per terrarum orbem satores fidei destinaret. Item ibi glo. super verbo. Elegit duodecim: vt quadratum orbem fide trinitatis insignirent. Et quia eiusdem est producere aliquid: & gubernare illud: Ideo tertio dicitur ecclesia apostolica: q: per apostolos gubernata & administrata. Ipsi enim ecclesie ordinatores xj. dist. palam. Ipsi dispensatores. xliij. dist. dispensatio. Ipsi administratores. j. Cor. iiij. Ipsi pastores: extra lib. vj. fundamenta. §. j. Ipsi doctores. ij. q. vij. sententiam. Ipsi principes. ps. xliiij. Constitues eos principes super oēm terrā &c. lxviij. dist. quo. Ipsi pontifices: quid sit: vide. xxj. di. c. j. versi. pontifices. Ipsi reges a regendo ecclesiam. ij. q. j. scelus. Ipsi duces: q: ducatum gregi dñico prebuerunt. vij. q. j. scitaris. Ipsi sunt duodecim porte ciuitatis: de quib⁹ dicitur Apocal. xxj. c. q̄ ciuitas habebat murum magnum & altum: habens portas duodecim: vbi dicit glo. q̄ per portas, sanctos intelligimus apostolos: per quorum fidem & doctrinam in sanctam ciuitatem introimus. Et quotquot hominū ad christum conuertuntur: per ipso eruditionem sanctam ciuitatem ingrediuntur. Ipsi sunt duodecim fundamēta eiusdem ciuitatis: sicut in eodem capitulo scribit q̄ murus ciuitatis habebat fundamenta duodecim. Licet enim christus sit ecclesie fundamentum primarium & principale. j. ad Cor. iij. extra de bap. c. iij. §. porro: extra in clemen. de sum. trini. fidei. Tū apostoli sunt fundamenta secundaria: extra de elec. fundamenta. lib. vj Unde illud ad Ephe. Superedificati supra fundamenta apostolorum & prophetarū. Sed christus est primum & maximū fundamentum: supra quod tanq̄ petram firmā: est fundata ecclesia. Mat. xvj. & xix. dist. in memoriam: & pre. cap. fundamenta. Sicut. n. dicitur sanctus sanctorum. Daniel. ix. & pastor pastorum. j. Pet. vlti. & xcv. dist. esto. sic dicit fundamentum fundamentorum. De his secundarijs fundamētis. s. apostolus dicitur. j. ad Cor. xij. Quosdam quidem posuit deus in ecclesia primum apostolos. glo. Primum dignitate & tempore vite christi predicantes: & oīum ordinatores & iudices. & Heb. xij. Accessistis ad ecclesiam primitiuorum idest apostolorum. Qui primi crediderunt: & quorum fidei alij adiuncti sunt. His beatis apostolis succedunt in ecclesia epi. lxviij. di. quorum vices. xxj. di. in nouo: extra de sacra vnc. c. j. §. fi. Quorum precipuo & primo. s. Petro succedit primus prelatus & summus pontifex: vniuersalis ecclesie pastor: & rector: qui & papa dicit idest pater patrum: vel pastor pastorum: vel admirabilis. Dicitur etiam papa summus: non consummatione: sed capacitate: non comparatione meritorum sed ministeriorum. Est enim summus inter ministros Bern. de consideratione lib. ij. Appstolicus etiam nominatur: q: vertici apostolorum succedit. s. Petro, & quia toti ecclesie que apostolica dicitur: presidet. lxxix. dist. c. j. c. oportebat. c. si quis ex epis.

Cur non prophetica dicitur ecclesia.

Sed illud queritur quare magis dicatur apostolica quam prophetica? Ad quod dicendum: q̄ pp ampliorem gratiam que fuit in apostolis: & lucidiorem doctrinam atq3 diffusionem: que per totum mundum est dilatata: vt. xix. di. ita dñs. Ita dñs nr̄ Jesus christus humani generis saluator instituit: vt veritas que antea legis & Prophetarum preconio continebatur: p apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: Adhuc apostoli filij sunt prophetarum & antiquorum patrum: vnde in ps. xliiij. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super oēm terram. lxviij. dist. quorum. Et ideo in hoc q̄ ecclesia dī apostolica ab apostolis: intelliguntur patriarche & prophete: quorum apostoli sunt filij & per propagationem carnis & per imitationem operis: q: cuius opera quis facit eius appellatur filius. Joan. viij. de peniten. dist. j. §. Hoc idem: versic. item (vt christus ait) omnis qui odit. Item non dicitur ecclesia prophetica: quia prophete de ea predixerunt, quod in ea completū est non ipsa de alia prophetizat ecclesia.

Ecclesia cur chri-stiana nõ dicitur.

Item queritur cur ecclesia non dicitur christiana a christo: qui est caput ecclesie: sicut dicitur apostolica ab apostolis: qui sunt mẽbra christi: licet nobilia & precipua. Ad quod dicendum ꝙ ecclesia indubitanter & christi dicitur, & christiana vocatur: sicut dicitur populus christianus. Sed in symbolo magis dicta est apostolica: q2 per hoc intelligitur vtrũq3. s. & cetus apostoloꝝ christi: & etiaz ipse christus. Nam apostoli interpretantur missi. xxj. di. in nouo. ibi. a quo missi sunt. Unde Aug. ad Orosium ca. xl. apostolus interpretatur missus. Apostoloꝝ ergo tria sunt genera. quidam mittuntur a deo, vt Moyses & apostoli. a deo & per hominem: vt Josue. per hominez tantuz. sicut meis temporib9 multi fauore vulgi in sacerdotium: subrogantur. Item ad Rom. j. glo. apostolus latine missus dicitur: vel legatus: missus aũt dat intelligere mittentem: vnde quum apostoli a christo fuerint missi: in eo ꝙ ecclesia dicitur apostolica, insinuatur etiam christus ipse. Adhuc ipse Christus vere apostolus dicitur: q2 missus a patre: secundũ illud. Sicut misit me pater: & ego mitto vos. Joan. xx. Unde ad Heb. iij. dicitur de christo. Cõsiderate apostolum & pontificem confessionis vestre: idest quem confitemur. Ubi dicit glo. Cur negamus eum apostolum quem nobis deus misit? pp quod non soluz ab apostolis christi, sed etiaz ab ipso christo summo apostolo ecclesia denominatur apostolica. Per hoc

Apłorum tria gña.

Ecclesia vñ apłica.

aũt ꝙ ecclesie regnum dicitur apostolicum: datur intelligi alia conditio huius regni. s. ꝙ rite sit institutũ. Nam institutor huius regni christus est principaliter: & consequenter apostoli: ipsi enim institutores eius qui & fundatores & propagatores. Non potest aũt ecclesiastici regni institutio esse nisi recta atq3 legitima: que tam sanctos: tam perfectos h3 institutores, apostolos dico populoꝝ principes, deos terre quodammodo: fortes fidei testes, vicarios christi: amicos dei, domesticos eius, vasa spiritussancti, luminaria mundi, sal terre, bases ecclesie militantis: milites christi: iudices seculi, adsessores christi duodecim lapides preciosi, claues celi. Apostoli autem sunt duodeciz filij Jacob. Gen. xxxv. Apoc. xij. Duodecim fontes deserti: quos Israel reperit in Elym. Exod. xv. Duodeciz lapides altaris. iij. Reg. xviij. Duodecim virge. Nume. xvij. Duodecim lapides in Jordane leuati. Josue. iiij. Duodecim boues in mari. Et duodecim in holocaustum. Nume. vij. ad finem. Duodecim stelle in corona sponse. Apoca. xij. Duodecim fundamenta ciuitatis. Apoca. xxj. Duodecim hore diei. Joan. xj. Duodecim porte ciuitatis Hierusalẽ. Apoc. xxj. Duodecim menses anni. Apoc. vlti. Fructus duodecim ligni vite. Apocal. vlti. glos. Actuum. xiij. Qui vt ecclesiam instituerent atq3 propagarent: acceperunt plenitudinem charismatum: locutionem oium linguarũ: ad oium nationum eruditionem. Actuum. ij. de conse. dist. iiij. c. h. Potestatem miraculoꝝ ad confirmationem doctrine: & conuersionem non credentium. Actuum. iij. Luc. x. Authoritatem dimittendi peccata: introducendi ad vitam. Joan. vlti. de peni. dist. j. quem penitet. Ligandi homines atq3 soluendi. fortitudinem animi contra tyrannos. Heb. x. & contra queq3 mundi aduersa vel prospera. Sapientiam spiritualem: contra mundi sapientes, & legisperitos: & demonum fallacias. j. ad Cor. ij. Per hoc etiam ꝙ regnum dicitur apostolicum: intelligitur & alia eius conditio. s. firmitas: Ipsi enim apostoli: qui sunt ecclesie duces

Appostoloruz laudes memoria tu digne.

& principes: ipsi sunt eius patroni & intercessores: custodes & defensores: ipsi & fundamenta: vt dictum est. Et ideo firmum & forte & bene fundatum est ecclesie regnum: quod talibus gubernaculis regitur: talib9 fundamentis innititur: talib9 p̄ronis p̄tegitur.

Illud aũt non est omittendum ꝙ licet ab oibus apostolis ecclesia denominetur apostolica: spãliter tñ a vertice apostoloꝝ Petro. s. q2 etsi fundata sit supra oẽs apostolos: tñ precipue supra Petrum: qui post christum: immo & vice christi est ecclesie caput & fundamentum. xxij. dist. c. ij. xix. dist. ita dñs. & xxj. dist. in nouo. xxiiij. q. j. loquitur: vnde Matt. xvi. ei a christo dictum est. Tu es petrus: & super hanc petrã edificabo ecclesiam meam. idest super te. vt Aug. exponit fm vnum modũ: licet aliter exponatur super hanc petram: idest super hanc quem confessus es. Hanc expositionem innuit Leo papa in preal. ca. ita & Nicolaus: extra de elec. fundamenta. lib. vj. qi petra erat christus. j. Cor. x. de conse. dist. ij. re vera. Uel super hanc fidem & confessionẽ q̃3 de me fecisti. Et in quodam sermone de cathedra beati Petri ait Aug. pertractans verbum predictuz: Petruz itaq3 fundamentuz ecclesie dñs nominauit: & ideo digne hoc fundamentum colit ecclesia: supra quod ecclesiastici edificij altitudo consurgit. Item Aug. de verbis dñi sermone septimo. Hoc nomen Petrus a dño impositum est. & hoc in ea figura vt figuraret ecclesiaz: q2 enim christus petra: Petrus populus christian9 vocatur. Tu es (inquit) Petrus: & super hanc petrã edificabo ecclesiam meã: q̃3 confessus es. & q̃3 cognouisti: dicens. Tu es christus filius dei viui: idest super meipsuz filiũ edificabo te: non me super te. Itẽ gl. super predicto loco. Mat. xvj. Tu es Petrus. Nõ dico vocaberis. sed tu es Petrus ob fortitudinem fidei: & confessionis constantiam. Et ibi ego. dico tibi glo. qui credis in me. Et ibi hanc petram. glos. interli. christum quem credis. Item glo. ibi. Tu es Petrus: a me petra: ita tñ vt mihi retineam fundamenti dignitatem. Tu super me ordinabis lapides mũdos: & insuper omnia abijcies leprosos. Et ibi. Et tibi dabo claues: idest tribuam presentis: iudicij potestatem regni ecclesie. Item glo. & tibi. vt oibus cõstaret ꝙ absq3 ea confessione ac fide Petri: nullus regnum celoꝝ posset intrare. Item alia glo. qui pre ceteris confessus est: illi pre ceteris donantur claues. Claues sunt discernendi scientia: & potentia. xx. dist. §. j. quia dignos recipere: & indignos debet credere a regno. Unde subdit. Et quodcũq3 ligaueris: idest quem in peccatis persistentem: eternis penis adiudicaueris: vel quem humilem & vere penitentẽ. absolueris, sic & erit in celis. Item ibi glo. alia interlinearis. Quemcũq3 indignũ remissione iudicaueris: dũ viuit: apud deũ indign9 iudicabitur. & quemcũq3 soluendũ iudicaueris: duz viuit: remissionem peccatorum consequetur a deo. Item ibi. glo. Hieron. Et quemcũq3 &c. habent quidẽ eandem iudiciariaz potestatem alij apostoli: quibus post resurrectionez ait Joan. vlti. accipite spiritumsanctum: quoꝝ remiseritis &c. Habet etiam omnis ecclesia in presbyteris & epis. sed ideo Petrus eam spãliter accepit. vt omnes intelligant ꝙ quicũq3 ab vnitate fidei & societate ei9 se separauerit: nec a peccatis solui: nec celum potest ingredi. Hunc locum quidam non intelligentes: aliquid sibi adsumunt de supercilio phariseoꝝ: vt damnare innoxios: vel soluere noxios se putent: quum apud deum non sententia sacerdotum: sed reoꝝ vi-

Tu es petrus & sup hanc pet. edificab.

Petri claues.

ta queratur. Unde etiam vt dicitur in Leuitico: ostēdere se sacerdotibus iubentur leprosi: quos illi non faciunt leprosos: sed discernunt qui mundi vel immundi sint. xi. q. iij. q̄uo ita. ꝛ de ista mā. xi. q. iij. §. de his inq̄ cum omnibus duodecim capitulis vsq; ad §. hoc etiam: ꝛ ab illo. §. vsq; ad §. ex his. Item pre dicto loco, ꝛ porte inferi ꝛc. De his porlis supra eodem capitulo. §. j. versi. de fortitudine. Porte inferi sunt peccata mine blandine hereses quibus infirmi ruunt in mortem: qui non vere supra petram: sed super arenam domū professionis sue credendi sunt edificauisse: idest non simplici ꝛ vera intentione christū sequi: sed ob terrenam quamlibet causam habitum pretendisse: qui enim in intimo: cordis amore fidez christi percipit: quicquid ingruit: facile vincit. Item supra pre locum Mat. xvj. Quem dicunt homines esse filium hominis? subiecit. Uos aūt quem me esse dicitis? Hiero. Quasi diceret illis, q2 homines sunt humana opinantibus: vos qui dij estis quem me esse existimatis? Rabanus. Non aūt quasi nesciens sententiam de se discipuloꝝ vel extraneoꝝ inquirit. Sed ideo discipulos quid de se sentiant interrogat: vt confessionem recte fidei digna mercede remuneret. Ideo quid alij de se sentiāt interrogat seu inquirit: vt expositis primo sententijs errantium: discipuli probarentur veritatē sue confessionis non de opinione vulgata: sed de ipso percepisse dominice reuelationis arcano. Item Chryso. Quando vero dn̄s de plebis opinione interrogat: oēs respondent: sed omnib° discipulis interrogatis. Petrus tanq̄s os apostoloꝝ ꝛ caput: pro oībus respondet. Unde sequitur. Respondens Simon Petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui: Orig. denegauit quidem Petr° aliquem coꝝ esse Iesuz, quē arbitrantur Iudei. Cōfessus est aūt: Tu es christus: quod nesciebant Iudei: sed etiam (quod maius est) filius dei viui: qui ꝛ per prophetas dixerat. Uiuo ego dicit dn̄s. Et ideo dicebatur viuus ſm supereminentiā qua supereminet oībus habentibus vitam: q̄m solus habet immortalitatem. j. ad Timo. vj. Et est fons vite: quod proprie dicitur deus pater. Uita aūt est quasi de fonte procedens: qui dixit. Ioan. xiiij. Ego sum vita ꝛc. Unde Ioan. j. Quod factum est in ipso: vita erat, ꝛ vita erat lux hominū: ꝛ lux in tenebris lucet: ꝛ tenebre eum non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine: vt oēs crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine: Erat lux vera que illuminat oēm hominem venientē in hunc mundum. In mundo erat: ꝛ mundus per ipsum factus est: ꝛ mundus eum non cognouit. In propria venit: ꝛ sui eum non receperunt. Quotquot aūt receperunt eū: dedit eis potestatem filios dei fieri: ijs qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neq; ex ex voluntate carnis: neq; ex volūtate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: ꝛ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriaz quasi vnigeniti a patre: plenum gratie ꝛ veritatis. Hierony. Etiam deum viuum appellat ad comparationem eoꝝ deoꝝ: qui putant dij: sed mortui sunt. Saturnū dico: Iouem: Uenerem: Herculem ꝛ cetera idoloruz portenta. Hilarius. Est aūt hec vera ꝛ inuiolabilis fides: ex deo deum filium perfectum fuisse: cui sit ex eternitate parentis eternitas. Hunc igitur assumpsisse corpus: ꝛ hominem factum est perfecta confessione cognouit. Complexus est igitur omnia: qui ꝛ virum ꝛ nomen expressit in quo summa virtutum est. Rabanus. Mira aūt distinctione factuz est, vt dn̄o ipse humilitatem assumpte humanitatis profitetur: vocans se filium hominis: quum dixerit ibi. Quem dicunt homines esse filium hominis? discipulus vero Petrus excellentiam diuine eternitatis ostendit. Hilarius. Dignuz aūt confessio Petri premium consecuta est q2 dei filiuz in homine vidisset. Unde sequitur. Respondens aūt Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bariona: q2 caro ꝛ sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus: qui est in celis. Hieron. Reddit enim christus apostolo vicem pro testimonio de se. Petrus dixerat. Tu es christus filius dei viui. Dn̄s aūt dixit ei. Beatus es Simon Bariona quare? q2 non reuelauit tibi caro. ꝛ sanguis: sed reuelauit pater: quod caro ꝛ sanguis reuelare nō potuit: spiritussancti gratia reuelatuz est. Ergo ex confessione sortitur vocabulum. q̄ꝓ reuelationem ex spūsancto habebat: cuius ꝛ filius appellandus sit. Siquidem Bariona in lingua nostra sonat filius columbe: idest spūsancti. Chrys. Uanum aūt esset. Ioan. j. Tu es filius Iohanna: nisi vt ostendat: q̄m ita naliter est christus filius dei: sicut Petrus filius Iohānis: eiusdem substantie cum eo qui genuit. Hiero. Illud aūt quod ait: q2 caro ꝛ sanguis non reuelauit tibi apostolice narrationi cōpara: in qua ait ad Gala. j. Continuo non acquieui carni ꝛ sanguini: neq; veni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abij in Arabiam: ꝛ iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum: ꝛ mansi apud eum diebus quindecim: alium aūt apostoloꝝ vidi neminem: nisi Iacobum fratrem dn̄i. Que aūt scribo vobis: ecce coram deo: q2 non mentior. Deinde veni in partes Syrie ꝛ Cilicie. Eram aūt ignotus facie ecclesijs Iudee que erant in christo: tantum aūt audituz habebant: q̄m qui persequebatur nos aliq̄n nunc euangelizat fidē q̄s aliq̄n expugnabat: ꝛ in me clarificabant deum. Carne ibi ꝛ sanguinē iudeos significans: vt hic quoq; sub alio sensu demonstretur: q̄ꝓ ei non per doctrinaz Phariseoꝝ: sed per dei gratiam: christus dei filius reuelatus sit ꝛc. Hilarius. Uel aliter beatus Petr° hic vltra humanos oculos ꝛ intendisse ꝛ vidisse laudatus est: non id quod ex carne ꝛ sanguine est contuens: sed dei filium celestis patris reuelatione cōspiciens. dignusq; iudicatus est: vt primus agnosceret q̄ꝓ diuinitas esset in christo. Item super predicto verbo. Fili° dei viui. Chrys. Nimirū aūt si non confessus esset Petrus christum proprie ex patre natū: non esset hoc reuelationis opus: nec existimare christum vnum ex multis filijs adoptiuis: beatitudine dignum esset. Nam ꝛ ante hoc illi qui erant in naui dixerunt. Uere filius dei es. Et quuz transfretassent: venerunt in terram Genesar: ꝛ quum cognouissent eum viri loci illius: miserunt in vniuersam regionez illam: ꝛ obtulerunt ei oēs male habentes: ꝛ rogabāt eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicūq; tetigerunt: salui facti sunt. Mat. xiiij. sed ꝛ Nathanael. Ioan. j. dixit. Rabi tu es filius dei. Nō tñ beati dicti sunt: q2 non talem confessionem qualem Petrus. Sed vnum ex multis eum existimabant: non vere dei filium: vel etsi precipuum quidez pre multis: non tñ ex substantia patris. Uides aūt qualiter ꝛ filium reuelat pater: ꝛ patrem filius: non enim ab alio est dicere filium q̄s a patre: nec ab alio

Petr° os apl̄orum.

Uiu° cur di deus.

patrem

patrem q̃ a filio. Mat.xj. Et nemo nouit filiū nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me oẽs qui laboratis: ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiam vos: tollite iugum meū super vos: ⁊ discite a me q: mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem animabus vestris. Iugū enim meum suaue est: ⁊ onus meum leue ⁊c. Quare ⁊ hinc manifestum est, q filius est consubstantialis ⁊ coadorandus patri. Ostendit autē christus ex hinc iam multos credituros quod fuerat Petrus confessus. vnde ⁊ subdit. Et ego dico tibi. quia tu es Petrus: ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. i. in hac fide ⁊ confessione ecclesiā meā. Hinc dicit iam multos credituros quod Petrus confessus fuerat: ⁊ erigit eius sensum: ⁊ pastorem ipsum facit. Adde hic quod scripsi de Petro ⁊ eius prerogatiua supra. liiii. ⁊ lv. capitulis. Uere igitur est ecclesie regnum gloriose magnificū: ⁊ magnifice gloriosum. Quod ⁊ vnum: ⁊ catholicum, sanctum, ⁊ apostolicum: rectissime nuncupatur ⁊c.

Quomodo dicatur christus caput ecclesie. Quomodo ecclesia antiquorum patrum ⁊ ista vna est: etiam caput semper christus. Cap. 64

Triplex ecclesie status.

Habuit insuper regnum ecclesie triplicē statum. Primo in lege nature: in quo nullam signū distinctiuum fidelium ab infidelibus habuit: licet habuit primitias, oblationes: decimas, ⁊ sacrificia de muneribus ⁊ oblationibus. Gen. iiij. xiiij. q. v. scriptum. de sacrificijs. Gen. viij. ⁊ xiiij. de conse. dist. iiij. quod apud: de decimis. Gen. xxviij. ⁊ xiiij. Secundo habuit statum in tempore legis scripte: in quo habuit circuncisionem datam ipsi Abrae. Genes. xvij. de consecra. dist. iiij. quod apud nos. per quā distinguebantur qui non erant de lege dei ab alijs. Habuit etiam statum in lege vel tempore gratie: in quo habuit baptisma ⁊ alia sacramenta: vt pre. ca. quod apud: ⁊ extra de bap. maiores: in quibus confertur gratia ⁊ remissio peccatorū. j. q. j. multi. ⁊ c. quicquid extra in clemē. de sū. cath. sacrosancte. §. fi. Sacrificia aūt legis nature ⁊ legis scripte iustificabant ratione fidei: cuius professio in illis fiebat: vt pre. c. qd apud.

Initium ecclesie.

Habuit ergo ecclesia initium ab ipso Abel post Adā in quo primo cepit ecclesia: vt. s. in principio probaui. xxxvj. c. ⁊ hic adde quod ibi notaui: sicut christus innuit. Matth. xxiij. vt veniat super vos (inquit) omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti. ⁊ Lu. xj. ibi a sanguine Abel ⁊c. ad Hebr. xij. ⁊ j. Joan. iij. ⁊ apostolus ad Hebr. xj. sic ait. Fide plurimam hostiā Abel q̃ Cayn obtulit deo: per q̃ testimonium consecutus est esse iustus testimonium perhibente muneribus eius deo: ⁊ per illam defunctus adhuc loquitur: ⁊ ordinate descendens apostolus per notabiles sanctos. s. Enoch, Noe, Abraā, Saram, Isaac, Jacob, Joseph, Moysen, filios Israel in Exo. xiiij. qui transierunt mare rubrum: ad quorum fidem muri Hierico corruerūt in Josue. vj. Raab meretricem, Gedeon, Barech, Samson, Jepte, Dauid, Samuel: narrat virtutes ecclesie: ⁊ passiones quas sustinuit a principio mundi vsq; ad christum: qui est lapis angularis. ps. cxvij. Iniungens fidem patrum veteris testamenti: cū fide patrum noui testamenti, cōcludens in. xij. c. ad Heb. Ideoq; ⁊ nos tantam habentes nobis impositam nubem testium: deponentes omne pondus ⁊ circūdans nos peccatum per patientiā curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in authorem fidei ⁊ consumatorem Jesum. Eadē ergo fides fuit ⁊ est in ecclesia ab Abel vsq; ad vltimum iustū: qui erit in fine mundi: q: idem est creditum: vñ ⁊ Paulus enumeratis multis sanctis testamenti veteris ad Heb. xj. in fine sic ait. Et hi oēs testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem. deo p nobis melius aliquid prouidente: vt non sine nobis consumarentur. Et Judas in canonica. j. c. Qm̃ Jesus populum de terra Egypti saluans: secundo eos qui non crediderant perdidit. Sed quantū ad mysterium incarnationis ⁊ nostre redemptionis: patres qui precesserunt aduentū christi in carne credebāt futurum: nos aūt credimus esse factum: ⁊ pp hoc dicit apostolus in authorem fidei: quantum ad illos qui sunt in nouo testamento: quantū vero ad illos qui fuerunt in veteri testamento: dicit consummatorem Jesum: qui consummauit oēs figuras veteris testamenti: adimplendo veritatē in semetipso. Erat enim status testamenti veteris habens vmbram futurorum bonorū: non ipsam imaginem rerum: idest veritatem. j. ad Cor. x. ibi. patres nostri sub nube fuerunt: de conse. di. ij. re vera: pp hoc Joan. xix. dicitur. cōsummatum est: idest oia figuralia ⁊ prophetica sunt verificata: ⁊ eorū veritas per me adimpleta. Uñ super verbo predicto: consummatū est. Aug. Quid nisi quod prophetia tanto ante predixerat: Item glo. ibi. oia que oportebat fieri ante q̃ acciperet acetum: ⁊ traderet spūm vt etiam hec scriptura consummaretur. In siti mea potauerūt me aceto. ps. lxxxvj. Unde ⁊ ipse dicitur lapis angularis. Mat. xxj. ibi. lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. Ubi Chrys. Lapidem aūt christum vocat, edificatores aūt doctores iudeorū: q christum reprobauerunt, dicentes. Hic non est a deo. Itē ibi Rabanus. Sed illis nolentibus idem lapis caput anguli firmatur. Ephe. ij. quia de vtroq; populo quotquot ipse voluit sua fide coniunxit. Itē Hilarius est enim caput anguli factus: q: est inter legem atq; gentes lateris vtriusq; coniunctio ⁊. j. Pet. ij. ibi. ad quem accedentes lapidem viuum ⁊c. ibi etiam. Ecce ponam in Syon lapidem summū angularē electum preciosum. ⁊ Ephe. ij. Ipse enim est pax nostra: qui fecit vtraq; vnum. ⁊ ibi post. Ipso summo angulari lapide christo Jesu. Omnia enim opera patrū veteris testamenti que ex fide procedebant. figura erant. sicut dicitur. j. ad Cor. x. Omnia in figura contingebant illis: ⁊ Osee. xij. dicitur. In manibus prophetarum assimilatus sum: idest in operibus ⁊ verbis figuratiuis expressus. Dicitur etiam ipse christus caput ecclesie que incepit ab Abel iusto: vt dictū est, vsq; ad vltimum iustum: qui erit in fine mundi: sicut dicitur ad Col. j. Oia per ipsum: ⁊ in ipso creata sunt: ⁊ ipse est ante oēs: ⁊ omnia in ipso constant: ⁊ ipse est caput corporis ecclesie. dicit glo. Quum ecclesia ab Abel ceperit qm̃ est christus caput eorū qui tunc fuerunt: bene: q: ipse principium ecclesie est fm diuinitatem: idest fundator ecclesie: q: oēs iustos q ab Abel vsq; ad vltimum iustum generantur. virtute diuinitatis ⁊ misericordie sue dono illuminauit Secundum etiam humanitatem etiam potest dici principiū ecclesie: q: super fidem humanitatis ei⁹

Lapis angularis.

Caput ecclesie christus.

fundata est ecclesia. Et bene ipse est caput ⁊ principium .i. rector ⁊ fundator: quia ipse est primogenitus ex mortuis: idest primus mortuorum ab immortalitate resurgens: sicut etiā exponitur primogenitus mortuorum. Apoc. j. sicut eniꝫ natus est ante omnia de deo vt omnia crearet: sic iterum de vergine natus est homo: qui primo a mortuis resurrexit: vt omnia qui creauerat: restauraret: vt sit semper primus ⁊ princeps. Unde subdit ibi apostolus. Col. j. vt per hoc sit in omnibus tam prioribus ꝙ sequentibus tenens primatum idest dominium: quia potest alios suscitare. Caput est etiam ipse christus: quia vna persona est deus ⁊ homo. s. dn̄s Jesus christus. xxiij. dist. qui eps: extra de sum. trini. c. j. extra de hereti. cū christus. Oīa etiam sacramenta in patrum antiquorum operibus figurata sunt. Unde. j. ad Cor. x. Et oēs mare transierunt: ⁊ omnes in Moyse baptizati sunt ⁊ in nube: ⁊ in mari ⁊c. de conse. di. ij. re vera: ⁊ melius de cons. di. iiij. nec quēadmodū: futuram vero glorificationem in futura resurrectione ipsi patres veteris testamenti expectauerunt, ⁊ nos expectamus. Job dicēte Job xix. Credo ꝙ redemptor meus viuit: ⁊ Heb. x'. Deo pro nobis melius aliquid prouidente vt non sine nobis consummarentur. Ex dictis concludi potest ꝙ qui ecclesiam negaret non esse vnaꝫ ab ipso Abel vsqꝫ ad vltimum iustum: qui erit in fine mundi: consequenter negaret christum non esse caput ecclesie: nec esse lapidem angularem: qui fecit vtraqꝫ vnum: ⁊ impinget in capitulum fidei. Unam santam catholicam ⁊ apostolicam ecclesiam. Sic eniꝫ nos docuit dn̄s noster Jesus christus ⁊ sancti apostoli ⁊ doctores. Si ergo ponamus initium regni a dn̄o Jesu christo: qui est rex regum: ⁊ dn̄s dominantium: ⁊ princeps regum terre. Apoca. j. xvij. ⁊. xix ca. ⁊. j. ad Timo. vj. quem suis temporibus ostendet dn̄s: ⁊ solus potens: rex regum: ⁊ dn̄s dn̄antium ⁊c. sicut ipse est ante ecclesiaꝫ: ⁊ caput ⁊ fundamentuꝫ ecclesie: ita ⁊ regnum eius est ante ecclesiam: ⁊ ipsa ecclesia regnum eius: ⁊ ab eo omne regnū ⁊ potestas. Prouer. viij. per me reges regnant. xxiiij. q. iiij. quesitum ⁊ Dan. iiij. ibi. Donec cognoscant viuentes qm̄ dominatur excelsus in regno hoīum: ⁊ cuicūqꝫ voluerit dabit illud, ⁊ humillimum hominem constituet super illud. Et quia persona christi vna est in duabus naturis: quod in scripturis legitur de persona filij dei totuꝫ vere asseritur de ipso deo ⁊ homine. Unde Joan. viij. Ante ꝙ Abraam fieret ego sum. Et ꝙ ecclesia patrum antiquorum ⁊ ista vna sit. ⁊ vnuꝫ caput eius christus: facit quod dicit Pet. Act. xv. ibi. Sed per gratiam dn̄i nostri Jesu christi credimus saluari: quemadmoduꝫ ⁊ illi premiserat enim nunc ergo quid tentatis deum imponere iugum super ceruicē discipulorum quod neqꝫ nos neqꝫ patres nostri portare potuimus? De regno terreno si loquimur: ⁊ qn̄ habuit ortum: dicimus sm̄ historiographos ꝙ ab Abel vsqꝫ ad diluuium: fuerant completi mille quingenti centum quinquagintasex anni: in quibus nullus homo habuit dominium super hoīes. xxxv. di. sexto. Nisi vir super vxorem propriam. xxxiij. q. ij. placuit. ⁊. q. v. satis. xxxij. q. iiij. duo ista. quāuis etiā tunc potentes a seculo viri famosi dicerentur: vt dicitur Gen. vj. tn̄ nullus legitur regnasse. Regnuꝫ vero hoīum incepit sicut. s. dixi post prin. istius operis. xxxvj. c. xli. versi. post diluuium a Nemroth: qui fuit de genere Canaā qui fuit addictus seruituti. Gen. ix. maledictus puer Canaā: seruus seruorum erat fratrib' suis. xxxv. di. sexto. j. q. iiij. §. his ita: versi. itē Cham. cuius nepos fuit Nemroth: ipse eniꝫ fuit interfector holum ⁊ oppressor ⁊ per istum modum fecit se regē Gen. x. Unde dicitur ibi ꝙ erat robustus venator coram dn̄o. gl. idest interfector ⁊ oppressor ⁊ extinctor quos allexit ad edificandam turrim. vt contra deū constitueretur. vj. di. §. si. Qui Nemroth sm̄ Josephum noua regni cupiditate tyrannidem exercuit: ⁊ fuit author edificande turris que tangeret celum. Gen. x. Fuit aūt principium regni eius Babylon ⁊ Arach: ⁊ Archan ⁊ Chalāne in terra Sennaar. vt p̄cal. c. x. dicit. De terra illa egressus est Assur: ⁊ edificauit Niniuem: ⁊ Chale: que est ciuitas magna: vt dicitur ibi. Et ita regna mundi inceperunt a Babylonia ⁊ Niniue: per oppressiones holum ⁊ violentias: ⁊ sic profecerunt regna in terra: sicut apparet tēpore Abrae. Gen. xiiij. vbi dicitur. Factum est aūt in illo tempore. vt Amraphel rex Sennaar ⁊c. vbi apparet ꝙ qui potentior erat viribus ⁊ alios poterat opprimere: eis dominabatur. Ab his aūt ortuꝫ habuit idololatria: sicut habetur. Sap. xiiij. Deinde interueniente tempore conualescente iniqua consuetudine: hic error tamꝙ lex custoditus est, ⁊ tyrannorū imperio colebantur figmenta ⁊c. ⁊ infra: qm̄ aut affectui aut regibus deseruientes homines: incommunicabile nomen lapidib' ⁊ lignis imposuerūt ⁊c. vnde recte considerant huc: ola regna magna mundi profecerunt in dominium: per oppressiones ⁊ violentias: ⁊ inuasiones aliorum. Sic enim regnuꝫ Chaldeorum ⁊ assyriorum profecit in monarchiam. Sic regnum Medorum ⁊ Persarum per viam bellicā profecit in monarchiam: sicut apparet Judith. j. ⁊ ij. c. Sic etiam regnuꝫ Grecorum in Alexandro j. Mach. j. Similiter via bellica: occisione multarum gentiū ⁊ oppressione: profecit monarchia Romanorum: vt habetur. j. Machab. viij. per totum: Et quādiu non regnauit inter eos ambitio: profecerunt: vt habes ibi. Et qn̄ ambitio dominandi succreuit inter eos: habuerunt bella ciuilia. Unde ⁊ regnum Romanorum a latrunculis congregatis incepit: vt narrat eorum historia. Sic etiam profecerunt regna Ptolomeorū: Syrorum: ⁊ Egyptiorum. j. Machab. Deus aūt omnipotens qui malas hoīum voluntates ⁊ demonuꝫ conuertit in bonum. sm̄ Aug. vt. s. dixi. xxxvj. c. ver. ⁊ si dicatur: omnia regna ordinauit ad profectū virtutum: ⁊ exterminationem vitiorum: quia humanū genus erat per idololatriam deformatum: sicut dicitur Sap. xiiij. Initium enim fornicationis: idest omnium vitiorum est exquisitio idolorum: ⁊ adinuentio illorum, corruptio vite est. ⁊ infra. Infandorum enim idolorum cultus omnis mali causa est: ⁊ initium ⁊ finis. Quod a sit in correctionem vitiorum ⁊ laudē bonorum regna ⁊ dn̄ia sit a deo instituta: patet. j. Pet. ij. Subiecti estote: extra de maio. ⁊ obe. solite: omni humane creature pp deum: siue regi quasi precellenti: siue ducibus tāꝙ ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Unde ⁊ per malos deus punit malos. Esa. x. Ue assur. Uirga furoris mei ⁊ baculus ipse est. In manu eius indignatio mea. xxiij. q. v. §. hinc notandum. ⁊ Roma. xiij. Oīs anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est potestas nisi a deo: que aūt sunt a deo: ordinata sunt: extra de censi. oīs anima. xxiij. q. j. quid culpas xxij. q. ij. mouet te. vltra medium ibi. Sicut Joseph qui per Pharaonem iurando hoc in eo veneratus est qd̄ dei iudicio positus erat in infimis (als Mē-

Regni tēporalis exordium.

Sordida regni tēporalis initia.

phis,ſm gl.que erat caput regni) Vñ apl's. Ois po
teſtas a dño deo eſt. Item chriſtus Pilato. Non ha
beres ptãtem aduerſum me vllam: niſi tibi datum eſ
ſet deſuper. Jo.xix. Unde ipſi reges mundi nõ ſequẽ
tes diuinã ordinationem: ſed libidinem dñandi con
tra deum: ⁊ fideles ſuos conflauerunt vires ſuas. ſi
cut patet. ſ. in Nẽroth ⁊ alijs: ⁊ poſt in Pharaone,
qui afflixit populum dei: ⁊ ſeruituti ſubiecit. ſicut pa
tet Exo.ij.⁊.iij.⁊ in ſeq.c.⁊.xxiij.q.iiij.nabuchodono
ſor. immo ad tantam deuenit inſaniam Pharao: vt
diceret Exo.v. Quis eſt dñs: vt audiam vocem eius:
⁊ dimittam iſrael? neſcio dñm: ⁊ iſrael non dimittã. ⁊
tandem pp eius ſuperbiam periſt cũ ſuo exercitu in
mari rubro: prout ptʒ in Exo. vſqʒ ad.xiiij.c.⁊ poſtea
hanc eius ſuperbiam ſequentes, auſi ſunt dicere ſicut
dicit Ezechiel.xxix. Ecce ego ad te Pharao rex egy
pti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuo
rum: ⁊ dicis, meus eſt fluuius: ⁊ ego feci memetipm.
Pharao autem fuit nomen omnium regum egypti
ante Alexandrum. Sed poſt mortem Alexãdri egy-
ptus cepit habere reges Ptolomeos: ſicut dicit Au
gu.lib.iiij.de ciui.dei. Similiter ſucceſſores regũ Aſ
ſyriorum in tantam exercuerunt ſuperbiam contra
deum ⁊ ei9 pplm: vt eſſent auſi dicere ſicut dicit Eſa.
xxxvj. Quis eſt ex omnibus dijs terrarum q eruerit
terram ſuam de manu mea: vt eruat dñs hieruſalẽ de
manu mea? Et poſt. Cui exprobraſti: ⁊ quẽ blaſphe
maſti: ⁊ ſuper quem exaltaſti vocem tuam? ⁊c. Siſr
reges Chaldeorum eleuauerunt cor ſuum cõtra deũ
in ſuperbia. ſicut patet i Nabuchodonoſor Dañ. q̃ſi
per totũ. maxime.c.iiij. qui punitus eſt donec cogno
uit ptãtẽ oĩs regni eſſe a deo. vt prealleg.c.nabucho
donoſor.xxiij.q.iiij.⁊.c.qñ.⁊.xj.q.iij.imperatores: de
pe.di.j.§.ex his itaqʒ. vltra medium. ver. nabuchodo
noſor. De eo etiam ⁊ de ſuperbia eius Judith.iij.iiij.
⁊.v.c. Patet etiam in lib. Machab.j.⁊.ij. quõ illi q
erant de poſteritate Alexandri, ⁊ deũ contempſerũt
⁊ eius populum perſecuti ſunt: ⁊ fidem dei extermi-
nare voluerunt: ⁊ ſe deo adequare voluerũt. ſicut An
tiochus ⁊ alij. Hoc autem certũ ⁊ regulare eſt, ꝙ oĩa
regna paganorum idololatriam nutriuerunt: ⁊ fidẽ
dei impugnauerunt. ⁊ hoc etiam fuit in imperio Ro
mano vſqʒ ad tpa Conſtãtini magni. Et multi etiã
imperatorum poſt conuerſionẽ fuerunt fautores he
reticorũ: ⁊ pmotores: i fidei ⁊ eccleſie impugnatores.
Et hec de regnis gentilium perſcripta ſufficiant.

Regũ catholicorũ primi.

Inter reges aũt catholicos primus fuit Melchi
ſedech. ſicut. ſ. nota. in.c.xxxvj. ver. iſtius ergo. rex Sa
lem tpe Abraam. de quo Geñ.xiiij.⁊ Heb.vij. in qui
bus dicitur ꝙ etiam fuit ſacerdos. Et ſic primꝰ rex
catholicus ſacerdos fuit qui credit fuiſſe Sem: q fuit
primogenitus Noe: ſuperuixit autẽ Melchiſedech
Abrae.xxxv.annis. Deinde fuit Job de cuius perfe
ctione habet lib. Job. per totum. Et ꝙ fuerit rex ha-
betur Job.xxix. Quumqʒ ſederem tanq̃ rex ⁊c. Qd
fuerit ſacerdos habet Job.j.ibi. Conſurgenſqʒ dilu-
culo, offerebat holocauſta. ⁊ Job.xlij. Job aũt ſeruus
meus orabit pro vobis ⁊c. Et poſtmodum in popu
lo iſrael liberato de ſeruitute egyptiaca, fuerunt reges
poſt Saul primum regem, fere per. cccclxxij. annos.
Ex quibus tres boni. vnde Eccl.xlix. Preter dauid
⁊ Ezechiam ⁊ Joſiam, oẽs reges pctm commiſerũt
ſcʒ vel ꝙ fuerunt idololatre: vel fautores idololatra-
rum. Fuit igit eccleſia ſine regibꝰ catholicis, exceptis
tribus predictis, poſtq̃ filij iſrael exiuerũt de egypto
fere per.ccccxvij. annos. Antea peregrinati ſunt fide-
les ab inino mundi in mundo iſto, aliqñ oppreſſi ſub
ipſis regibus per duo milia.ccclij. annos. Poſt exi
tum autem filiorũ iſrael de egypto rexerunt ſacerdo
tes populum: ſicut apparet in Moyſe ⁊ Aaron vſqʒ
ad Samuel. vt colligitur ex libris Exo. Leuit. Nu-
meri Deutero. ⁊ Judicum. ⁊.j.lib. Reg. vſqʒ ad.iiij.
c. Poſtmodũ ſicut patet in preall.c.iiij. populus dei
aſpernantes regnum Samuel, petierunt ſibi regem
dari. ſicut habet.j.Reg.viij. de quo fuit dñs indigna
tus. vt ibi habet. vnde dedit eis regẽ permiſſiue, non
pceptiue. vt habet Oſe.xiij.ibi. Ubi eſt rex tuꝰ? Ma
xime nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis ⁊c. ⁊ ſeq-
tur. Dabo tibi regem in furore meo ⁊c.viij.q.j. auda
cter. Utrũque enim datum ſummo ſacerdoti ⁊ tpale ⁊
ſpirituale. vt habet in Deutero.xvij. ſi difficile ⁊ am-
biguum ⁊c. vbi ponuntur tria genera cauſarum: cri-
minalium, ciuilium, ⁊ ſpiritualiũ: vt exponunt ex q
ſi ſint legi. per venerabilem. §. rõnibus. Qd autem
idem iudicium ⁊ ptãs ſit eccleſie poſt aduentũ chñi:
habet Luc.xxij.ibi. Et q non hʒ: vendat tunicã ſuã:
⁊ emat gladiũ. ⁊ ſequit. Ecce duo gladij hic. Tracta
ui de hoc late in ſuperioribꝰ: maxime in.c.xiij.xxxvij.
⁊.lx. vnde nõ repeto. De ptãte eccleſie ⁊ regno Dañ.
vij. vbi loquens Daniel de quattuor monarchijs: ait.
Et iudicium ſedebit, vt auferat potentia, ⁊ conterat:
⁊ diſpereat vſqʒ in finem. Regnum aũt ⁊ ptãs ⁊ ma
gnitudo regni q eſt ſubter oẽ celum, det populo ſan-
ctorum altiſſimi: cuius regnum, regnum ſempiternũ
eſt: ⁊ oẽs gentes ſeruient ei, atqʒ obedient ⁊c. Caput
aũt iſtius regni chriſtus eſt: ⁊ viri eccleſiaſtici ſunt eiꝰ
vicarij. Sed quare oẽs non obediant vicario dei pci
puo ⁊ alijs: aſſignat rõ quodãmõ ab aplo ad Heb.
ij. ibi. Oĩa ſubiceiſti ſub pedibus eius. In eo enĩ ꝙ
oĩa ſubiecit: nihil dimiſit non ſubiectum ei. Nũc aũt
necdum videmus oĩa ſubiecta eſſe: non ergo miran-
dũ ſi non ſubijciant etiam multi vicarijs eius: quũ
non ſubijciant ipſi regi principali. iuxta illud Jo.xv.
Si me perſecuti ſunt: ⁊ vos perſequent. Et magna rõ
huius inobedientie eſt vanitas ⁊ ſupbia. iuxta illud
Job.xj. Et vanus in ſuperbiam erigit: ⁊ quaſi pullũ
onagri ſe liberũ natũ putat. ⁊ in canonica Jo.iij.c.j.
Scripſiſſem forſitan eccleſie: ſed is qui amat prima-
tum gerere in eis Diotrepes non recipit vos ⁊c.xlij.
di.§. hinc etiã. Diotrepes interpretat decor inſanies.

Judiciaria ptãs eccleſiaſticorum eſt.

Inter oĩa q faciunt inſanire eſt ſuperbia. vt habetur
de Sennacherib.iiij. Reg.xix. Inſaniſti in me: ⁊ ſup
bia tua aſcendit in aures meas ⁊c. Sancti autẽ pa
tres quum ipſi eſſent miſericordie miniſtri: vſum gla
dij tpalis commiſerunt ſecularibus, ⁊ committunt.
Unde quum reges promouent ad regis faſtigiũ: de
manu conſecrantis recipiũt diadema regale, ſceptrũ,
⁊ nudum gladium. Adde hic quod ſcripſi. ſ. in.xiij. ⁊
xxxvj. ⁊.xxxvij.c. Unde ⁊ Hiere. de ſacerdotibꝰ Ana
thot Hiere.j. ⁊ extra de ma. ⁊ obe. ſolite. dixit. Jude.
ij. Macha. vlt. Accipe ſanctum gladium munꝰ a deo
in quo deijcies aduerſarios populi mei iſrael. Si aũt
queratur quõ ſacerdotes ⁊ leuite in veteri lege pote-
rant iuriſdictionem tpalem habere: quum nihil poſ-
ſent poſſidere de temporalibus, vt habetur Numeri
xviij. ibi. Dixit dñs ad Aaron. In terra eorum nihil
poſſidebitis: nec habebitis partem inter eos ⁊c. ⁊
Deut.xviij. Non habebunt ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ oẽs
qui de eadem tribu ſunt, partem ⁊ hereditatem cum
reliquo iſrael.xiij.q.j.§. his ita. Reſponſio eſt ꝙ etſi
non haberent poſſeſſiones: habebant tamen vrbes
⁊ oppida et ſuburbana ad habitandum pro ſe et

An leuite qd tpale poſſederit

suis pecoribus. vt habetur Nume. xxxv. Josue. xiij. & xxj. & preall. §. his ita. Sic & clerici certe approbate regule non subiecti, proprium & iurisdictionez spalem pñt habere. xxiij. q. viij. §. ecce. & §. hinc datur intelligi. xxvj. q. iij. per totum. & xij. q. j. per totuz. & q. iiij. per totum. & legit & no. extra de rap. in archiepatu. in gl. vlt. & extra ne cle. vel mo. clericis. gl. ij. eo. ti. si eps. li. vj. xcv. di. c. j. in gl. j. in fin. & de appel. romana. §. dz. li. vj. & extra de delic. pue. c. ij. vbi de hoc. & de maio. & obe. solite. vbi de hoc. in gl. nunquid. Quod autem vna dicat ecclesia ante christum & post: faciunt. ff. de leg. j. q in rerum. ff. de iudi. proponebat. ff. de v. obli. inter stipulantem. §. sacramenta. quod legit & no. de cons. di. j. de fabrica. gl. hoc intelligit. xvj. di. habes librum. gl. non quod eadem. vij. q. j. deniqz. gl. c. q idē est ppls. & xxxj. q. ij. lotharius. in gl. c. q idem est ppls ij. q. vj. §. post secundā. & in gl. c. contra. & c. si eps ibi renouet examen. ex. de iudi. consuluit. ex. de feu. c. ij. §. fi. xij. di. pceptis. in gl. c. q non. xxxiiij. q. j. non satis. in gl. j. non de nouo. extra de dona. p tuas. gl. q forte.

Tractatus specialis de schismatici contra vnam sanctam catholicam ecclesiam se erigentibus & diuidentibus. Quod schismatici imprimunt in sacramētis characterē: & formā ecclesie seruāt. Cap. 65.

PRedicti flagitiosi ⁊ eoꝝ consimiles qui fornicantur in adinuentionibus suis sunt illi per quos immaculata ecclesia dei ⁊ ⁊ sponsus christus dñs diffamatur: ⁊ ab infidelibus fornicaria appellatur. Sed si in toto mundo non nisi duo vel tres sancti essent in illis: ⁊ non in alio toto mundo scelerato ecclesia sancta esset. xxiiij. qõ. j. a recta. legitur ⁊ no. xxj. di. quãuis: de conse. di. iiij. queris: sed quia nescimus reprobos ⁊ electos: de oĩbus constituitur ista militans ecclesia in hac vita. xxiij. q. iiij. hec aũt. Quecquid ergo mali in ecclesia agere videamus: si habemus officium ⁊ possumus: corrigamus? vel gemamus: ⁊ sileamus. xj. q. iij. qñ. Obturemus aures rumoribus. lxxxvj. dist. si quid. Expectemus dñm. ps. xxxix. expectans expectaui. Dimittamus ipsum facere: q2 benefacit omnia. Mar. vij. xxuij. q. iij. quidã versi. floriani. Et que nos mala vocamus: ipse bona ⁊ que nos bona: ipse sepissime mala appellat. facit ad hoc. xxiij. q. v. relegentes. in prin. Nam stultum dei sapientius est hominibus. j. ad Cor. j. Bene scit de⁹ quid facit: ⁊ quid permittit de bonis iustis ⁊ de malis, sm Aug. etiam bonum trahens pre. c. relegentes xxiij. q. v. §. hinc notandum. Oĩa que fiunt aut iusto iudicio facit, aut permissu ita fieri permittit xxvj. q. v. nec mirum. vltra colum. versi. nec ideo. Non est sapientia nec consiliuꝫ Prouer. xxj. nec fortitudo contra ipsum. Dimittamus ipsum regere mundum: qui creauit mundum: quia bonus rector humani generis est ⁊ author. Pax multa diligentibus legẽ tuã ⁊ non est illis scandalum. ps. cxviij. Ille sapientior qui non est curiosus scire qualiter regatur mundus: qui hoc considerat pacem habet ⁊ non est illi scandalum. Curiosi ⁊ scrutantes ⁊ qui scrutinio scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutãtes scrutinio. ps. lxiij. In guerra habitant ⁊ pax lõge est ab eis. Beatus qui de bono ⁊ malo lucrari scit. Iste est Aioth ambidexter lucrans a dextris ⁊ a sinistris: de quo dicitur ꝙ vtraq̃ manu vtebatur pro dextra. Judi. iij. Prudentes mercatores de vilibus ⁊ preciosis mercibus lucrantur: fatui de oĩbus perdunt. Quid nobis ⁊ nouitatibus mundi: qui semper se mouit ⁊ mouet? ⁊ nos non moueri cum eo debemus. Oportet nos penitentiam agere. ne. Luc. xiij. peream⁹. Mortui ergo simus mundo: ne pereamus cum mundo: ⁊ damnemur sm Paulum. j. ad Cor. xj. Scimus ꝙ de⁹ est. Heb. xj. Et totus bonus est. Lu. xviij Mat. xix. Et vtrũq̃ seculum bene regit. Sufficiat hoc nobis. Utinam vere ⁊ corde dicamus, Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Mat. vj. ⁊. Luc. xj. vbi Cyprianus. Non igitur petimus vt deus faciat quod vult: sed vt nos facere possimus: quod deus vult qd vt fiat in nobis opus est dei voluntate ⁊ idest opera eius ⁊ protectione: q2 nemo suis viribus fortis est: sed de misericordia tutus. Que nouitates fuerunt ⁊ erunt non est curandum: nec vtile scire est. Hoc autẽ sciendum ⁊ in memoria continua habenduꝫ ꝙ mori nos necesse est. xxiij. q. iij. §. sed in his. Et hoc non nouũ: sed vbi ⁊ qñ ⁊ qualiter nescimus. Una igitur nos mors expectat vbilibet: ⁊ nos eam vbilibet, ⁊ omni tempore prestolemur sm Bern. Quid enim mihi si totus mundus vt luna mutetur: ⁊ stultus cũ ea? eccli xvij. Et ego dei gratia pmaneo vt sol ĩ sphera sua. Et quid si totus orbis saluaretur: ⁊ ego solus perirem? vere filij hominum sumus vanitati subiecti. Ro. viij. ⁊ diligentes eam ⁊ querentes mendacium. sm Dauid. ps. iiij. bonum enim ⁊ malum nostrum intra nos est in nostris effectibus. Unde ⁊ regnum dei intra nos est. Luc. xvij. Quid ad nos de his que foris in mundo sunt. j. ad Cor. vij. j. q. j. multa Ideo christus planxit Lazarum sm Hiero. qui foris idest ad istum mundum exteriorem cum vocabat. Sed gloria filie regis ab intus. ps. xliiij. Si non saluatur vnq̃ quis: nisi qui secum habitat: ⁊ qui reuertitur in se cuꝫ filio prodigo. Luc. xv. Accedet homo ad cor altum ⁊c. ps. xliij. ⁊ qui conuertitur ad cor secundum Dauid. multo, potius hoc tempore tenebrarũ examinato me aliquoties ⁊ dico mihi. Quid vis extra deũ? ⁊ respondeo Nil ⁊ infero. Quis deuꝫ tibi tollere potest nisi pertinacia tua. Post deum ⁊ cũ deo ego mihi bonus: ⁊ sine homine ⁊ deo ego mihi malus. j. q. iiij. crimen. Quis ergo separabit me a charitate dei proprietas mea: si igitur in christo: ⁊ creature mente non cõico: me ab eo excõico: si in me nõ suꝫ: in ipso non suꝫ: q2 in ipso moueor, viuo, ⁊ suꝫ. Actu. xvij. Si vero in me sine ipso sum non sum vere: q2 ipsum: ⁊ in ipso, sum id quod sum. Ue vobis lippis qui ex tumore superficiem intuemini: suspicãtes ex hoc omnia fore salua: non attendentes interiore vermem qui interiora corrodit: sm Bernard. concussionem ⁊ terre motus interiores ⁊ exteriores tempore presentis dei vicarij concurrentes in mysterio. Nondum sigillum apertum est. Prestolentur sigillum apertum: qui erunt ⁊ videbunt interim sufferendum: ⁊ obediendum. Euangelium eternũ. Apo. xiiij. est immutabile. Pauper missus a deo cum bulla regia. Minister eius non est mortuus: sed viuit. Citius resurget, clarius, ⁊ perfectius. Tentantur ⁊ tentabuntur filij eius perualide: sed patris munere non deficient, q2 in charitate perpetua dilecti ⁊ desponsati cum patre sunt. Osee. ij. ⁊. xj. serui non manebunt in domo patris in eternum. Joan. viij. q2 lege perfecte libertatis ab omni carne. Jaco. j. idest euangelium negauerunt verbo ⁊ opere. xxij. q. v. caue te. Hic parantes pasca: q2 filij Agar ancille egyptiace tenebrose. lvj. di. Hismael. Hic solennizantes vigilias: pasca typicum euomentes. Blasphematus: ⁊ stolidus reputatus: pater inclytus pauper: sapientia plenus, liberans ecclesiam: ⁊ condemnatus a filijs spurcitie retrogradis ⁊ apostatis. Uindictam petijt ⁊ petit. Faciet dñs exercituꝫ: q2 zelatur eum: ⁊ ideo

signauit eum. Fiet carnis totalis destructio: alias nō fieret spiritus constructio. Nemo potest discissam disruptam et veterem tunicam plenarie resarcire. Luce. v. Ex vna parte resuitur: ex altera scinditur. Deut. xxviij. vermibus ⁊ grandinibus. Leonibus. Judi. xiiij. ⁊ vulpibus. Cant. ij. ps. lxxix. singularibus feris apris de sylua exterminata ⁊ vastata est vinea. Francisci sacra regula ad quid sepes ⁊ maceria? constitutiones que etiam non seruantur? vt quid ceco collyrium? quid leproso sirupus? quid mortuo medicamen? quid albedo ethiopi? quid simplicitas vulpi? lupo sobrietas? coruo legalitas? pardo puritas? leoni humilitas? paupertas gigantibus? charitas litigantibus ⁊ ambientibus? j. ad Corinth. xiij. ⁊ ideo nullum cataplasma, nullum pigmentum, nullum antidotum tanto morbo medebitur: nisi segregatio electorum. Interim sit fex olei amurca cum oleo: furfur cum similagine: murena serpens cum anguilla: granum cum palea: fictile vas cuꝫ aureo. xxiij. quest. vij. c. j. habitet Loth cum Sodomis. Gen. xix. xl. distin. quelibet. Job cum scorpionibus ⁊ struthionibus. Job. xxx. Nicolaus inter septem diacones. Act. vj. xxiiij. q. iij. quidam. ver. nicolaite. Judas scarioth inter apostolos. xxiij. q. iiij. quid ergo. Ignis accensus tribulationibus separabit ⁊ colabit filios leui. l. distin. ⁊ purgabit. Malach. iij. vt recedat scoria: ⁊ remaneant vt aurum obrisum, offerentes domino sacrificia in iudicio serui condemnationis, ⁊ iustitia proximi compassionis, ad caminum vere paupertatis reducti. Esa. xlviij. c. ⁊ vere expropriationis facti domini possessores ⁊ possessio dominica. Deficient argumenta: qꝛ regnabit veritas. Syllogismus peribit: qꝛ simplicitas preualebit. Conclusio non fiet: qꝛ dominus humilis sabaoth faciet consummationem arrogantium: ⁊ per eum sapientibus verius insipientibꝰ concludetur. Inimici christi ⁊ euangelij resarcient euangelium nescientes quid agant: ⁊ vindicabūt impugnationem. c. xxiij. q. v. §. hinc notandum. quia dominus pugnat occulte: iacit sagittam a pharetra sua in indignatione sua: ⁊ abscondit manum: vt videntes non videant. Jo. ix. ⁊ paret pedicam. Job. xviij. inimicis de virtute propria gloriantibus. ps. lxxvij. Dormiens surgit tanq̄ crapulatus a vino furoris sui: vt percutiat inimicos suos in posterioribus consummationis vite sue. ps. lxxvij. Et fiant in opprobrium sempiternum. vt israel saluus fiat.

Firma columna nutabit: ⁊ iam mutat. Scindetur sponsa christi: ⁊ iaꝫ longe lateq; scissa est. Pugnabit fermentata in membris ecclesia vera contra falsam: preualebit pro tempore mendacium: vt purgetur vitium. Resurget ante vltimam resurrectionem in spiritu humilitans. Dan. iij. ⁊ animo contrita spōsa christi purissima redibit ad initium: tribulationibus dealbata: ⁊ a fecibus defecata: qꝛ vexatio aperiet eius auditum. Esa. xxviij. que surda diu permansit. Diu cucurrit iā quartus equus pallidus. s. hypocrisis. Apocal. vj. sed nunc peramplius calces iacit: qꝛ modicum tempus habet. Diu regnauit transfigurata hypocrisis regente eam trāsfigurato angelo tenebrarū. xxvj. q. v. episcopi. Sed modo plenarie suum imperium dilatauit ⁊ dilatabit: quousq; veniet rex impudens plenus mysterijs ⁊ velatus, propositiones sciens. Dan. viij. Bestia prima vastans omnia plus q̄ credi possit. Apoc. xiij. Qui huius imperij carnei caput tenet: cuius membra tabefacta iamdiu per orbem preualebunt: serpunt sceleratissimi eius ⁊ perfidi precessores. nam sagittans sanctam ecclesiam in precordijs sue charitatis ⁊ vnitatis, pacis ⁊ pietatis, mundicie ⁊ castitatis. Se eius vocat filium, ipsam scindens. De parte eius se vocat: ac si ecclesia sit in parte. contra id. xxiiij. quest. j. schisma. Plus eam impugnans, quia familiaris inimicus, q̄ hostis barbarus notorius. xciij. distinct. si inimicus. Osculatur eam: ⁊ transfigit eam sica idest cultello: Amasam Joab. ij. Regum. xx. ⁊ Judam christo. Mat. xxiiij. se ei exhibens quam eam salutat. In hac caligine lux lucebit electis habitantibus in hac regione vmbre mortis: qui non rapientur de manibus domini: ⁊ non dimittent matrem cecam ⁊ quasi sterilem, propter nouercam adulteram ⁊ fecundam. Recooperient pudenda patris: quia sunt filij pudorati successores Sem ⁊ Japhet. Genes. ix. xcvj. distinct. in scripturis. Et in hoc filij cognoscentur aquilini cum corpore christi, quod est ecclesia, congregati. Matth. xxiiij. xxiiij. quest. j. quoniam. nec diuisi ab ecclesia ⁊ a sponso quantumlibet deuiante. Priuigni degeneres sectabuntur nouercam tumentem ⁊ aconita idest venenum miscentem. Aquilo rex Alemannie ⁊ Romanorum lactabit nouercam, ab ea lactatus: quia ab aquilone pandetur. Hiere. j. malum schismatis. Pascet eam ⁊ occidet eam hoc tempore ⁊ futuro. Interim qui stat videat ne cadat. j. ad Corinth. x. Non dimittat mundum donec de medio fiat: quia iustitia colorata regnabit in parte cubilis christi: sed ipse cubat in meridie. Cant. j. ⁊ in horto concluso ⁊ signato. Cant. iiij. etsi spinoso ⁊ inculto. Armabit se sectus ⁊ fictus iustus, lucem habens non ardorem: contra fidem: ⁊ habebit argumenta ficte vite: ⁊ dicet: Mecum est dñs. sed fidelis dñs in fide vera habet diuersorium ⁊ cubile: ⁊ in ea resuscitat vitam suam: ⁊ Franciscum suum fideleꝫ discipulum ⁊ apostolum: qui dño pape ⁊ eius romane ecclesie pro se ⁊ suo corpore mystico obedientiam specialem promisit: ⁊ euangelium obseruare in regula sua. Fermentatam autem vitaꝫ de fide spernit ⁊ odit ex fide enim sincera ⁊ non ex operibus absq; ea iustificatur Abraam cum ceteris iustis: Roma. iiij. Jaco. ij. Nihil sit simplicitati diuine contrariuꝫ: sicut hypocrisis: que totam sanctam ecclesiam hodie percutit: ⁊ synagoge similem eam facit. Hypocrisis quidem est mater duplicitatis: filia mendacij: ⁊ patris eius diaboli: duplici vita viuens: corpore in celis habitans: mente in terra: honoris auida: in se pauida ⁊ infructuosa: doli artifex: martyr diaboli: emulatrix ⁊ persecutrix bonorum: correctrix omnium: ipsa incorrigibilis: intus arida: antrum demonum ⁊ eorum figuratine a sanctitatis: compta meretrix: fucata spurcitia: inflata vipera: ornatum sepulcrum: filia peccati ⁊ continue peccans: perditionis precursor: vermis ecclesie insensibiliter quodammodo eam depascens: negatio nature: crocodilus vitalia consumēs ecclesie: blasphemia alterꝰ vite: genitrix phariseorum: soror scribarū: comes Ananie ⁊ Sapphyre. Act. v. xxiij. q. viij. petrus. Petri timor iudaizātis gula. ij. q. vij. paulꝰ. pedissequa: Herodis ascalonite. Mat. ij. pedagoga: totiꝰ puritatis euāgelice inimica. De hypocrita. Job. viij. xiij. ⁊ xv. in fi. ⁊ xxvij. ⁊ xxxiiij. ⁊ vlti. c. ⁊ de peni. di. ij. citius. Scripsi contra hypocrisim late. j. in parte. ij. ad fi. §. aliud manu peculiare. in c. lxxviij. Hec inquā impura scitans tota inigtas isto tpe tenebrarū i vtraq; eccl'ia malignantiū: ⁊ sctōrū primariā arcē iādiu ⁊ tenuit ⁊ tenet: ⁊ pp eius iniquitatē eccl'ia cōtra eccl'iaꝫ

Hypocrisiꝫ insectat author.

o imicabit. Militantes filij diuinum percepturi, quū nuda permanebit ecclesia sanctorum: vestimenta sua mista sanguine. Esa. ix. deponentes: ꝛ eam nuptiali. Matth. xxij. induentes veste: quia eius vestitus est proprie deauratus. ps. xliiij. erunt. Plantationes vero adulterine. Mat. xv. sequentes ecclesiam. ps. xxv. malignantium eradicabuntur cum ea. ꝛ tunc regnabit dominus in templo sancto suo. ps. x. vnitus cum sponsa sua in simplicitate fide ꝛ charitate qui triplex funiculus nectit ecclesiam cum christo vt nunq̄ rumpatur. extra de treu. ꝛ pa. c. j. Duplicitas autem ꝛ infidelitas ꝛ iniquitas comprehendet pseudo filios: vt cum patre eorum Amorreo ꝛ matre Cethea. Ezechiel. xvj. perpetuo disrumpantur: ꝛ flammis vltricibus diuisionis scilicet ꝛ fictionis ꝛ vere matris persecutionis perpetuis exurantur. Adaperiat proinde obsecro genu flexo nostra sancta mater ecclesia oculos cordis sui: ꝛ cognoscat pessimam suam pacē Esa. xxxviij. In bonis temporalibus dilatata: ꝛ spiritu minorata: quia dies veniūt: ꝛ prope: ꝛ in ianuis q̄ inimici eius ad literam coangustabunt eam: ꝛ circundabunt eam obsidione persecutionis: ꝛ apprehēdent eam inter angustias terre idest ad terram quā dilexit dimittens celum, prosternent eam. Luce. xix. Et quia non fuit deo ꝛ spiritu eius contenta: sed manus suas misit ad appetitum ꝛ possessionem terre inanis ꝛ vacue. Gene. j. Et in terrenis voluit dilatari: non contenta terminis suis etiam temporalibus legitimis quos habebat: sed etiam insuper inuasit terminos alienos. xiij. quest. j. cap. j. Et paupertatem euangelicam arram hereditatis perpetue totaliter repudiauit: ꝛ eam exulare fecit: que data erat ei pro dote diuitiarum celestium: ꝛ in qua fundata erat a sponso suo christo ꝛ a suis apostolis, qui eā in ea plantauerunt ꝛ fundauerunt. xij. quest. j. c. j. Et q̄ ingrata. extra de donat. c. si extitit largitoribus patrimonij xcvj. distin. constantinus. ij. quod ad suam ꝛ pauperum. xvj. q. j. quoniam. sustentationem, non ostentationem, delectationem, ꝛ thesaurizationem. xij. qō. ij. aurum. possedit ꝛ possidet. Ideo dicit dominus exercituū. Fortis israel, magnus, ꝛ paruus, diues, ꝛ pauper. Esa. ix. ps. Zelatus sum te: q̄ dilexi te: ꝛ redemi te. ps. redemptionem spoliabo te: nudam dimittam te: sicut steti in patibulo. Jo. xix. pro te effraym augmentū ꝛ cayn possessio recedent a te. Aurū Euilath. Gen. ij exulabit a te. Vacce pingues que sunt in mōte samarie. Amos. iiij. prelati diuites in ecclesia deficient: ꝛ macilente succedent. Gen. xlj. Naues tue que nauigauerunt in ophir propter aurū cōfringent, in asion gabaa. iij. Reg. viij. Non bibes p. us nec fines aurum in quo confisa es. Baruch. iij. j. qō. j. §. ex his. sed confidentia tua in me erit. ps. qui cōfidunt in domino. Job j. Camelos tuos, asinos, ꝛ greges ouium arripient sabei. Reges te in terra dotantes, siccabūt vbera tua in terra turgentia. Qui te exaltauerūt humiliabunt. Bibisti: ꝛ propterea totū euomuisti. Nimis eras plena: euacuata es, ꝛ curata. Vituli aurei quos posuisti. iij. Reg. xij. in Bethel: te me blasphemare fecerunt: corruerunt ꝛ ad orbis solū me. Deut. xxxij. incrassata, impinguata. dilatata. in cantico. Audite. recalcitrasti ꝛ dereliquisti deum factorem tuū: redemptorem ꝛ sponsum tuum: sed attenuata ꝛ subtiliata de crassitudine terre redibis ad me. Querebas me in armentis ꝛ bobus, curribus ꝛ elephantibus: ꝛ non inuenisti me. Osee. v. ps. xix. hi in curribus. Calcabis terram: ꝛ dicam ecce adsum. Ad natiuitatem tuam nuda redibis: vt sic iterum renascaris: q̄ nisi nata fueris denuo. Jo. iij. non colaberis, innouaberis, ꝛ purgaberis sicut in diebus antiquis. Malach. iij. i. di. ꝛ purgabit. Et erit possessio tua innocentia ꝛ nuditas. Mendax fecisti euangelium meum in conspectu filiorum hominum: ꝛ idololatrare eos fecisti: sed spoliatio tua verificabit illud: ꝛ orbis te nudam aspiciens ꝛ absq̄ puluere terre aspiciens celum adorabit me: q̄ glorificata es in thesauris tuis: ꝛ nō erat eis numerus. Baruch. iij. Et eruginauit aurum tuum ꝛ argentum. Jaco. v. ideo Babylonij venient asportabunt illud. Esa. xxxix. Et pro vasis aureis erunt tibi fictilia ꝛ lignea idest pauperes. Viuos lapides contempsisti ꝛ extraxisti mortuos tuos. xij. q. ij. multi corruunt. ꝛ in tabernaculis habitabis sicut ꝛ patres tui. ps. Et habitare fecit in tabernaculis eorum. Vnguentis variis delibuta fuisti: squallida ꝛ hispida iungeris mihi. Vinis ꝛ epulis saciata, sopor te dedisti: in fame ꝛ siccitate vigilare te faciam. Purpurata ꝛ gemmata fuisti: ꝛ mutatoriis vtebaris. iiij. Reg. v. In cilicio ꝛ cinere velis nolis redibis ad me de peniten. dist. iij. achab. Cyrus meus. Esa. xlv. vindicabit me de te: vt habeam te: ꝛ euertam ꝛ occidam te: vt viuificem te: ꝛ prudentia que de terra est. Baruch. iij. Perdam prudentiam tuam ꝛ sapientiam tuam. Deut. xxxij. Et dabo infirmitatem ꝛ stulticiā crucis meam. j. ad Cor. j. Sap xj. In quo peccasti, in eo te puniam. extra de offi. deleg. cum olī. Justicgidata es: ventus aquilo frigidus verberabit te. Eccle. xliij. Vt in sanguine tuo calefactā te calefaciat meus auster calidus. Can. iiij. spiritussanctus. Dilexi: te: ideo affligam te: ꝛ irascetur furor meus contra te. vt purget te. Amos. iij. Apocal. iij. ps. xcviij. Deus tu propitius ꝛc. v. quest. v. non omnis. xxiiij. quest. iiij. nimium. Veniet ergo illa mea paupertas beata. Matth. v. que te ditabit: quia te purgabit. j. distinct. ꝛ purgabit. in templo meo sedebit: ꝛ regnabit: ꝛ regnum meum vite expropriata euangelizabit: ꝛ faciet familiam pauperum, super quos intendam ego dominus: vt in die mala. ps. xl. beatus qui intelligit. vltime tribulationis liberem eos. nunquid cum promptuarijs. ps. cxliij. promptuaria eorum. ꝛ enthecis? entheca grece, latine proprium: siue priuata pecunia alicuius. vulgare apulie. Dicitur etiam entheca locus in quo seruatur pecunia. xij. quest. j. nolo. ꝛ quest. ij. vobis. Et erarius. locus eris idest pecunie. Et loculis: pera: bursa: repositorium. xij. quest. j. habebat. xj. quest. iij. ara. pecunia ꝛ thesauris. Posses pugnare cum illo filio perditionis qui terram diuidet gratuito: ꝛ cui pater eius Leuiathan thesauros absconditos reuelabit: ꝛ in copia rerum omnium occidet plurimos. Dan. viij. ad fi. ꝛ. xj. ad fi. Nū quid potest philargyria. i. appetitus habendi: ꝛ pecunia contra auaritiam ꝛ abundantiā dimicare? Nunquid autem guerram faciet cōtra aurum? Immo quanto pecuniosior: tanto auarior: ꝛ tāto ad lucrandum auidior. xiiij. q. iij. quid dicā. xj. q. vij. sicut. Quō ergo tales contra aurum pugnabunt sitientes aur: serui māmone ꝛ auri? Mat. vj. ꝛ Luc. xvj. xiiij. q. v. §. fi. Sed qs palmā habebit cōtra aurū: nisi q non cōfidit in auro: nec abijt post aurū? Eccle. xxxj. ꝛ cui non est aurū. Et pp hoc apli inopes ꝛ mēdici aureos ꝛ auratos hui' seculi pncipes cōuerterūt q̄ aur repudiauerūt: ꝛ dixerūt: argētū ꝛ aurū nō est mihi. Act. iij. ꝛ. viij. dixit Petr' Simoni mago. Pecunia tua tecū sit in pdinonē. Propter qd in fine se

culorum necesse erit, q̄ auaritia huius seculi igne auaritie interiori ardens, igne exteriori iudicij expianda per pauperes veros futuros non fictos presentes euangelicos successores apostolorum funditus extirpetur quoad paupertatem. legitur & not. xvj.quest.v.ex authoritate. xij.quest.j. videntes. O sponsa mea.xxvij.quest.j.nuptiarum.quis te excecauit: vt nuditatem meam non aspiceres: & eam nuditate tua non cooperires? Uere puluis terre te occecauit: humor crassus telluris, pupillam oculi tui obtenebrauit.xlix. distinct.c.j.§. lippus. Auro & argento & gemmis & diuersis coloribus me cooperuisti: sed decepta fuisti: & illaqueauit & decepit te synagoga aurea cui successisti.xxxv.quest.j.§.authoritate. que templum suum & templi vasa deaurabat: & aurum querebat & possessionem in terra: sed carnalis erat & ceca, & rudis, & prona idololatrare: & carnalibus sacrificijs dedita ne flueret. Leuit. ix. xxxj. quest.j.§.sed obijcitur.ad simulacra aurea idolorum xij.quest.ij.gloria.Sed tu que me in carne pauperem natum vidisti: & in presepi luteo positum aspexisti. Luce.ij. vbi dicit Chrysost. O si mihi liceret & illud presepe videre in quo dominus iacuit. Nunc nos christiani quasi pro honore tulimus lutum: & posuimus argentum: sed mihi preciosius illud est quod ablatum est: argentum & aurum miretur gentilitas: christiana fides & deuotio miretur luteum illud presepe. Qui in isto presepi natus est: aurum condemnat & argentum: non condemno eos qui honoris causa fecerunt: neque enim illos condemno qui in templo fecerunt vasa aurea: sed admiror deum creatorem mundi: qui non inter aurum & argentum, sed in luto nascitur: & semper despectum. Esa. lv. & inopem, & mendicum. ps.cviij.& non habentem vbi caput reclinet. Mat viij. & Luce.ix.vbi Beda. Quid me propter diuitias & seculi lucra cupis sequi: quum tante sim paupertatis: vt nec hospitiolum videar habere: & in eo vtar tecto? Item ibi Chrysost. Aspice qualiter paupertatem quam dominus docuerat, per opera demonstrat. Non erat ei mensa: non candelabrum: non domus: nec quicq̄ aliud talium. Et predicauit, Beati pauperes spiritu. Matth.v. Et, Uade & vende omnia que habes: & da pauperibus.xxiij. quest.iiij.non inuenitur.& c.si ecclesia.xciij.distinc.legimus.ad medium.ver.quid enim. Marc.x. Luce xviij.& Matth.xix. vbi Remigius. Notanda sunt ista verba.non enim ait dominus, vade & manduca omnia que habes. Sed vade & vende. Et non ait aliqua: sicut Ananias & Sapphyra. Actuum. v. xiiij. quest.viij.petrus. Sed omnia. Et pulchre adiungit, que habes. Illa enim habemus que iuste possidem⁹. Illa ergo que iuste possidemus: vendenda sunt: que vero iniuste: sunt erroganda illis quibus fuerat ablata. Luc.xix.de Zacheo.xij.q.ij.cum deuotissimam.xiiij. quest.vj si res. Nec ait. Da proximis aut diuitibus a quibus accipies similia.sed, Da pauperibus. August.de operibus monachorum. Nec attendendum in quibus monasterijs vel in quo loco indigentibus fratribus hoc quod habebat aliquis impenderit. Omnium enim christianorum vna respublica est: & ideo quisquis christianis necessaria vbilibet erogauerit: vbicunq̄ etiam ipse quod necessarium est sibi accipit: de eo quod est christi accipit. Rabanus. Ecce duas vitas hominibus propositas audiuimus. Actiuam: ad quam pertinet, non occides: & cetera legis mandata. & Contemplatiuam: ad quam pertinet si

Pauptas cõmẽdat·

vis perfectus esse &c. Actiua ad legem pertinet. Contemplatiua ad euangelium: quia sicut vetus nouum precessit testamentum: ita bona actio precedit cōtemplationem. Item Augu. Neq̄ ni illi soli qui vt sint perfecti, vendunt vel dimittunt omnia sua: pertinent ad regnum celorum: sed huic militie christiane ppter quoddam commercium charitatis, subiungitur etiā quedam stipendiaria multitudo: cui dicetur in fin. Mat.xxv. Esuriui: & dedistis mihi māducare. quos absit vt a mandatis euangelicis alienos & vita eterna separandos iudicemus. Item Hiero. Quod autem Uigilantius hereticus asserit eos melius facere qui vtuntur rebus suis: & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt: q̄ illos qui possessionib⁹ venundatis omnia largiuntur: non a me: sed a deo ei respondebit. Si vis esse perfectus, vade & vende &c. Iste quem laudas: secundus aut tertius gradus est: quem & nos recipimus. dummodo sciamus & prima secundis & tertijs preferenda. hucusq̄ Hieron. facit. lxxxvj.distinc.non satis. Item Genandius de ecclesiasticis dogmatibus. Bonum est enim facultates cum dispēsatione pauperibus erogare: sed melius est pro intentione sequendi dominum, insimul donare: & absolutum solicitudine egere cum christo. Uidisti: & audisti: quomodo me contempsisti? Operimentum meum, paupertas spiritus. Sanctius aurum ante pedes meos qui sunt pauperes, prosternere: inde pauperes alere: captiuos redimere: viuos lapides construere, quibus construitur celestis hierusalem. ad hec.xij. quest.j.nolo. & quest.ij aurum.& c.gloria.& ca.multa. Attende ergo misera: quia quanto amplius in terra dilatari voluisti: tanto amplius pauper & miserabilis fuisti: & quum diceres, diues sum: & nullius egeo: dico tibi q̄ tu es mendica: & pauper spiritu idest sine spiritu misera & ceca. Apocal. iij. quia non vides nuditatem tuam. sicut Hiere. Thren.iij.in prin. Quando enim eras pauper & humilis in temporalibus: diues virtutibus: te vniuersus orbis adorabat: & vniuersa que in pauperes erogabas offerebat. Esa.lx. Omnes de saba venient. Matth.ij. Et nunc in stercoribus. Philip.iij. ditata & gemmata, quasi ab omnibus es conculcata: & humana facta es in membris tuis minorata. Dic mihi & respondeas mihi. Ubi sunt brachia tua: quatuor sedes patriarchales: quarum caput romana est? xxij.distinc.renouantes.extra de priui.antiqua. Quis te colit in oriente vbi sol oritur? xxiiij. quest. j. quoniam. maior pars tenetur a Tartaris idololatris. Alia a Saracenis machometanis. Reliqua ab hereticis & schismaticis. Quis de aphrica hodie reuerentiam tibi facit? Machometus perfidus & magus habitat ibi: non christi fides. Ubi est Grecia plantula tua? reuersa fuit: sed & nunc peruersa facta. extra de bap. licet. Ubi Armenia maior discipula & filia tua & pedissequa tua? Nestorius cum suis duplicem in christo personam asserens. xcv.distinct.ca.j. Ubi tertia: vbi & quarta? &c. sicut ibi regnat non christi vicarius. Ubi est terra sancta: terra promissionis: quam christus suis pedibus consecrauit? longe est a fide sancta. Soldanus Machometi cultor ibi habitat. Ibi nomen dei blasphematur: facta est hierusalē cum tota ist. terra que erat domina gentium post passionem christi sub tributo Soldani. Thren.j. Sed & illi christiani qui ibi conueniunt tributarij: vt Greci: Armenij & Ubiani: schismatici & heretici sunt: & apostatauerunt a te: q2 apostatasti a vita mea. Sed quid de occidente, vbi

Ecclia dilatari cupiēs legestatez corruit.

caput habes: ⁊ hodie habitas: remanet tibi? vnam partem cultores Machometi obtinent: reliquam schismatici ⁊ heretici: alteram rebelles cui falsi christiani numero non re, fide non vita: quasi residuum vendicauerunt. Vere vix hodie habeo christus caput tuum, vbi caput meum sacrosanctum in fide pura que per dilectionem operatur. de peniten. distinct. ij. firmum. ⁊ cap. circuncisio. reclinem. Mat. viij. Luce. ix.

Auaritia ⁊ supbia eccle plurimū detrimentose.

Hoc fecit maxime auaritia ⁊ superbia illorum qui presunt vite: ⁊ occidunt te filij tui ⁊ patres tui. lxviij. distinct. quorum. Ipsi ⁊ inimici tui ⁊ persecutores tui. Unde ⁊ doctor tuus nimis bene te terrens ⁊ pungens, dicebat. Qui animas regere susceperunt: christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, ⁊ mortem, hec omnia in fornace auaritie conflant ⁊ profligant in acquisitione turpis questus. Et idem. Heu domine deus: quia ipsi sunt in persecutione tua primi: qui videntur in ecclesia tua primatum diligere: ⁊ regere principatum. ad hec. xxiiij. quest. iij. transferunt. In paruo angulo occidentis vix pure coleris pauper: ⁊ tamen diuitem te voces. Auxisti aurum: minorasti gentem: implesti bursam: desolasti patriam: congregasti equos ⁊ arma: ⁊ occidisti filios: cogitasti stolide per pecunias ⁊ potentiam carnis mundum tibi subiicere: non lachrymis ⁊ oratione: que sunt arma tua. xxiij. quest. viij. conuenior. ⁊ continentia, que est cingulum lumborum tuorum. ⁊ iustitia, que est lorica tua.

Arma ecclesiastica

⁊ exemplis sanctorum, que sunt calciamenta tua. ⁊ fide, que est scutum tuum. ⁊ spe, que est galea tua. ⁊ verbo meo, quod est gladius tuus. Ephe. vi. Sed propter eas ipse te mundus conculcat: quia mundanam te aspicit. Remansit tibi solum armatura gladij verbi mei: sed ipso teipsam confodis: quia dicis: ⁊ non facis: pharisea quodammodo effecta. j. quest. j. non quales. xl. distinct. multi. Predicatio tua contemnitur: quia vita tua despicitur. ij. quest. vij. §. idem testatur. Quomodo enim presides ⁊ predicatores tui de medio tui auferre malum poterunt: qui in delictum simile corruunt? Aut qualiter o te corripere peccantem poterunt: quum taciti ipsi sibi respondeant eadem se admisisse que corripiunt? xxv. distinct. primum. Quomodo oratores esse poterunt castitatis: immundicie patratores? xxvj. distinct. vna. j. quest. j. propheta. xlix. distinct. cap. vlti. Sed ⁊ necesse est vt munda sit manus: que diluere sordes curat: ne tacta queque deterius inquinet: si sordida sequens lutum tenet. j. quest. j. necesse. xlvij. distinct. §. necesse. Quomodo secundum Ambro. clerici ⁊ religiosi possunt in predicationibus ⁊ alibi laicos arguere: quum ipsis negligentiores: vtinam non celebriores: existant? viij. quest. j. quid autem ego. Sed dicendum ibi cum Ambro. Ego autem fratres non de omnibus loquor. sunt certe quidam deuoti: sunt ⁊ alij negligentes. ego neminem nomino. conscientia sua vnumquemque conueniat. Prelati tui lapidandi: alios lapident. iij. quest. vij. qui sine. Agunt illa que in alijs iudicant punienda. iij. quest. vij. iudicet. In grauibus peccatis positi: aliena nituntur diluere. ea. causa ⁊ q. in grauibus. Roman. ij. In quo alium iudicas: teipsum condemnas: eadem enim agis que iudicas. Unde ⁊ Exod. xxxij. Aaron ait ad Moysen. Aurum dederunt mihi ⁊ proieci in ignem: ⁊ egressus est vitulus. vbi dicit expositor. Audi sacerdos quia aurum tibi datum est: non enim ex tuo thesauro habes illud: vel patrimonio: vel labore: sed oblatione fidelium. Sed acceptum aurum in ignem mittere: est in ipsius concupiscentia corda hominum inflammare. Inde vitulus terre cultor sic colitur. Inde studium hoc ⁊ cura vehementius terrena colendi ⁊ immoderatius incumbendi huiusmodi lucris: nam etsi magna de contemptu mundi decantur: plus tamen attendant homines quid agatur. hucusque expositor. In modico angulo occidentis vix coleris: ⁊ tamen diuitem te vocas. vt dixi tibi. ē. eo. ver. in paruo. quum etiam in iurisdictione terre minorata sis. Quam longe iamdiu vie tue a vijs meis fuerunt? Esa. lv. In ligno ⁊ a ligno: vt legisti in ps. regnauit. vbi Augu. doctor tuus. De cruce sua in qua fixus erat diabolus occidit: ⁊ inde rex noster est in paupertate ⁊ humilitate ⁊ cruce. Meum imperium dilataui: ⁊ tu semitis contrarijs meos labores cassasti: possessione me filiorum meorum ⁊ tuorum pro maiori parte priuasti: ⁊ fidem meam ⁊ tuam quasi ad nihilum reduxisti: ⁊ in fabulam ⁊ derisum eam apud exteros conduxisti: ⁊ apud laicos propter malum exinde datum graue scandalum posuisti: dicentes. Ubi est deus clericorum sic viuentium? Quia quod agitur a prelatis: facile trahitur a subditis in exemplum: ⁊ si sacerdos qui vnctus est: peccauerit: faciet delinquere populum. Leuit. iiij. extra de vo. ⁊ vo. re. magne. §. preterea. Et componitur orbis ad regis exemplum. Et secundum iudicem populi sic ⁊ ministri eius. Et qualis est rector ciuitatis: tales ⁊ inhabitantes in ea. Eccl. x. Sed expecta paulisper: quia tu syon ecclesia speculatiua renouaberis. Ephe. iiij. ij. Corinth. iiij. Ad pugnandum contra bestiam: non armis carnalibus ⁊ coronis aureis: non equitibus ⁊ militibus: sed paupertate apostolica ⁊ humilitate. Nam rursus quis contra illum. Antichristum presumptuosum ⁊ elatum: qui extolletur supra omne quod dicitur deus: aut colitur: ⁊ qui sedebit in templo ostendens se tamquam ipse sit deus. ij. Thessal. ij. Dan. ix. pugnare possit precipue. nisi tuum germen apostolicum fratrum minorum humilium ⁊ pauperum: quorum professio vltima humilitas ⁊ paupertas est? Qui inquam principaliter pugnare possent contra crucis peruersissimum inimicum Antichristum: nisi filij patris cruciferi ⁊ cruce signati intus ⁊ extra almi Francisci? propter quod in principio conuersionis sue ego ostendi sibi palatium armis militantibus crucis signaculo insignitis: dixique ⁊ sibi fore illa arma sua: ⁊ militum suorum. Dimicabit ergo humilitas contra superbiam. de peniten. distin. ij. c. j. ⁊ iij. distinc. sic achab. Conteret Hosias qui robustus interpretatur coram humili Dauid. j. Reg. xvij. Angelus ascendens ab ortu solis signum dei viui habens ad literam Apoc. vij. Franciscus pugnans cum filijs suis pro ecclesia: prosternet Sennacherib. Esa. xxxvij. Humiliabitur Pharao coram Moyse. Exod. xiiij. Funiculus pauperis ligabit gigantem lux humilis cognoscet bestiam antichristum. Apocal. xiij. De quo supra in principio istius. §. transfiguratam, quia humili pandetur mysterium antichristi. Luce. x. Matth. xj. ibi. Reuelasti ea paruulis. August. de verbis domini. Nomine sapientum ⁊ prudentum superbos intellige: quod ipse exposuit: quum ait. Reuelasti ea paruulis. quid enim non subest paruulis vt humilibus. Item Gregor. xxvij. mora. Quod enim non subiunxit. Reuelasti ea stultis: sed paruulis: tumorem se damnasse innotuit: non acumen. Item ibi Hilarius.

Fres minores in Antichristū dimicatur.

Celestium ergo verborum arcana atq; virtutes sapientibus absconduntur: ⁊ paruulis reuelantur: paruulis malicia non sensu. j. Corinth. xiiij. sapientibus vero, non stulticie sue presumptione: non prudentia carnis. Alij obtenebrari a propria superbia (quia secundum August. tumor claudit oculos) non cognoscent eum: ⁊ adorabunt eum. Sponsa christi mater ecclesia victoriosa tandem in humilitate ⁊ paupertate quiescet: ⁊ finiet dies suos: quia quies in vera paupertate est. Unde Hierony. Diuitias habuisti? requiem perdidisti, dum vigilas: augmentum diuitiarum cogitas: dum dormis: latronem somnias: in die solicitus, in nocte pauidus: ⁊ sic semper mendicus. Nos ergo in hoc bello durissi-

Pugnandi hoc bello modus. mo ⁊ obscurissimo, vbi iam queritur, vbi est christus Matth. xxv. certemus viriliter ⁊ tamdiu capiti nostro lapidem supponamus cum Jacob Genes. xxviij. angularem. ps. cxvij. j. Pet. ij. christum Jesum. cuius precipue character humilitas paupertas ⁊ charitas est Et cum eodem Jacob glacie ⁊ gelu, nocte ⁊ die affligamur ⁊ estu. Genes. xxxj. Et cum eo simus simplices: ⁊ in paupertatis ⁊ quietis ⁊ contemplationis tabernaculis habitemus. Genes. xxv. Et frugales simus cum eo de rufa lenticula non curantes. Genes. xxv. xlj. distinct. c. j. vt ibi. Et circumueniemus cum eo Esau dictum Edom. i. sanguineum germanum nostrum. pre. cap. xxv. Carnem nostram sanguine immundicie defluentem. Et Laban. Gene. xxx. qui candidus interpretatur idest mundum: qui exterius candidus apparet ⁊ speciosus. Sed dicitur Prouerb. vltim. Fallax est gratia idest amicitia mundi: quia non est nisi prodirio. quoniam sicut iudas, tradit in mortem quemcunq; osculatur osculo dignitatis ⁊ prosperitatis. Et vana est pulchritudo scilicet mundi quia scilicet cito euanescit ⁊ deficit vt fumus. Et Emor. Genes. xxxiiij. qui interpretatur amaricans idest diabolum amaricantem idest peccatoribus amaritudinem pene ⁊ conscientie inducentem. Unde de egyptijs legitur Exo. j. q amaritudine perducebant vitam filiorum israel operibus duris luti ⁊ lateris. Insuper tamdiu luctemur cum angelo magni consilij christo domino cum eodem Jacob. Genes. xxxij. Esa. ix. precibus ⁊ fletibus ne deseramur ab eo. Unde ⁊ super Esa. xlix. dicit glossa. Quia Jacob precibus pugnauit cum angelo: non manibus. Uolebat enim angelus qui custodiebat eum in peregrinatione recedere, sed ipse detinuit eum per orationem. Unde Osee. xij. Inualuit contra angelum: ⁊ confortatus est. Fleuit ⁊ rogauit. his brachijs duobus, scilicet fletibus ⁊ precibus debemus cum domino luctari donec emarcescat, vt Jacob femur nostre carnalitatis: ⁊ benedicat nobis. Marc. vlti. j. quest. j. dominus. Et mutet nobis nomen Jacob supplantatoris vitia, in nomen israel contemplatiui effecti celestium gaudiorum. Gene. xxxij. Contemplemur etiam statum presentis ecclesie, ⁊ que sunt in ea: ⁊ que oportet fieri cito per angelum suum signatum Franciscum, habentem in manu euangelium eternum: in ecclesia sancta dei ⁊ ordine suo prostratis: quam iussu dei doctrina fidelissima vita mundissima innouabit ⁊ renouabit: ⁊ se ergo tau T significabit Ezech. ix. ⁊ armabit se ad pugnandum ⁊ expugnandum draconem magnum fathauam. Apocalip. xx. flammas igneas auaritie, zenodoxie, inuidie, ⁊ immundine in christi ecclesiam euomentem: ⁊ de abysso: idest populo infideli antichristum ascendentem. Apocal. xj. primam bestiam: ⁊ aliam bestiam ecclesiam infidelem que erit corpus eius, sequentem. Apocalip. xiij. cuius caput ipse homo peccati. ij. Thessal. ij. cuius quam dominus il ius in pugna illa interficiet spiritu oris sui. ij. Thessal. ij. spiritu apostolico, a spiritu sancto infuso: ex quo spiritu omnis virtus apostolorum ⁊ virorum apostolicorum, maxime fratrum minorum verorum non fictorum: quia spiritussanctus effugiet fictos. Sap. j. Deinde regnatura est sancta sponsa: vxore traducta: ecclesia renouata per secula infinita. Apocalip. xix. Qua generali renouatione: nec puto longe existente: quia iam in mundo videtur esse omnis malitia ⁊ immundiria consummata: quilibet se renouet in spiritu mentis sue. Ephe. iiij. ⁊ induat nouum hominem Ephe. iiij. qui secundum christum creatus est: vt quum venerit dominus ⁊ pulsauerit ianuam: confestim aperiat ei. Luce. xij. vbi Gregor. in homilia. Uenit quippe dominus quum ad iudicium properat: pulsat vero: quum iam per egritudinis molestias esse mortem vicinam denunciat: cui confestim aperimus: si hunc cum amore suscipimus: ⁊ dicamus ei: Cupio dissolui ⁊ esse tecum. ad Philip. j. cap. Et te facie ad faciem nosse: ⁊ loqui tecum sicut amicus amico suo. Exod. xxxiij. j. Corinth. xiij. Etiam scire secreta tua ineffabilia: que omnia mihi nota facies: que non licet homini loqui. ij. Corinth. xij. Etiam edere in mensa tua pingui. Luce. xxij. vbi Ambro. Non victus ⁊ potus presentium loco spondetur: sed communicatio glorie celestis. Uel secundum Bedam, mensa proposita ad fruendum omnibus sanctis, celestis est gloria in qua te esuriunt ⁊ sitiunt iustitiam: ⁊ saturabuntur fruendo desiderio boni veri. Et bibere de cella tua vinaria. Can. j. Et recumbere supra pectus tuum. Joan. xiij. vbi Beda. Quod autem in sinu ⁊ supra pectus recubuit: non solum fuit presentis amoris indicium: sed etiam future rei signum. q scilicet inde vocem sumeret: quam postmodum cunctis seculis inauditam, scilicet In principio erat verbum. Joan. j. emitteret. Item ibi August. Per sinum enim quid aliud signatur: quam secretum? hic est vtique pectoris sinus sapientie secretum. Et edere: ⁊ sitire. Joan. iiij. ⁊ viij. ⁊ sumere de mero ⁊ musto: in quo non. Ephes. v. extra de iureiuran. ⁊ si christus. est luxuria. Actu. ij. Et accumbere in cubili tuo. Luce. xj. vbi cubas in meridie. Cant. j. ⁊ dormire somno suauissimo tecum: ⁊ requiescere. Marc. xiiij. Et recipere a te transeunte coram me ministrationem tuam. Luce. xij. Gregor. in homilia. Dominus coram nobis post iudicium transit: qui ab humanitatis forma in diuinitatis sue contemplationem nos eleuat. Et pasci in montibus tuis vberrimis ⁊ viridibus. Ezech. xxxiiij. Et communicare tecum omnia bona ineffabilia. Luce. xv. Et ingredi ⁊ exire ad te: ⁊ pascua inuenire. Joan. x. Theoph. Que sunt autem hec pascua: nisi delectatio futura ⁊ requies: in quam nos dominus introducit? Et frui te: ⁊ absq; intercapedine tenere te: ⁊ intrinsecari in te: ⁊ intrare in te: ⁊ esse totus in te: ⁊ deificari in te: ⁊ regnare in te. Matth. vj. Cyprian. Nostrum regnum petimus aduenire ab eo nobis repromissum: ⁊ christi sanguine acquisitum: vt qui in seculo ante seruiuimus: postmodum christo regnante regnemus. Item Aug. ad Probam. Regnum namq; dei veniet siue velimus siue nolimus: sed deside-

rium nostrum ad illud excitamus: vt nobis veniat: atq; in eo regnemus. Et preterita & presentia, quia futurum deficiet, contemplari in te: & purissime & sincerissime amare me propter te: & te plus quã me: quia non diligam me propter me: sed propter te: q2 totus ero vnione gratie in te: & tu in me: quantum potest capere creatura. Quia etsi facie ad faciem videbo te. j. ad Corinth. xiij. & similis tibi ero: & videbo te sicut es. j. Joan. iij. Non tamen immensitatem tuam inuisibilem videre potero: quia finitus sum: quia creatura sum: non creator. Unde etsi facie ad faciem videbo te sine aliquo medio pleno & perfecto modo: non tamen secundum illam plenitudinem: secundum quam tu vides te infinite infinitum: nam essentia tua infinita a nullo plene videbitur: licet plene & perfecte cognoscetur. Et tunc ero non quidem essentialiter deus: sed nuncupatiue & vnitiue: quia dixisti in ps. lxxxj. Ego dixi dij estis. Et Joan. x. Nã & factus es homo, secundum Aug. vt fierem deus in te deo: q2 qui adheret tibi: vnus spiritus est tecum: vnione gratie, non nature. j. ad Corinth. vj. extra de summa trini. c. ij. §. verum. de cõsecr. dist. ij. in christo. Et tunc quicquid vis, volam: & adimplebitur in me voluntas tua: nihil enim impurum erit in me quia purissimus ero in te: nullum meum desiderium erit nisi in te: quia desiderasti me. quid enim desiderare possem extra te qui ero totus in te: & desiderium tuum in me. qui es desideriũ collium eternorum? Gene. xlix. Et qui es desideriũ animarum. ps. xlj. Sed quid est verum desiderium: nisi desiderare & habere te: qui es omne bonum? Exod. xxxiij. & in quem desiderant angeli prospicere. j. Pet. j. Anima mea imago tua. Gene. j. xxxiij. qõ. v. hec imago refigurabit te. tota erit deiformis in te: quia reparata est in te, & per te omnes partes eius fruentur te. ratio eius cognoscet te verissime: quia in te lumine, de patris lumine, in symbolo credo. certissime & plenissime cognoscet te deum suum. memoria eius tenebit te. nec dimittet te. nec perdet te. Cañ. iij. nec cadet a te voluntas eius, amabit te, gustabit te, potabit te, satiabitur in te. & vltra Apocal. vij. Non esuriet nisi te, satiata de te, & repleta te: sed & caro mea & cor meũ exultabit in te deo viuo. ps. lxxxiij. Non erit in carne mea languor nature: qui dicitur lex concupiscentie. de cons. di. iiij. c. non ex quo. Et lex peccati. Ro. v. c. di. c. ij. Non dicetur vltra corpus peccati: nec corpus mortis: nec habebit legem contrariam spiritui suo. ad Rom. vij. xxxij. q. v. si paulus. & pre. c. ij. Nec cupiet spiritus dissolui a corpore, & esse cũ christo. Phil. j. extra de renun. nisi §. porro. quia vtrunq; est cum te christo: quia facta est plenissima pax inter vtrunq; in te christo pace nostra. Eph. ij. c. fecit vtraq; vnum. vt dicant: Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum habitare fratres corpus & animam in vnũ. ps. cxxxij. & xij. q. j. c. j. spiritum & carnem in vnum cõsensum visionem & gustum concordissima vnitate videntes te: & amantes te: indissolubili & perpetua charitate. Osee. xj. O patria beata. O beatissima trinitas consecrata. O sanctorum ciuium societas desiderata. O sanctorum ecclesia christo sponso & domino sempiternaliter copulata: & cum ipso beatissimo beata. In te erit plenissime mea tota destitutio reformatamen compago in tuo thalamo collocata: nuptiarum beatarum copula consummata. Apoc. xix. Confitemur igitur humiles christi serui in deo nostro fine nostro. satisfaciamus sinteresi, superior pars rationis est nostre. succumbat coram ea totaliter sensualitas. extra de sum trini. fidei. Glossa Joan. an. de sen. sitã. in clemen. & de here. ad nostrum. §. ij. & in glo. que est clemen. nostra possideat ratio regnum nostrum. Purificemus intellectum & affectum ad aspectum sponsi. Mat. v. Faciamus pacem nobiscum in diebus nostris. non scandalizetur membris nostro: alias abscindatur, non materiali gladio: sed rationis iudicio. Mat. xviij. Sensitiua nostra & imaginatiua ante oculos nostre iaceat rationis: Ratio prospiciat intellectum. Intellectus introcat in potentias dñi: vt sic affectione nostre potentie intellectuales ducãt vitam angelicam super terraz: vt etiam in hoc tabernaculo sepe faciẽ dñi videam' qui in celis est. Mat. xviij. de cons. di. ij. prima quidem. in fine.

Quare schismatici recedunt ab ecclesia & maxime tempore domini pape. Jo. xxij. Quod non debemus iudicare papam: nec publice nec priuatim. Cap. 68.

CUm autem superius. lxv. c. contra schismaticos late scripserĩ, & iurisdictionem generalem papalem dñi Jo. xxij. cuius tempore fuit schisma: fundauerim & roborauerĩ declarãdo. Nũc cum stupore querendũ est quomodo illi tot in Italia & in Alemania se ab eius obedientia subtraxerunt: & cum p̃dicto Bauaro se pro imperatore gerẽte, & Petro de coruaria predicto, Petri cathedram viuente predicto papa Joanne legitimo vsurpante schisma fecerunt. Ad quod respondeo q̃ quidam de predictis schismaticis affectati carnaliter, quia non erant pedibus loti: q2 secundum August. pedes anime affectus sunt. Joã. xiij. Quidam mundi concupiscentia & lucris illecti. xj. qõ. iij. quatuor. Quidam indignati, & ad iram prouocati. xj. q. iij. illa. & c. ira. &. c. cum apud. Quidam timore seruili perculsi. xxiij. q. vj. §. ex his. Quidam crassa & supina ignorantia occecati & erronea. extra de cle. excom. aplice. Quidam cauteriata conscientia oppilati: dicentes se esse simplices: quum sint astutia diabolica repleti. xxiij. di. in noĩe patris. Quidam sinteresina conscientia infatuati. extra de simo. per tuas. ij. Quidam (qd sceleftius est) fide corrupti: & ter ab ipsius dñi pape Joan. obedientia recesserunt: paruipendentes sententias eius: & dictis Petro & Bauaro adherentes: ligari enim amplius ligari non formidant. xj q. iij. excellentissimus. xij. qõ. ij. de viro. vt qui in sordibus est, sordescat adhuc. Apocal. vltimo. xlvij. dist. quantumlibet. Peccatores enim quum in profundum malorum venerint: contemnunt: extra de iudi. cum non ab homine. §. si. sequentur miseri tales patrem eorum sathan diuidentem empyream hierarchiam: cum quo nisi redierint, ad inferna descendent. quod absit. de peni. dist. ij. si enim ad si. Sed nos cum sponso ecclesie dei vicario quicunq; fuerit bonus vel malus, immobiliter maneamus: quia in eius sede christus sedet: & eius vicarius loco eius. extra de transla. quanto. Qui superiorem iudicat, necesse est vt ab eo se diuidat: primo mente. deinde corpore: oẽm. n. diuisionem precedit cordis & oris iudicium. Mater aũt iudicij priuati supbia est. Unde & sm Climacũ doctorem grecum: Iudicare est irreuerens rapina dei dignitatis. Preterea dicit

dominus

dominus Luce. vj. Nolite iudicare. Comparamur ergo schismaticis: sed non sequamur eos: nec superiores deseramus: maxime supremum papam scilicet iudicando, nec ab eo nos diuidendo. Nolo ponere os in celum. xj. distinct nunc autem. nec bestia montem tangam. Exod. xix. Non mittam manum in christum domini: nec precidam per schisma oram chlamydis potestatis eius. chlamys enim potestas intelligitur. scissio schisma. ij. q. vij. §. his ita rñ detur. sub. §. de his. vbi ponitur historia libri Regum. j. xxiiij. de hoc etiam. j. quest. j. sacramenta. Nec cum Oza robusto idest superbo arce inclinate idest prelato criminoso, manus apponam ad erigendum idest corrigendum: ne a deo percutiar. ij. Regũ. vj. pre. §. his ita. Non reprehendam seniorem meum, primum patrem senum omnium. j. ad Timo. v. ij. q. vij. paulus. Non detegam cum Cham infrunito & effronti verenda patris mei: sed cum filiis pudoratis cooperiam eum: ne videam verecundiam eius: & nudum eum operiam ne maledicar. Gene. ix. xcvj. distinct. in scripturis. Non persequar patrem meum cum Absalon: ne tribus sagittis inobedientie, ingratitudinis & infidelitatis Joab qui interpretatur inimicus idest diaboli inimici hominis. Matth. xiij. confodiar. ij. Regum xviij. Non ero inobediens patri Heli: qui interpretatur deus meus idest pape: qui stat loco dei. extra de transla. inter. & c. quanto. ne bello interceam idest in anima peream in hac vita que est militia super terram. Job. vij. de peniten. distinc. ij. si enim. historia. j. Regum. iiij. extra de simo. licet heli. xlvj. distinct. §. necesse. Non ero de generatione maledicenti pape & matri ecclesie. Prouerb. xxx. ne morte moriar morte sempiterna. Leui. xx. Non ero contumax imperio patris pape & matris ecclesie: ne lapidibus obruar populi demoniorum. Deuter. xxj. Non murmurabo contra Moysen qui tenuit typum pape regentis vniuersalem ecclesiam. de peniten. distinc. iij. inter hec. sicut ipse rexit israel. qr murmur contra papam maxime contra deum est: cuius ipse vicarius est. ad hoc Exo. xvj. Nec inquam murmurabo contra Moysen idest papam: quãdo ducat ethiopissam idest deum ostendat: ne lepra mortali suffundar. Nume. xij. xxxiij. quest. ij. hoc ipsum. ij. q. vij. §. de his. versi. his ita. l. dist. n. §. econtra. Nolo absorberi a terra cum Datan & Abiron schismaticis. Nume. xvj. j. q. j. siquis inquit. vij. quest. j. deniqz. extra de elec. licet. Nolo separari ab arca vsqz ad vltimum vẽ tilabrum: ne a coruis deuorer. ij. quest. j. multi. ij. q. vij. non omnis. Non exeat piscis de Petri sagena vsqz ad litus. Matth. xiii. xxvj. q. vij. c. j. Non transmigramus in montem Gelboe: vbi non est ros deuotionis: nec pluuia compunctionis & plorationis idest extra ecclesiã. ij. Reg. j. sicut passer impudicus. ps. x. Non mutemus fidem in idolum: quia idolum nihil est. j. Corinth. x. Non simus corui extra arcam manentes: sed columba, ad eam reuertentes. Gene. viij. extra de sacra vnc. c. j. §. penulti. Simus in petri nauicula vsqz ad portum: non nocebit nobis Judas proditor ibi nauigans, si non fuerimus ei similes, xxiiij. q. j. non turbatur. j. q. iiij. homini. Non separemur ab ouili quod est vnum. Joan. x. extra de bap. licet. ne sicut ouis errabunda pereamus. ps. cxviij. & luporum esca fiamus. Moriamur in nidulo nostro. Job. xxix. & cum turture ibi pullos nostros reponamus. ps. lxxxiij. cum lectulo nostro in infirmitate nostra eamus in domum nostram, ecclesiam nostram. Matth. ix. Non calefiet pullus nisi sub alis galline. Matth. xxiij. Non resuscitatur lazarus a mortuis, peccator a peccatis, que mortuum hominem faciũt: a vita gratie. de peniten. distin. j. §. hoc idem. ibi. resuscitatus: nisi in bethania ecclesia domo obedientie. Joan. xj. Nec extra eam vere & ad salutem Martha ministrat, nec Maria contemplatur. Luc. x. Arrius, Sabellius, Donatus, & Macedo: & ceteri heretici de quibus. xxiiij. quest. iij. quidam ecclesiam diuidunt: Petrus vnit. xxiiij. quest. j. loquitur. Non communico Grecie: quia acephala est. xciij. distinct. nulla. Non Armenie: quia schismatica: quin potius heretica est. Non orientalibus quia occidit eis sol. xxiiij. quest. j. quoniam. Non Guelfis & Gebellinis italicis: quia eis sol in occasum est. Ecclesia non habet partem. Ecclesia non recipit diuisionem pre. c. loquitur. Uestita est ecclesia auro. ps. xliiij: Eructauit. Percutitur: sed dilatatur. xj. quest. j. futuram. in prin. Frangi non potest nec rumpi. Igne tribulationis purgatur. de peniten. distinct. ij. si enim inquit. vltra tres colum. versic. sedet. ps. xvj. Igne me examinasti. Nume. xxx. Omne quod potest transire per flammam: igne purgabitur. j. Corin. iij. Unde Grego. Quisquis appetit plene vitia euitare: studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare. vt tãto post mundior adinuicem veniat: quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. Impium est & infidele dicere, pars ecclesie: sicut dicũt Guelfi: qui se dicunt de parte ecclesie. Donatus & Arrius & ceteri heretici partem faciunt. xxiij. quest. vj. vides. Nam vnica sponsa christi. diuisionem vnitas non capit. xxiiij. quest. j. loquitur. & c. schisma. Unde qui de parte est, de ecclesia que vna est & totum, non est. In articulum fidei orthodoxe impingit, scilicet & vnam sanctam catholicam ecclesiam, qui eam partialem facit. Quomodo potest corpus christi quod est ecclesia, diuidi? xxiij. q. iij. pro membris. & quest. v. de liguribus. Nec caput a corpore abscindendum est. extra de prescrip. cum non liceat. nec membrum de corporealitas exanime fieret: & vita non viueret. xxiij. qõ. vij. quemadmodum. in prin. Qui diuisit ecclesiaz triumphantem, ille idem draco diuidit & militantez. Apocal. xij. ibi. Et ecce draco qui vocatur diabolus & sathanas qui seducit vniuersum orbem. vt. c. c. dicitur. ibi. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum celi idest angelorum. de quibus etiam dicitur Job. xxxviii. Quis dimisit lapidem quum me laudarent simul astra matutina? Ut vnum christi ouile. Joan. x. disperdat: & oues a pastore discedant: & ipse draco eas diuisas deuoret. j. Pet. v. circuit, querens quem deuoret. Esa. lvj. Omnes bestie agri venite ad deuorandum: vniuerse bestie saltus, speculatores eius ceci omnes. Intueamur ergo oculo fidei vnam ecclesiam sedem eius, dignitatem eius, que non peccat. peccare potest qui stat in ea: quia homo est. de peniten. distinct. ij. si enim. sed non papa priuatur ea. vt in princip. istius operis late dixi. viij. c. Compatiamur ecclesie tribulate: sed adhereamus ei supra firmam petram christum solidate & fundate Mat. xvj. xix. di. ita. & extra de elec. fundamenta. in prin. lib. vj. Pro ea rogauit sponsus vt non deficeret fides eius. xxj. dist. §. j. in fi. exaudita est oratio filij: qr semper pater eũ exaudit. Joan. xj. vbi Chrysos. super verbo illo: Pater gratias ago quoniam audisti me. hoc est nihil mei contrarium ad te. Ut autẽ ostendat quoniam non indiget oratione: subiungit.

Eccl'a diuisionis ẽ expers.

Ego autem sciebam ꝙ semper me audis.q.d.ad hoc
ꝙ fiat voluntas mea, non indigeo oratione: ad hoc
ꝙ tibi suadeam: vna enim voluntas nostra. Item
Hilarius.iij.de trini. Non igitur prece eguit: nobis
orauit:ne filius ignoraretur.sed propter populum q
circunstat,dixi: vt credant quia tu me misisti: quum
enim non proficeret sibi deprecationis sermo:ad pro
fectum tamen nostre fidei loquebatur:non ergo inops
auxilij est:sed sumus inopes doctrine. Titubare po⸗
test ecclesia:tempestatibus allidi.xxiij.dist. in nomi⸗
ne.sed salua nomine sponsi permanebit. Digne per⸗
cutitur:quia plurimum extra amplexus sponsi gra⸗
ditur. Denigrata est eius facies sicut nigredo olle.
Thre.vltim. Facies combuste vultus eius.Esa.xiij.
quia non respicit ⁊ sequitur sponsum candiduꝫ ⁊ ru
bicundum.Can.v.Inclinata est deorsum ad terrena
⁊ ideo non potest sursum respicere grauí infirmitate
gibbosa.xlix.dist.hinc etenim Lu.xiij.ibi.Basilius.
Brutorum siquidem caput humi deflexum est i ter⸗
ram cernit:caput hominis erectum est in celum.ocu⸗
li superna conspiciunt. Conuenit enim eum querere
superna:transcendere terrena intuitu.facit pre.c.hinc
eteni m.versi.gibbosus.Gibbosus vero est quem ter
rene solicitudinis pondus deprimit,ne vnq̃ ad sup⸗
na respiciat:sed solum in ijs que in infimis calcātur
intendit ⁊c. Post amatores suos vadit.Osee.ij.quis
vnum sepe sponsum legitimum derelinquit.Quinq;
viros concupiscit. Joan. iiij. quia peculeos sensus
carnaliter nutrit. Si legitimum virum vocaret im⸗
pudicos sensus, intellectus ⁊ ratio superaret nimis.
Terrenum regnum querit:sed regnum sponsi sui nō
est de hoc mundo.Joan.xviii.quod supra.xxxvij.ca.
§.ad illa.versicu.ij.diligenter exposui.Eleuauit se: ⁊
indurauit se:humiliauit se.Lu.xiiij.⁊.xviij.sed spon⸗
sus eius exinaniuit se:⁊ exaltauit se. Phil.ij. In ma
gnis:⁊ mirabilibus super se ambulat. ps. cxxx. sed
sponsus eius se humiliat ⁊ administrat. Luc. xxij.
Matth.xx. Nimis gladio vtitur temporali. sed di⸗
cit sponsus vicario suo, mitte gladium in vaginam.
Matth. xxvj. xxiij. quest. j.§.j. hic. supra. xxxvij.⁊
xiij.cap.exposui.ij.quest.vij.§.his ita respondetur mi
racula ⁊c.Multas pecunias habet ⁊ congregat.xij.
quest.vij.aurum. sed sponsus in pandochio nascitur.
Luc.ij. Pannis semicinctijs vtitur ⁊ induitur vt
ibi. ⁊.sponsus non habet vbi caput reclinet.Marc.
viij. Luc.ix. nisi in cruce. Joan. xix. ⁊ mendicus est
⁊ famet. Matth.iiij. ⁊ egenus factus est.ij. ad Co⸗
rinth.viij.⁊ sitit.Joan.xix.⁊ in alieno sepulcro quie⸗
scit. Matth.xxvij.ibi.Et posuit illud in monumen⸗
to suo nouo.vbi August. Ideo autem saluator in alie
na sepultura ponitur: quia pro aliorum moreba⸗
tur salute.vt quid ergo propria sepultura egebat:qui
in se mortem propriam non habebat? Gen.viij. In
zona non portat neque pecuniam neq; perā. Mar.
x.Luc.x. Non habet vnde soluat tributum: sed Pe
trum mittit ad mare vt de ore piscis tollat staterem
Matthei.xvij.xxiiij.quest.j. est aliud. Sed quan⸗
tumcunque ruge ⁊ macule appareant in membris
sponse: nunquā tamen ab ea sponsus separabitur:
quia in fide perpetua desponsauit eam. Osee.ij.xxvj.
distinct. cap.ij.Sed q̃uis filij sint rugosi ⁊ maculosi
plurimi: ipsa tamen in se est sine macula ⁊ ruga.
Ephe.v.xxxiij.quest.iij.recurrat. quia sponsus eius
in sancto habitat. ps. xxvj. quicunque sit ille ideo
non debemus ab ecclesia separari: in qua sunt misti
filij Agar cum filijs Sare: vt pre. cap. recurrat. Je⸗
busei id est conculcantes scilicet mali persequentes
cum filijs suis israel.xj. quest.iij. nolite. Et creda⸗
mus veraciter ꝙ istius ecclesie militantis caput ⁊
sponsus est christus.ad Col.j.Ephe.j. Joan.iij.extra
de sacra vnc.c.j.qui reprobata synagoga scilicet Va
sthi que interpretatur defunctio consummata.Hester
ecclesiam q̃ interpretatur eleuata sibi humilē copula⸗
uit.Hester.ij.supra cuius ecclesie caput regni spiri⸗
tualis ⁊ temporalis posuit diadema. Et si dicatur
nobis:christus est alibi,nolumus credere. Matth.
xxiiij.quia vere dies venient in quibus spiritus mē
dax ⁊ fictus spirituꝫ in ore habens ⁊ cor impietate
plenuꝫ dicet se spiritū veritatis.iij.Reg.xxij.⁊ mul⸗
tos seducet.Et sp̄us ꝯtra spiritū dimicabit:⁊ magis
carnalis reuera spiritus alium carnalem spiritū ap⸗
pellabit, ⁊ ꝙ verum dicat multas pro se presum⸗
ptiones habebit: ⁊ vt possit diuidere.Sed qui cū ec
clesia que communiter dicitur ecclesia non colligit:
spargit. Matth.xij.Luce.xj.xxiiij.q.j.qm̄.⁊.c.schis
ma Et qui pape qui communiter habetur papa nō
obedit: nec de ecclesia est. xciij.dist. qui cathedram.
Qui etsi me percutiat:me anathematizet,⁊ occidat
non separabor a charitate eius. Rom.viij.quia do⸗
minus meus est:pater ⁊ deus in terris:qui constitu
tus est a deo in hac egypto deus Pharaonis.Exo.
vij in prin.Si bene iudicat veniam peram: si enor⸗
miter ⁊ male:sufferam.xix.distin.in memoriam.cap.
distin.contra morem in princi. xj.q iij.§.cum ergo
sententia.Job.xxxvj.quia christus male iudicatus
est.j. Pe.ij.in fi.sed ab eo nō recedā:qꝛ aliā ecclesi⸗
neq; caput habeo ad quā cōfugiam.ix.q.iij.alio⸗.in
fi.Et in tempestate presentis diluuij aquarum mul
tarum tribulationum,ad christi vicarium ⁊ eius ec
clesiam approximabo:nec inueniar extra arcam ne
peream ab vndis ⁊ fluctibus temptationū Charyb⸗
di ⁊ Scylla ⁊ scropulis alijs interceptus. Igitur
attendendum est isto tempore fermentato etiā a fer
mento quorundam hereticorum dicentium sicut.s.
dixi nunc claues ecclesiam non habere.Sacramen⸗
ta non posse conferre:quia excommunicata ⁊ priua⸗
ta iurisdictione est. Et ꝙ papa potest iudicari ab im
peratore:sicut christus a Pilato ⁊ Cesare.Et ꝙ pre
sbyter tantam habeat potestatem quantam papa.
Et ꝙ vacante papatu imperator succedit iurisdi⸗
ctioni pape.Et ꝙ ecclesia non potest habere tempo
ralia,Et ꝙ christus quando ascendit celos, vicariū
non dimisit in terris.Quod autem claues sint apud
bonos ⁊ malos ab ecclesia toleratos:⁊ ꝙ vera sacra
mēta etiā mali ⁊ etiam heretici conferant:quātū ad
characterem:late.supra.lxv.ca.§.ceterū qꝛ.vbi pre⸗
dicta ⁊ lucide disputaui.materia aūt tractatur hic.j.q.
j.§.sed obijcitur.vsq; ad.§ ecce si clericus.⁊ quasi p
totam illam questionem.⁊ per xv.cap.de conse.dist.
iiij.a.c.hi de quibus:vsque ad.c.quos a paganis,in⸗
clusiue.⁊.iij.q.vij.§.fi. Quod vero papa vel eccle⸗ Nullus cleric⁹ potest ab imperatore iudicari.
sia vel clericus quilibet ab imperatore iudicari non
valeat:sꝫ contra.s̄.v.c.⁊.xliiij.c.vers.sed contra: simi
liter latius dixitū quia: papa a deo non ab homine
iurisdictionem recipit:⁊ ab eo solo iudicandus est.
ix.q.iij.a.§.solo.vsque ad fi.q.Tum quia imperator
inferior.xcvj.di.si imperator.⁊.c.cum ad verum: ex
tra de ma.⁊ obe.solite.xxj.dist.inferior. Tuꝫ quia est
imperator vicarius pape in temporalibus extra de
elec.venerabilem: quia a papa recipit imperium, ⁊
tenet:vt.s̄.dixi.Et vicarius non iudicat illuꝫ a quo
iurisdictionem habet:quia vna iurisdictio censetur

vtrinsqꝫ ⁊ consistorium: extra de ap. Romana. Et nemo seipsum in foro contentioso ⁊ sacramentali ēt iudicare potest. concor. ponūtur extra de iur. pa. per nostras: extra de iudi. cum venissent. xxj. di. nunc aūt glo. fi. Tum qꝛ imperator filius est ecclesie: ⁊ non pater. xcvj. di. si imperator. pater vero filiuꝫ corrigit: nō econtra: vnde ⁊ lex erubescit filios esse correctores patrum: in aut. de nup. §. si vero xxiij. q. iiij. displicet. versi. volūtas. Parab. xiij. xlv. di. §. Salomon. xcvj. dist. quis dubitat. Tum qꝛ imperator imperium tenet ab ecclesia sicut vasallus fidelis. lxiij. dist. tibi domino: extra in clem. de iureiu. Romani principes: sꝫ vasalli respondent sub iudicio domini: non econtra: extra de iudi. ceterum. facit quod no. de foro compe. veruꝫ. glo. fi. ⁊ quod legitur: ⁊ no. xxij. q. v. de forma. Tum quia imperator aduocatus ⁊ defensor ecclesie extra de elec. venerabilem. xcvj. di. si imperator. ⁊ ca. in scripturis. xj. q. ij. sacerdotibus. Tum quia imperator gladium recipit ab ecclesia. vt. s̄. in. prin. istius operis probaui: sed qui gladium ab alio recipit: non illum a quo recipit percutit: aut iudicat cum eodem ad quod bene facit quod legitur ⁊ no. xcvj. dist. si imperator. ibi. Et contra illius beneficia pugnare videatur a quo propriam consecutus est potestatem. facit etiam quod legitur ⁊ no. extra de na. ex li. ven. c. j. optime quod legitur ⁊ no. extra de postu. c. vlti. in glo. vlti. Tuꝫ qꝛ papa non homo simpliciter sꝫ quasi deus in terris est. ps. lxxxj. Ego dixi dij estis. extra ꝺ transla. c. ij. ⁊ c. quanto. ⁊ vt ec. bene. cap. j. sed homo deum non diiudicat: sed econtra. ix. iij. aliorum. Tum quia Moyses ⁊ Josue ⁊ Samuel qui typum tenēt pape: sicut rectores populi generales iudicant populum. Exo. ⁊ Josue quasi per totum. j. Regū. vij. non econtra. Tum quia papa non est de foro imperatoris: nec ratione papatus: quem non tenet ab imperio: sed a deo. Joan. vlti. xxj. dist. in nouo: nec ratione alicuius rei terrene ꝗꝫ imperatore teneat. Nam etsi imperator donationem fecit ecclesie de multis temporalibus. xcvj. dist. Constantinus: Jpsam tñ donationem liberam fecit: nec fecit eum feudatariū suuꝫ: aut emphytheotam, aut vasallum. lxiij. di. ego lodoicus. xvj. q. ō. j. §. nouatianum. ⁊ l. placet xxiij. q. ō. vlti. §. quāuis. l. scimus. Que donatio valida ⁊ perpetua est: vt no. pre. c. ego lodoicus. Si ergo papa non est ꝺ foro eius: adiudicari non potest per eum: vt extra de fo. compe. per totum. ⁊. xj. q. j. in primis: ⁊ extra de re iu. c. pastoralis: an clemen. fi. de iuris. om. iudi. l. vlt. extra de offi. le. nouit: extra de consti. vt animarum. §. fi. lib. vj. Tum postremo quia nedum non super papam christum dñi: sed nec super aliquem clericuꝫ potestas aut iurisdictio datur cuicūqꝫ laico: qꝛ sunt clericis inferiores laici ⁊ eis infesti: vt. ij. q. vij. in primis xxii. c. vsqꝫ ad. §. ex his extra de accusa. cuꝫ P. extra de constitu. ecclesia sancte Marie. extra de re. ec. non ali. cum laicis. xcvj. di. bene quidem. xj. q. j. in primis. xxv. c. vsqꝫ ad. §. cum ergo. Tum quia hoc quod iuris erat de facto ⁊ sancta consuetudine ⁊ debita reuerentia, hoc oēs reges ⁊ Romani principes seruauerunt. xj. q. j. sacerdotibus. xcvj. dist. in scripturis. xvij. dist. §. hinc est. Quod autem obijcitur ab heresiarcha nouello Marsilio Padouano ꝙ Pilatus iudicauit christum: sic ⁊ imperator papaꝫ iudicare potest. Respondeo ꝙ non iudicauit ipsuꝫ tamꝙꝫ personam publicam aut preeminentem dignitate: sed tamquam personam priuatam accusataꝫ sibi a principalibus synagoge ⁊ populo iudeorum tamquam

Christus quō a pilato iudicatus,

malefactorem qui in hoc erat de foro Cesaris ⁊ suo, qui erat preses in iudea pro imperatore. Unde ideꝫ Pilatus ait Luc. xxiij. Obtulistis mihi hunc hominem quasi hominem priuatum: non pontificem: nō in dignitate constitutum: ⁊ ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto. Tunc enim christus non tenebat personam pape: sꝫ simplicis hominis coram suo iudice accusati. Unde nec in hoc papa christo succedit. succedit enim christo in potentia. non in accusatione maligna facta de eo. Jmmo ꝙ si coram Pilato fuisset viuus de templi pontificibus accusatus, dixisset qꝺ dixit de christo. Accipite eum vos: ⁊ ſm legem vestram iudicate. Jo. xviij. Versipellis ergo vulpecula Marsilius paduanus allegauit literam euangelij que ipsum occidit. ij. Cor. iij. non intellectum verum spiritualem: ⁊ etiam literalem qui vtinam ipsum conuersum viuificet. Sed nec accusatores christi iudei ipsum accusauerunt Pilato vt pontificem vel scribam: sed vt quendam populi deceptorem: vnde dicunt. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Luc. xxiij. Exemplum ergo lupi rapacis non procedit: qꝛ si imperator iudicaret papam non iudicaret vt Titum vel Sempronium vel priuatum alium: sed vt papā: ⁊ ad hoc ille impius hoc exemplum allegat. Et si ille sciolus verus sciens esset in scripturis diuinis: vel si non dissimularet se scire: sensum ⁊ intellectum verborum euangelij acciperet, ⁊ non solum. j. q. j. marchion. Preterea quomodo non erubescit tale exemplum adducere: cuꝫ ⁊ Pilatus fateatur se christū perperam iudicasse. vnde ⁊ dicit Lu. xxiij. Nihil inuenio cause in homine. Et iterum. ibi. Ecce ego coram vobis interrogans, nullaꝫ causa inuenio in homine isto ex iis in quibus eum accusatis: sed neque Herodes. Unde ibi Amb. Hic Pilatus christum absoluit iudicio. crucifigit mysterio duorum ergo virorum testimonio Jesus insons ostenditur. Et iterum Joan. xix. Ego nullam inuenio in eo causam. Ubi Chryso. Non dixit. quia peccauit ⁊ dignus est morte donare eum festo, sed primum eum excusans tunc rogat ex abundanti: vt si tollent eum innocentem dimittere: saltem obnoxium darent tēpori. Nō ergo exemplo pernicioso: sicut fecit iste hereticus, sed legibus est iudicandum. C. de sen. nemo. vide. xx. di. c. fi. Rursus ille tam impius dogmatizat ꝙ quilibet presbyter tantam sicut papa habeat potestateꝫ. Quod falsum esse ⁊ erroneū nullus sane fidei ignorat: quia nedum papa: sed quilibet episcopus maior est in iurisdictione ⁊ administratione quolibet presbytero. naꝫ ipse est preordinator in cunctis. xxv. di. perlectis. versi. ad episcopum. extra de offi. archid. c. ij. de offi. archipresby. officium. in fin. Jmmo nedum episcopus maior est in iurisdictione presbytero, sed etiam archidiaconus qui ⁊ diaconus est: maior est in administratione nedum quolibet presbytero: sed etiam archipresbytero: qui maior est in ordine archidiacono: vt pre. c. perlectis, extra de offi. archid. ad hec. §. Archipresbyteri. Potest enim vnus esse maior in administratione: quamuis minor sit in ordine: vt no. xxj. dist. in nouo. in gl. c. Jtem quāquaꝫ olim idem diceretur presbyter ⁊ episcopus. vt. xciij. di. legimus: ⁊ papa Petrus vocet se presbyterum. ibi. versi. sed ⁊ Petrus, consuetudine tamen ⁊ iure ⁊ ordinatione decretum est: vt presbyteri subsint episcopis: ⁊ minores eis sint episcopi: nedum in ordinatione ⁊ consecratione episcopali, vt pre. ca. legimus,

Nō equalis est pape ⁊ cunctoꝝ presbyteroꝝ potestas,

in glo. hic respondet. Summus autem pontifex nedum maior est quolibet presbytero quantum ad omnia: sed etiam maior omnibus episcopis: excepto consecratione episcopali. nam & Petro data est potestas a domino super alios apostolos quibus succedunt episcopi. lxviii. dist. quorum vices: vt hec materia expeditur. xxi. dist. in nouo: vbi de hoc, lxxx. dist. in illis: vbi de hoc & no. xxiiii. q. i. loquitur & ii. q. vii. paulus: in glo. i. & c. quamquam. ibi. Episcopatus sit presbytero maior. & facit quod ibi no. in glo. Au. hoc preterea si tantam presbyteri & episcopi potestatem haberent sicut papa: tot essent dei vicarii generales in mundo, quot presbyteri & episcopi. Quod falsum & hereticum est: quia soli Petro dixit dominus Matth. xvi. Ego dico tibi tu es Petrus. Et iterum. Tibi dabo claues singulariter. & ibi. Quodcumque ligaueris: generaliter loquens sibi soli: extra de maie. & obe. solite. §. nos autem. Et iterum pasce oues meas. Joan. vlti. extra de elec. significasti. Iterum secundum hunc errorem Marsilii vna ecclesia haberet multa capita sicut monstrum: extra de offi. ord. quoniam. Multi essent sponsi ecclesie vniuersalis: quod falsum est: quia vnus fuit christus vnam ecclesiam desponsans: & vnus eius vicarius generalis sponsus ecclesie. i. ad Corinth. xi. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere christo. xxvii. q. i. nuptiarum. Et illud apostoli ad Ephe. v. exponens illud protoplasti. Hoc nunc os ex ossibus meis &c. Hoc autem dico magnum sacramentum in christo & ecclesia: extra de biga. debitum. facit. xxvi. dist. c. ii. Item presbyteri tenent typum. lxxii. discipulorum. xxi. dist. in nouo. lxviii. dist. corepiscopi. papa vero christi: sed illi. lxxii. discipuli non habuerunt tantam potestatem: quantam apostoli: qui soli mundum partiti sunt ad predicandum & conuertendum: nedum quantum Petrus & Paulus. Item solus Melchisedech tenuit typum christi: vnde dicitur ps. cix. Tu es sacerdos in eternum &c. Alii presbyteri testamenti veteris aliorum sacerdotum testamenti noui. xxi. dist. §. i. vnde translato sacerdotio &c. extra de consti. translato. Item quum a papa tamquam a primo fonte descendat omnis iurisdictio & episcoporum & presbyterorum. xxii. dist. c. i. xxiiii. q. i. loquitur. non potest papa sic ex toto iurisdictionem suam alteri dare, quod tantam habeat sicut ipse. alias posset archipapam vel saltem papam aliud sibi consortem facere: quod falsum est. viii. questio. i. si Petrus. cum. cap. seq. quia nec alium papam potest facere: nec se sua iurisdictione priuare: ad quod facit quod legitur & no. extra de censi. cum venerabilis: in glo. hic patet quod legitur & no. extra de dona. pastoralis: in glo. si ita. Ad horum supradictorum declarationem sciendum est quod est quadruplex maioritas in ecclesia dei. adde hic quod scripsi in xxxvii. cap. versi. primo: & versi. est autem. Prima ex tempore. xvii. dist. §. hoc quoque. & §. verum. & xcvi. dist. bene quidem. lxxv. dist. c. vlti. extra de ma. & obe. c. i. Secunda ex prerogatiua ordinis: extra de ma. & obe. statuimus. Tertia ex prerogatiua ordinantis seu constituentis: extra de ma. & obe. per tuas. ff. de albo scri. l. vlt. in aut. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cos. circa fi. col. ii. ff. de re iu. quidam. Quarta ratione dignitatis seu maioritatis officii. Hac ratione dicitur archidia. maior archipresb. vt dictum est: & potest vnus minor & maior esse altero. ii. q. vii. quamquam. & ca. queritur. Idem in abbate in minoribus constituto: extra de eta. & quali. cum sicut in subdiacono electo & confirmato: extra de electio. transmissam. Item potest esse maior & equalis. sicut Petrus fuit maior apostolis in dignitate seu officio: sed in apostolatu seu ordine episcopali par fuit & equalis. ii. q. vii. puto. xxi. dist. in nouo, secundum hoc intellige. xvii. di. multis. ff. quando appel. sit. l. i. §. sed si. C. de offi. vica. l. i. In eo autem quod quis minor est, alii scilicet maiori debet reuerentiam exhibere: ergo quum archidiaconus in missa minor sit archypresbytero, tunc debet ei seruire: sed eo maior est extra missam in voce, in loco, in iurisdictione & aliis que ei competunt ratione dignitatis: secundum hoc intellige. xxxii. q. v. est ordo. xciii. dist. a subdiacono: extra de offi. archid. c. i. & c. ad hec: secundum Ostien. qui. i. no. extra de offi. archid. c. i. sic intellige. xxi. dist. §. in his omnibus: cum cap. seq. Item notandum quod persona preest persone quinque modis: scilicet ex officio. xxi. dist. in nouo. Vite merito. ii. q. vii. c. i. Ordine. xciii. dist. a subdiacono. Administratione vt archipresb. extra de of. archipresb. c. i. consecratione: vt episcopus omnibus. xxi. di. c. i. Hec prelatio consistit in tribus. In iudiciis. xxi. dist. inferior. in preceptis. xxi. dist. nunc autem. In sacramentis. xxi. dist. denique secundum Archid. qui ita no. xxi. di. in pre. §. in his. Item notandum quod maior potestas attenditur quandoque ex dignitate ordinis: quandoque ex dignitate dispensationis siue administrationis. Petrus autem ex prerogatiua ordinis vel consecrationis non habebat: sed ratione administrationis: secundum Lau. qui sic no. in pre. ca. in nouo. Item dicendo quod quilibet presbyter sit equalis pape in iurisdictione, confunditur ordo superior contra. ca. lxxxix. dist. ad hoc. ista sunt addenda iis que de ista materia tetigi. i. in prin. istius operis. Dicit etiam ille perfidus Marsilius quod vacante papatu succedit imperator. Sed vnde hoc habuit, & quo motu hoc dixit, ignoro, quum nedum omnis scriptura: sed huic positioni omnis ratio contradicat. Papa enim succedit imperio extra de fo. compe. licet: extra de re iudi. pastoralis: in clemen. Non imperator in papatu. Que enim communicatio cani & sancto? Eccles. xiii. ii. Corinth. vi. profanis & diuinis? extra de iude. ad hec. xii. q. ii. nulli. Subdito & domino, extra de elec. venerabilem. Quomodo potest imperator in ecclesiasticis succedere, quum inhabilis sit ad talia possidenda & tractanda? quum etiam statutum factum ab eo in ecclesie fauorem non valeat, nisi expresse ab ecclesia approbetur. xcvi. dist. bene quidem: extra de constitu. ecclesia. Quia Balthasar vasa templi contaminat a deo percutitur. Dan. v. de conse. dist. i. vestimenta. Item Ozias rex iuda quia sacerdotum officia vsurpare voluit: a domino lepra percussus est. ii. Paral. xxvi. ii. q. vii. §. item cum Balaam. versi. sicut ergo. Item Heliodorus missus a rege Antiocho inuadere erarium vbi erant in templo reposita deposita: calcibus equi mirabiliter apparentis percussus, semiuiuus relictus est. ii. Machab. iii. Item si imperator succederet in papatu: iam solueret & ligaret: sed non imperatoribus sed piscatoribus date sunt claues a deo. de pe. di. i. quem penitet & non laicis: sed presbyteris. Imperator enim a sacerdotibus ecclesie anathematizatur & religatur. xcvi. dist. duo. ad hec faciunt. xcvi. dist. satis euidenter. xvii. di. §. hinc etiam. Item Amb. imperatori volenti ecclesiam occupare ait: quid tibi & adultere? adultera est que non tibi est legitimo matrimonio copulata. cedat palatium imperatori: ecclesia antistiti. xxiii. q. viii. conuenior.

Non potest papa sua se iurisdictione priuare.

Maioritas quadruplex.

Prelatio quinque modis haberi potest.

Papa succedit imperio: non contra.

nior.

ueniol. Distincta autem quantum ad hoc sunt officia Romanorum pontificum ⁊ imperatorum. x. di. quoniam. xcvi. di. cum ad verum: vnde in fine ibi dicitur de imperatore: ac vicissim non ille rebus diuinis presidere videretur: qui esset negocijs spiritualibus implicatus. vide. s. c. xl. versi. item error. Insuper quod dicit ille impius subdolus ⁊ sophista ꝙ ecclesia temporalia habere non potest. falsum est: quia nedum laici sed etiam clerici possunt habere temporalia ⁊ proprium. Sed ista de antiqua heresi traxit. hi sunt enim heretici qui condemnant proprium habentes in hoc mundo. xxiiij. q. iij. quidam. versi. apostolici. Alij etiam sunt qui dicunt ꝙ a tempore Syluestri pape qui recepit donationem a Constantino: de qua. xcvi. dist. Constantinus: ecclesia nõ fuit in statu salutis. Sed istis mentita est iniquitas sibi. ps. xxvi. nam ecclesia primitiua habebat pecunias ⁊ proprium in communi. Actu. iiij. ⁊ v. xij. q. j. dilectissimis. ⁊ c. scimus. Unde ⁊ videntes summi sacerdotes ⁊ alij fideles magis expedire ecclesijs habere possessiones quam pecunias que dabantur eis ex possessionibus venditis dederunt eas possessiones que in ditione episcoporum consistunt. xij. q. j. videntes: de predijs ecclesiarum. xij. q. ij. quasi per totum: propter hanc etiam causam christus aliquotiens habuit loculos. Joan. xij. quia sua erat ecclesia loculos habitura. xij. q. j. habebat. ⁊ c. exemplum. xxiij. q. iiij. duo ista. Quod autem ⁊ episcopi ⁊ alij clerici possint habere proprium in speciali qui religiosi non sunt clarum est. xij. q. j. episcopi. cum. ij. c. seq. ⁊ §. cum ergo. ⁊ §. ostensum. ⁊ c. ult. ⁊ q. ij. monemus. ibi. reddere compellatur. ⁊ j. q. ij. clericus. ⁊ c. pastor. xij. q. iij. ca. j. ⁊ q. iiij. c. vlti. extra de testa. c. j ⁊ c. cũ in officijs. Item si sancti martyres ⁊ confessores prelati in ecclesia dei sciuissent esse peccatum ecclesiam bona temporalia possidere: nunquam donationes talium recepissent ⁊ dispensassent. sic argumentatur Prosper. xij. q. j. expedit: simile ca. vij. q. j. ois qui gemebat. Preterea filij leui, qui clericos prefigurãt. xxi. di. §. j. terras ⁊ ciuitates habebant: ⁊ aliqua alia propria possidebant. xiij. q. j §. his ita. nec amplius allego: quia ista est heresis manifesta: de hoc etiam scripsi. s. xl. capit. versi. item error est. Postremo quod dicit dictus hereticus Marsilius ꝙ quando christus ascendit celos: non dimisit vicarium: falsum ⁊ hereticum est: quia est ecclesiam acephalare. idest sine capite dimittere, contra illud. xciij. dist. nulla. Et quia dimisit loco sui Petrum ⁊ successores cui dixerat pasce oues meas. Joan. vlti. Omnes enim Romani pontifices successores Petri sunt: ⁊ personam eius tenent. Unde sicut Petro sic ⁊ cuilibet eius successori dixit verba predicta christus. vt est expressum extra de ma. ⁊ obe. solite. §. nos autem: ⁊ de transla. episcopi. quanto. ibi. soli beato Petro: ⁊ p ipius successoribus suis: ⁊ ibi. Roma. pon qui non puri hominis: sed veri dei vicem gerit in terris. ⁊ c. licet. ibi. qui successor est Petri ⁊ vicarius Jesu christi: ⁊ extra vt eccl. bene: vt nostrum. ibi. quoniam etsi locum dei teneamus in terris: ⁊ extra elec. vbi periculum. §. ceterum. l. b. vj. ibi. cum agitur de creatione vicarij Jesu christi successoris Petri. ⁊. ca. fundamenta. §. decet. ibi. ipsoq; vicarij dei Romani pontificis. lib. vj. Et expressissimum de homici. pro humani. j. responso. lib. vj. ibi. Dei filius Jesus christus ne gregem sui precio sanguinis gloriosi redemptum ascensurus post resurrectionem ad patrem absq; pastore desereret: ipsius curam beato Petro apostolo vt sue stabilitate fidei ceteros in christiana religione firmaret: eorumq; mentes ad salutis opera sue accenderet deuotionis ardore: commisit. ⁊. j. ibi. Nos eiusdem apostoli effecti disponẽte domino licet immeriti successores: ⁊ ipsius redemptoris locum in terris: quãquam indigne tenentes. Unde ibi glo. Jo. an. super verbo desereret, dicit. Per hanc literã satis patet ꝙ potestas Petri transiuit ad posteros: alias post Petrũ sine pastore remansisset ecclesia ⁊ sine capite: quod est falsum: extra de offi. or. quoniam: ad hoc facit. xl. dist. non nos. Non nos beatum Petrum sicut dicitis a domino cum sedis priuilegio vel successores eius peccandi licentiam iudicamus suscepisse. Ille quippe perennem meritorum dotem cum hereditate innocentie transmisit ad posteros ⁊c. Immo vacante ecclesia per mortem pape: non est dicendum ꝙ remaneat sine capite: quia hoc dictum non esset remotum ab heresi: q: tunc corpus cardinalium ⁊ tota ecclesia habet caput ecclesie generale ⁊ verum ⁊ proprium, christum scilicet viuentem: de conse. dist. ij. prima. in fi. ad hoc. xxij. dist. c. j. ⁊ ij. Succedit etiã collegium card. tunc in quibusdam: extra de elec. vbi periculum. §. idem quoq; lib. vj. ⁊ de elec. ne Romani. §. eo tamen: in clemen. ⁊ sicut etiam no. Ostien. extra de pe. ⁊ re. cum ex eo in fi. ⁊ no. Joan. an. post eum extra. de schisma. c. j. in glo. non cap. Item beatus Petrus post Ascensionem domini primo rexit ecclesiam Antiochenam: ⁊ tunc illa erat caput: postmodum eius sedes translata est Romam iubente domino. xxiiij. q. j. rogamus. ⁊ ipse Petrus pro se Clementem instituit. viij. q. j. si Petrus. ⁊ c. oportet. ⁊ c. Clemens: ⁊ deinde electi Romani pontifices processerunt vsq; ad tempora ista: ⁊ procedent vsq; ad diem iudicij loco christi: quia ecclesia que est corpus christi non potest esse nulla ⁊ mortua absq; capite. ⁊ ad hoc optime facit. xxiiij. q. j. pudenda. in fin. ibi, vt quoniam ecclesia nulla esse non potest. ea sit in apostolice sedis per successores episcoporum radice constituta ⁊c. ⁊ c. didicimus. ibi. si vero apud Corneliũ fuit q Fabiano episcopo legitima ordinatione successit. Uere ergo qui hec negat: christum negat spõsum ecclesie: quia nunquam fuit nec erit ecclesia sine sponso. Sed heretici in partes diuisi quia multos faciunt sponsos ecclesie: ideo negant vnum verum. ca. ad hoc. j. q. iij. saluator. versi. ꝙ vero. Isto autem tẽpore increscunt hereses dicte ⁊ alie: quia intra ecclesiam pro magna parte in omni statu regnat hypocresis genimen heresis. Quare autem deus permittat hereses dicit Aug. xxiiij. q. iij. c. vlti. Sed qui filij legitimi sunt ecclesie numero ⁊ re: non seruant ecclesie sancte de mẽdacijs: nunquid deus ⁊ ecclesia indiget nostro mendacio, vt pro illis loquamur dolos? Job. xiij. Quandocumq; lingua ⁊ cor non concordant, mendacium est: etsi extra propositum lingua verum dicat: quia mentiri est contra mentẽ ire. xxij. q. ij. homines. ⁊ c. is qui. Recordemur scriptum esse Esa. v. Ue qui dicitis bonum malum ⁊ malum bonum. xj. q. iij. v e qui dicitis. Non iustificemus nosmetipsos. Confiteamur ergo quia digni sumus ⁊ ecclesia in suis membris puniri: quia nimis discessit a sponso. Et ideo comprehenderunt eam amaritudines. Nos enim filij Israel: christiani nomine ⁊ non re: filij iniqui disposuimus testamentum cum gentibus, que circa nos sunt: ⁊ edificauimus intra ecclesiam gymnasium: ⁊ fecimus nobis preputia dimissa

An ecclesia possit tẽporalia possidere.

Uicarius a christo celos ascẽdente relictus.

ſancta circunciſione ſpirituali: ⁊ receſſimus a teſtamento nouo ſancti euangelij: extra de ele.miſ.cum Marthe.§.ceterum: ⁊ iuncti ſumus nationibus, ⁊ venundati: vt faciamus malum in iniquitatibus noſtris.j.Machab.j.⁊.iiij.v ⁊.vj.Eſa.l. Nam ſecundum Bernard. noſtra nos diabolo voluntas mancipat: non poteſtas ipſius: ⁊ ideo ceci ſumus quia venundati. Eſa.xliij. Facta eſt Hieruſalez eccleſia muſitanis: habitatio exterorum: id eſt peccatorum: quia ipſa in ſe nō peccat.xxj.diſt.quamuis: ⁊ facta eſt extera ſemini ſuo ſancto quod chriſtus in ea ſeminauerat. Matth.xiij. ⁊ nati eius reliquerunt eam: quia de ſanctitate eius non curant. Sanctificatio eius deſolata eſt: quia non colitur. Dies feſti conuerſi ſunt in luctum: quia opera ſcelerata que in ea fiunt planctu ⁊ luctu digna ſunt: quia gaudium ſpiritusſancti receſſit ab ea. Sabbata eius in opprobrium: q; ſabbata carnalia ⁊ venalia. Honores eius in nihilum: quia poſtpoſuit honorem dei propter honorez mundi ſecundum gloriam eius mundialem multiplicata eſt ignominia eius. Hec leguntur.j.Machab.j. vbi typicatur ruina eccleſie in filijs. Ve autem tribulantibus eccleſiam ⁊ diſcedentibus ab ea: quia contritione duplici corporis ⁊ anime contererentur: ⁊ hic etiam puniuntur tribulantes eccleſiam aliquotiens exterioribus tribulationibus nedum interioribus: ⁊ in perpetuum ſine fine: de peni. diſt.iij.§. authoritas.verſi.ignis accenſus eſt. Poſſemus nos interim filij obedientie eccleſie in patientia poſſidere animas noſtras. Luc.xxj flagella digniſſima noſtre purgationis. de pe.di.ij.ſi enim.vltra medium.verſ. edificemus: quia nulla res ſic purgat peccata: ſicut tribulatio ſcienter ⁊ patienter aſſumpta. Nam ſecundum Auguſt. Quod fornax auro, lima ferro: flagellum grano, mola oliue, hec tribulatio iuſto. Oremus ſicut dicit dominus Mat.v.⁊ Luc.vj.xxiij.q.iiij.§. ex his. pro ijs qui nos perſequuntur: quia magis ſe tribulant quam nos: quia etſi nobis inferunt vtiliter damnum pene: ſibi inferunt damnum ⁊ malum culpe: a quo malo in oratione dominica petimus liberari. Matth.vj.⁊ Luc.xj. Multum refert ſecundum Auguſt. in ſermone Innocentum. inter ferre malum ⁊ inferre malum: nihil enim ſimpliciter malum ⁊ ſecundum Theodorum in coll. de nece ſanctorum in lib. Joan. Caſſi. ſimpliciter niſi vitium ⁊ peccatum: pena enim maluz non eſt proprie: immo aut purgatiua aut punitiua ipſius mali culpe eſt: quia omnis pena de ſe iuſta ⁊ ex cauſa. Unde ⁊ dominus Jeſus chriſtus ſumme bonus mala pene pro nobis pertulit: vt culpe pelleret male noſtre. Unde ⁊ de eo ſcribitur Deut.xxj. Et Gal. iij. in fin. Maledictus a deo qui pendet in ligno id eſt chriſtus malo pene addictus: qui in ligno pro nobis pependit.j. Pe.ij. in fi. Compatiamur ergo eccleſie tribulate: ſed magis tribulantibus ⁊ perſequentibus eam: quia qui eam perſequitur: ⁊ perſequitur chriſtum qui eſt caput eius: vnde ⁊ ipſe paulo ait Actu.ix. Saule ſaule quid me perſequeris, id eſt mēbra mea fideles meos eccleſiam meam, fidem meam? ſecundum Auguſti. Item ipſe ait prophetam Zach.ij. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.ij.q.vij. accuſatio.j. ⁊ ibi. in fi. quoniam iniuria eorum ad eum pertinet cuius legatione funguntur. Ad idem.viij.q.j. qui vos. Et dominum crucifigunt: qui eum in ſuis ſacerdotibus perſequuntur.iij.q.j.nulli in fi. Non incipit nunc eccleſia perſecutiones pati nutrita eſt in perſecutionibus: ⁊ in eis creuit.xij.q.j.futuram: ſicut piſcis in aqua.xvj.q.j.placuit. In pace carnali decreuit.vt.ē. xxxvj.c.verſi.ꝙ antē.⁊.lxvij.c.§.firma.verſi adaperi at: late dixi. tunc vere ſtringit ⁊ amplexatur chriſtum ſponſum in hac vita pro nobis tribulatum.ps. Domine exaudi.ibi.⁊ a tribulatione peccatoris: qm ſibi facit in tribulationibus comitatuz. Non ſunt anni ducenti ꝙ cum Alexandro canonice electo in ſede apoſtolica. Octauianus ⁊ Jo. poſt euz ſchiſmatici coeliguntur: ⁊ fauore Conradi imperatoris defenduntur: ⁊ durauit ſchiſma.xviij. annis. De alio ſchiſmate fit mentio extra de ſchiſma.ca.j.⁊ de elec. quia diligentia.⁊.ē.lxv.c.§.ceterum quia verſi.item dicitur proprie tetigi.

Quare prelatoruz ſententie non ſeruantur. Peccāt mortaliter prelati in mortali cōſtituti publica officia exercentes. Cap. 69.

NUnc querendum eſt quum eccleſia tantam nunc habeat potentiam temporalem, cur prelatorū ſententie aut nullo modo, aut male a ſubditis pro maiori parte ſeruantur: paruipenduntur, ⁊ deſpectui habentur? maxime quum in eccleſia dei maior pena ⁊ cōfuſibilior eſſe non poſſit, ꝗ̄ anathema: quod ſeparata corpore chri: quod eccleſia.iii.q. iiij.engeltrudez.xj.q.iij.nemo: extra de ſen.excom.ſacro.§.cūq; ibi.tantam infligere penam.xxiiij.q.j.corripiantur. Ad quod reſpondeo ꝙ duplex eſt cauſa: precipue vna eſt ⁊ prima: quia preſident in chortis confidentes.c.xvj.q.j in canonibus. ⁊ que ſua ſunt querentes. ad Phil.ij.lxiij.diſt.noſſe: extra de cenſi. cum apoſtolus.⁊.c.procurationes. Quomodo autē intelligatur iſtud verbum apoſtoli exponit Auguſt. viij.q.j.ſunt in eccleſia.ibi. Quid eſt ſua querentes? Non chriſtum gratis diligentes: Non deum propter deum querentes: Temporalia commoda ſequētes: Lucris inhiantes: Honores ab hominibus querentes.⁊.c.exactores. In eccleſia dei potius ꝗ̄ dei pontifices nominati.x.q.iij.quia cognouimus. Cuz quadam iactantie temeritate ⁊ iudiciaria inuectione non in lucris animarum: ſed in predandis hominibus ⁊ ſpoliandis ⁊ ſcandalizandis fratribus: operam dantes.x.q.iij. cauendum. animarum pericula non cauentes: contra illud extra de conſti.vt animarum: ⁊ de iureiu.contingit.⁊ de ſepult.c. animarum. lib.vj.⁊ facit eo.lib.de offi.leg.ca.j. immo animabus potius laqueos inijcientes.xxvij.que.j.de viduis.ij. Ex animo frequentius procedentes.xj.q.iij.§.ſi ergo. Iniuſte pro cauſis leuibus ⁊ minimis excommunicantes: contra illud.xj.q iij.epiſcopi.⁊.c.nemo ⁊.c.nullus. Potius timeri quam amari volentes, ⁊ potius tyranni ⁊ domini quam paſtores ⁊ ſocij ⁊ patres apparere volentes.x.q.iij.quia cognouimus cum.c.ſeq.xcv.diſt.ecce.j. Pe.v. in deuia mortis ſubditos impellentes: qui predicatione eorum ad viaz vite fuerant reuocandi: extra de deci.quamuis. Decimantes mentam cyminum ⁊ anetum: ⁊ relinquentes que grauiora ſunt legis iudiciuz: ⁊ miſericordiā: ⁊ fidem. Ceci duces excolantes: culicem: camelum autem glutientes. Matth.xxiij.vbi Chryſo. Quia ſacerdotes auaritia pleni, ſi quis decimam partem alicuius rei vel minime non obtuliſſet: corripiebant

Qua de cauſa prelatis eccleſiaſtica reſpectui habeatur.

eum quasi magnum crimen fecisset: si quis autem alterum ledebat: aut in deum peccabat: non curabant eum corripere: de lucro quidem suo soliciti: de gloria autem dei & salute hominum negligent conseruare. iusticiam & facere misericordiam & habere fidem propter suam gloriam deus mandauerat: decimas autem offerre propter vtilitatem sacerdotum: vt sacerdotes quidem populo in spiritualibus obsequantur: populi autem in carnalibus sacerdotum subministrent sic modo fit: quia omnes de honore suo sunt soliciti: de honore autem dei nullus. Portiones autem suas vigilanter defendunt: sed circa ecclesie obsequium curam impendere non intendunt. Si populus decimas non obtulerit murmurant omnes: si peccantem populum viderint, nemo murmurat contra eos. Sed quia scribarum & phariseorum ad quos dominus loquebatur quidam populares erant: non est incongruum vt aliam expositionem faciamus: propter eos qui decimam dabant. nam & qui accipit decimas recte decimare dicitur: & qui dat. Scribe igitur & pharisei minimarum quidem rerum decimas offerebant: ostendende religionis gratia. In iudicio autem erant iniusti. in fratribus sine misericordia. increduli in veritate: hucusque Jo. Chryso. Item ibi Hilarius. Et quia minus piaculi esset decimationem oleris quam beneuolentie officium preterire: arridet eos consequenter dominus: dicens. Duces ceci excolantes culicem, camelum autem glutientes. Camelum puto esse magnitudinem preceptorum, iudicium, misericordiam, & fidem. Culicem decimationem mente: & aneti & cymini: & reliquorum olerum vilium. hoc autem precepta dei que magna sunt deuoramus atque negligimus: & operationem religionis in paruis quod modicum lucrum habent cum diligentia demonstramus. Item ibi Orige. Excolantes culicem: idest expellentes a se minima delicta: que culices nominauit. Camelum autem glutientes: idest committentes maxima delicta: que nominauit camelos: animalia videlicet tortuosa & grandia. Item menta & anetum & cyminum conditure sunt: non principales cibi. sic in conuersatione nostra quedam sunt necessaria ad iustificationem: vt iudicium: misericordia, & fides. Alia sunt quasi condientia actus nostros, & suauiores eos facientia: vt abstinentia, risus, ieiunium, genuflexio & huiusmodi. Quomodo autem non existimantur ceci, qui non vident: quoniam nihil prodest cautum esse dispensatorem in rebus minimis: quum principalia negliguntur. hos ergo sermo presens confundit: non quidem leuia prohibens obseruare: sed principalia precipiens cautius custodire. hucusque Orige. Adde hic que scripsi. j. in. ij. parte. in. §. aliud vitium peculiare. versi. quoniam: cum ve. in c. lxxviij. Camelum autem vere prelati nostri temporis glutiunt: grauia committentes: & pro menta aneto & cymino: idest pro leuibus sententias fulminantes in subiectos: vt pre. c. episcopi. & c. nullus. Onera importabilia super subditorum. humeros imponentes & ea digito mouere nolentes. Matth. xxiij. Chryso. in homil. In quo duplicem eorum malitiam ostendit vnam quidem in hoc quod sine venia expetunt a subiectis summam diligentiam vite. Aliam vero in hoc quod sibiipsis multam concedunt licentiam. Oportet autem bonum principem econtrario se habere: in ijs quidem que secundum se sunt, grauem iudicem esse: in subiectis autem mansuetum. Maxime autem accusatione dignus est qui doctrine authoritatem habens, legem transgreditur. Primo quidem quia preuaricatur qui alios corrigere debet. deinde quia peccans maiori pena est dignus propter honorem. Tertio quia plus corrumpit, velut in ordine doctoris peccans. hucusque Chryso. de hoc. xxvj. q. vij. alligant. Rursus legis conditores & predicatores sed primi preuaricatores: contra illud. ix. dist. iustum palea est. C. de legi. digna vox. ff. quod quisque iur. l. j. di. j. humanum: extra de constitu. cum omnes. §. cum igitur de preben. pro illorum de homici. cum iuramento. l. dist. ponderet. in prin. ij. q. j. nemo. Aerem sunt verbis verberantes. Corpora in delicijs nutrientes: contra illud. j. ad Cor. ix. xxxv. dist. ecclesie principes: non in seruitutem religentes. Cymbala & campanas pulsantes: sed sonitum virtutum non habentes: contra id. xliij. dist. sit rector. Non moderamine & discretione preuia sententias trutinant: sed mentis impetu vel furore. sententias iaculantur: contra illud. xj. q. iij. illa. cum tribus. c. seq. Alia causa de contemptu sententiarum prelatorum: est subditorum infidelitas: qui in prelatis authoritatem & iurisdictionem non attendunt: sed vitam, & propter vitam non iustam credunt sententias iniustas: contra illud. Mat. xxiij. super cathedram Moysi &c. j. q. j. non quales. & c. multi. & in omnibus. c. e. causa. & q. a. §. sed obijcitur: vsque ad. §. ecce: & extra de deci. tua nobis. & iij. q. vij. §. vlti. & viij. q. iiij. nonne. xix. dist. sedet. lxxxiij. di. §. fi. Sed inter vtrosque prelatos & subditos loquens illa lucerna prelatorum Greg. de facto hanc determinat questionem dicens. Cuius vita despicitur, restat vt eius predicatio contemnatur. iij. q. vij. §. porro: virtutes enim corrigunt vitia: & non verba communiter. c. xxxj. q. j. cum renuntiatur. Unde & notat archid. in pre. §. porro. versi. item in euangelio super verbo festucam. quod sacerdos vel prelati exercentes officia publica: vt missam dicendo vel confessiones audiendo vel excommunicando vel iudicando vel similia faciendo. si sunt in mortali, peccant mortaliter: non quia talia faciunt: sed quia talia in tali statu presumunt. l. dist. quid est. & c. cum exaudiero. xix. dist. secundum ibi. Male bona administrando sibi tantum nocuit. xv. q vlti. scisitantibus ibi. Quoniam mali bona administrando se tantummodo ledunt: & cerea fax accensa, sibi quidem detrimentum prestat: alijs vero lumen in tenebris administrat: & vnde alijs commodum exhibet: inde sibi dispendium prebet: ad hoc expresse facit Rom. ij. de pe. di. vj. c. j. vlti. col. ibi. Iudicans enim alium qui est iudicandus condemnat seipsum: & in glo. ibi peccat ergo. vbi de hoc Adde hic quod scripsi. j. in. ij. parte. in. c. xx. in. §. sed vt sciant. versi. j. Actus vero priuatos bonos faciendo: vt sunt orare, ieiunare, laborare, non peccant, immo ad hoc tenentur si ieiunare se volunt & de peccato exire. c. de pe. di. j. quamobrem. & dist. iij. c. siquis. Prelati ergo si volunt vere corrigere, corrigant vita potius quam verbo: quia contraria contrarijs curantur. Unde Greg. in homil. super euange. si quis vult. Nam sicut arte medicine: calida frigidis, frigida calidis curantur. Ita dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis: vt lubricis continentiam: tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem: elatis preciperet humilitatem. Humilis ergo corrigit superbum: misericors impium & auarum: castus immundum: verax mendacem: vnicus diuisum: rectus duplicem: sobrius gulosum: mansuetus furiosum: seruens spiritu acidiosum: amans inuidum: fi

debis proditorem.purus malitiosum pacificus di-
scordem:catholicus hereticum. Ista est conuersio &
predicatio realis non hypocretalis & verbalis: que
potius destruit quam edificet:nam potius audito-
res attendunt ad facta: quam ad verba. Tali predi-
catione virtuosa cōuerterunt apostoli totuz mundū.
secundum Chriso.non per miracula Tales sunt pre
dicationes non mortue:que sunt plene rubricis & di
stinctionibus & verbis rhetoricis cum prauis mori
bus populum scandalizantibus,potius quam con-
uertentibus:sicut fiunt hodie communiter per reli-
giosos verbales. querentes que sua sunt non que
christi in populo eius.viii.q.i.sunt in ecclesia:adulte
rantes verbum dei.ii.Cor.ii. Et ideo dicit domin⁹
presidentibus Hiere.vii. Nolite confidere in verbis
mendacii dicentes templuz dñi,tēplū dñi,tē.do.Et
iterum.vos cuz austeritate imperabatis eis Ezech.
xxxiiii.c.& .xlvi.dist.hoc habet. Et iterum. Nō sicut
dominantes in clero:sed forma:idest exemplum fa-
cti gregis ex animo:idest dilectione.i.Pet.v.xlv.di.
§.ex his.xxiii.dist.legimus.xcv.di.esto. Vere para-
bola domini adimpletur hodie quia omnes boues
& asinos extrahunt die festo de fouea. Luce.xiiii.Ca
dunt peccatores in foueam peccatorum. Luc vi.ex-
tra de eta.& qua.cum sit.Et non est qui extrahat:sed
est qui amplius liget:& infirmum demergat cum li-
gaminibus infinitis:vt intantum multiplicat⁹ fu-
niculus non rumpatur:sed in eo peccator desperat⁹
& deficiens suspendatur. Vera autem iustitia eccle-
sie compassionem habet:non multiplicatam ligatio
nez.xlv.di.vera. In misericordia & compassione fun
data est ecclesia.in Petro cadente: & dei misericor-
dia resurgente.l.dist.considerandum.non in crude-
litate & persecutione. Parum de oleo charitatis est
hodie in ecclesia dei: & ideo prelatorum lampades
extinguūtur. Matth.xxv. Defecit manna dulcedi-
rum simul miscetur in quo casu sicut ecclesiasticum tamquam dignius trahit ad se seculare: extra de or. cog. tuam. sic & penitentiale contentiosum. e. extra de conse. eccle. q in dubiis. Est & alia ratio: qr non homo hanc sententiam profert: sed potius deus per hominem, cui hanc potestatem dedit. xj. q. iij. nemo. j. Iustum ergo dignum & equum est q a tali nullus possit absolui: nisi deus vel eius vicari9 scilicet sacerdos: qui solus & non inferior habet clauium potestatem. cap. eo quod legitur & no. extra de sum tri. c. j. § vna vero est: & extra de pe. noua. Unde & in isto casu fallit regula illa qua dicitur: qui potest ligare, & soluere: extra de ma. & obe. cum inferior. Officialis nempe episcopi non sacerdos potest excommunicare: & tamen non potest absoluere: vt predictum est. Et ex premissis ibidem colligitur alia ratio: quia excommunicare solius iurisdictionis est. Absoluere: vero non solum iurisdictionis: sed & fori penitentialis: & sic miste nature est: Unde & ipsa vi relinquitur q aliud iuris est in vno quam in alio secundum Osti. qui ita no. in pre. c. a nobis. ij. in glo. scilicet per peccatum. Hoc idem ipse Ostien no. in summa de senté. excommunica. §. quis possit ab hac sententia. versi. sed nunquid clericus. Hoc idem videtur tenere Innocen. extra de consue. quanto. & pre. c. cum illorum & pro hoc facit. c. canonica. de sen. excom. & xxiiij. q. iij. notandum. & vi. q. j. illi qui extra de rap. in literis. & de sepul. parochiano. de pe. di. j. verbum. & c. quantumlibet. xxiiij. q. j. §. his authoritatibus. Sed salua reuerentie tantorum dominorum, contrarium dico q non sacerdos si clericus est & iurisdictionem habet: potest absoluere sicut potuit excommunicare: qr aliud est ligamé peccati: a quo non sicut absoluit nisi sacerdos vt iuribus per Ostien. all. Et aliud est ligamen excommunicationis: que non est peccatum, sed pena pro contumacia peccati. xj. q. iij. nemo. & c. certum est. xxiiij. q. iij. tam sacerdotes: & legitur & no. de verbo. sig. ex parte. j. & que medicinalis est. xxiiij. q. iij. corripiantur: extra de sen. excom. cum medicinalis sib. vj. Et hoc vinculum potest tollere qui illud posuit: quia omnis res per quascũq causas nascitur per eas dissoluitur: extra de reg. iur. omnis. Et ista distinctio clare probatur extra de sen. excommu. a nobis. ij. allegatur per Ostien. §. nos igitur: per quam maxime decre. hoc teneo. Et quia excommunicare & absoluere a sententia excommunicantionis simpliciter iurisdictionis est: extra de elec. transmissam. & c. dudum. ij. Ergo qui iurisdictionem habet excõmunicandi & absoluendi Et quia aliud est ordo sacerdotij aliud iurisdictio prelatorum. c. xvj. q. j. §. ecce. Et quia dominus par illius esse voluit ligandi & soluendi. de pe. di. j. verbum. Ad hoc facit Bern. xx. di. §. j. ibi. In altera dans sibi aliquos eijciendi de ecclesia vel recipiendi. Item quia subtiliter videndo aliud est clauis sacerdotalis fundata ad soluendum peccatum. Aliud iurisdictio excommunicandi & absoluendi in foro iudiciali: quia multi presbyteri curati vel delegati absoluunt in foro penitentie: qui non possunt absoluere a sententia excommunicationis: qr hoc ad episcopum pertinet. vt no. Io. an. extra de pe. & re. si episcopus. li. vj. & multi habét iurisdictionem. qui non habent claues in foro penitentie vt §. c. transmissam. & c. dudum. Et in hac opinione videtur fuisse glos. in pre. c. canonica in glos. nisi esset. & Gof. eo. ti. porro. & Archid. dest. xxiiij. q. iij. notandũ. Fateor autem q introductio solénis in ecclesiaz de

Innocē- no & O- stiensi re- fragatur.

qua loquitur. xj. q. iij. cũ aliquis: ad ordinem presbyteralez pertinet: & hanc inferior presbytero facere potest: vt no. archidia. in pre. c. notandum. Et hác opinionem quam teneo seruat ritus ecclesie: de hoc no. in spe. de sen. & his que ipsam sequuntur. §. vt autem que premisimus: iuxta fi. versi. Item scias q licet iudices &c. De materia autem cure no. Archidia. extra de fi presby. in qui: lib. vj. in versi. cura. Quia de cura prelatorum satis. s. diximus: dolendum est qr sola verbalis cura habetur, & non realis: vix est qui possit dicere. Curauimus Babylonem & non est sanata. Hiere. lj. q. d. prelatus: Feci quod debui. non remansit per me: sanare te noluisti: tibi fecisti, nõ mihi xxiij. q. iiij. forte. c. xlvij. di. c. vlti. xliij. di. ephesijs: vbi de hoc. Sed est qui sanari desiderat: sed non inuenit curatorem. Quis enim hodie rectorum infirmatur cũ infirmo subdito? Quis cum scandalizato vritur. ij. ad Cor. xj. Quis optat fieri anathema pro fratre sibi subdito? ad Ro. ix. Immo quis eum non anathematizat? Quis hodie petit deleri: aut noxe a domino veniam indulgeri? Exo. xxxij. xlv. dist. disciplina de pe. di. ij §. opponitur. Quis eniz hodie pastor ponit animam suaz pro ouibus suis? Ioan. x. xvij. q. j. §. hoc tunc. Immo quis pastor mutatus in lupum hodie animas non deuorat? Ezech. xxxiiij. Quis samaritan9 custos prelatus ligat vulnera subditi vulnerati? Quis facit secum misericordiam? Quis ducit eum in stabulum in ecclesiam vbi pascuntur animalia mãsueta? Quis stabularius ei supererogat ad hec Luc. x. xlv. dist. disciplina. de pe. & re. omnis. §. sacerdos. Immo quis eum extra stabulum & extra synagogam non eijcit? Io. ix. Quis eniz hodie Ioseph saluator egypti frumenta populis diuidit? Gen. xlj. Quis hodie cum Iob liberat pauperem vociferantem: & pupillum cui non erat adiutor: & est oculus ceco? & pes claudo? & pater pauperum? & causaz quam nescit diligentissime inuestigat: vt cõterat molas iniqui: & de dentibus eius auferat predam: & fit merentium consolator? Iob xxix. Et quis cum eo de prelatis hodie flet cum afflicto: & compatitur anime pauperi? Iob. xxx. Et quis hodie prelatorum ecclesie non negat pauperibus quod volunt & oculos viduarum expectare non facit? & non comedit buccellam suam solus: & non comedit pupillus ex ea. Et quis non despicit pretereuntem: eo q non habuit indumentum: & absq operimento pauperem si nõ benedixerunt latera eius ei de velleribus ouium suarum calefactus est? Et cui non manet peregrinus foris? Et cuius ostium viatori semper patent? Iob. xxxj. Quis prelatoruz poterit dicere verbũ Moysi Tu scis q nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis: nec afflixerim quemq eorum? Numeri. xvj. Quis prelatorum hodie habet frontem dicendi cũ Samuele subditis. Loquimini de me coram dño & coram christo eius: vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum: si quempiam calũniatus sum: si oppressi aliquem: si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie restituamque vobis. j. Reg. xij. Quis prelatorum in inuidiam hodie incidit maiorum pro eo q fregit vasa mystica cũ Amb. & captiuos redemit. lxxxvj. di. non satis. in fi. Quis eorum cum eo vasa ecclesie comminuta deinde conflata dat pauperibus & captiuis. xij. q. ij. aurũ. Quis presidentium audet hodie dicere subditis per eum correctis. Mundi sunt manus mee a sanguine: id est a peccato omnium vestrum? Actu. xx. xliij. distin.

Prelati negligen- tie arguũ- tur.

ephesijs. Sed vtinam viri sanguinum nō sint sicut multi qui non dimidiant dies suos. ps. liiij. Ubi inueniemus Samuelem lugentem Saul. j. Regū. xv. Dauid eundem. ij. Reg. j. Nolanum episcopū Paulinum vt narrat Greg. in dialogo vendentem se Uādalis pro filio vidue parochiane sue? Remanserunt nunc sua & cornua & indumenta pontificalia: Defecit misericordia. Remansit authoritas. Abijt vite veritas. Stelle prelati non dederunt lumen in custodijs suis. Baruch. iij. ceciderūt de celo. Mat. xxiiij. Draco traxit secum. vtinam non maiorem tertiam partem stellarum. Apoc. xij. Galli non cantant: quia galli tacent: idest castrati & pingues effecti sunt. Esa. xxx. Canes lingua saniferi, muti effecti sunt. xliij. di. sit rector Esa. lvj. Uacce de samaria pingues prelati crapulati & dicati. Amos. iiij. non mugiūt: neq; Bethsamis via recta gradiuntur quia pingues sunt, & de filijs non curant. j. Reguꝫ. vj. Custodes episcopi chartas custodiunt: contra illud. xvj. q. j. in canonibus: & sententijs chartas implent. & dicunt. Nunquid ego custos fratris mei sum. q. d. non. Gene. iiij. de pe. di. j. §. euidenter. Proreta: idest rector nauis a prora dormit in puppi. vij. q. j. sciscitaris: & amisso clauo nauicula periclitatur fluctibus. Prouer. xxiij. j. q. iiij. nauicula. Primipilarij terga verterunt: & vexillo dirupto exercitus prostratus est. Sacerdotes non dixerunt: vbi est dñs? & tenentes legem nescierunt eum. Pastores preuaricati sunt in dño: & prophete uerunt in Baal: idest vt deuorentur. nam Baal deuoratio interpretatur, & idola secuti sunt. Hierem. ij. Propheta & sacerdos polluti sunt: & in domo dei malum inuentum est: & in prophetis samarie vidit dñs fatuitatem. Et in prophetis Hierusalem vidit dñs simulationem adulterium, & iter mendacij: & cōfortae manus pessimorum vt non conuertatur vnusquisq; a malitia sua. Propterea hec dicit dñs exercituum ad prophetas Ecce ego cibabo eos absinthio: & potabo eos felle. A prophetis enim Hierusalem est egressa pollutio super omnem terram. Hiere. xxiij. Nomine autem prophetarum doctores intelliguntur. xliij. di. sit rector. Hodie effeminati principes dominantur & concupiscentia garrula in solio sedet. Archiflamines filium deposuerunt: & signum in eis non est. xxj. di. c. j. versi. sacerdotes. Errorꝫ magistri cathedram sunt: sed veritatis discipuli non fuerunt. c. xxxvij. di. relatum. xxiij. q. j. cum beatissimus. Non precedunt arietes & ideo oues aberrant. vij. q. j. sciscitaris. Duces ceci sunt: & ideo subditi foueis dilabuntur. xxxviij. dist. que ipsis: extra de eta. & qua. cum sit. Mediatores de medio recesserunt, & ideo sanguis effusus est. Aduocati preuaricati sunt & ideo causa perit. c. ij. q. iij. §. notandum. & §. preuaricator. Judices in muneribus iudicant: & ideo iustitia exulat. j. q. j. duces. xj. q. iij pauper. Radix desiccata est vel corrosa vermibus: & ideo folia pallida & fructus marcidi: quia qualis arbor talis fructus. Mat. vij. Capita languerunt: & ideo membra dolent. vj. q. j. ex merito. Egroti se medicos iactitāt. Mortui alios resuscitant. Ceci illuminant. Claudi preduces sunt & precursores. Pueri magistri seniorꝫ sunt: sed nō sunt tales pueri de quibus. lxxviij. di. §. hoc regulariter. Somniatores prophetizant. Hiere. xxiij. Coniuges frequentantes, hortatores viduitatis sunt. xxvj. dist. vna. Exēpla vite defecerunt, & ideo subditi corruerunt vt prelat. c. ex meritore extra de vo. & vo. re. magis. Sed potentes potenter tormenta patientur. viij. q. j. illud. & Judicium durissimum his qui presunt. Sap. vj. Sicut tñ sepe dixi superius: agant quicquid velint summus pontifex & alij prelati ecclesiarū: ab eorum tñ obedientia recedendum non est. viij. q. iiij. nōne. ij. q. vij. sacerdotes & reliqui. vbi de hoc ibi vide. Non ergo habeamus deum alienum nec deuꝫ recentem. ps. lxxx. Heb. xiij. Jesus christus heri & hodie ipse & in eternum. vbi Bern. Hesternum quidē ab initio seculi vsq; ad dominicam ascensionem. Hodiernum vero diem exinde vsq; ad consummationē mundi. Eternum intellige post eādem oīum resurrectionem. Nec ecclesiam nouam: qr vna est vet⁹ & noua. vij. q. j. denuq;. xxxv. q. iiij. recurrat. vbi de hoc: & dixi supra. Unus eius sponsus & christi vicarius generalis: quē in terris nemo iudicat: qr solus ipse factorꝫ suorꝫ indignorꝫ: si qua sunt, solum deum habet vltorem. quo excepto: quiuis alius homo quātūuis magnus habet super se deum & hominem impia vlciscentem. ix. quest. iij. aliorum. Agat quicquid vult: dominus est: pater est: iudex est: occidat: & si occiderit me in ipso sperabo Job. xiij. Anathematizet: persequatur, non fugio nisi ad eum sicut dicit Aug. de deo cuius ipse vicarius. Deus ita timend⁹ est: vt ab ipso fugiatur ad ipsum: sicut facit paruulus cum videt patrem iratum prosternens se ante ipsum: misericordiam rogans quasi fugiens a manu ferientis ad pedes miserentis: sic & nos ad eius vicarium faciamus: prosternamur ad pedes misericordie sue fugientes ab eius ira stimulante ad eius misericordiā indulgentem. Si ecclesia humiliatur: idest conculcatur: ad cuius confugiemus auxilium? & vbi relinquemus gloriam nostram. ix. q. iij. aliorum. Non recalcitro: quia extra eum gratia dei, misericordia dei non est. Si (quod absit) iniuste iudicat. suffero. Si iuste: veniam peto: sed non apostato: nec a petra recedo. xix. dist. in memoriam. c. ita dominus. ne ab eo collidar? Et quo irem? Et vbi communicarem. Jo. vj. xxiiij. q. j. §. si autem. Et vbi viuerem. xxiiij. q. v. vij. quemadmodum. Et vbi saluarer? xxiiij. q. j. quicūq; Extra arcam: diluuium est. xxiiij. q. j. quoniam. Extra columbam, amaritudo est. xxiiij. q. j. loquar. Extra hortum conclusum, diuisio est. xxiiij. q. j. omnib⁹. Extra fontem: siccitas est. ibidem. Extra bethleem que domus panis viui. Joan. vj. de con dist. ij. sicut. esuries est. Extra dominam gentium: dura mortis seruitus est. lxxix. dist. oportebat: Absq; tunica inconsutili inscissa algesco frigore. xvj. q. vij. sicut. Membrum sum putridum & abscissum si separer a corpore. pre c. quemadmodum. Extra domum agnuꝫ nō comedam. xxiiij. q. j. quia. Extra vineam domini sabaoth. Esa. v. vinum pungitiuum & compunctiuū. ps. lix. Potasti nos vino compunctionis. Et letificatiuum. ps. ciij. Uinum letificat cor hominis: non bibam. Reginam deauratam adsistentem a dextris christi. ps. xliiij. ecclesiam intueor. Decora est. Non habet in maculam: neque rugam. Ephes. v. xxj. dist. quamuis. Incorrupta est. Pudica est. Unius cubilis sanctitatē casto pudore custodit xxiiij. q. j. loquitur. in fi. Nunquam in se cecidit neque cadet: quia Petrus Romanus eam sustentat. xxj. di. §. j. in fin. de pe. di. ij. si enim. vltra duas colū. Collidittur. turbatur. xxiij. di. in nomine domini. xij. q. j. futurā. Exterius denigratur: quia militat sed gloria eius abintus. ps. xliiij. Fusca est & decolorata: quia decolorauit eam sponsus eius: sol obscuratus. Cant. j. quia nō est ei species: neque decor. Esa. liij. Sponsa eius luna

A prelatorum obedientiam non est recedendum.

in sanguinem vertitur. Luc. xxi. quia mutatur: quia in malis filijs turbatur: & ideo quia iudas erat ibi nauis Petri periclitabatur. xxiiij. q. j. non turbatur sed tunc in ea nõ submersus est. sed proditor diuisus & ad phariseos diuisos vadens, pro consilio, suspensus est. Mat. xxvij. de pe. di. vj. qui vult & di. ij. iudas est. & c. seq. Caueant diuisores: caueant dispersores: q. po. xlv. Deus in medio eius: sponse: non commouebitur: in fidelibus suis mẽbris fixit Petro. Non habet ex se ecclesia filios priuignos: quia ex se omnes filios legitimos generauit: de con. dist. iiij. mater ecclesia. Diuisi, quocunq nomine censeantur: nõ sunt eius re & merito etsi numero de conse. di. iiij. est vsitas. de pe. di. j. ecclesia. Adulterini sunt qui que sua sunt: non que matris: querunt. viij. q. j. sunt in ecclesia. Vocant matrem ecclesiam: fingunt se habere matrem: sed nouerca est eis, quia ipsi nõ sunt filij & ideo abijcit eos. Non habent characterem filiorum & discipulorum. Character autem est stigma domini iesu per quod spetialiter sui filij legitimi a spurijs & mãseribus distinguuntur. Vnitas est charitas est. Vnde Joan. xiij. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si d lectionem habueritis ad inuicem. vbi Chrys. Pretermittens autẽ miracula que erãt facturi: ab amore designat, dicens. In hoc cognoscent & c. Hoc enim est quod maxime homines sanctos ostendit: hos enim dicit esse discipulos. Jtẽ ibi Aug. Tamquam alia munera mea habent vobiscũ etiam non mei: non solum naturam, vitam, sensum, rationem, & eam salutem que hominibus & pecoribus communis est: verum etiam linguam, sacramẽta, prophetiam, fidem, scientiam, distributionem rerum suarum pauperibus: & traditionem corporis sui vt ardeãt. sed quoniam charitatem non habent: vt cymbala concrepant: nihil eis prodest. Ad hec. j. ad Cor. xiij. j. q. j vide. de pe. di. iij. siquis. Agareni filij Agar habeant sibi & posteris suis munera terrena, que Abraam deus pater multarum gentium qr christianorum: dimittet eis sicut seruis terre. diuisis ab Jsaac christo legitimo herede. Gen. xv. & xxj. lvj. di. Hismael. Det autem filio suo Jsaac christo quod est gaudium nostrum & filijs eius coheredibus eius. Ro. viij. hereditatem immarcessibilez & incontaminatam & incorruptibilem conseruatã in celis. j. Pe. j. A quibus Belial absque iugo obedientie christi & angeli eius diuisi, a suis fratribus angelicis obedientia fixis in celum aereum expositi fulgoribus tonitruis & tempestatibus & guerris continuis, ceciderunt traditi in tartarum rudentibus inferni. ij. Pe. ij. in iudicium magni dei vinculis eternis sub caligine reseruati. Jude. j. c.

Explicit Liber Primus.

ALVARI PELAGII

EPISCOPI SILVENSIS DE PLANCTV ECCLESIAE

LIBER SECVNDVS.

Expositio quarti.c.Threnorum summaria. Et quare est angusta via que ducit ad vitam & lata que ducit ad mortem. Cap. j.

IAM nunc restat de secunda parte istius operis tractare: que est de planctu ecclesie. Prima enim pars dei beneficio expedita est: que est de statu ecclesie. in qua expeditū est de ecclesie fundamento: & eius iurisdictione: & potentia: & sanctitate: & domini Pape & aliorum prelatorum. Nunc cum Job deduco calamum, dicēs. Uersa est in luctum cithara mea: & organum meum in vocem flentium. Job. xxx. in fi. De planctu igitur ecclesie, que quasi in filiis & mēbris suis a puritate & sanctitate sua quodammodo defecit: & ideo plangenda est cum Hiere. Threñ. per totum. omni diligentia pertractabo. Et quare sit plangenda: quia propter casum suum. Et quomodo manente sua iurisdictione & potentia in statibus suis quantum ad sanctitatem defecerit: in sequentibus declarabo. Et licet supra in parte prima istius operis, de malis filiis istius sancte ecclesie prelatis & aliis, in multis locis tetigerim: Hic tamen latius de singulis statibus quasi a sanctitate ruentibus disseram. non iudicans veritatem potentie ecclesie vt supra plene & planius probaui. Sed peccata membrorum ipsius ecclesie corruptorū. Est enim condēnandum vitium: non sancta iurisdictio, aut natura. xxxvj. dist. odio. xxiij. q. iiij. duo. Dicam igitur et plangam cū Hiere. Thren. iij. post medi. Diuisiones aquarum deduxit oculus meus: in contritione filie populi mei. Oculus meus afflictus est: nec tacuit eo q̄ nō esset requies. donec respiceret et videret dominus de celis. Ne auertas domine aurem tuam a singultu meo: et clamoribus. Iterum plāgam cum eodem Hiere. matrem meam ecclesiam. et dicam. Quis dabit capiti meo: aquam: et oculis meis fontē lachrymarum? Et plorabo die ac nocte interfectos, subaudi in anima, filie scz ecclesie. populi mei. Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum? Et derelinquam populum meum: et recedam ab eis: q2 omnes adulteri sunt: et cetus preuaricatorum: et extenderūt linguam suam quasi arcum mendacij, et nō veritatis. Confortati sunt in terra: quia de malo ad malum egressi sunt: et me nō cognouerūt, di. dominus Hiere. ix. in p̄n. Uere et verissime obscuratū est aurū. Thre. iiij. cōmētor hic pro parte istud. c. et iterū. j. in vij. ca. perfectius. Status sanctus ecclesie mutatus est color optimus virtutum in vitia. Dispersi sunt lapides sanctuarij: i. ecclesie clerici et religiosi: qui sunt fundamēta ecclesie. extra de elec. fundamēta. lib. vj. In capite omnium platearum. platea lata vita laicorū est. Unde Luc. xiiij. et xxiij. q. iiij. displicet. in fi. Exi cito in plateas. Dicit Amb. ad plateas: vt de latioribus vitijs ad angustam venirent vitam. vnde et platea latior est quam vicus: et a latitudine nomen accepit. In plateis enim sunt diuites: quia lata est via que ducit ad mortē. Mat. vij. et Luc. xiij. Esa. lix. Corruit in plateis veritas: et equitas nō potuit ingredi. Unde Aug. Quidam sunt qui vagantur per campos licentie: putantes licitum, quicquid est libitum: qui laxas sibi fecerūt habenas: effrenata libertate vtētes, et frenum continentie detrectantes. Dispersi ergo sunt lapides sanctuarij in capite platearum: q2 clerici et multi religiosi capita sunt hodie et exempla relaxationis omnis vite laicis, qui laxiorem vitam tenent. Et hoc est secundum Hiero. quod vehementer ecclesiam dei destruit: meliores esse laicos quam clericos. viij. q. j. qualis. ad idem. e. causa. et. q. c. verior. e. quid autem. c. illud. Clerici enim laicos loco et religione et sanctitate debēt precellere. dist. iiij. denique. j. q. j. vilissimus. lxj. di. in sacerdotibus. xxv. di. §. nūc autem. ℞ nomine. Filij syon, clerici filij ecclesie speculantis, inclyti virtutibus: que sunt anime nobilitas. iuxta illud. Nobilitas sola est, animum que moribus ornat. ca. xxiij. q. iiij. si nō ex fide. et amicti auro primo, ornati fide, charitate informati. de peni. dist. ij. circuncisio. quomodo deputati sunt in vasa testea: fragilia, vilia? xxiij. q. iiij. qui secundum nullis tētationibus resistentes. Filia populi mei. lxviij. di. quorum. ecclesia, crudelis in prelatis seuissimis in

tyra.ii.io.x.q.iij.quia. cum.c.seq.quasi strutio in de-
serto,qui exponit oua sua. Prelati multi suos filios
spoliātes psequentes, & ad literā occidētes pre.c.ga
Qui vescebant voluptuose ī virtutib⁹ et sanctis exē
plis,eccłia primitiua.xii.q.j.c.ij.interierūt in vijs,in
via larga et relaxata:que ducit ad mortē. Unde.
Passio carnalis triplex. Mat.vii.et Luc.xiij. Intrate per angustam portā:
quia lata porta et spatiosa via que ducit ad perditio
nem: et multi sunt qui intrant per eam. q̄3 angusta
porta, et arcta via que ducit ad vitam:et pauci sunt
qui inueniunt eam.vbi Chrys. Tres sunt naturales
passiones et intime carnis.primo esca et potus. de-
inde amor viri ad mulierem.tertio loco somnus. et
ideo grauius est eas a natura carnali precidere q̄3 ce
teras passiones. et ideo nullius passionis abstinen-
tia sic sanctificat corpus,sicut q̄ homo sit castus: ie-
iunans: et vigilans. perseuerans ergo propter has
iustitias et potissimum propter laboriosissimum ie-
iunium dicit. Intrate per angustam portā &c. Por
ta perditionis est diabolus: per quem introibitur in
gehennam. Porta vite est Christus: per quem in-
troibitur in regna celestia. Lata autem porta dicitur
diabolus esse:non magnitudine potestatis.s.exten-
sus. Sed effrenate superbie licentia dilatatus. Por-
ta autem angusta dicitur esse Christus non paruita
te potestatis exiguus:sed humilitatis ratione colle-
ctus.quia quem totus non capit mundus, seipsum
Qualis sit via vite. inter angustias vteri virginalis inclusit. Uia aūt per
ditionis est omnis iniquitas. Dicitur autem spatio
sa:quia nō est intra regulam discipline inclusa. et am
bulātes in ea quecquid eos delectauerit hoc sequun
tur. Uia autē vite dicitur omnis iustitia: et propter
contrarias causas est arcta. Considerandum autem:
q̄ nisi quis perambulauerit per viam:non potest ve
nire ad portam. qui enim non ambulat per viam
iustitie:impossibile est vt vere Christum cognoscat.
Similiter non incurrit in manus diaboli: nisi qui
in via ambulat peccatorū. hucusq̄ Chrys. qui etiā
dicit. Sed quum postea dicat. Iugum meum suaue
est:et onus meum leue. Mat.xj. qualiter hic angu-
stam viam esse ait et arctam? Sed post labores et su-
dores in bonum finem deuenire, scilicet in vitam,
sufficiens est mitigare eos qui agones patiuntur. Si
enim tēpestates nautis, et vulnera militibus leuia
sunt propter spem premiorum: multo magis quum
celum preiacens fuerit, et immortalia premia: nul-
lum aliquis sentiet imminētium periculorum. Sed
et exemplum Christi preducis pro nobis patientis
leue nostrum facit certamē. Qui enim in agone cer-
tat:quum viderit principem admittentem labores
agonum:animosior fit. Ne igitur mestifimus quum
multa hic contigerint tristia: quia arcta est via, sed
non cunctis. Ideo neq̄ hic quietem oportet expecta
re:neq̄ ibi triste aliquid prestolari. Dicens autem
quoniam pauci sunt qui inueniunt eam. rursus hic
multorum desideria significauit:et audientes erudiuit
,non multorum prosperitatibus attendere:sed
paucorum laboribus. hucusq̄ Chryso.j. in Thren.
c.iii.super litera Leth. & Ite hoc iugum. §. Aleph.
in.vi.ca. Itē Amos.vj. Ue qui separati estis in diē
malum:qui dormitis in lectis eburneis:et lasciuitis
in stratis vestris.qui comeditis agnum de grege, et
vitulum de medio armenti. Ber. Quid ad hec dici
tis vos gulosi et luxuriosi? quorum Deus venter
est. Phil.iii.quorum vita aut in ventre aut sub ven
tre. qui in luxuriis enutristis corda et corpora ve-

stra. Iac.v. Pinguedo carnis,delicie corporis,sa-
turitas ventris, aut ante mortem vos deseret: aut
vos illa relinquetis in morte. Sequitur in Thren. Ob nimia scelerum frequentiam euiluerunt clerici
iiij. Qui nutriebantur in croceis,sancti clerici chari
tate rubicundi:et mundicia formosi. ad exemplum
Christi cādidi et rubicundi. Cañ.v. Amplexati sūt
stercora. fornicationū et immunditiarū. ps.lxxxij.
Disperierunt in Endor.qui interpretatur fons ge-
nerationis.quia plena est ecclesia filijs clericorū:Un
de oportuit ecclesiam de eis facere titulos speciales,
& tractatum.extra de filijs presby.& de cohabi. cleri.
& mu.& lvj.di. Facti sūt vt stercus terre.i.fetidi & abo
minabiles. Iohel.j. Cōputruerūt iumēta in stercore
suo. Greg. Iumēta in stercore putrescere:est carnales
hoīes in carne vitā finire. Tale stercus & oē mundia
le spreuit Paul⁹:vt Christū lucrifaciat. Phil.iii. Est
aūt aliud bonū stercus sācte vtilitatis & humilitatis:
de quo pauper suscitat.ps.cxii. Laudate pueri. vt se
deat cū principibus angelis. secūdū illud. Preuene
runt principes coniuncti. ps.lxvii.i.angeli cum prin
cipibus,idest apostolis. secundū illud.ps.xliiii. Con
stitues eos principes.lxviij.dist. quorum populi sui.
ps.cxij. Et maior effecta est iniquitas filie populi
mei peccato sodomorum que subuersa est in momē
to. Gen.xix.de pe. di.j. sed & continuo. quia ecclesia
magis recipiens de gratia & dignitate, Christi ma-
gis ingrata & magis q̄3 synagoga offendit.ca.xl.dis.
homo christianus.cū si. Unde Mat.xj. Remissius
erit terre sodomorum & gomorreorum in die iudi-
cij,q̄3 illi ciuitati. Ubi Hiero. Quia sodomitis & go-
morreis non fuit predicatum euāgelium. & Mat.
xj. Dico vobis quia terre sodomorum remissius erit
in die iudicij q̄3 tibi.loquitur Capharnaum.vbi do-
minus multa miracula fecit. que maior est in condē
natione propter euangelij preuaricationem,q̄3 sodo
ma ignorans christum & euangelium. Et sequi-
tur. Candidiores nazarei eius niue. Nazarei inter-
pretantur virgulta vel floridi siue custodiētes: aut se
parati, mundi, vel vncti,siue sancti, aut consecrati.
Tales fuerunt clerici in ecclesia primitiua. virgulta
virentia sanctis operibus. vnde & columba ad noe
rediit portans ramum virentis oliue. Gen. viij. ex
de sacra vnc.c.j.§.quia vero.in fi. virens autem non
siccus aut arescens est ramus, bonum opus factum
in charitate. Greg. Nec habet aliquid ramus boni
operis: si non manet in radice dilectionis. Floridi.
puri.vnde Cañ.j. Lectulus noster floridus,conscien
tia pura & bona.de pe.di.ij.charitas.ij.quasi in fi. Cu
stodientes,precepta legis. ps.cxviij. Ut custodiam
mandata tua.& iterum ps.xviij. In custodiendis il-
lis retributio multa. Separati mente a malis. xxiij.
q.iiij.a malis. Mundi corde Mat.v. Beati mun-
do corde. Augu. Hoc est enim simpliciter cor quod
mūdum cor. Chrys.ibi Mundos autem hic ait vel
eos qui naturalem virtutem possidentes nullius si-
bi malitie conscij sunt:vel eos qui in temperantia cō
sistunt:que maxime necessaria est ad videndū deū.
secundum illud Pauli ad Heb.xi. Pacem sequimi
ni cum omnibus,& sanctimoniam sine qua nemo vi-
debit Deum. Uncti,virtutibus. extra de sacra vnc.
c.j. Sancti,maxime castitate lxxxj. dist. oportet.j.ad
Thessal.iiij. Hec est volūtas dei, sanctificatio vestra:
vt sciat vnusquisq̄ &c. Consecrati,ad seruitium do-
mini.xij.q.ij.nulli de conse. dist.j.vestimenta. Isti
(inquit)nazarei candidiores niue, interna & celica
munditia.xxx.q.v.femine. Innocētia & puritate.de

con.di.iiij.post baptismum cum c.seq. De cordis puritate ⁊ corporis mundicia clericorum extra de vi. ⁊ hone.cle.vt clericorum.j.respon. De cordis puritate loquitur Seneca ad Lucillum in epist. lj. Proijce omnia que cor tuum dilaniant:que si nec aliter extrahi possent:cor cum eis euellendum esset. ⁊ in sacris ordinibus nihil tam dignum sicut caste viuere: quum castitas sit premium cleri principium ⁊ etiá fundamentum. in auc. quomodo opor. epis. aut re. de. ad or. perdu.§.hec de deo. amabilibus. Coll. ix. Et loquens alia lex si clericis, ait. Quid enim stabile aut firmum erit de sanctitas incorrupta:corrumpatur? c.de epis.⁊ cleri.si quem ff. Nitidiores lacte honesti corporea castitate. ⁊ sic habentes zonam auream ad mamillas. Apoc.j.id est castitatem in affectu ⁊ effectu. Rubicundiores ebore antiquo.in composita ⁊ rubicunda verecundia honestatis:que ingenuos prodit natales.lxxxvj.dist.non satis. ⁊ que est sordidorum omnium inimica.angelorum ⁊ virginitatis germana,⁊ que detestatur filios infrunitos: ⁊ pudoratos amplectitur.xcvj.di.in scripturis. Saphiro pulchriores.in omni morum conspicua venustate.sic accipitur de peni.di.ij.principium. vltra colum. ff. omnis lapis. Et sequitur in Thren. iiij. Denigrata est super carbones facies eorum, scilicet nazareorum,qui erant in ecclesia primitiua. nunc facies clericorum id est intentio ⁊ conscientia. Cant. ij. Ostende mihi faciem tuam. Job.xj. Si non permanserit in tabernaculo tuo iniusticia: túc leuare poteris faciem tuam absq3 macula. ps. xlix. Arguam te:⁊ statuam contra faciem tuam. Mat. vj. Faciem tuam laua. idest conscientiam:vt sit sine macula.i.sine ruga. Ephe.v. Greg. Scriptura sacra mētis oculis quasi quoddam speculum opponitur: vt interna nostra facies videat.ibi.n.feda ibi pulchra nostra cognoscim'. Denigrata, deturpata deprauata ⁊ cantenata.lxxiij.dist.in nomine patris.feditate ⁊ peruersitate, non querens que Christi sunt sed que sua. Phil.ij.lxiij.dist.nosse. Esa.xiij. Facies cōbuste vultus eorū, Super carbones qui nigri sunt. Aug. Nigrior est consciētia peccatoris coruo. Unde ⁊ Paulus simplex quendam ingrediētem ecclesiam in fornicatione iacentem nigrum ⁊ tristē facie vidit. Carbo etiam ignis extinctus est. quia in clericis hodie ignis charitatis extinctus est:⁊ ignis alienus in eis est. Ignis alienus, libido, auaritia, ⁊ omnis praua cupiditas est, dicunt Adamantius ⁊ Esinus de peni.di.ij.inter hec.§. ignis: Isti sunt carbones desolatorū. ps.cxix. Ad dominum cum tribularer clamaui. Sunt ⁊ alij carbones pestiferi: criminationes false. quos sepe clerici ⁊ accendere ⁊ reaccendere moliūtur extra de pur.ca.cum iuuentute. Sequitur. Et nō sunt cogniti in plateis.scilicet laicorū.quia eos subditi per veram obedientiam non cognoscunt, propter eorum malam vitam. quia per bonam vitam que sunt vera stigmata clericorum cognoscuntur: ⁊ in reuerentiam habentur.mali vero non cognoscuntur? quum etiam habitum propterea clericalem dimictant. ad hoc op.ar.eorum que leguntur ⁊ no.ex de sen.excom.in audientia.⁊.c.si iudex.lib.vj. Sequitur. Adhesit cutis eorum ossibus: aruit: ⁊ facta est quasi lignum.quia conuersatio eorum etiam exterior que est cutis,arida ⁊ absq3 pinguedine deuotionis est. de qua pinguedine. ps. lxij. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea. Et facta est sicut lignum aridum, deputandum igni. Sicut enim palmes in vite nō manens. Joan.xv.vbi Aug. Unum ex duobus, palmiti congruit:aut vitis:aut ignis. Si in vite non est:in igne erit. sic etiam accipitur lignū aridum in malam partem. Lu.xxiij.ibi. Quia si in viridi ligno hoc faciūt:in arido quid fiet? vbi Theophi. Si erga me lignum fructiferum iugiter virens, taliter se gerunt romani:quid non attentabunt erga vos:populum dico,quasi lignum aridum,priuatum qualibet viuificante virtute:nec vllum fructum ferentes? Item ibi Beda. Si ego qui peccatum nō feci:lignum vite appellatus. Apoc.xxj.sine igne passionis a mundo non exeo: quid putas eis manere tormēti,qui sunt fructibus vacui? Tale lignum aridum quod fructum suum non dat in tempore suo, non gustabit de ligno vite quod est in medio paradisi. Apoc. ij. ⁊ vlt. Sequitur Melius fuit occisis gladio materiali consumente corpus, q3 interfectiō fame, peccatorum. de qua fame.j. ad Cor. xj. Alius quidem esurit.peccate.ps.lxxvij. Et apposuerūt adhuc peccare ei. Quoniam isti ext abuerunt, consumpti a sterilitate terre.quoniam omne terrenum sterilee sterilem facit animam a deuotione ⁊ gustu dei. ps.xxxiiij, sterilitatem anime mee. Et alius ps.cxlij. Anima mea sicut terra sicca,sine aqua deuotionis ⁊ compunctionis. Compleuit dominus furorem suū. Furor autem ira dei non est, vt hominis idest perturbatio concitati animi:sed tranquilla iusti supplicii cōstitutio.dicit Greg.de peni. dist. iij. productior. Neq3 enim, dicit Hiero.deus hominibus irascitur sed vitijs:que quum in homine nō fuerint:nequaq3 punit quod mutatum est.de pe. dis.j.quamobrem dixi.⁊.§.in fi.orationis Hiere. Effudit irā indignationis sue:⁊ succendit ignem in syon.in ecclesia.i.permisit succendi.sic exponitur.xxiij.q.iiij.nabuchodonosor. ff.cum vero. Ignem inquam alienum.de pe.dis. iij. inter hircum. libidinis, auaritie ⁊ omnis praue cupiditatis.dixi proxime supra. ff. Et sequitur. Qui ignis non exurit,non mundat,vt ibi dicitur de igne auaritie. Eccl.xxiij. Anima calida quasi ignis ardēs non extinguetur,donec aliud deglutiat. Quia sicut ait Greg. Auaritia desideratis rebus non extinguitur:sed augetur:more ignis cuius flāma ex lignis videtur comprimi:sed paulo post cernitur dilatari. ad hoc facit quod dicit Hiero.in prologo biblie.viij.c.⁊ transfertur per Aug.xiiij.q v.quid dicam. Auaro tā deest quod habet, q3 quod non habet. credēti totus mundus diuitiarum est. Infidelis autē etiam obolo indiget. De igne luxurie. Job. xxj. Ignis est vsq3 ad consumationem deuorans. quia luxuria non solum coinquinat corpus:sed ⁊ animam: ⁊ totum deuorat. Unde.j.Corin. vj. Omne peccatum quodcunque fecerit homo,extra corpus est,qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. vbi dicit glos. In fornicationis opere sic totus homo absorbetur a carne:vt iam dici non possit ipse animus. Sed simul totus homo dicitur caro. Unde dicitur fornicatio forme necatio. Ignis iste nutritur pinguedine, scilicet ventris ingluuie.xliiij.di.§.i. Unde versus Subtrahe ligna foco si vis extinguere flammam: Si carnis motus: otia,vina,dapes. De igne ire ⁊ superbie. Exo.xxij. Si egressus ignis inuenerit spicas:⁊ comprehenderit aceruos frugum:siue stantes segetes in agris:reddet damnum qui ignem succēdit. extra de iniur.si egressus. Aceruj frugum sunt conuentus religiosorum. Can. vii. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Stantes segetes in agris sunt boni

acti iij.in habitu vite secularis:quos oēs quia irā ꝓuocat ꝙ grauiter peccet, ex hoc patet qꝛ 'oē damnū restituet. Unde Greg. Ideo timēdi sunt boni ne offendantur:ne forte per eos ille prouocetur ad iram, q eorū corda semper inhabitat. nā si malos offendimus,minime timere debem⁹:quia illis nostra actio displicet,quib⁹ nec iustitia creatoris placet, Prime cupiditatis sunt diuitie.libidinis vero delicie. furoris lites ⁊ discordie. Uñ oramus quotidie. Extingue flāmas litium. horum oium igniū follis est suggestio diaboli. Esa.liiij. Ego creaui fabrū sufflātem in igne prunas. Hic triplex ignis succēsus est, maxime in medio clericorū:solam expectans flagrationē elementorum.ij. Pet.vlti. Elemēta ignis calore soluentur.vt sicut nunc ardent in culpa: ardeant pariter ⁊ in pena. ps.xx. Pones eos vt clibanū ignis. Esa.l. Ecce oēs vos accendentes ignē,accincti flāmis quas succēdistis,ambulate in lumine ignis vestri:in flāmis quas succēdistis. Similiter vita iustorū ignis est:⁊ eorū gloria ignis erit:quia nunc ardēt igne diuini amoris. de quo Luce.xij. Ignem veni mittere in terrā.qd volo,nisi vt ardeat?vnde Amb. Non vtiqꝫ illum consumptorē bonorum sed bone volūtatis authorē:qui aurea dñice domus vasa meliorat:fenū vero cōsumit ⁊ stipulā. Et ibi Cyrillus. Huius ignis dñs accelerabat incendiū. credebant eñi iā quidam quorū ex ordiū fuerant venerandi discipuli:sed ignis semel in iudea accēsus,totum orbē occupare debebat. Consummata tñ passionis eius dispensatione,⁊ in futuro ardebūt sicut seraphin in conspectu dei:⁊ fulgebūt sicut sol in splēdoribus sanctoꝝ. Esa.xxxi. Ignis est in syon,in eccl'ia militāti.⁊ caminus eius in hierusalē.maximus cumulus in ecclesia triūphanti. Hunc recipere non possumus,nisi prius ignē in nobis extinxerimus alienum. de quo supra dixi. quod represental in sabbato sancto: qñ prius ignis vetus extinguitur: ⁊ ignis nouus accēditur:⁊ benedicitur. Sequitur. Et deuorauit fundamenta eius.i.clericos:maxime prelatos: qui sunt ecclesie fundamēta:vtsupra in principio istius.c.dixi.⁊ col.ij.q.iij.accusatiuo.j.sequitur. Nō crediderūt reges terre ⁊ vniuersi habitatores orbis, qm̄ ingrederetur hostis ⁊ inimicus ꝑ portas hierusalē. Quū eñi in primitiua ecclesia floreret sanctitas oimoda ⁊ perfecta:quis regū aut quis habitator orbis.i.ecclesie,crederet in illo tp̄e ꝙ diabolus inimicus ⁊ hostis ingrederetur per portas.i.ꝑ prelatos? Uñ Joā.x.dicit dñs. Ego sum ostium.quia ipsi sunt principales preuaricatores.xxiij.q.iij.transferunt. Uel per portas sensus intelligimus. vñ Hiere.ix. Ascendit mors ꝑ fenestras nostras.mors.i.peccatū vel diabolus in hierusalē.i.ecclesiam pacificā. Et aūt diabolus principaliter hostis ⁊ inimicus.vñ Matt.xiij. Inimicus hō hoc fecit. Ubi Hiero. Diabolus ppea inimicus hō appellatur:quia deus esse desijt. Et.ix. ps.scriptum est de eo. Exurge domine non confortetur hō:quamobrem non dormiat qui in ecclesia prepositus est:ne per illius negligentiam inimicus homo superseminet zizaniā:hoc est hereticorum dogmata. Itē ibi Chrys. Inimicus aūt vocatur, ꝑꝑ iacturā ꝙ infert hoibus. vexatio enim diaboli aduersum nos est. principiū aūt vexationis factū est non ab inimicitia que est ad nos:sed que est ad deum. Sequitur. Propter peccata prophetarū eius. Prophete sepe in sacro eloquio doctores ⁊ prelati vocantur.xliij.di.sit rector. Et iniquitates sacerdotū eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum, ꝑcipue christi. Mat.xxvij.de pe.di.j.periculose. Nā a sacerdotibus principaliter mala procedunt.xxiiij.q.iij.transferunt.maxime auaritia.extra de deci.c.j. Sanguis autem multis modis funditur.de pe.di.j. homicidiorū.cum.iiij.c.seq. Sequitur. Errauerūt ceci in plateis.quia prelati ceci:⁊ duces cecorum.xxxviij.di. que ipsis. errant ꝑ falsam doctrinam in populo qui late viuit. Polluti sunt sanguine peccati. Jo.j.qui non ex sanguinibus:⁊ paulopost. sequitur. Appropinquauit finis noster:cōpleti sunt dies nostri:qꝛ venit finis noster.vere:qꝛ completa est omnis malitia:non restat maius malum addere. vñ paulo post sequitur. Completa est iniquitas tua filia syon.

Expositio orationis Hierem. Recordare domine quid acciderit nobis. De multiplici redēptione ⁊ de abominabili peccato contra naturā. Cap.ij.

Pango igitur ⁊ oro iterum cum Hiere. Threñ.quinto. Oratio Hiere. quam iterum commentor.j. in threnis.iij.⁊.viij.ca.in.§.recordare. Recordare domine quid acciderit nobis.quia inuenerunt nos vere multa mala.j. Macha.j. id est peccata in omni genere, Intuere ⁊ respice opprobrium nostrum.vitiorum nostrorum quib⁹ opprobrium facti sumus cunctis gentibus.de quo opprobrio ps.cxviij. Amputa opprobrium meum ꝙ suspicatus sum. Et de quorum vitiorum opprobrio venitur in opprobrium sempiternum. de quo Dañ.xij. Alij euigilabunt in vitā eternā,alij opprobrium sempiternum. Hereditas nostra versa est ad alienos. Historice.quia ꝑꝑ peccata nostra terra subiecta ecclesie,sicut terra promissionis ⁊ alie in terra grecorū ⁊ armenorū,versa est ad alienos. quia a saracenis ⁊ tartaris possidetur:qui alieni sunt a fide ⁊ obedientia romane ecclesie. ⁊ de quibus pōt intelligi illud ps.liij. Qm̄ alieni insurrexerūt aduersum me. Typice.qꝛ hereditas christi de qua ps.cxxvj, Cum dederit dilectis suis somnum ecce hereditas dñi.ad ꝙ principaliter clerici sunt vocati. Uñ ppea vocant clerici:quia in sortem ⁊ partē electi. Et funiculus hereditatis eius.xxj.di.cleros.in prin.⁊ xij.q.j.cleric⁹. Et innocentie hereditas ⁊ virtutū, in qua patribus nostris succedere debebamus.de qua.xl.di.c.j. Uersa est ad alienos.i.laicos respectu clericoꝝ ab ecclesia alienos.qꝛ hodie cōiter innocentiores ⁊ virtuosiores sunt clericis.viij.q.j.qualis hodie eñi vere quasi sancti sunt laici respectu clericorum:⁊ in die iudicij surgent laici cum gñatione ista clericorū:⁊ religiosorū ⁊ condemnabūt eos cōparatione vite non sententie potestate. sicut exponit Hiero. Mat.xij.⁊ Luc.xj. de niniuitis ⁊ regina saba condēnātibus iudeos in die iudicij.vide.ē.ca.proxi.§.j.℣.dispersi ergo. Sequitur. Domus nostre ad extraneos. ecclesie facte sunt habitatio incredulorum a fide extraneorū. Sequitur. Pupilli facti sumus absqꝫ patre.qꝛ vere prelati,ecclesie patres.ij.q.vij.qualis.vj.q.j.infamis.vocantur.sed vere cōiter in effectu patres non sunt:qꝛ inutiles sunt.⁊ non refert vel prelatum non habere vel inutilē vel malū nō hēre ad hec.xix.dist.sm. ad fi.ibi. Ideo ergo ⁊ hic cuius nomen dicitur retinendum ⁊ c.ij.q.vij.non oēs epi sunt epi.⁊ c.qui nec regiminis.xl.di. multi sacerdotes,⁊ pauci sacerdotes.

vij.q.j.factus. in.fi.ibi.iã non secundus sed nullus est.de pe.di.j.§.hoc idẽ.℣.itẽ a mortuo.Et q̃ inhabilis est ad agendũ nullus dĩ.ff.qd cuiusq3 vni.l.i.§.vlti.⁊.ff.q satis.cogã.l.quoties.ad velle.quãuis.§.si cõuenerit.ex̄ de trãsla.c.ij.§.sed neq3 illud.℣.sicut.ff.si qs cau.l.quoties.Quomõ.n.vocant͛ pr̃es qui nec sua pctã detergunt:nec filioꝝ crimẽ corrigunt:tales magis canes impudici q̃3 pr̃es vel epi appellandi sunt.xlvij.di.§.necesse.ij.q.vij.q nec regiminis.lxxxiij.dist.nemo.ij.Cor.xij.Quũ et parẽtes filijs thesaurizare debeãt:quõ pr̃es sunt prelati, q tota die suos excoriant subditos?xvj.q.j.pdicator.ex̄ de censi.cũ apls.§.phibemus.Indurant͛.n.prelati pr̃es ad filios subditos.xvj.q.j.predicator.quasi non sint sui.vt dicit Job.xxxix.Sequit͛.Mr̃es nr̃e q̃si vidue.q2 mr̃ ecclia q̃si vidua est,filijs in pctõ mortuis viduata.de peni.dist.j.deficat.⁊ q2 quasi vidua malos prelatos habẽs.vt in pre.ex̄ de trãsla.c.ij.§.sed nec illd̃.Aquã nostrã pecunia bibimus.aqua fluida hic luxuria est.vñ diabolus rex est oiu3 q in aqs sunt: vbi sc3 est voluptas ⁊ luxurie ppago.de peni.dist.ij.ff.n.in fi.Hec luxuria ad lrãm pecunia que datur scorto cõparat͛.Pro.vj.Preciũ scorti vix viuꝰ panis est.mulier aũt preciosam viri aiam ca.Ligna nr̃a precio cõparauimus.ad cõburendũ nos.precio cõparamus:q2 ad peccandũ preciũ damus:⁊ nos diabolo per delectationẽ quã in pctõ habemus,vendimus.Esa.l.Iniquitatibus vr̃is venditi estis.Et hec est venditio culpe q̃ est ab hoie.vñ Ber.Nostra nos diabolo voluntas mãcipat.Est⁊ alia venditio pene eterne,q̃ est a Deo p venditione culpe.de q̃ Deute.xxxij.Deꝰ suus vendidit eos.⁊ de qua Deut.xxviij.Vẽderis inimicis tuis in seruos ⁊ ancillas.de peni.dist.j.medicina.Ceruicibus nr̃is minabamur.i.ducebamur.versus.Quũ grex minat͛,lupus illu dente minat͛.q2 a diabolo ducimur:quẽ sup ceruices nr̃as imposuimus:quũ iugũ eiꝰ pcti suscepimus.de quo iugo Hiere.xxx.Cõterã iugũ eius de collo tuo.Lassis nõ dabat͛ requies.q2 vere pctm̃ fatigat corpus ⁊ aiam:⁊ nullus malus requiẽ hẽre põt.sm̃ Aug.q2 nunq̃3 illi sua cõsciẽtia reqescit.vñ ⁊ q diabolo fuit requiẽ hẽre nõ põt.Vñ ppheta Hiere.xvj.c.Seruietis dijs alienis q nõ dabunt vobis requiẽ.Et nõ ẽ pax impijs,dicit dñs.Esa.xlviij.c.i fi.Sequit͛.Egypto dedimꝰ manũ.Egyptꝰ tenebre vel angustia vel tribulatio interptat͛:p quã pctm̃ intelligit͛:qd aie ⁊ corpori tenebras infert:angustiã facit ⁊ tribulationẽ.Rom̃.xiij.Abijciamus opa tenebrarũ.⁊ sup id ps.xlv.Adiutor in tribulationibus.glo.Nulla maior tristitia alias tribulatio:q̃3 pctõrum conscientia (alias delictorũ) cui manũ damus quũ ad peccandũ operã tribuimus.p manus.n.opa designant͛.ex̄ de sacra vnc.c.j.§.ad exhibendũ.℣.per manus.Et Assyrijs vt saturaremur pane.Assyrij facture vigilantes dño interpretantur.q sunt demones creature ⁊ facture dei ⁊ natura boni creati.ex̄ de sum.trin.c.j.primo rñ.℣.diabolus.de peni.dist.ij.principiũ.quos deus creauit ad se contẽplandũ ⁊ laudandũ:sed qdã p ingratitudinẽ ceciderunt.vt pre.c.principiũ.Vigilantes dño:q2 nunq̃3 dormiũt impugnantes seruos Dei.vñ Der.Nõ dormitabit neq3 dormiet q custodit Jsrl:q2 nõ dormit neq3 dormitat q impugnat Jsrl.qbus dat͛ manus,qñ eis seruit͛:pro saturatione panũ.i.delectatiõe carnaliũ.de quo pane.Threñ.j.Ois pplꝰ gemẽs ⁊ querens panẽ dedit preciosa queq3 p cibo ad refocillandũ aia3.vbi dicit Greg.Gemens pplꝰ querit panẽ:quũ praua multitudo affligitur eo q̃ nõ ad votũ presentis vite iucunditate satiatur.sed p̃ciosa queq3 p cibo dat, q virtutẽ mentis in appetitũ transitorie delectationis inclinat.⁊ refocillare aias nititur q2 suis prauis desiderijs satisfacere conat͛.vñ Eccle.xxxiij.Homini fornicario ois panis dulcis.Et Prouer.iij.Comedunt panẽ impietatis:⁊ vinũ iniqtatis ebibunt.Isti sunt ãtropophagi.i.holu3 comestores.De quo ps.xiij.⁊.lij.q deuorant plebẽ meã sicut escã panis.Itẽ Prouer.ix.Panis absconditus suauior.quia stulti eo magis hereticoꝝ verba suscipiunt͛:quo cõmuniter nõ habent de isto pane.Job.xv.cũ se mouerit ad querendum panẽ. Sequit͛.Pr̃es nostri peccauerunt:⁊ nõ sunt.q2 pctm̃ nihil est:q2 passio ⁊ priuatio.ppterea deus peccare nõ põt:q2 peccar͛ est aliqd nõ posse.de pen.di.ij.§.charitas.in fi.dist.Vñ recedente gr̃a ab aia,ipsa mortua dĩ:ac si nõ esset.de peni.di.j.§.hoc idẽ.℣.resuscitãs.⁊ ps.lxxij.Et ego ad nihilũ redactus sum.subaudi p pctm̃.⁊ nesciui.

Cur deus peccare nõ possit.

⁊ Job.xxx.Redactus sum ad nihilum.⁊ Rachel noluit consolari plorans filios,q2 nõ sunt.Matth.ij.quos sm̃ vnã expositionẽ Hiero.in eternu3 mortuos iudicabat.Et de diabolo dĩ Job.xviij.Habitent in tabernaculo illius socij eius q nõ est.Sequitur.Et nos iniqtates eoꝝ portauimꝰ.Historice,q2 p pctũ vnius alij frequenter tpaliter puniunt͛.j.q.iiij.sed obijcitur.(alias sub.c.ecclia)ver.itẽ pctõ achor.Typice.Puniunt͛ filij imitatores sceleꝝ parẽtum.sic intelligit͛ sm̃ vnã lecturã.j.q.iiij.§.ctra vbi de hoc.lvj.dist.§.sed hoc.⁊.§.q̃ aute.j.q.j.cito turpẽ.De talibus malis patribus.Ezech.xvj.Pr̃ tuꝰ Amorreus,sc3 diabolus amaricans.⁊ mr̃ tua Cethea.id est caro garrula.Serui dñati sunt nr̃i lraliter.Saraceni dicti agareni descendẽtes de Hismaele filio Abrae ⁊ Agar ancille.Geñ.xvj.di.lvj.Hismael.vñ ⁊ Saraceni nõ de Sara libera descẽdunt:sed de Hismaele.de hoc no.Ostien.in summa.ex̄ de iude.⁊ sara.in rubricella de saracenis.in.§.⁊ vñ dicant͛.⁊ isti sunt Hismaelite q emerũt Joseph.Geñ.xxxvij.Isti inquã agareni serui:q2 descendentes de serua:dñant͛ christianoꝝ in multiplici parte mundi maxime in terra sancta ⁊ in terra egypti ⁊ in aphrica:ppter pctã nr̃a.Moraliter.Demones serui totaliter vitioꝝ,⁊ serui penarum,dñantur nobis:q2 eis in suis tentationibus obedimus.vñ ⁊ auarus demoni dicto mãmona seruit.Matth.vj.nõ potestis deo seruire ⁊ mãmone vbi glo.Per mãmonã intelligit͛ ẽt diabolus q p̃est diuitijs nõ q̃ possit eas dare.nisi qñ deus pmittit:sed q2 p eas hoies fallit.Itẽ ibi Aug.Qui enĩ fuit mãmone.i.diuitijs, illi vtiq3 seruit q rebus istis terrenis merito sue puersitatis prepositus,princeps huius seculi.Joã.xij.⁊.xiiij.a dño dĩ.de hoc no.xiiij.q.v.§.sed hoc.in glo.mãmone. Vel serui.i.pctã.ab effectu.q̃ seruum faciunt holem.vñ Jo.viij.ois q facit pctm̃,seruus est pctĩ.ij.q.vij.§.quia ergo sup quo Greg.iiij.moral͛.Quia quisq3 se prauo desiderio subijcit:iniquitatis dño dudum libera mẽtis colla supponit.Sed huic dño cõtradicimus quum iniqtati q̃ nos ceperat reluctamur:quum cõsuetudini violenter resistimus:quum culpã penitendo pcutimus:⁊ maculas sordium lachrymis lauamus.Itẽ Greg.xxv.moral͛.Quanto autem aliq liberius pagunt puersa q̃ volunt:tanto eius.i.diaboli seruitio obnoxiꝰ obligant͛.Itẽ Aug.Miserabilis seruitus.seruus hois aliquãdo sui dñi

duris imperijs fangatus, fugiẽdo requiescit. seruus
peti quo fugit secuz trahit petm̄ quocunq; fugerit.
petm̄.n.intus est. voluptas transit. petm̄ nõ transit
preterijt qd delectabat: remansit qd pugnat. Unde
& pp̄ter petm̄ ebrietatis seruitus inducta est. xxxv.
di. sexto die. Sequit. Et nõ fuit qui redimeret de
manu eoꝝ. ps. vij. Et non est q redimat. & iterũ ps.
xlviij. Frater nõ redimit: redimet hõ. & vix inuenit
q det precium redemptionis aie sue. pciũ autem
elemosyna est. Dan. iiij. dixit Daniel Nabuchodo
nosor. Pctã tua elemosynis redime. de pen. dist. j.
quãobrem. vñ Aug. Redime te hõ dum viuis. redi
me te ipse dũ potes, redime te dũ pciũ in manibus
habes. redime te ne dũ mors amara te pueniat: &
vitã simul & pciũ pdas. Un̄ & de petõre dr ps. xlviij.
Non dabit deo placationẽ suã: nec pciũ redẽptiõis
aie sue. Est & alia redẽptio, vera contritio. Eccle. xx.
Est q multa redimit, s. pctã, modico pcio. i. vnica ve
ra contritione. Sed nec plati redimũt pctã ppli,
ea comedentes. i. suis oñonibus ea delentes. iii. q. j.
nulli. qr oõ eoꝝ illa q̃ est in petõ est. ps. cviii. Et oõ
eius fiat in petm̄. de pen. dist. iij. nihil inde. iii. q. vii.
in grauibus. Nec subditos curant corrigere: & sic
redimere. ij. q. vij. q nec regimini. Bern. Cadit asi
na: & est q subleuet. perit aia: & nõ est q adiuuet. Se
quit. In aiabus nr̃is afferebamus panẽ nobis a fa
cie gladij in deserto. q. d. Aias nr̃as exposuimus gla
dio snie dei p delectatione peti, q̃ hic p panẽ intelli
git. de quo. s. dixi. ibi. vt saturaremur panibus in de
serto. qa aia p petm̄ a deo deserit. Exo. xvij. Eris de
serta: qa oblita es dei saluatoris tui. Osee. ix. Ue eis
quũ recessero ab eis. De gladio snie dei contra pec
catores Deu. xxxij. Si acuero vt fulgur gladiũ me
um. gladius iste snia iudicis est, quã dicet Matth.
xxv. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Apoc. j. de ore eius
gladius. ex. de priuil. ex ore &c. Iste gladius nõ so
lũ sicut fulgur acutus erit: sed omni fulgure acutior.
Aug. Nõne mallent fulmine incendi qbus dicetur
in fine. Ite maledicti in ignẽ eternũ? Sequit. Pel
lis nr̃a q̃si clibanus exusta est a facie tempestatũ fa
mis. Quia vere tanta est fames peccandi de qua s.
in primo cap. sup verbo in Thren. dixi. Et tñ ad lite
rã pellis exterior corpis vrit & attenuat maxime in
petõ carnali: cuius concupiscentia et corpus consu
mit. vt s. in Thren. sup verbo succendit ignẽ in syõ.
in ca. j. dixi. Uel pellis, cõuersatio exterior. qa pellis
carnẽ tegit. exusta est, sensibus inhonesta & turpis
de hoc. s. sup verbo, adhesit cutis in Thren. dist. xj.
primo cap. Uocat autem petm̄ tempestas: qa aiam
consumit, & tribulat, & eneruat: vt tempestas nauẽ.
de qua tempestate. ps. lxviii. Non me demergat tẽ
pestas aque. s. pctĩ. Et iterũ ibidem. Et tẽpestas de
mersit me. Perniciosum autem est prelatũ proretã
vocatũ in tali tempestate & fluctibus petõꝝ, subdi
tum delinquere. vij. q. j. sciscitantes. Sequit. Mulie
res in syon humiliauerũt. scilicet hoste s demones:
qr frequenter in ecclesia cũ eis petm̄ cõmissum est:
& cõmittit: & frequenter p clericos. ex. de adul. signi
ficasti. Unde & heu adimpletur illud. ij. li. Macha.
vj. vbi dicit. Nam & templũ luxuria, & comessatio
nibus erat plenũ & scortantiũ cum meretricibus: sa
crisq; edibus mulieres se vltro ingerebãt: vltro fe
rentes ea q̃ nõ licebat. quod autẽ. s. dicit. humiliaue
runt. i. vituperauerunt. Un̄ ps. xlui. Humiliata est in
puluere peccati anima nostra. & illud. ps. ciiij. Hu
miliauerunt in compedibus pedes eius. Et similis

locutio Dan. iij. ibi. Sumusq; humiles in vniuersa
terra hodie propter peccata nostra. i. humiliati & vi
tuperati. Similis locutio Iud. xix. ibi. humilio eas.
Sequitur in Thren. Et virgines in ciuitatibus Iu
da id est ecclesia que Christum confitetur, humili
antur nãq; tota die, id est stuprantur virgines intra
ecclesiam. stuprum autem est proprie illicita virgi
nuz defloratio. xxxvj. q. j. §. cum ergo. extra de adul.
cap. ij. & ibi. vtinam. in quo aperte patet q p̃elati
puniuntur pro petis subditorum. Unde ibi Greg.
hoc si homines cogitarent: principatus non ambi
rent. Sufficit enim pro petis propriis argui & red
dere rõnem. quid necesse est pro petis populi osten
tari contra solem? stuprate a stupratoribus dotaren
tur, ne passim fornicarentur: sed maritarentur. eo. ti.
cap. j. Sequitur. Princeps manu suspensi sunt.
De istis principibus vide quod scripsi. j. Thren. ii.
c. in litera Beth. sup verbo principes. in. §. quomõ.
in c. v. prelati ecclesie principes. xxxv. dist. ecclesie. j.
q. vii. conuenientibus. ver. item tharasius. propter
eorum praua opera designata per manũ. extra de la
tra vne. c. vnico. ibi. per manus suspensi, id est suspẽ
dio mortis eterne digni sunt, & quia exemplũ pec
candi sunt populo. extra de vo. & vo. re. magne. §. p
terea. Unde quum peccasset pplus fornicans cũ filia
bus Moab: ira tus dñs ait Nume. xxv. Moysi.
Tolle cunctos principes ppli: & suspende eos con
tra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab
israel. Nã prelati tot mortibus digni sunt quot ad
subditos suos pditionis exempla transmittunt. xj.
q. iii. pcipue. Sequit. Et facies senũ nõ erubue
runt. s. hostes vel iuniores. qui intra ecclesiã senio
res deridẽt & increpãt: sicut dicebat Iob. xxx. Nũc
derident me iuniores tpe. Cõtra illud Pauli. Se
niorẽ ne increpaueris. j. ad Timo. v. ij. q. vii. Pau
lus. Uel facies vt sit nolatiuus pluralis; senum nõ
erubuerunt scilicet peccare maxime in immũdicia.
Isti sunt mali senes impudici de qbus dicit Dan.
xiij. Egressa est iniqtas de Babylone a senibus iu
dicibus &c. & j. inueterate dierũ maloꝝ &c. De tali
bus senibus dr̃ Zachus inuenũ. glo. malo exemplo.
omnes vos. Esa. xlui. Et maledictus puer centum
annorũ. Esa. lxv. & ij. qõ. vii. Paulus: ibi. De malo
sene. lxxxvj. dist. tanta. Sequit. Adolescentibus
impudice abusi sunt. Heu heu intra sancta ecclĩarũ
multi religiosi & clerici in suis latebris & conuenti
culis, & laici iam in plerisq; ciuitatibus, maxime in
Italia publice quodãmodo nefandũ gymnasiũ cõ
stituunt & palestrãm illius flagitii abominatiõe se
exercẽtes. & optimi quiq; ephebor in lupanari po
nunt: vt factũ fuit Hierosolymis tempore Mach. ij. Italica
Mach. iiij. Quod flagitiũ vtinam sm̃ legẽ vltore feditas.
gladio puniret. C. de adul. cũ vir. alias. n. timor dei
eos a tanto malo nõ reuocat, ferro. n. necesse est vt
abscindant vulnera q̃ fomentor nõ senserint disci
plinam. xvj. q. j. in canonibus. lxxxii. dist. plurimos.
in fi. Tantam. n. abominabilem delectationẽ in illo
flagitio immundus spũs subministrat: vt multo ma
iorem ibi sentiat q̃ in fetore. ex. de psump. cũ in iu
uentute. libidinis mulierũ: q isto morbo laborant,
sicut audiui a talibus hoc nõ erubescentibus confi
teri. Propter hoc vitiũ, qnq; ciuitates, due propter
vicinitatem, tres pp sceleris actũ, igne & sulphure
cõsumpte submerse sunt. in auf. vt nõ luxu. contra na
tu. circa fi. coll. vj. de peni. dist. j. sed & continuo. vbi
de hoc. Sed cur nubit vir in feminam. i. ad modũ

femine

femine vires porrecturus:qd cupit vbi sexus locū
suū pdit?vbi scelus est id qd nō pficit scire?vbi se-
xus mutaꝭ in alterā formā?vbi amor nec inuenit?
Tales ergo infames insurgentibus legibus armā-
tis viribus sunt vltore gladio feriendi.vt pie.l.cum
vir. Sed ꝛ ſm canones pro hoc flagitio clericus
deponitꝛ:ꝛ in arctū monasteriū detrudiꝛ ad ppetuā
pnīam peragendā.Religiosus vero incarceraꝛ ſm
religiosorū cōstitutiones.de hoc ex.ꝺ excel.pla.cleri-
ci.vbi ꝺ hoc.ꝛ ꝺ vi.ꝛ ho.cleri.vt clericoꝝ.vbi ꝺ hoc.
ij.q.vij.§.verū.ꝟ.aliū pꝛhibenꝛ.De solo ꝟbo tali le-
daꝛ os,ꝛ polluiꝛ aer:ꝛ aures audientiū polluunꝛ.
xxxij.q.iiij.in eo.Per hoc petm̄ societas q̄ cū deo ē,
violaꝛ.xxxij.q.vij.flagitia.ꝛ plus peccat talis q̄ꝫ cū
matre ppria.e.cā.ꝛ.q.adulterij malū.Propter hoc
crimē dicit iperator ꝙ tēpestates ꝛ pestilētie indu-
cunꝛ ꝛ fames ꝛ terre motus in aut.vt nō luxu.ꝯtra
natu.§.fi.n.coll.vj.Et q puerū ipudicū facere atten
tauerit,iniuriarū teneꝛ.de pe.di.j.si qs tā masculū.
ꝛ q eū corrumpit capite puniꝛ.e.di.q prauo.Pro-
pter tn̄ actū sodomiticū nō pōt vir dimitti ab vxo-
re.legiꝛ ꝛ no.xxxij.q.vij.oēs causationes. Sciens-
dū tn̄ ad hoc detestabile vitiū detestandū ꝛ cauē-
dū ꝙ magnitudo pctī ꝯtra naturā pōt ondi p sa-
crā scripturā q̄ hoc vitiū asserit maximū.Un̄ Gen̄.
xiij.hoies aūt sodomite erāt pessimi ꝛc.ꝛ.xviij.dicit
dn̄s clamor sodomoꝝ ꝛc.ij.q.j.deꝰ.ex̄ de accusa.qua
liter.ij.Greg.Tante ꝛ inaudite turpitudinis vitiū
quasi admirationē ꝛ dubitationē parit in audiētē.
Un̄ dn̄s q̄si admirans ꝛ dubitans sup tāto scelere,
descendā ingt ꝛ videbo ꝛc.Itē Gen.xxxvij.legiꝛ
de Joseph ꝙ accusauit fratres suos apud prē suū
crimine pessimo.i.de vitio ꝯtra naturā:vel cū be-
stijs:vel ad inuicē:vel cū alijs ſꝫ vnā acceptionē.

Uaria execrāde huius obscenitatis supplicia.

Pōt etiā ondi magnitudo huiꝰ pcti p vindictā
sumptā de eo:q̄le fuit diluuiū inter alias causas.qꝛ
sicut Methodius historiographus ait.Mulieres
supergresse abutebanꝛ viris:ꝛ hoīs ēt in alterutrū
exarserūt.Alia vindicta fuit ꝙ dn̄s pluit ignē ꝛ sul-
phur super sodomā ꝛc.Gen.xix.Et submerse sunt
qnq; ciuitates.ꝛ fecit lacū q di mare mortuū.illa
aq̄ non est natabilis nec potabilis.ibi ferrū natat:
ꝛ pluuia mergiꝛ.ꝛ ibi sunt poma pulcherrima exte
rius:intus aūt plena fauilla ꝛ cinere.his ꝟbis descri
bitur luxuria.vt no.de pen.di.j.sed ꝯtinuo.in glo.j.
Alia vindicta fuit de Onā filio Jude Patriar-
che de quo legiꝛ Gen.xxxviij.ꝙ semē fundebat.Un̄
ꝛ dn̄s pcussit eū ꝛ mortuꝰ est.Leuit.ēt.xx.legiꝛ.Qui
dormierit cum masculo coitu femineo:vterq; opati
sunt nefas:morte morianꝛ:sanguis eoꝝ sit sup eos.
xxuj.q.v.§.hinc apparet.Itē q cū iumento coierit
morte moriaꝛ.pecus quoq; occidite.Mulier q̄ suc-
cubuerit cuilibet iumēto,simul interficiatur cū eo.
sanguis eorū sit sup eos.Leuit.xx.xv.q.j.mulier.ꝛ
Johel.iij.Congregabo oēs gentes ꝛc.Et post.Di-
sceptabo ibi cū eis.q̄re sequiꝛ ibi.Posuerunt pue-
rū in postribulo.ad Rom.j.Propterea tradidit.i.
pmisit tradi.sic exponiꝛ xxiij.q.iiij.vasis.illos deus
in passiones ignominie nā femine eoꝝ mutauerūt
naturalē vsū,in eū q est ꝯtra naturā.silr aūt ꝛ ma
sculi relicto vsu natura.femine exarserunt in deside-
rijs suis.inuicē masculi in masculos turpitudinem
opantes:ꝛ mercedē q̄ꝫ oportuit erroris sui in seme
tipsis recipientes.Itē ondit p hoc ꝙ multi anti
qui inueniuntur nō reputasse q̄si adulteriū vel stu-
prū respectu huiꝰ pcti.Gen.xix.dicit Loth sodomi
tis.Nolite q̄so fratres mei:nolite hoc malū facere.
habeo duas filias q̄ nondū cognouerunt virū:edu
cā eas ad vos:ꝛ abutimini eis sicut placuerit vobis.
xxiij.di.qd ait Loth.xxxij.q.vij.offerebat ꝛc.Itē ibi
in illo Gen.c.xix.alia vindicta.Et eos q̄ foris erāt.
pcusserunt cecitate a minimo vsq; ad maximū.Et
Judic.xix.Educ virū q ingressus est domū tuā:vt
abutamur eo.egressusq; ē senex ad eos,ꝛ ait.Nolite
fr̄es,nolite facere hoc:qꝛ igressus est hō hospitiū meū.
ꝛ cessate ab hac stultitia.habeo filiā virginē:ꝛ hic
homo hēt ꝯcubinā:educā eas ad vos vt humilie-
tis eas ꝛ vestrā libidinē cōpleatis.tm̄ obsecro ꝙ
scelus hoc ꝯtra naturā nō operemini in virū. Pro-
pter hoc vitiū qd erat in humana natura, filiꝰ dei
fere desijt incarnari.dicit Aug.Hoc vitio laborātes,
homicide sunt, etsi nō gladio,tn̄ facto:quo dn̄t deo.
Tu fecisti masculū ꝛ feminā vt multiplicenꝛ ho-
mines.Gen.j.nos opā damꝰ vt minuatur ꝛ defi-
ciat genꝰ humanū feminis non parturientibꝰ.Et
ꝯgrue dicꝛ pctm̄ ꝯtra naturā:qꝛ tales impii nō ob
seruant leges q̄ꝫ ꝛ bruta aīalia.c.ho.xxxij.q.vij.non
solū in fi.De hoc etiā Bern.super canti.sermone.
lxvij.Tolle de eccl̄ia venerabile ꝯiugiū:nonne re-
ples ꝯcubinarijs,incestuosis,seminifluis,mollibꝰ,
masculoꝝ ꝯcubitoribꝰ ꝛc. Aug.de adulterinis ꝯiu
gijs ꝛ transferꝛ.xxxij.q.vij.adulterij malū.Usus.n.
naturalis si vltra modum ꝓlabitur.in vxore qdem
veniale est,in meretrice damnabile est:sed illud qd
ꝯtra naturā fit,execrabiliter qdem in meretrice fit:
sed execrabilius in vxore.Itē Aug.ꝯtra Joui.Usus
naturalis ꝛ licitus est sicut in ꝯiugio:ꝛ illicitꝰ sicut
in adulterio.ꝯtra naturā vero semp illicitus.ꝛ pro-
culdubio flagitiosior atq; turpior,quē sanctꝰ apl̄s
ꝛ in feminis arguebat:damnabiliores volens intel
ligi quā si in vsu naturali vel adulterando pecca-
rent.xxxij.q.vij.vsus. Sodomite videntes ange-
los iuuenculos imo vultus decore ꝑcipuos:ꝛ apud
Loth secessisse cognoscentes:ad iniuriā eoꝝ pulchri
tudinis sunt ꝯuersi:Josephus.In terra sodomoꝝ
gignunꝛ poma q̄ ad maturitatis faciē pueniunt:q̄
morsa in fauillā ꝛ fumū euanescunt.Aug.de ciuit.
Dei lib.xxj.Item sup illud Esa.ix.Habitantibꝰ in
regione vmbre mortis lux orta est eis.dicit Hiero.ꝙ
lux illa oēs laborantes illo vitio extinxit.ꝛ hoc fecit
Chūs:vt oēs eradicaret:ne in natura q̄ꝫ assumpse-
rat tanta de cetero immunditia inueniretur. Fu-
rentes ista libidine degeneres esse ꝛ ignobiles ꝛ fu-
rentes libidine:nec bello seculari fortes,nec in fide
esse stabiles esse ꝯstat.lvj.di.si gens angloꝝ. Pro-
pter istud vitiū filij paruuli eoꝝ morte puniuntur
igni.sed ignis pena illis diminuta est,qbꝰ successio
paterni sceleris adēpta est.j.q.iiij.§.his ita ꝟ.itē par
uulos.Isti ēt flagitiosi singulariter dicuntur filij dif
fidentie.ex̄ de ex.prela.clerici.qꝛ vt ibi dicit glo.de
eoꝝ salute diffidēdū est:qꝛ vix aut difficillime ꝯuer
tuntur.ſm Ostien.Reuerti tn̄ pñt si volunt:qꝛ de
nemine desperandū est in hac vita.xxxij.q.iiij.ancil
lā de pe.di.vij.c.j. Ex supioribꝰ authoritatibꝰ ꝛ
originalibꝰ colligitur ꝙ istius flagitij abominabilis
multiplex species est:ꝛ ois species criminosa.sꝫ vna
magis alia.qꝛ gradus sunt in peccatis:maxime in
peccato carnis.xxxij.q.vij.§.sunt.n.cū.c.seq.ꝛ vnū
est maius alio.vt ibi.Quos scubā licet me pudeat:
pp ꝯfessores vt sciant alleuiare paulisper ꝛ aggraua
re semper hoc scelus.non ad predicandum nisi ge-
neraliter pctm̄ sodomiticum super oīa carnalia ag-

Diffidentie filii.

grauando:& si specialiter cautissime. Est aut vna
species manib⁹ se vel aliuz tangere impudice: maxi
me membruz vel vicina ei.c.xxxii.q.v. nec solo.&.q.
iiij.c.meretrices.in fi.xxxii.di.hospitiolum. Scda
species est se tangere & polluere. no.xxxii.q.vij.oēs.
in glos.vester. & hec maior. Et iste vilissimus tact⁹
& pollutio multum hodie inualuit in oi gñe hoium
illoꝝ q fetores libidinis amplexantur: quuz scdam
psonaz non habent: vel memoria actus illius se tur
pissime fedant. & talis memoria cum delectatione &
ei⁹ ɔsensu etiaz sine tactu peccatū mortale est. vt le-
git & no.xxxij.q.vij.non soluz. Tertia species, pol
luere vxorez ex̄ claustra pudoris. de qua.xxxv.q.iij.
extraordinaria.ex̄ de eo qui cog.ɔsang.vxo.sue.fra-
ternitati.vel aliaz mulierez.sed prima maior.de hac
etiā pollutione no.xxxij.qō.vij.omnes. Quarta
species, cū iumentis.de qua.s̄.v̄.pōt.dixi. Quin-
ta species, masculi cuz masculo.quo casu minus ma
luz est pati q̄z agere.no.xxxii.q.vij.adulterij.in glos.
quo casu. Sed in ista pestifera specie horribili⁹ & sce
lestius est retro in ano membruz immittere: q̄z facie
ad faciē se amplexantes vel procumbentes se ɔtin-
gere agitare ɔtrectare & fedare. Sexta species est,
qñ mulieres supergrediuntur & abutuntur viris.

Septima, qñ mulieres fede & impudice se adin-
uicez abutunt. vt.s̄.tetigi.v̄.pōt. Octaua, qñ mu-
lier se supponit iumēto vt.s̄.dixi.v̄.pōt. Nona, qñ
vir ɔtra nām abutitur muliere. quod in meretrice
est execrabile: in vxore detestabilius. vt.s̄. item. &.
Aug.probaui. Decima & forsan inaudita. sed ego
sepe audiui ab eisdem nefandis. qñ vna mulier for-
mans sibi formaz membri virilis alia abutitur cuz
eodem. Nō dedignent hypocrite se coram hoībus
iustificantes audire talia. Sed ɔfundantur & vere-
reantur. & ɔuertant & intantum se non dissimulent
si tanguntur. Undecima, qñ semē funditur sine
tactu.s̄. &.alia vindicta. Intantum tot⁹ mund⁹ ma
xime Italia istius sceleris specieb⁹ obrut⁹ est: q̄ re-
mediuz non superest: nec predicationū, nec timoris
pene tpalis: nisi ignis de celo sulphureus in ira Dei
& correctionem alioꝝ, iterū sup istos sceleratissimos
vtraqz morte dignissimos descendat velociter & ɔsu
mat: sicut ɔsumpsit & exterminauit pessimos sodo-
mitas. Gen.xix. Circa nouitios ephebos intan-
tum demon manuz misit ad fortia ingredientes or
dines: q̄ super ista mā superabundantissima caute-
la & custodia adhibenda est. Job.xl. dī de diabolo.
Absorbebit fluuium.i.gentes infideles fluidas.nec
mirabit.i.pro magno non habebit si deuoret infide
les.habet enim fiduciaz vt influat Jordanis in os
ei⁹.i.q̄ deuoret baptizatos maxime religiosos qui se
lachrymis & pñia iudicant tota die: Jordanis.n.in
terpretatur riuus iudicij. Uñ Hiero. Job subuerte-
re cupit. & deuorato Juda ad turbandos aplos ex-
petit prātez. Sequitur in Threnis. Et pueri in li
gno corruerunt. p pueros in sacro eloquio peccātes
insensati sepe intelligunt. Uñ Eccle.x. Ue terre cu-
ius rex puer est.i.ratio puerilis. Et Pharao pueros
masculos submergi precepit. Exo.j. A Pharaone
diabolo submergit: qui fluctib⁹ tribulationum ad
petm̄ inuoluit submergit quidē nunc in culpa: tan
dez in gehēna. Hiere.lj. Sic submerget Babylon.
Et.iiij. Reg.ij. Duo vrsi lacerauerunt. xlij.pueros.
vrsi luxuriosi significant spūs fornicationuz: qui de
luxuria tentāt q bene duo dr̄: pp vtrunqz sexū quē
tentāt. vel q: in illo petō duas aias lacerāt: sicut be-
stie & aues fetidū cadauer. Gen.xl. Lacerabūt volu
cres carnes tuas. Tales pueri in ligno corruerūt q:
se in petō arido, maxima sodomitico suspenderunt.
Sequit: Senes de portis defecerūt. Olim p̄dicato-
res in porta sedebāt tēpli: vt igredientes & egrediē-
tes audirēt verbuz Dñi. Hiere.vij. Sta in porta do-
mus dñi. & Amos.v. Odio habuerūt corripientem
in porta. & ps.lviij Aduersuz me loquebant q sede-
bat i porta. Ad literā hodie p̄dicatores: q: adulato
res sunt: non correctores: nec veritatis liberi denun
ciatores. vñ & p̄ditores.xj.q.iij.nolite. Hodie omnes
dñt maxime p̄lati loquimini nobis placentia. Esa.
xxx. Ad literaz hodie verbū Hiere. cōpletur. Hiere.
vj. Ecce verbū dñi factū ē eis in opprobriuz: & nō su
scipiunt illud. q: increpationē & correctionē quan-
tumuis gñaliter p̄dicataz reputant vituperationez:
& pro se dictā vnusquisqz maxime prelatoꝝ accipit.
Uñ non inuenitur q pre timore ꝓnunciare audeat
veritatem: q̄z si dicerent psecutiones & tribulationes
nedū ab aliis, sed etiā p̄cipue a suis fribus sustine-
bit. sicut ego in meipso frequenter fui expert⁹. sed p
psecutione a p̄dicatione cessare non hēt. xliij.di.scia-
mus. Contēnitur ēt hodie p̄dicator pp vilitatem
psone. Uñ Eccli. xiij. Diues locut⁹ est: & oēs tacue
runt: & verbuz illius vsqz ad nubes ꝑducent. paup
locut⁹ est: & dñt: qs est hic? Sed verbū Pauli de
longe pphetantis completur hodie.ij.ad Timo.iiij.
Erit tps quū sanā doctrinā non sustinebunt: sed ad
sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurien
tes aurib⁹: & a veritate qdez audituz auertent: ad fa
bulas aut ɔuertentur.xxvj.q.v.nec miruz. vltra co-
luz. Nemo audet hodie p̄dicare in gñli etiaz vitia.
quuz dicat Paulus.p̄.c.ij.ad Tim.iiij.argue.obse-
cra.increpa. Threnaj. Prophete tui.i.predicatores
tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniq-
tatez tuaz vt te ad pniaz prouocarēt. qd exponitur.
xliij.di.sit rector. Esa.lviij. Et annūtia pplo meo sce
lera eoꝝ: & domui Jacob petā eoꝝ. Tales senes de-
fecerunt. q: & ipsi predicatores senes multi etate nō
moribus: q senect⁹ attendenda est.lxxxiiij.di.porro.
Senes non eos sacra scriptura vocare ɔsueuit: q so-
la temporuz quantitate, sed q morū grauitate matu
ri sunt. Uñ in li.Sap.iiij.c. Senect⁹ honorabilis est.
non diuturna neqz numero annoꝝ cōputata. cani
sunt sensus hoīs: & etas sincera vita imaculata. Gre.
in moral.li.xxx.itez Amb.in hexameron. Senectus
ipsa in bonis moribus dulcior: in ɔsiliis vtilior: ad
ɔstantiā subeunde mortis paratior: ad reprimēdas
libidines fortior. Itē Chrys. sup eplaz ad Heb. ho-
mil.xiij. Nā & rege honoram⁹: & ei⁹ purpuraz & dia
dema: q: ista sunt signa principat⁹. Si vero audiue-
rim⁹ illū cū purpura dposui & ab armigeris suis ɔcul
cari: nunqd reuereremur tūc purpurā aut diadema?
Noli g̃ pp canos velle honorari: qñ ipse eos iurias.
Itez sup Mat. Fides nunq̄z senescit: & religio fa-
gatione nō sentit. Defecerūt. q: dñt & nō faciūt.xix.
dist.fz.j.q.nō qles. Sequit. Et iuuenes de choro
psallētiuz. ideo non psallūt iuuenes in ecclia hñtes
officiū psalmistat a psalmis canēdis vt.xxj.di.c.j.v̄.
psalmiste.xxiij.di.psalmista. q: eos comedit ignis lu
xurie.ps.lxxvij. Juuenes eoꝝ comedit ignis. Amb.
sup bti imaculati. Juuent⁹ est ad amorē liberior. ad
luduz incautior. ad infirmitatē fragilior. ad correc-
tionē durior. Et q: petm̄ qd suo effectu tristiciaz in
gerit, in eis est isto tpe: ideo ab eis recessit letitia spūa
lis. vñ Amb. de officiis. Ut in senibus grauitas: ita

iuuenibus alacritas: Ita in adolescētibus verecun
dia velut quadā dote cōmēdat nature. Juuenes ēt
hic accipiunt nō etate sz sensu ꝛ vitio. Uñ gl. ij. Pa
ral. x. Juuenē nō etate sed vitio sepe dicimus. nō n.
Roboā erat etate iuuenis: sz sensu. q. xlj. anno etatis
sue regnare cepit. Uñ in prin. x. c. Paral. ij. dr̄. At illi
nuderūt vt iuuenes ꝛ nutriti cū eo in delicijs. Sicut
ēt accipitur. iij. Reg. xij. ꝛ. xxxiiij. dist. quorūdaz. ibi.
Merito iuuenis dr̄: qꝛ iuuenilibus desiderijs occu
patus, nulla grauitate ꝯstrigit. Uñ Greg. in moral.
li. xxx. Juuenes dici solēt qui nulla cōsilii grauitate
deprimunt. Sequitur. Defecit gaudiū cordis no
stri. Gaudiū cordis verū, purites cordis est. qđ vo
catur ab aplō. Rom. xiiij. gaudiū spūs scti. De quo
Phil. iiij. Gaudete in dño ꝛc. ꝛ Eccl. ix. Bibe cum
gaudio vinum tuū: qꝛ deo placēt opa tua. Esa. xij.
Haurietis aquas. s. cōsolationis. in gaudio de fonti-
bus saluatoris. Et Act. viij. Ibat eunuchus p viaz
suā gaudēs. Et Roma. xij. Gaudete cū gaudentibꝰ
ꝛc. Hoc gaudiū est vbi crimē non est. peccator eniz
vere gaudere nō pōt. Tob. v. Quale mihi gaudium
erit q in tenebris. s. peccatoꝝ sedeo? de qbus. j. Jo. ij.
Qui odit frem suū: in tenebris est. Et Jac. iiij. Ois
talis exultatio maligna est. q. d. nō est vera exultatio
ꝛ non solū maligna: sed ēt. falsa. qꝛ sibi effectū letitie
cū tristitia vsurpat. Uñ Prouerb. xiiij. Risus dolore
miscebit: ꝛ extrema gaudij luctꝰ occupat Luc. vj. Ue
vobis q ridetis nūc: qꝛ lugebitis. vbi Basiliꝰ. Quū
dñs ridētes nūc arguat: planū est ꝙ nunꝙ erit fidei
tps risus: ꝛ ꝑcipue in tāta multitudine eoꝝ q in pcō
moriunt: pro qbus lugere opz. supfluus aūt risus est
imoderātie signuz, ꝛ effrenis aīe motus. sed vsqz ad
vultus iocūditatis exprimere passionē aīe nō dedec
cet. Chrys. Dic mihi āt cur ꝯcuteris ꝛ defluis: qui
ōbes adsistere terribili iudicio: ꝛ ponere rōnē de oi-
bus hic optatis? Et Ber. Nūquid q induunt pur-
pura ꝛ bysso gaudiū ꝛ letitiā obtinebūt? Absit vt i
terra suauiter viuentiū inueniat materia gaudioꝝ:
quū tātis alterationibus tota mūdi facies immute
tur: ꝛ eleuet: ꝛ allidat: ꝛ respiret allisa. Aug. de ꝟbis
dñi. sermone. xxxviij. ꝛ glos. Phil. iiij. Gaudiū secu-
li ꝛ letitia est īpunita neqtia. s. luxuriari: inebriari: ꝛ
nihil mali pati. Itē Aug. sup Joā. sermone. vij. Leti
tia seculi est vanitas. cū magna expectatione sperat
vt veniat: nec pōt teneri quū venerit. Item glos.
super ps. xxxvj. Exultare est quū magna alacritate
animi gaudere. letari est tēperata animi affectione
gaudere. Item Ansel. sup ps. v. Letitia est ai exulta
tio ꝛ corporis. vñ a saltu dr̄ exulto. Itē Greg. in mo
ra. lib. ij. Prenūtia tribulationis est letitia satieta-
tis. Itē Greg. i mora. lib. xij. Uera mētis letitia crea
ta est: dignū itaqz vt se sp hō merētē inueniat q dere
licto creatore in se gaudiū qrebat. Itez Cesarius in
sermone. Uerū gaudiū non possidetur nisi pax ꝛ iu
stitia teneatur. Prima enim ꝛ quasi radix est iusti-
tia. Scda pax. Tertia gaudium. De iustitia nascitur
pax. de pace gaudiū. gaudiū vero fructꝰ bonoꝝ ope-
rū ostendit. Seneca in epistolis. Nunꝙ sapiens si-
ne gaudio est. gaudiū aūt non nascitur nisi ex virtu
te cōsciētie. Hiero. ad Heliodoꝝ. Delicatus es frāt si ꝛ
hic gaudere vis cū seculo: ꝛ postea regnare cū Chri-
sto. Itē Seneca in epistolis. Patrie est nō exilij fre-
quentia gaudioꝝ. ꝛ numerositates festiuitatū ciues
non exules. itē Grego. in moral. A veritatis pabulo
ieiuni sunt: qui in hac peregrinationis inopia letan
tur. Beati tm̄ gaudebunt quantū amabunt ꝛ tan-
tum amabunt: quantū cognoscent. Itē Aug. de ago
ne. c. x. Gaudet piscis qui non videt hamū. escā deuo
rat: sed quū piscator eū adducere ceperit: viscera tor-
quent primo: deinde ab oī letitia p ipsam escaz de q̄
ligatus est ad consumptionē trahitur: sicut sunt oēs
qui de bonis temporalibus beatos se putāt. hamuz
acceperunt. veniet tps quo sentient quanta tormen
ta cuz auiditate deuorauerunt. Et ideo bonis nihil
nocet ꝙ eis hec auferuntur que non diligunt. bona
auferre nemo pōt. Bern. de libero arbitrio. c. xiiij.
Qui letantur quū male fecerint ꝛ exultāt in rebus
pessimis. Prouerb. ij. Tale est qđ faciunt quale quū
phrenetica ridēt. Nulla verior miseria: ꝙ falsa leti-
tia. Item Bern. in sermone de oibus sanctis. Illud
verū ꝛ solū est gaudiū, quod non de creatura sed de
creatore concipit: cui cōparata oīs aliunde iocundi
tas meror est: oīs suauitas dolor est: oē dulce amarū
est: oē decoꝝ fedū: postremo oē quodcunqz delectare
pōt, molestū. Itē Greg. in Homil. de virginibꝰ. Ne
mo potest hic gaudere cū seculo: ꝛ illic regnare cum
Chro. Tullius de officijs. Gaudia sp aīos inquietāt.
modus enim raro letis rebus imponit: q magis in
tristitijs inuenit. Merito igitur dr̄. Defecit gaudiū
cordis nostri. ꝓpter pcā que sunt intra ecclesiam:
que tristes nos faciunt effectiue. Tristitia peccati est
amaritudo conscientie que semper est in prauo ope-
re. de qua Eccl. xiiij. Beatus q nō est stimulatus in
tristitia delicti. Isid. Uis nunꝙ esse tristis? bene vi-
ue. Reus animus nunꝙ securus ꝛ letus est. Hiere.
xlvj. Uidi eos pauidos ꝛ terga vertentes. Sequit.
Uersus est in luctū chorus noster. i. instrm̄ letitie. de
quo ps. cl. in tympano ꝛ choro. Et Luc. xv. ibi. sym
phoniā ꝛ choꝝ. ꝛ ex̄ de cele. mis. dolētes. ibi. choꝝ si
lentiū fugientes. Uersus est in luctū. i. tristitiā. vñ
Aug. sup illud Mat. v. Beati q lugēt. Luctꝰ est tri-
stitia de morte charoꝝ. Uere hodie in eccl'ia dei non
est materia gaudioꝝ: sed plāctus ꝛ luctus qꝛ velimꝰ
nolimus, pcā grauia ꝛ frequentata, nec p luctū dele
ta, nobis luctū ꝛ tristitiā intulerunt. neqz in dño pos
sumꝰ exultare. qꝛ iusti nō sumus iuxta illud ps. xxxij
Exultate iusti in dño. Sed vtinam ꝛ lugeremus. qꝛ
non lugemus. ꝛ bonū luctū nobis ꝓcuraremus: vt
malū luctū expelleremus. Luctus enim fm̄ deuz est
aīe ꝯtristatio: in dolore cordis affectio: quez sitit sem
piterne seruenter ꝛ impetuose querens: ꝛ in priua-
tione cōsecutionis quesiti dolorose ꝛ laboriose per-
sequēs: ꝛ post hunc lamentabiliter eiulās. Uel luctꝰ
est stimulus aureus aīe oīs adhesionis ꝛ affectionis
nudatiuus. ꝛ in visitatione cordis a scā tristitia insi
xus timore liquefaciens ꝛ humilians. fz Climac. ab
bas. mōtis Synai. Sequit. Cecidit corona capitis
nostri. Uere cecidit a capitibus clericoꝝ corona re-
gni, qđ in Christo expectatur designata. xj. q. j. duo
sunt. pp pcm̄ ꝙ aufert regnum. vñ Matt. xxj. Aufe
retur a vobis regnum dei: ꝛ dabit genti facienti iu-
stitiā. xxiiij. q. vij. c. ij. Scdz Inno. in sermone. duplex
est corona sanctoꝝ. Una est in via: que dat ad meri-
tum: q̄ est corona virtutis ꝛ grē: q̄ est iustitia quā cā
dor gratie illustrat. vñ ps. lxiiij. Benedices corone
anni benignitatis tue. i. multiplicabis virtutez gra-
tie. Hz autem corona virtutis in gyro quatuor prin
cipales lapides. i. quatuor virtutes politicas. A par
te anteriori, iustitiam. qꝛ que sunt ante, sunt certa. A
posteriori, prudētiā. qꝛ q̄ sunt retro, sunt dubia. A de
xtra, tēperātiā, qꝛ q̄ sunt a dextris, sunt ꝓspera. A si-
nistris, fortitudinez. qꝛ q̄ sunt a sinistris, sunt aduer-

De vero gaudio plurima.

Sanctoꝝ corona duplex.

sa. In certis est adhibenda iustitia. In dubijs adhibēda prudētia. In psperis opus est tēperantia. In aduersis fortitudo est necessaria. Alia corona est i patria. de qua. ps. viij. Glia ꝛ honore coronasti eū. Hāc coronā pdimus: q2 passionē Christi nec in memoria nec in imitatione habemus. vñ j. Macha. x. Misit Alexāder. i. Chrs allenās tenebras, ab intellectu: vel auferēs angustias, ab affectu Joā. j. Gra ꝛ veritas p Jesuȝ Chrm. Jonathe. q̄ interptaf colūba domi. Purpurā. passionis. vñ illud. Ornata regis purpura. Et coronā. i. pmiū passiōis. Cecidit etiā corona capitis nři, q2 vitā ꝛ exēpla aplorꝫ nō tenemus: q sunt corona principū ꝛ fundamēta eccle. ex̄ de elec. fundamēta. lib. vj. vñ sup ps. xx. Posuisti i capite ei⁹ coronā de lapide pcioso. dicit glos. q2 i pn cipio sermonis ei⁹ ambierūt eū lapides pciosi. i. apli q sunt. xij. lapides in rationali iudicij. Exo. xxviij. ꝛ Ezech. xij. fundamēta spūalis edificij. Apoc. xxi. Cecidit etiaȝ corona capitis nři. q2 fides charitate formata: p quā coronā dat caput nřm Chrs. defecit q̄si. vñ Zacha. vj. Sūme a trāsmigratione aurū ꝛ argētū. i. charitatē ꝛ fidē. Aurū eni spēs est metallorꝫ. Et facies coronā ꝛ pones in capite Jesu. q2 oēȝ gloriā ꝛ honorē ꝛ virtutē Chrō debem⁹ attribuere. sicut de scis legif Apoc. iiij. Mittebāt coronas suas an thronū dñi dei sui. Sequif. Ve nobis q2 peccauimus. subaudi. pp qd cecidit corona capitis nři: vt pmittif. Ve. i. eterna dānatio Apoc. viij. Ve Ve Ve habitātib⁹ in terra. Et Eccl. iiij. Ve soli. lxxxj. dist. in oibus. Et Luc. vj. vbi q̄ter ponif istud ve. ꝛ Mat. xxiij. vbi ponif octies ve. Ubi Chrys. Hec. n. dictio ve sp in scripturis dr de iis q̄ non possunt euadere a futuro supplicio. pp̄ea factū est mestū cor nřm. q2 peccauimus: ꝛ coronā pdidim⁹. Qd. n. bonū (dicebat frater Egidi⁹ soci⁹ beati Frācisci) pōt habere in hac vita: q expectat habere oē malū in alia? Quā letitiā habere pōt: q sperat oēm hic sp tristitiā? Nā (vt satis dcm̄ est) oē pcm̄ tristitiā necessariā secū portās infert cordi. Sequif. Ideo ꝯtenebrati sunt oculi nři. s. interiores. q2 pcm̄ mēti tenebras ingerit: ꝛ frequēter cordi. vñ Gen. xix. Eos q foris erāt percusserūt cecitate. loquif de Sodomitis. Greg. Carnalis delectatio mēte quā inficit, obscurat: vt videre veri luminis claritatē nō valeat. ꝛ vñ inferi⁹ delectaf. inde caliginē ad supna patiaf. Apoca. iij. Dicis q2 diues. supbis loqtur. sum ꝛc. Et sequif. ꝛ nescis q2 tu es miser, ꝛ miserabilis, ꝛ pauper, ꝛ cecus. Apls vocat pcā opa tenebrarū. dicēs Ro. xiij. Abijciamus opa tenebrarū. Aug. in lib. ꝯfessionū. Et nimis istā facies claudebat oculos meos. Occecat etiam auaritia. Exo. xxiij. Nō accipies munera: q̄ excecāt ēt prudētes: ꝛ subuertūt vba iustorꝫ. Eccl. xv. Encenia ꝛ dona excecant oculos iudicū. xj. q. iij. paup. ꝛ c. q̄tuor. Pastores hodie eccle, put cōiter, ceci sunt vtraqꝫ cecitate ignorātie ꝛ pcī. ꝛ adimplef illud Esa. lvj. Oēs bestie agri venite ad deuorandū: vniuerse bestie saltus. speculatores ei⁹ ceci oēs. Bestie demones, q̄si vastie a vastādo. ps. lxxiij. Ne tradas bestijs aias ꝯfitentiū tibi ꝛc. Bestie agri, sunt q īpugnant actiuos. Bestie saltus, q cōtemplatiuos. Speculatores p̄elati sunt. Eze. iij. ibi. Fili hois: speculatorē dedi te domui israel. Uñ potest exponi litera superior. Cōtenebrati sunt oculi nři. s. plati: q sunt oculi in ecclesia: prospiciētes agēda ꝛ cauēda in subditis. xciij dist. diaconi. j. ꝛ. ij. ꝛ extra de of. archi. ad hec. Et de talibus oculis dicit ps. lxviij. Obscurenf oculi. i. prelati glos. eorꝫ subditorꝫ. ne videāt. xxxvij. distinc. §. vt itaqꝫ. vt ceci cecis ducatū prebētes, cū eis in foueaȝ peccati pariter cadāt Luc. vj. ꝛ pre. §. ꝛ. xxxviij. dist. q̄ ipsis. ꝛ extra de eta. ꝛ quali. cū sit. Mat. xxiij. Duces ceci. excolātes culicē. camelū aūt glutiētes. ꝛ an pmisit in preal. c. Ve vobis duces ceci. ꝛ sequif stulti ꝛ ceci. ꝛ post sequif. qd eniȝ maius est ꝛc. vbi Orige. Quo aūt nō existimātur ceci: q nō vidēt qm̄ nihil prodest eis esse dispensatorē in rebus minimis: quū principalia negligunf. Sequitur in Thren. Propter montē Syon q2 disperiit. Mons Syon eccla est speculatiua dicta mons dñi. Esa. ij. Venite ascēdamus ad montē dñi. Disperijt in malis filijs suis īpudicis. ps. lxxxij. Disperierūt in endor: facti sunt vt stercus. vt. s̄. dixi in Thre. iiij. ꝟ. sequif in. c. illo. Uñ ꝛ pp̄ea de terra viuētium taliū memoria disperibit. ps. cviij. Dispereat de terra memoria eorū.

Vulpes deambulauerunt in eo. heretici multi in eccla. ex̄ de purga. c. inter. Amb. sup Lucā. Vulpis nunq̄ māsuescit: nec est alicui vsui aut cibo vtilis.

Orosius sup cātica. Vulpis est aial qd quū esurit, apto ore se mortuū fingit. heretic⁹ p abstinentiā. Mat. vj. vt simplices deuorēt. simplicitatē simulat dolosus. Mat. vij. Attēdite a falsis prophetis q in cōuenticulis occultis habitāt. C. de epis. ꝛ cle. ꝯuenticulā. ex̄ de here. excōicamus. j. §. adijcimus. xxiiij. q. vlti. Fetet, p doctrinā erroneā. Nō gradif, per recta itinera veritatis. Insidias tendit, vt capiat simplices. ꝛ ita aues decipit ꝛ deuorat plena fraudis: in foueis sp latere desiderās: odore tetro putēs: nunq̄ rectis itinerib⁹ sed tortuosis anfractibus currēs: insidias casibus (alias canibus) tendēs: q̄ oia hereticis cōueniunt. Amb. sup Beati imaculati. Sāson binas vulpes sibi nexuit: ad quarum caudas faces colligauit: p hoc signās q heretici linguā liberā habeāt ad latrandū: sed exitus ipeditos. finē ꝟo fraudis sue incēdio deprauāt. Can. ij. Capite nobis vulpes paruulas q̄ demolianf vineas. i. ecclias. Sicut vulpes habent anhelitū fetidū: ita heretici fetidam doctrinā. de talibus vulpibus ex̄ de heret. excōicamus. j. ꝛ. c. excōicamus. ij. ꝛ de purga. c. inter sollicitudines. in pn. Noie etiā vulpiū dolosi ꝛ ficti in ecclesia intelliguntf. vñ super illud Matth. ꝛ Luce. ix. Vulpes foueas hñt ꝛ volucres celi nidos. Augu. de verbis dñi. Filius hois nō hȝ vbi reclinet caput in fide tua: q2 dolosus es. quo enim dolosus sequif simplicitatem. Item Greg. i moral. Vulpes valde fraudulenta sunt alalia: q̄ in fossis aut specubus absconduntf. quūqꝫ apparuerint: nunq̄ rectis itinerib⁹, sed tortuosis currunt: volucres ꝟo alto volatu se subleuant. Noie ergo vulpium, dolosa atqꝫ fraudulenta: noie autem volucrum superba demonia designantf. ac si dicat, fraudulēta ꝛ elata demonia in corde tuo inueniunt habitationem. humilitas autem mea requiem in superba ꝛ dolosa mente non inuenit. Gualfredus. Quid nobis prodest christianos dici: ꝛ esse potius antichristos? qd prodest hoies ab hominib⁹ appellari: ꝛ iudicio veritatis canes malitia: sues immūditia: vulpes astutia: vana glia volucres reputari? Tales vulpes partes vulpiū. i. demonum erunt. ps. lxij. partes vulpiū erūt. Sequif. Tu autēȝ dñe in eternum permanebis. ps. cj. Tu autem idem ipse es ꝛ anni tui non deficient. ꝛ soliū tuū in generationem ꝛ generationem. ps. cxliiij. Regnū tuum regnū oium seculorꝫ. ꝛ dñatio tua in oī gene. ꝛ gene. Quare in perpetuuȝ obliuisceris nostri? Deus no-

Vulpib⁹ cóparanf heret.ci.

ster

ster nostri nō obliuiscitur: sed nos eius pp pcā nr̄a, vñ humano more loquitur Hier.ij. Populus vero meus oblitus est mei diebus inumeris. ps. cxxxvj. Si oblitus fuero tui Hierusalē obli. de dextera mea. Exo.xxxij. in cātico Moysi. Et oblitus es dñi crea toris tui. ps.lxxvj. aut obliuisceť misereri deus. q.d. nō. Et iterū. Nunq̄d in eternū irasceris nobis? Derelinques nos in longitudine dieꝝ ita si nos te dereliquerimus. ij. Paral.xv. Dñs vobiscū q2 fuis stis cū eo: si quesieritis eū: inuenietis. si autē dereli querītis eum: derelinquet vos. Cōuerte nos dñe ad te ꝛ cōuertemur. ps.lxxxiiij. Conuerte nos deus salutaris noster. ps.lxvij. dixit dñs ex basan. i. confu sione ɔuertā: ɔuertā i profundū maris, pnie. Threi ij. Magna est sicut mare cōtritio tua. ps.cxxv. Cō uertere dñe captiuitatē nr̄am. ps.vj. Cōuertere dñe ꝛ eripe aīaꝫ meā. Jo.vj. Nemo potest venire ad me, nisi pr̄ meus traxerit eū. vbi Chryso. Hic āt insiliūt Manichei dicentes, qm̄ nihil in nobis est positū. sed hoc nō qđ in nobis est destruit. Sed ostēdit nos diuino auxilio indigentes. Itē Aug. Trahit pater ad filiū eos q propterea credunt in filiū, qi eum co gitant patrē habere deum. deus enim pr̄ equalē sibi genuit filiū: ꝛ q cogitat atq3 in fide sua sentit ac ru minat equalē esse patri cū in quē credidit: ipm tra hit pater ad filiū. Item Augu. Nullū credimus ad salutem nisi deo inuitante venire. nullū inuitatū ad salutē suam nisi deo auxiliante operari. nullum nisi orantē auxiliuꝫ promereri. Et cōuertemur: in to to corde: in ieiunio, ꝛ fletu ꝛc. Johe.ij. de pe. dist.j. §. hoc idē. di.vij. nullus. R.q ꝙuis. ꝛ cōuertemur. vñ nō hic. ps.lxxij. Conuerteť populus meus hic. i. hac vita. sed nō tardemus. Eccl.v. Ne tardes ɔuerti ad dñm. ꝛ ne differas de die in diem. Aug. Ipsa res est q̄ multos occidit: quū dicūt cras cras. ꝛ subito clau dit ostium. ꝛ remāsit foris cū voce coruina: q2 non habuit gemitū colūbinū. cras enim cras, vox corui na est. vñ ɔsuetudinarij peccatores difficillime ɔuer tūtur. Amos.j. Sup tribus sceleribus damasci ꝛ su per quatuor nō cōuertā. Hiero. Primū pctm̄ est co gitare q̄ mala sunt. Scđm cogitationibus acquiesse ꝑuersis. Tertiū, qđ mente decreueris opere cōples se. Quartū, post pctm̄ nō agere penitentiā: ꝛ suo sibi cōplacere delicto. de pen. dis.j. sup tribus. ꝛ dist.ij. si cut tribus. q2 assidue peccantiū nō miseretur deus. xxiij. dist. diaconi. v. in fi. Osee.xiiij. Cōuertere israel ad dñm deum tuū: qm̄ corruisti in iniqtate tua. Ad hoc inuitat dñs Prouerb.j. Conuertimini ad cor rectionē meā. Et nisi fuerimus cōuersi: gladiū suuꝫ eterne damnationis vibrauit. ps.vij. Nisi cōuersi fueritis gladium suum vibrauit. Conuertamur ad eum: qi benignus est. Johe.ij. Conuertimini ad do minum deum vestrū: qi benignus ꝛ misericors est. Et sequitur. Et prestabilis super malitia ꝛc. Bern. Si supra modū peccaui: nō despero. q2 supra modū doluit in quo respiro. si exacerbatur immanitate sce leris nostri: mitigabitur in dolore filij sui. Inno ua dies nostros sicut a pricipio. Typice. oratio Hie re. fit pro ista ecclesia que tantum defecit a perfectio ne ꝛ sanctitate sua: vt innouetur in plenaria sancti tate: sicut fuit in ecclesia primitiua. sed ista innoua tio non fiet: nisi prius fiat purgatio: ꝛ vitiorum eli minatio. vt adimpleatur illud Malach.iij. Et pur gabit filios leui. scilicet clericos: ꝛ colabit eos quasi aurum ꝛ quasi argentuꝫ: ꝛ erunt offerentes dño in iustitia sacrificia: ꝛ placebit domino sacrificium Iu da ꝛ Hierusalem sicut dies seculi ꝛ sicut anni anti qui. que v̄ba exponunť ab Hiero. l. dist. ꝛ purgabit.

Quomodo est Ecclesia renouanda. Et de bona ꝛ maledicta via. Cap. 3.

HEc autem renouatio ecclesie que fit per penitentiā pulchre figuratur. j. Machab.iiij. vbi Judas id est do minus Papa vicarius Christi de scendentis de tribu Juda. Matth. j. Confessor ecclesie principalis. Un de Judas interpretatur confitens vel glorificans. aït fratribus suis. cardinalibus ꝛ prelatis. extra qui fi. sint le. per venerabilē. §. sunt autē. xcix. dis. ecce. ex de crimi. fal. ꝗ graui. Ascēdamus mundare sancta. q̄ quantuꝫ ad alios coinquinanť: non quantum ad se. xlix. dis. sacerdotes. xv. q. fi. c. fi. quantum ad alios sancta. Et renouare. Et ascēderūt ad montē Syō. i. in eccliam. i. intrauerunt ad seipsos ascendentes su per se. Luce.xv. de filio prodigo dicitur in se autē re uersus. vbi Amb. Bene autē in se reuertitur: q a se recessit. etenim q2 ad dñm reuertitur: se sibi reddit: ꝛ qui recedit a Christo: se sibi abdicat. Aug. de ꝗsti. euange. In se autem reuersus est: quum ab eis q̄ fo rinsecus frustra illiciunt ꝛ seducunt: in cōsciētie sue interiora intentionē reduxit. Et viderūt sanctifica tionē desertā. ad literā. i. ecclaꝫ a sanctitate corruis se. Uel. i. mentē a dei gratia derelictam Osee.ix. Ue eis quum recessero ab eis. Et altare profanatū. per indigne in eo celebrantes. xlix. disti. c. fi. ps.lxxxviij. profanasti in terra sanctuariū eius. Uel. i. cor immū dis cogitationibus ꝛ affectionib⁹ repletū. Threñ.ij. Repulit dñs altare suū tamq̄ execratū: eo q bō sta tuit sibi idolum pcti. vñ. j. Reg.xv. sup illud. Quasi pctm̄ ariolādi est repugnare: ꝛ q̄si scelus idololatrie nolle acqescere. dicit expositor. Idolū hois est quic quid plus q̄ deū colit ac diligit. maledixit sanctifi cationi sue. Malach.ij. Maledicā benedictionib⁹ vr̄is. j. q. j. maledicā. i. maledicturū se esse ꝓdixit: nisi reconcilieť. Et sequiť. j. Machab.iiij. Et portas exu stas. i. sensus ardēti illicitoꝝ ɔsiderio iā cōsumptos. Hiere.ix. Ascēdit mors p fenestras. Et in atrijs vir gulta nata. i. mala opa exterius ꝓcedētia. Et pasto phoria dirupta. i. loca in qbus. sacerdotes corā dño sacrificia comedebāt. i. meditationes de vita eterna: qbus reficiť aīa. Job.xxxvj. Reges mēse tue erit ple na pinguedine. Sciderūt vestimēta sua. p contritio nē. ꝛ de pen. dist.j. scindite. Et plāxerūt planctu ma gno. Hiere.vj. Luctū vnigeniti fac tibi plāctū ama rū. de pe. dist.j. petrus. ꝛ c. lachryme. in ꝓn di. Et ipo suerūt cinerē sup caput suū. p mortis ɔsiderationeꝫ. Geñ.xviij. Loqr ad dñm quū sim puluis ꝛ cinis. de pen. dist.j. ꝓdixerat. Et ceciderūt in faciē sup terrā p humiliationē. Geñ.iij. Reuerteris i terrā: q2 puluis es ꝛc. Et exclamauerūt tubis. p ɔfessionē. Esa.xxiij. Frequenta cātiū. i. ɔfessionis. ps.cxviij. Clamaui i toto corde meo. Et clamauerunt in celū. p cordis i tentioneꝫ quā exaudit deus ps.xxxiiij. Clamauerūt iusti: ꝛ dñs exaudiet eos. Sequiť de emūdatione q̄ est excisio ꝛ execratio pcōꝝ. Et elegit sacerdotes si ne macula. q2 maculosi ñ debēt offerre. j. q. j. sacerdo tes. Leuit.xxi. xlix. di. hic etenī. Sine macula. ɔscien tie. Job.xj. Si nō permāserit in tabernaculo tuo. scꝫ cordis. ps.xlvj. Sanctificauit tabernaculum suum al. Iniustitia: Tūc leuare poteris faciē tuā absq3 ma

cule. Sine macula lingue. Iac.iij. Lingua ɔstituit in
mēbris nr̄is q̄ maculat totū corpus. Sine macula
vite. Job.xvj. Si adheserit manib⁹ meis macula: se-
rā ⁊ ali⁹ comedat. Vñ in canonica Jude. Odientes
eā q̄ carnalis est maculatā tunicam. Macula fame.
de qua Eccl.xxxiij. Ne dederis maculā ī gloriā tuā.
i. in famā tuam. Eccl.xj. In electis ponit maculam.
Sap.x. Mendaces ostēdit q̄ maculauerūt illū. De
istis maculis Chrys. Clerici nullā debēt hēre macu
lā: neq3 in cogitatu: neq3 in verbo: neq3 in facto: neq3
in opinione. q: ipsi sunt pulchritudo ⁊ virt⁹ eccl'e. ⁊
si mali fecerit totā deturpāt eccl'iā. ex̄ de vo. ⁊ vo. re.
magne. Volūtatē hñtes ī lege dei medi. dei. ps.j. Et
ī lege die ac nocte. xxxvij. dist. c.ij. ⁊. xxxviij. dist. c.j. ⁊
xxxvj. dist. §. ecce. Et mūdauerūt scā. in quo insinua-
tur q̄ bonus ⁊ discretus cōfessor est eligēdus. de pe.
dist. vj. c.j. Moraliter sacerdotes mūdantes animā
sunt ieiuniū. de pe. disti. v. sint tibi. ɔtra luxuriā. ele
mosyna ɔtra auaritiā. de pen. disti. j. medicamētū.
orō cōtra supbiam. Et destruxerūt altare ɔfanatū.
cōgeriē peccatoꝝ. Et tulerunt lapides cōtaminatio
nis. i. peccata cōtaminātia. In locū mūdum. s. in me
moriā recolētes ea ad detestādū: nō ad delectandū.
Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in
amaritudine aīe mee. q: nullū tale remediū, sicut cō
tinuata memoria delictoꝝ. de pe. dis. iij. iudas. ꝯ hoc
legitur ⁊ no. xxxij. q. vij. nō solū. in glos. s. vt delectet.

Seqtur de renouatione: q̄ est reparatio virtutū.
Et edificauerūt altare nouū: s̄m illud qđ fuit prius. s.
in ecclesia primitiua. ⁊ altare cor. Leuit. vj. Ignis ī
altari meo semp ardebit. charitas ī corde. ps.l. Cor
mundū crea in me deus: ⁊ spm̄ rectū innoua in vi-
sceribus meis. q.d. a vitijs mūda: virtutibus inno-
ua. Et edificauerūt sancta. s. bonas cogitationes: ⁊
castas affectiones. Et q̄ itra domū erāt intrinsec⁹. i.
ipsam cōsciētiam. ⁊ edē ⁊ atria sanctificauerunt. i.
aīam interius: ⁊ corpus exterius. Et fecerunt vasa
sancta noua. in nouitate ɔuersationis cōponēdo sen
sus ⁊ corda sua. Eph. iiij. Renouamini spū mentis
vestre, ⁊ induite nouū hoīem: q̄ s̄m deū creatus est.
Et intulerunt cādelabrū. i. exēplū bonorū operum.
Matth. v. Luceat lux vr̄a corā hoībus. ar. xj. q. iij.
non sunt audiendi. Et altare incensoꝝ. i. orōnis stu-
diū. ps. xl. Dirigatur dn̄e orō mea sicut incensum in
conspectu tuo. Et mensam. refectionē scripturarum.
Exo. xxv. Pone sup mensam panes. Et coronā. si-
cut ibi dr̄. Corona vero. iiij. digitis alta fuit. quia s̄z
glos. p doctrinā q̄tuor euangelistarū ad ipsam ꝑue-
nit. ⁊ in ps. xxij. parasti in conspectu meo mensam. s.
sacrā scripturam. ⁊ Eccl. xxix. Trāsi hospes ⁊ orna
mēsam: ⁊ q̄ in manu habes ciba ceteros. Et accende
runt lucernas. i. opa charitate informauerunt. de pe
ni. dist. ij. firmū. Et apprehenderunt velamina (al's
velamenta) sc3 grām humilitatis ⁊ timoris q̄ occul
tant ⁊ seruant bona interiora. Matth. vj. Et ɔsum
mauerunt oīa ⁊c. q: nihil dr̄ actū quā3 aliqd supest
ad agendum. legitur ⁊ no. extra de renun. c.j. oīa ⁊c.

Ad istam renouationē in eccl'ia faciendā inuocā-
dus est ipse ecclesie institutor: ⁊ dicendum Emitte
spm̄ tuū: ⁊ creabunt. ps. ciij. q: sine spū dei nihil est
hō. Creare enī est aliquid de nihilo facere. Et reno-
uabis faciē terre. Ecclesie. vt sit noua creatura. Gre-
go. Presentē mundū despicere: trāsitoria non ama
re: mentem medullitus in humilitate deo ⁊ proxi-
mo sternere: contra illatas ɔtumelias patientiā ser-
uare: ⁊ custodita patientia dolorē malitie a corde re

pellere: egenis propria tribuere: aliena minime am-
bire: amicū in deum diligere: ⁊ inimicum pp deum:
de afflictione proximi lugere: de morte eius q̄ inimi
cus est nō se exaltare: hec est noua creatura. Et hoc ē
qđ dictum est in litera innoua in. §. ⁊ ar. prece. in fi.

Innoua dies nr̄os. Vere melior erat ecclesie pri-
mitiue. ps. lxxxiij. dies vna, sup millia illius ecclesie
q̄ nūc currit. dies illa superabat incōparabiliter diē
istā. Eccle. xxxiij. dies diē3 superat. Illi fuerunt dies
salutis. ij. Corin. vj. dies hodierna dies ire ⁊ amara
valde. Sopho. j. Ve nobis q: declinauit dies. Hie-
re. vj. Utinā ascēdamus in nocte. i. peniteamus in
morte vere. qđ raro ɔtingit. Aug. Multos solet se-
rotina penitentia decipere. de pen. distin. vij. nullus.

Illa dies primoꝝ patrum eccl'e dies sancta. Nu
me. xxviij. Dies primitiuoꝝ qñ offertis nouas fru
ges dn̄o. dies venerabilis ⁊ sancta erit. noue fruges
noue virtutes sunt hoīem innouātes. ij. Cor. ix. Au
gebit incremēta frugū iustitie vestre. Illi patres
portabāt pondus diei ⁊ estus. Matth. xx. vbi Gre
go. Pondus diei ⁊ estus ferre est per longioris vite
tpa carnis sue calore fatigari. Portabāt etiā illi pa
tres onera sua. defectuū suoꝝ adinuicē. Gala. vj. Vñ
vnus patrum dixit alteri portāti mortuū ad sepul-
chrum. porta viuos nō mortuos. Sed ve nobis. q:
vnusq3q3 nr̄m onus peccatoꝝ suoꝝ portat. Gala. vj.
neq3 platos cōportatores habemus. Berii. Quem
platoꝝ dabis mihi hodie q̄ potius nō intendit bur
sis implēdis: q̄3 vitijs extirpādis? Illoꝝ etiā pa-
trum iustoꝝ semita arcta via. q: arcta est via q̄ ducit
ad vitā. Matth. vij. ⁊ Luc. xiij. quasi lux splendens
procedebat ⁊ crescebat vsq3 ad perfectā diē3. Pro-
uer. iiij. de pe. dist. iiij. nō reuertebant. Apud illos pa
tres dies expiationis. i. contritionis ⁊ purgationis
sic erat celeberrim⁹: ⁊ vocabat sanctus. Leui. xxiij.

Cōtra eos tota die verecūdia erat. ps. xliij. ⁊ pec-
candi ⁊c. peccabant in confitēdo sanctā verecūdiā.
sustinendi etiā. sed vere dies peregrinationis nostre
in isto tpe parui ⁊ mali. Gen. xlvij. q: parū viuim⁹:
⁊ multū peccamus: ⁊ obumbramur peccatis nr̄is
in die belli in quo succumbimus. ps. cxxxix. obum-
brasti super caput meū in die belli ⁊c. Siluit ter-
ra in diebus illis a peccato ɔtra cōsciētiā ɔmurmu-
rante. q: vera obedientia tunc regnauit: ⁊ querebat
vnusquisq3 bona gentis sue. j. Macha. xiiij. vbi dici
tur Siluit terra Juda in diebus Simonis: quesiuit
enim bona gētis sue ⁊c. Simō obediens inter ꝑrāt.
nunc pcā stimulāt cōscientiā. cōtra nos inobediētes
deo sum⁹, ⁊ platis ecclesie iudicātes eoꝝ iurisdictio
nē: pp malā vitā eoꝝ. qđ fieri nō dʒ. xix. dist. s3 vnus
quisq3 quasi querit malum contra proximū suum:
quia ignis charitatis extinct⁹ est. maxime propter
vitium simonie. j. q. j. sicut eunuchus. In ecclesia
primitiua patres nostri sabbatizabāt. i. a seruili ope
re quod est peccare requiescebant. Hiere. xvij. Custo
dite animas vestras. ⁊ nolite onera scilicet peccato-
rum portare in die sabbati. i. requiei. quia vera re-
quies est non peccare. August. Omnis homo malus
sabbatum habere non potest: nunq3 enim illi cōsciē
tia requiescit. cui autē bona conscientia est: tranquil
lus est: ⁊ illa tranquillitas sabbatum cordis est.
Nos autem hodie dicamus cū Hieremia. Maledi
cta dies in qua nati sum⁹. i. malo pene pise addicta.
Hiere. xx. ⁊ cū Job. Pereat dies in qua nati sum⁹.
Job. iij. Nascitur hō cum ostētatur ⁊ laudatur. Ta
lem diē hoīs desideramus hodie in potentijs osten

tari: placere hoībus: τ eoꝝ adulationes recipe. Ta
lē diē nō desiderat hieremias. Hiere. xvij. Diē hoīs
non desideraui: tu scis. Sequitur in threñ. in ořone
hieremie. Sȝ proijciēs repulisti nos. scȝ pcā nostra.
ps. lix. Deus repulisti nos a̋lias nō repellet dñs ple
bē suā. ps. xciiij. Iratus es ↄtra nos vehemēter: q̄r
vehementer offendimus. q̄r isto tpe iniquitates no
stre supergresse sunt caput nostrū. ps. xxxvij. secūdū
Greg. aūt Ira dei non est vt hoīs. i. perturbatio cō-
citati animi: sed trāquilla iusti supplicij constitutio.
de pen. dist. iij productioꝛ. τ Hierony. Neq̄ꝫ eni deꝰ
hoibus irascitur sed vitijs. que qñ in hoīe nō fue-
rint: nequaq̄ꝫ punit qđ mutatū est. de pe. dist. j. quā-
obrē. τ Ange. Indignatio eiꝰ nō vltionis executio:
sed magis absolutionis opatio est. de pen. disti. j. sed
ↄtinuo. dixi de hoc ēt supra in threñ. super verbo. cō
pulit dñs furorē suū. in fi. dicamus ergo dño. Dñe
ne in furore tuo arguas me: neq̄ꝫ ī ira tua corripias
me. vbi Bern. Ut oēm in me excellentiā cōprimat,
nō accensus furor: sed infusus amor: vtinā discā nō
supbire: sed humile sapere vnctione potius q̄ꝫ vltio
ne in gr̄a. vehemētia ergo τ magna nostra τ multa
peccata petamus cū Dauid p magnā dei misericor
diā indulgeri. ps. l. miserere. de pen. dist. ij. si enim in-
quit. ante fi. per colū. Nec desperemus cū cayn, dicē
tes. Maior est nr̄a iniqtas q̄ꝫ vt veniā mereamur.
Geñ. iiij. de pe. dis j. §. deniq̄ꝫ. v. cayn. Sȝ dicamꝰ cū
Manasse dño do nr̄o. Immēsa ṽo τ inuestigabilis
mia pmissionis tue: qm tu es dñs altissimꝰ sup oēs
terrā: lōganimis, τ multū misericors: τ penitēs sup
malitias hoīuȝ. Peccauimꝰ sup numerū arene ma
ris: τ multiplicate sunt iniqtates nr̄e. Incuruati su-
mus multo vīculo ferri: τ nō ē respiratio nobis: q̄r
excitauimꝰ iracūdiā tuā: τ malū corā te fecimꝰ: sta-
tuētes abominationes, τ multiplicātes offensiōes.
Et nūc flectimꝰ genua cordiū nr̄oꝝ pcātes a te bo-
nitate. Dñe peccauimꝰ. dñe peccauimus. iniqtates
nr̄as agnoscimꝰ. petimꝰ rogātes te. dñe remitte no-
bis: ne sīl pereamꝰ cū iniqtatibꝰ nr̄is. neq̄ꝫ in eternū
reserues mala nobis: q̄r indignos saluabis nos s̄ꝫ
miaȝ tuā. ij. Parali. vlt. in fi. Aug. Nullꝰ de dei mia
diffidat maiorē eē q̄ꝫ nr̄a miseria. tardiꝰ siqdē vt ei
veniā dare, q̄ꝫ pcōri accipe. sic eni festinat a tormēto
ↄsciētie reū absoluere, q̄si eū plꝰ cruciet cōpassio mise
rie q̄ꝫ ipm miserū passio sui. Nūc ṽo ad threñ. pnci-
piū reuertamur: τ q̄tuor eiꝰ capl'a cū ořone Hierem.
p ordinē exponamus: τ adhuc ecclesiā plāgamus.
Aleph. īra hebraica īterpretatur doctrina tētationū.

Tractatus spiritualis sup quatuor c. lib. Threñ. τ oratione Hierem. Cap. 4.

Lamētationū Hieremie iterpretatio.

QUomō glos. affectuose. admiratiue.
Luce. j. quō fiet istud. xxvij. q. ij. §. j.
Vsi. cū ergo doctrina. glos. Uera āt
doctrina ē q̄ deꝰ cognoscit, τ vniuſ-
cuiusq̄ꝫ statꝰ vel defectꝰ nō ignorat:
vñ Esa. xxiiij. Glorificate dñȝ ī do-
ctrinis. Hac plebs iudeoꝝ nō habuit: adō hostibꝰ sub-
iacuit. Uñ btūs Hieremias spū merοris plenꝰ ait. Et
fctū ē postq̄ꝫ ī captiuitatē redactꝰ ē isrl: τ Hierlȝ de-
serta ē: Sedit Hieremias flēs: τ plāxit lamētatione
hac in Hierlm: τ amaro aīo suspirās τ ciulās dixit.
Quō sedet sola ciuitas plēa pplo τc. Pricipiū thre
noꝝ. Hieremias q̄ iterptatur excelsus dns: plꝰ significat
virū pfectū q̄ plāgit hierlȝ: q̄ iterptatur pacifica. i.

sup ecclīam militantē: que recessit a pace virtutuȝ: τ
que ducta est in captiuitatē vitioꝝ: q̄ faciunt hoīem
seruuȝ τ captiuū. Io. viij. τ vide qđ dixi. s. c. ij. ořo-
ne Hieremie. Recordare. in verbo. serui dñati sunt
nostri. Et sedit solus in amaritudine. idē thre. c. iij.
sedebit solitarius. τ op. facit ad hoc. xj. q. iij. quādo.
Nō plangit menia ciuitatis. sicut nec Christus
Hierlm: sed pplm. Luce. xix. Sed tropice pplȝ in ca-
ptiuitatē ductū. vnde Esa. j. Et relinquet filia Syō
sicut tuguriuȝ in cucumerario: τ sicut ciuitas q̄ va-
stat. Silis locutio in Michea. iij. c. Iudices (alias
principes) eius in muneribꝰ iudicabant. sacerdotes
eiꝰ in mercede respōdebant (al's docebāt) τ pphete
eiꝰ in pecunijs diuinabāt: τ sup dñm requiescebant
dicentes. Nōne dñs est in nobis? non venient super
nos mala. Idcirco pp vos Syō quasi ager arabit.
τ hierlm vt custodia pomerij erit. τ transferunt hec
verba τ exponunt. j. q. j. iudices. Et sic fit vehemēs
exclamatio pphete, plena fletibus, plena doloribus,
plena admiratione τ stupore, dicentis. Quō sedet.
Sicut eni cantica canticoꝝ Salomonis pcellūt alia
cantica in quibꝰ sponsus Chrs τ sponsa ecclīa dul-
cibꝰ fruunt amplexibꝰ ita τ lamētationes Hieremie
tropice sup ecclīaȝ sunt lamētationes lamētationū:
in quibꝰ spōsi chrī a spōsa ecclīa absentia pp multā
puaricationē multis fletibꝰ deplorat. quū dic. Quō
sedet. Cātica decēt in pr̄ia. Apoc. v. ibi. τ cātabāt τc.
τ. xiiij. ibi. Et cātabāt τc. Tob. xiij. ibi. cātabit all'a.
Lamētationes in huius vite miseria. hinc Dauid
ps. lxiiij. Te decet hymnus deus in syon. τ alibi. ps.
lxxxiij. Btūs vir cuius est auxiliū abs te ascēsiones
in cor. suo. dis. in val. lachry. in loco quem posuit.
Luget aūt Hieremias quadrato alphabeto p qua-
tuor. c. threnoꝝ: vt oēs ad lamēta inuitet. q̄r hō qua
tuor elemētis τ humoribꝰ cōpactus. ex̄ de ecle. mis.
in quadā. §. si. contra. iiij. euāgelia τ. iiij. cōcilia gn̄a-
lia q̄ sunt sicut iiij. flumina paradisi: in qbus velut in
quadrato lapide scrē fidei structura cōsurgit τ pma
net. iiij. ṽtutes cardinales. de qbus Sap. viij. pecca
uit. maxime istis tpibus malis. xv. di. c. j. τ. c. sicut ex̄
de renū. post trāslationē. §. verū. Iustū est ergo vt cū
ppheta pcā nr̄a cū q̄ternario numero defleamus: τ
materiali numero nos intus exteriusq̄ꝫ renouemꝰ.
de q̄ renouatiōe sup in ořone Hier. thre. iij. scripsi. in
§. pce. ps. cxxxvj. sup flumina. de pe. di. iij. in salicibꝰ.
vt q̄ sup flumina Babylonis captiui tenemur: abso
luti pn̄ia, τ gr̄a pfusi in nr̄a syon ecclīa triumphāte
vera libertate pfruamur. Cōstat aūt multa gr̄a rex
cēs: τ q̄rere multas differētias lachrymarū. aliter p-
pria dāna: aliter plāgimus aliena. id est aliter plora-
mus desideria celestis pr̄ie. aliter p scelerū immani-
tate τ terrore gehēne. vñ Dauid ps. xlj. Fuerūt mi-
hi lachryme mee pa. τc. Et alibi. Laboraui in gemi
tu meo. His affectibꝰ fideles mouent. q̄ totum illud
volumen Ezech. in sensum mentis traijciūt in quo
erant scripte lamentationes carmē τ ve. Ezech. iij.
in prin. al'. c. ij. in fi. ps. cxviij. Exitus aquarū dedu-
xerunt oculi mei τc. vbi expositor. Tunc aqua vere
deducit, qñ alternis vicibus, nūc hec nūc illa culpa
diluitur. quū vicissim modo p hac modo p illa gr̄a
fletus effuderit. Deducit aquā: qui nūc sua, nūc alie-
na pcā defleet. vel qui nunc pro sua nunc p aliena
compungitur miseria. Diuidit aquā: qui qñq̄ꝫ luget
mala q̄ cōmisit, quādoq̄ꝫ bona que omisit. Diuidit
aquā: quādo vicissim pro metu infernaliū tormen-
toꝝ, vel pro desiderio lugetur celestium gaudioꝝ.

Ira dei q̄lis sit.

Lamētatio qd sit.

Hoc modo est anima iuxta fluuiū: sicut dicitur Numeri. xxiiii. de peni. dist. iii. in salicibus. j. e. ii. super litera Sade. super verbo. deduc quasi torrentē. ⁊. c. iij. super litera Phe. super verbo. diuisiones. Est autē lamētatio ex merore presentis vite, aut ex desiderio eterne vite, cordibus humanis dono spiritussancti infusa compunctio. Terrene autem hierusalem ⁊ populi excidium deploratur: vt presentis ecclesie dāna defleantur. Et quia ruentes a fide populi captiuantur vniuscuiusq; anime que fuit templum spiritussācti ruina plangatur. j. ad Cor. v. Hiero. Uerum christi templum anima credentis est. illam exorna. illam vesti: in illa offer donaria: in illa christum suscipe.

Plorat autem Hieremias ad ruinas singulas ciuitatis ⁊ populi: vt discant singuli deflere propria: quū defleat ipse communia ⁊ aliena delicta. Dicit ergo. Quomodo sedet sola ciuitas ⁊c. Historice. Terrestris hierusalem populo spoliata. ignominia plena: inter hostes humiliata. Olim populosa inter hostes gloriosa. Facta est quasi vidua domina gentium. regibus destituta. sacerdotibus desolata: templo prophanato. ⁊ vasorum gloria explosa. auxilio dei destituta. Domina gentium: quas antea subuerterat ⁊ subiugauerat. Item secundum allegoriam. Pascasius. Quomodo sedet sola ciuitas. Lachrymosius plāgenda est ecclesia culpis exigentibus. sponsi absentia viduata. quomodo sedet sola ciuitas dei ⁊ angelorum auxilio desolata. Si enim sponsus cum ipsa esset: nō esset lugenda. quia non possunt filij sponsi lugere, q̄diu cum illis est sponsus. Mat. ix. ⁊ Luce. v. vnde ⁊ Hiere. pre omnibus ⁊ pro omnibus flebat: non ruinā saxorum, sed hominum: Et illius quam deplorat signat miseriam quum dicit. quomodo sedet. ⁊ sui plorantis: sicut ⁊ Job sedere in sterquilinio perhibetur. Job. ii. Et de hac captiuitate historice ⁊ allegorice dicit in ps. cxxxvi. Super flumina ba. il. sedi. ⁊c. de peni. dist. iij. in salicibus. Qui sedimus in throno regni celestis ⁊ virtutum. ⁊ stare noluimus. iure super flumina tentationum sedentes dolemus vnde Esa. xlvij. Descende: sede in puluere filia Babylonis. id est confusionis peccati. sede in terra. non est solium filie chaldeorum. que verba exponuntur ⁊ leguntur. xxxij. q. v. si paulus. Sic nostra hierusalē sancta ecclesia quum in membris suis q̄ plurimis multipliciter offenderit: nō est ei soliū dignitatis virtutum ⁊ gratie: sed sordidatur in terrenis vitiis. vnde Hiere. plangit non modo quia sedet terrenis operibus sordidata: sed q2 sola ⁊ quasi vidua. q2 pro turpitudinis feditate a spōso derelicta. Hiere. iij. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. tamen reuertere ad me dicit dominus. non vere vidua scilicet. nam etsi ad tempus a sponso deijcitur: sponsalitatis tamen iura retinentur: vt si redire per penitentiā voluerit, sponsum retribuat nulli tributo subiacens

Solitudo duplex.

peccati. Unde dicitur. Quomodo sedet sola. desolata destituta: humiliata, sola sine auxilio dei ⁊ angelorū. Talis solitudo mala est. Eccl'a. iiij. Ue soli. lxxxi. di. in omnibus. vii. q. j. illud. extra de sta. mo. c. ij. id est sine charitate. alias solitudo sancta est. de pe. di. ij. §. romanos. ℣. quando adam. alias est capitellum vbi de hoc. ⁊ pre. c. in oībus. ⁊ de qua Job. iij. Edificant sibi solitudines. vnde. Bern. Anima sancta sola esto. vt soli oium serues teipsum, quē ubi ex oībus elegisti. fuge pu. fuge ipsos domesticos: secede ab amicis et intimis, ⁊ ab illo q tibi ministrat. an nescis verecundum te habere sponsum: qui nequaq; velit indulgere p̄sentiā suā presentibus ceteris? secede ergo ponus mente q̄ corpore. nō pro tpe: sed deuotione: sed spiritu: sed intentione: qui sic patribus spūalibus saturatur. Mar. viii. j. in. c. Thren. super litera. Joth. in textu. Sedebit sola ciuitas, aīa vel eccl'a. q̄re eccl'ia vocetur ciuitas dixi in prima parte istius operis. supra in. §. ⁊ primo quidem. ℣. q̄ autem ecclesia. in c. lxj. Ciuitas ecclesia ciuium populi christiani vnitas. de cō. di. j. eccl'ia. Eccl'ia nūc scissa: occidētalis p vitā malam in pluribus. orientalis per hereses ⁊ schismata. xxiiij. q. j. quoniam vetus. Plena populo. ecclesia ex gentibus ⁊ tribubus ⁊ linguis cōgregata: ⁊ per totum mūdum dilatata infidelibus populis. xciij. dist. legimus. plena etiam quondam virtutibus ⁊ suffragijs sanctorum: quasi ciuitas plena populo: nunc desolata: que prius pollebat diuinis operibus inter frequentias sodalium sanctorum, nunc inter hostes demones ⁊ facinorosos homines sedet squallida: cui nulla est societas sanctorum, nulla cum fructu cōmunio sacramentorum, nulla cum sponso participatio. sed redacta in tributa vitiorum ⁊ seruitutem regum. extra de immu. ec. non minus. Facta est quasi vidua, non vere, vel ex toto: propter bonos intra ecclesiā. de conse. dist. iiii. queris. ibi. Sancta mater ecclesia que in sanctis est. Uidua, absente ⁊ indignato sponso, propter multos amatores le derelicto assumptos. Hiere. iii. Tu autem fornicata es cū amatoribus multis. Domina olim gētium deuictarum scilicet vitiorum Princeps prouinciarū, quas hierusalem tributarias fecerat. Facta est sub tributo chaldeorum. Allego. Princeps prouinciarum ecclesia romana, princeps aliarum ecclesiarum. xxii. di. de constantinopolitana. facta est sub tributo vitiorum ⁊ censuum, in membris in maioribus prelatis. Auferat christus cito a sua ecclesia hoc tributum ⁊ hoc iugum, ⁊ hanc virgam diaboli exactoris. sicut in die madian, que interpretatur contradictio. Esa. ix. Beth plorans plorauit in nocte. Pascasius. Plorat ecclesia in nocte. i. inter aduersa huius vite. de hac nocte Job. iij. vel in nocte peccati posita. vnde. Rom. xiij. Nox precessit. Job. iij. Sit nox illa solitaria nec laude digna. Sed nō plorat suo arbitrio: sed miserante domino. nisi enim dominus misericordia motus. Luce. vii. de vidua, eam solam sedere vidisset: minime plorasset. vnde ⁊ Luce. xxij. Conuersus dominus respexit petrum: ⁊ sequitur. Petrus fleuit amare. de pe. dist. j. petrus. in prin. dist. vbi Beda. Respicere namq; eius: misereri est. ps. xxiiij. Respice in me ⁊ miserere mei. q2 non solum quum agitur penitentia, verum etiam vt agatur dei misericordia necessaria est. Item Amb. Deniq; quos iesus respiciat, plorant delictum: vnde sequitur. Et recordatus est Petrus ⁊c. Et lachryme eius in maxillis eius. Max. Illa anime cōscientia est. vultus in maxillis formatur: Unde vniuscuiusque qualitas in cōscientia monstratur. conscientia vero que nouit peccata sua, semper debet fonte lachrymarum irrigari. de pe. di. j. in prin. c. lachryme. c. petrus. De lachryme vtinam a maxilla ascendant vsq; ad celum. Eccli. xxxv. a maxilla enim ascendunt vsq; ad celū. Itē in nocte intus, aliena aura. Luce exterius, mūdi aduersitate. peccatorum cecitate plorans plorat: q2 intus primo pungitur. ⁊ sic exterius proprijs lachrymis baptizatur: que de cordis fonte producuntur. quarum vbertatem insinuans propheta Hiere. ait. Plorans plorauit. Hoc modo non minus exterior

q̃ interior homo reformãdus abluitur. Lachryme eius in maxillis eius. Maxille ecclesie: sunt doctores & rectores, qui sciunt sua & aliena peccata plangere, non tegere: de quibus dicitur in canticis. j.c. Pulchre sunt gene tue sicut turturis. lxxxi. dist. in prin. & Cant. v. Gene illius sicut areole aromatum. & Cant. vj. Sicut cortex mali punici sic gene tue. In his enim doctoribus & prelatis quũ sancti sunt ecclesie pulchritudo ostenditur. vt ait Chriso. Et ipsorum predicatione in corpus ecclesie traijcimur. q sicut plus ceteris in corpore christi mystico laborãt. extra de ren. ꝟ. cum pridem. §. verum. ibi. propter laborum angustias. & §. porro. ibi. quoniam si laboris causam &c. Plus gemũt & plorant eos quos vidẽt in nocte delictorum versari & in cecitate erroris.

Plorat sponsa ecclesia a complexu spõsi remota. de conse. di. iiij. queris. ibi. sancta mater ecclesia que in sanctis est. In nocte ignorantie huius mundi plorat pro his qui mortui iacent in peccatis. Plorat pro virginibus, continentibus, & coniugatis, qui se hospites & peregrinos confitentur super terram. de pe. dist. j. fleat. Non est qui cõsoletur eam ex omnibus charis eius. sanctis scilicet vel angelis: nisi recipiat consolationem spiritussancti. qui propterea paracletus. i. cõsolator dicitur Jo. xv. Unde omnes amici eius spreuerunt eam. quia deus spreuit eam: dum subtrahit ei auxilium. xxiiij. di. nabuchodonosor. ꝟ. idem. ibi. cũ vero aliquos. & glo. tradere. Et facti sunt inimici. cuius eius inimicus. ca. xc. di. sic inimicus. a cuius equitate non possunt discordare. Item. Non est qui cõsoletur eam. vero consolatore amisso. s. spiritusancto, qui sunt potius inimici. de quibus di. Hiere. ix. Omnis amicus fraudulenter incedit. Facti sunt ini. quum in die iudicij secundum apostolũ ad Roma. ij. insurgent cogitationes miseram animam cruciantes: & demones pessimi persuasores qui nunc decipiendo vt amici blandiuntur. Que sit autẽ que superius ploret: Het. litera ostendit: que interpretatur domus, scilicet ecclesia. xxiiij. q. j. q dignior Quare ecclesia vocetur domus supra in prima parte isti operis dixi. in. §. & primo quidem. ꝟ. ꝓ autem: in. lxj. ca. Ista est domus Jacob primum synagoga in egyptum ingressa, & in captiuitate detenta: & domini clementia egressa secundum illud ps. cxiij. In exitu israel de egypto domus Jacob &c. Et ecclesia sancta exigentibus peccatis rursus in babylone captiua. i. in confusione peccatorum. & ideo ploranda. Item. Omnes amici eius spreuerunt eam. quia ecclesia nõ nunq̃ pro peccatis suis affligitur: & condẽnatur tã ab interioribus q̃ ab exterioribus inimicis qui se dicunt amicos. Gimel plenitudo interpretatur. ecclesia primitiua plena gratia. Actuum. ij. Musto pleni sunt feruore spiritussancti. Actuum. vj. Elegerunt stephanum plenum fide. Nunc aceto furoris & odij in membris plena. Jo xix. Uas autem positum erat aceto plenum. & dolo. Actuum. xiij. & maledictione & amaritudine & dolo in ore. ps. ix. quorum os maledictione &c. Migrauit Judas propter afflictionem & multitudinem seruitutis. Plenitudine enim delictorum suorum migrauit. Judas scilicet peccator in captiuitatem: qui sibi accumulando peccata, prouocauit dei vltionem. aliter enim ecclesiam dilectam & gloriosam non traderet. i. permitteret tradi deus in tantã vitiorũ ignominiam. xxiij. q. iiij. nabuchodonosor. ꝟ. vasis ire. qui se amoris: vos nõ posse tradere dicit: q: nondum sunt cõpleta peccata amorreorum. Gen. xv. xxiij. q. v. §. hinc notandum. ꝟ. per scientes. Unde migrauit Judas Ecclesia glorificãs deum, afflicta viriorum seruitute, de vitijs ad vitia. nec inuenit requiem. vnde apostolus Roma. vij. Uideo autem aliam legem in membris meis repugnãtem legi mentis mee. xxxi. q. v. cum paulus. de conse. dist. iiij. c. ij. Euadendi autem nulla alia via, nisi quã ipse demonstrat apostolus ibi ad Roma. gratia dei, per iesum christum. Ecclesia igitur libertate virtutum amissa, sepe in seruitutem gentium & in afflictionem vitiorum migrat: & nullam inuenit requiem q: secundum Aug. nunq̃ mala conscientia quiescit: sed de loco in locum fugiens, a persecutoribus deprehensa, grauiori affligitur angustia. Iure enim fit vt qui leue iugum domini fugiunt. Mat. xi. dura afflictione vitiorum premantur. & qui libertatem virtutum in Christo promissam vilipendunt: afflictione conscientie premantur. sicut enim cayn fratricida abscõ sus a facie domini vagus & profugus in terra. Gen. iiij. sic in membris christum persequentes dum peccatum suum confiteri recusant: fugiunt a facie domini: indigni diuine miserationis respectu. de pe. dist. j. §. ex his. ꝟ. cayn. non sic electi: qui etsi mala faciant in conspectu dei faciunt & non descendunt ab eius misericordia & respectu pro: scilicet coram ipso penitentiam faciunt. de pe. dist. j. & euenit. Habitauit inter gentes. vitia vel demones. nec inuenit requiẽ. in anima. Mat. xi. vitijs instantibus vel demonibus. Omnes persecutores eius. Ecclesie, demones & tyranni & vitia. sunt autem hi mali persecutores. sunt & alij boni. de vtrisque Augu. xxiij. q. iiij. qui peccat. Inter angustias. peccatorum & afflictionem. vtinam tales angustiati & oppressi ere alieno. i. peccato quod est deus alienus. vnde super illud. ps. lxxx. Nõ erit in te deus recens. dicit glos. Illud vnicuiq; deus est: quod deo preponit. in amore & amaro animo conueniant ad Dauid. j. Reg. xxij. christũ vultu desiderabilem. & conuertantur ad eum. Multi enim (quod est mirabile.) sic peccatis angustiati mori appetentes: & de morte peccati ad mortem pene perpetue, que est secunda mors. Apoc. ij. transire volentes: dicunt verbum Saul. ij. Reg. j. Sta super me: & interfice me: quoniam tenent me angustie. Cõtra tales dicitur Amos. v. Ue desiderantibus diem domini. Ad quid eam vobis? Dies domini ista tenebre, & non lux. Ista etiam est angustia illa de qua Esa. xxviij. Coangustatum est stratum ita vt alter decidat. & pallium breue vtrunq; operire nõ potest. Lectus est cõscientia. de quo ps. vj. Lauabo per singulas noctes lectum meum. i. per singula peccata conscientiam meam. que sponsum christum & adulterum diabolum simul non valet admittere: quia nemo potest duobus dominis seruire. Mat. vj. & Luc. xvj. de pe. di. j. §. hoc idem. ꝟ. item nos. post duas colum. Pallium breue amor. q: non potest amari simul deus & diabolus. Unde poeta. Secta bipartita quum mens discurrit vtroq;: Alterius vires subtrahit alter amor. Ista est etiam illa angustia conscientie de qua Eccl. xiiij. Beatus qui non est stimulatus in tristitia delicti. i. quem non remordet conscientia pro delicto aliquo graui. quoniam sicut dicit glos. super illud ps. xlv. adiutor in tribulationibus. Nulla maior &c. tribulatio, q̃ delicti conscientia. De ista ẽt angustia demonum & vitiorum. Luce. xix. ibi coangustabunt te: Grego. Maligni spiritus vndiq; animam coangustant. quando ei non solum operis ve-

rum ⁊ locutionis ac pro cogitationis iniquitates replicant. Deleth tabula interpretatur, vel ianua, ait pauper. Tabula inquit de qua raduntur mali clerici. xij. q. j. nolo. l. dist. contumaces. vel tabula penitentia. de pe. di. j. secunda. Ianua foramen laterale christi ad ingrediendum in celum. Gen. vj. Ostium arce pones in latere deorsum. i. vulnus in latere christi. glo. pauper ecclesia primitiua. xij. q. j. dilectissimis. Vie syon ecce predicatores scilicet parantes viam christo veniendi ad animam. Jo. j. Vie syon. virtutes ad supernam hierusalem ducentes ad solennitatem anime: cum sponsus ablatus est: quum anima de arce superne intentionis ad exteriores labitur actiones. solennitas eius est celestis vite intima contemplatio. sed non sunt qui veniunt ad solennitatem: affectus. s. prioris vite. qr scilicet non veniunt ad solennia contemplationis aie vel diuine. vera enim anime solennitas ⁊ festiuitas est de deo. Amb. Qui christum intra se recipit: maximis pascitur delectationibus voluptatis. Sed hodie in ecclesia magis celebrantur solennia ventris quam mentis. xliiij. di. comessationes. xxxv. di. ecclesie principes. Vie syon. Quoties ecclesia pro peccatis suis intus forisve repletur furoris domini amaritudine: merito lugent vie. portę iacent destructe. gemunt sacerdotes. squallide sunt virgines. Vie sunt prophete patriarche ⁊ alij per quos ad christum qui vera est via. Jo. xiiij. venitur. sicut enim lux dicitur a christo. Luce: sic v. e dicuntur ab ipso. Unde Abraam prima via credendi appellatur. he lugent eo quod non sunt qui veniant ad solennitatem, celestis patrie, qui enim presunt officio, nec ipsi intrant: nec alios intrare permittunt. Mat. xxiij. Iure autem sacerdotes virginibus copulantur inferius: quia virginitate sacerdotium pollet. lxxxj. dist. minister ⁊ c. oportet. ⁊ quasi per totum. ⁊ virginitas regimine sacerdotum eget. Lugent eo quod non sunt, qui veniant ad solennitatem, patrie celestis. ps. cxvij. Constituite diem solennem in condensis. vsque ad cor. altaris. Vel angelorum. Omnes porte eius destructe. ecclesie. i. sensus dissipati ⁊ vagi. destructe que deberent esse ornate ⁊ custodite. ps. xxiij. aperite portas iustitie. Sed mors intrat per eas secundum Hiere. ix. c. Et ideo squallet anime virginitas: ⁊ gemit regale. j. De. ij. sacerdotium. dum pro virtutibus replentur amaritudinibus vitiorum. Sacerdotes eius gementes. qui deberent gaudere in domino. Phil. iiij. Gementes pro peccatis ex se gemitum prouocantibus. Virgines eius. caste intentiones eius ecclesie. squallide. quia intus corrupte que deberent fulgere. Et ipsa, ecclesia scilicet oppressa amaritudine, vitiorum. Hiere. ij. Scito ⁊ vide quia malum ⁊ amarum est reliquisse te dominum deum tuum. He interpretatur ista. qr propter ista peccata eueniunt super ecclesiam que dicta sunt. ⁊ dicitur. Facti sunt hostes eius in capite. heretici aut pagani aut mali catholici. Hostes. ecclesie. xxiiij. q. iij. de illis in capite. qr capita ecclesie languent: ideo cetera membra ecclesie infirmantur. vj. q. j. ex merito. ⁊ Auaritia in capite omnium. Amos. ix. idest in prelatis ecclesie precipue. Plena est ecclesia auaritie. xciij. dist. diaconi. v. Isti sunt optimates capita populorum prelati scilicet ingredientes pompatice domum israel. Amos. v. Vacce pingues samarie, calumniam facientes egenis, clericis: que dicunt eis, afferte ⁊ bibemus. Amos. iiij. Hostes in capite. quia in prelatis demones hodie precipue dominantur. Pingues sunt in peccatis pre ceteris. presunt vt deuorent ⁊ inflentur. viij. q. j. sunt in ecclesia. Inimici eius ecclesie. Locupletati sunt. disputanti facundia quum sit intelligendi penuria. Item hostes in capite, quum bonum opus corrupta mente concipimus: diabolus in principio dominatur diminutione boni, assiduitate mali. instant enim hostes fortiores aliquando in capite, ipsam bonis operis intentionem polluentes aliquando longiori vsu voluptatum animam renitentem impedientes. ab his tanto difficilius liberamur: quanto in capite superiores ⁊ locupletiores dominantur. Propter multitudinem iniquitatum eius. prelatorum ecclesie. Paruuli eius. ecclesie. populus lacte indigens consolationis, ⁊ panem doctrine petens. j. co. iij. c. Paruuli petierunt panem ⁊ c. propter defectum boni exempli prelatorum instructionis ⁊ correctionis. Ducuntur in captiuitatem. vitiorum ⁊ demonum. xj. q. iij. precipue. ⁊ c. ita. ibi. vt qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum non habentes rectores aut defensores. Ante faciem tribulantis. hostis visibilis vel inuisibilis. vinculis delictorum constricti. ps. xij. Qui tribulant me. exultabunt si motus fuero. Vau interpretatur ipsa vel hec, scilicet ruina multorum afflicta de qua sequitur. Et egressus est a filia syon omnis decor eius. Ecclesia vel anima que filia est syon celestis hierusalem. Decor puritas fidei, ornatus virtutum. Ista est ecclesia pulchra. de qua in Canti. iiij. Tota pulchra es amica mea. Ab ea decor egreditur. quando hereticorum vel malorum catholicorum rabie fides corrumpitur. de qua dicitur. ps. ciij. Confessionem ⁊ decorem induisti. iterum ps. xcv. Confessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius. Decus enim ecclesie ⁊ decor virtus ⁊ sanctitas est. de pe. di. ij. §. romanos. versi. princeps ⁊ c. illa anima. Facti sunt principes eius. ecclesie pastores ⁊ rectores. xxxv. dist. ecclesie principes. qui vtroque cornu vtriusque testamenti subditos deberent defendere: vel rebellantes percutere. xxiij. q. iij. cum in lege. Velut arietes non inuenientes pascua. quum tamen tanquam fortes arietes ducatum gregibus prebere deberent. vij. q. j. scisciatus. Facti sunt velut arietes macri absque pinguedine. de qua pinguedine. ps. lxij. Sicut adipe ⁊ pinguedine. charitatis. Non inuenientes pascua. pro se ⁊ populo. quia in scripturis pascua vite non inuenientes. Isid. Sanctarum scripturarum altitudine quasi montes pascue sunt. Abierunt absque fortitudine. diuini verbi ⁊ virtutum, vbicunque eos error impellit. Ante faciem subsequentis. ante suggestionem diaboli. vt qui minare ad pascua vite gregem domini negligunt: ipsi ad pascua mortis ligati vadunt absque robore virtutum. decor enim ecclesie in omnibus fidelibus est: sed maxime in sacerdotibus ⁊ altari seruientibus. secundum Chrys. de hoc extra lib. vj. de immu. eccle. ⁊ de re. ec. lxxxj. di. per totum. xliij. dis. sit rector. j. q. j. sacrosancta. ⁊ c. necesse. Zay interpretatur oliua. ecclesia primitiua pacifica. Gen. viij. ⁊ vncta domo spiritusancti. Actuum. ij. extra de sacra vnc. c. j. Et recordata est hierusalem dierum afflictionis sue: ⁊ preuaricationis omnium desiderabilium suorum: que habuerat a diebus antiquis: quum traderetur (alias caderet) populus eius in manu hostili: ⁊ non erat (alias esset) auxiliator. Recordatur anima vel ecclesia afflictionis corporalis ⁊ spiritualis ⁊ preuaricationis mandatorum pro qua affligitur. recordatur inquam non ad consolationem: sed ad pene exaggerationem. iuxta illud Sap. v. quod in inferno dicturi

sunt

sunt impij. Errauimus a via veritatis: ⁊ iustitie lu-
men nobis non illuxit: sol non est ortus nobis lassa
ti sumus in via iniquitatis ⁊ perditionis: ambulaui
mus vias difficiles: quid nobis profuit superbia ⁊
diuitiarum opulentia? transierunt omnia tanq̃ vm
bra mortis: in malignitate nostra consumpti sum⁹.
Uiderunt eam hostes ⁊c. Ualde cauendum est vt
non solum ab interno iudice sabbata nostra expro-
brentur: sed etiam ab hostibus derideantur? Si au
tem pro vanis nostris cogitationibus sabbata no-
stra deridentur: quid de illis putãdum est: qui quũ
domino vacare debeant: etiam flagitiosa committe
re non formidant? Si ergo deo vacare volumus ip-
si soli corde ⁊ corpore vacemus. vnde ps. xlv. Uaca-
te ⁊ videte quoniam ego sum deus. Sepe etiam in-
tuetur ecclesia populum suum cadentem in manus
hostium. i. demonum. Alius per auaritiaz: alius per
luxuriam cadit: ⁊ pro his ⁊ similibus deplorans ec
clesia: recordatur omnium desiderabilium suorum:
idest que nobis promissa sunt in celis. vnde ⁊ nos
perlabimur: ⁊ ipsa peregrinatur. Expono ⁊ antepo
no textum qui sequitur. Deriserunt sabbata. Sab-
bata quoq; nostra i. festiuitates non minus a nobis
violantur: q̃ ab hostibus deridentur. vnde ⁊ dici-
tur. Ubi est deus eorum: clericorum⁹: extra de vo. ⁊
vo. re. magne. Unde ⁊ dominus odit ⁊ proijcit festi-
uitates nostras. Plenis enim homicidijs: immundi
tijs: ambitionibus: ⁊ cupiditatibus: ⁊ auaritijs: ⁊
odijs: ⁊ sacrilegijs: ⁊ sortilegijs, ⁊ crapulis: ⁊ ebrie
tatibus: lotis manibus ⁊ cruentatis cordibus ⁊ cõ
scijs: nostra sabbata nõ dominica celebramus. Esa.
j. Audite verbum domini principes sodomoruz pre
lati ecclesie rectores mutorum a laude: populus go
morre. populus asper. quia Sodoma interpretatur
muta. Gomorra aspera. i. indeuot⁹. Quo mihi mul-
titudinem victimarum vestrarum: dicit dominus?
que victime impie sunt. Prouerb. xv. j. q. v. non est
putanda. xiiij. q. v. scriptum. Plenus sum. q. d. fasti-
dio ⁊ nauseo sacrificia vestra. psalo. xlix. Holocausta
arietum ⁊ adipem pinguium ⁊ sanguinem agnoruz
⁊ vitulorum ⁊ hircoruz nolui. Quum veneritis an
te conspectum meum: quis quesiuit hec de manib⁹
vestris: vt ambularetis in atrijs meis? Ne offera-
tis vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio
est mihi. Neomenias ⁊ sabbatũ ⁊ festiuitates alias
non feram. Iniqui sunt cetus vestri. Kalendas ve-
stras ⁊ solẽnitates ⁊ festiuitates vestras odiuit ani-
ma mea: facta sunt mihi molesta ⁊c. Et quum exten
deritis manus vestras: auertam oculos meos a vo
bis: ⁊ quum multiplicaueritis orationez: non exau
diam: manus enim vestre sanguine: peccati cuius-
cunq; plene sunt. Esa. primo. ad hec. pri. quest. j. §.
sed obijcitur. cum sex. cap. sequentibus vsque ad. §.
cum vita. xlix. distinctio. cap. primo ⁊ secundo ter-
tio. quest. septi. §. idem testatur. cum. capit. sequent.
vsq; §. sed obijcitur. de consecratione distinctione se
cunda, qui scelerate. xxiiij. quest. pri. odi. ⁊ precedẽ.
cap. non est putanda. ⁊ cap. scriptum. Et omnium
desiderabilium suorum: virtutum celestium promis
sorum, que habuerunt anima ecclesie a diebus an-
tiquis: in ecclesia primitiua. Psalo. lxxvj. Cogitaui
dies antiquos ⁊c. Quum caderet populus eius: cor
dis affectus. In manu hostili demonum. Et non
esset auxiliator: alius non poterat. Deus qui indi-
gnatus propter peccata nolebat. Uiderunt eam: ec-
clesiam: hostes, demones: deriserunt sabbata eius: sicut hodie deridemus iudeos cum eorum synago-
gis ⁊ sacrificijs: quãuis eos ex misericordia tolere-
mus. extra de iude. consuluit. ⁊. c. sicut. ⁊. c. etsi iude-
os. Iterum viderunt eam hostes: sepe pro peccatis
a paganis ⁊ hereticis vel schismaticis afflicta est ec
clesia: ⁊ sue preuaricationis recordatur in confusio
nem suam: ⁊ tunc demones sabbata eius derident:
quum eam a bonis feriare vel cum peccatis solemni
zare vident. vnde ps. xij. Qui tribulant me exulta-
bunt si motus fuero. Heth interpretatur vita:
quod ad hoc respicit. Gemens ⁊ conuersa est retro-
sum. j. Ideo enim dominus inducit tribulationem,
vt peccator conuertatur ⁊ viuat: conuersio eniz pec
catoris vera vita est. Ezech. xxxiij. de pe. dist. j. §. hoc
idem. in prin. Peccatum peccauit hierusalem: pro-
pterea instabilis facta ẽ. Per diuersa vitia stare vir
tutis est: nõ stare vel cadere vitij vel peccati. Ezech.
ij. Sta supra pedes tuos l dixi quid est. Peccatum
peccauit, ecclesia in membris suis aliqua heresi pol
luta peccatum infidelitatis peccat: ideoq; instabilis
vagatur: ⁊ nulla fidei soliditate fundatur que prius
fundata erat supra firmam petram. Mat. xvj. xxj. di
stinc. in nouo: propter quod veri catholici spernunt
eos. Item quodcunq; peccatum facit hominem
vagum ⁊ instabilem. Gen. iiij. Dicitur de cayn: va-
gus ⁊ profugus. de pen. distin. j. §. ex his itaq;. versi.
cayn. Unde angeli vel viri sancti qui prius glori-
ficabant eam despiciunt: vt tandem gemat pecca-
tum suum: ⁊ redeat ad deum: ⁊ audiat vocem mo-
nentis post tergum. vnde Esa. xxx. Erunt aures tue
audientes post tergum monentis. Unde maria con
uersa retrorsum inuenit Iesum quẽ querebat prius:
nec inueniebat. Ioan. xx. ibi. conuersa illa. vbi Aug.
Quia prius conuersa corpore quod non erat puta-
uit: nunc corde conuersa quod erat agnouit. Sic ⁊
ecclesia in membris suis conuersa retrorsum inue-
nit christum qui apud eam per peccatum mortuus
erat sibi. resurrexisse a mortuis: qui vero increduli
sunt: nec aspiciunt retrorsum: vsq; hodie sicut cayn
instabiles sunt: ⁊ portant confusionis sue signum:
⁊ in Babylonem idest in confusionem suam ten-
dunt. Omnes qui glorificabant eam: ecclesiam: he
retici applaudentes: vel adulantes, vel angeli uel
sancti uiri, spreuerunt eam: heresi uel schismate con-
fusam: uel uitijs constupratam. Ad literam hodie
prelati mali ⁊ doctores uerbales ecclesie amicti: hy-
pocrisi qui populum beatificant ⁊ seducunt: iuxta il
lud. Esa. iij. cap. Popule meus: qui beatum te di-
cunt: ipsi te decipiunt. ⁊ Esa. ix. Et erunt qui te bea
tificant populum istum seducentes: ⁊ qui beatifi-
cantur precipitati. Ipsi ueraciter spernunt eccle-
siam, que eos exaltaint, quia necesse est q̃ propter
ignominiam peccati, ⁊ prelati subditos ⁊ subditi
prelatos despiciant ⁊ spernant. j. quest. j. multi. iij.
quest. vij. §. porro. versic. item Grego. Ipsa autem
gemens: idest sic peccatum agnoscens, ⁊ conuersa
est retrorsum, ad deum: quem reliquerat. Conuer-
sa inquam per penitentiam ad conuersationem ce-
li unde exciderat, que autem sit uera conuersio: de
penitentia distinctione. j. §. hoc idem, de penitentia
distinctione. vij. nullus. Teth interpretatur bo-
num. Psalmus. cxviij. Bonum mihi quia humi-
liasti me. Unde sequitur. Uide domine afflictionem
meam. Bonum enim est peccatorem se cognoscere,
⁊ cum gemitu ⁊ penitentia exclamare. Uide dñe
Sordes eius i pedib⁹ eius: nõ est recordata finis sui

Ecclesie pedes.

Pedes ecclesie doctores ⁊ prelati sunt: a quibus
debet ecclesia portari. Exod. xxviii. Portabit Aa-
ron iniquitates filiarum Israel. Roma. xv. debem⁹
nos firmiores imbecillitates infirmorum sustine-
re. Item Exo. xxviij. Portabit Aaron nomina fi-
liorum Israel coram dño super vtrunq; humerum
ob recordationem. Hi pedes deberent ducere eccle-
siam per viam que christus est. Joã. xiiij. Ego sum
via. sed sordibus scelerum inquinati sunt ⁊ sic eccle
sia non recordatur finis sui. i. christi: qui est finis ad
iustitiam omni credenti. Roma. x. Augu. Ipse finis
nostrorum desideriorum erit qui sine fine videbit: si
ne fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur.
Ecclesia etiã in pedibus. i. in affectibus sordes por
tatq; in huius vite miseria nemo est qui sine squal-
lore vitiorum incedat: saltem in pedibus quibus tã
gitur terra. Inde dominus pedes discipulorum la-
uit. Joan. xiij. Ubi Orig. Prestandi sunt pedes. i.

Pedes lauandi.

mentis affectus lauandi a Jesu: vt sint pedes nos-
stri decori: ⁊ presertim quã emulantes potiora bo
na volumus enumerari eis qui euangelizant bona.
Esa. lij. viij. q. j. olim. Aug. ibi. sed est mundus totus.
Joan. xiij. Totus vtiq; preter pedes: vel nisi pedes:
quos habet opus lauare: homo enim in baptismo
totus abluitur: non preter pedes, sed totus omni-
no: veruntamen quum rebus humanis postea inni
titur: terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus si-
ne quibus in hac mortalitate non viuitur: quasi pe
des sunt: vbi ⁊ humanis rebus afficimur. Unde si
dixerimus quia peccatum non habemus: nosipsos
seducimus. j. Joan. j. de pen. dist. ij. si enim. Si autẽ
confiteamur peccata nostra: qui pedes discipulorũ
lauit nobis peccata dimittet vsq; ad pedes quibus
conuersamur in terra. Item Orige. Impossibile
autem puto non contaminari extrema anime ⁊ infi
ma eius, quãuis quoad homines perfectus quis eẽ
putetur, plurimi autem ⁊ post baptismũ replentur
puluere scelerum vsq; ad verticem qui vero legitimi
discipuli christi sunt: erga solos pedes indigent la-
uatione. Item apostolis ait dominus. Excutite
puluerem de pedibus vestris. Luc. x. ⁊ Mat. x. vbi
Beda. Per pedes ipsum opus ⁊ incessus predica-
tionis significatur: puluis vero quo asperguntur:
terrene leuitas est cogitationis, a qua ipsi summi do
ctores immunes esse nequeunt. Pedes autem chri
stus discipulorum idcirco lauit: vt ⁊ pulchri essent
⁊ mundi: ⁊ sic per totum mundum predicaturi di-
scurrerent. De quibus dicitur Canti. vij. q̃ pulchri
gressus tui in calciamentis filia principis. Et alibi
Ephe. vj. Calciati pedes in preparatione euangelij
pacis. Sordes autem in pedibus sunt vita reproba
in predicatoribus: q; non recordantur finis sui iu-
dicij futuri. vnde deponuntur vehementer in con-
spectu dei non habentes spiritumsanctum consola-
torem qui alios consolari deberent: conuersi ergo ⁊
humiliati clament. vide domine ⁊c. De pedibus au
tem speciosis euangelizantiũ pacem. i. de bonis pre-
dicatoribus proficientibus sibi ⁊ ecclesie. Esa. lij. q̃
pulchri supra montes pedes ⁊c. viij. q. j. olim. De lo-
tis pedibus. de conse. dist. iiij. quando. ⁊. c. si eos. ad
fi. dist. De his pedibus. Abachuch vlti. Egredietur
diabolus ante pedes eius: quod tunc impletum est
quum ad pedes domini remissa sunt peccata Mag
dalene: ⁊ impletur quotidie quum peccator cõpun-
gitur ad pedes predicatoris. Et dicuntur pedes do
mini predicatores: q; in eis dñs graditur ⁊ gestat.
vñ Deut. xxxiij. Qui appropinquant pedibus eius
accipient de doctrina illius. Ualde formidat hos pe
des diabolus. Unde de pisce qui Tobiam voluit de
uorare dicit Tobia. v. Palpitare cepit ante pedes.
Piscis ille diabolum significat. Tobias christum.
Pedes predicatores vel sacerdotes. Item eccle
sia sancta in membris suis sordes habet in pedib⁹:
sordes vitiorum: que celestis vite ⁊ pristine conuer-
sationis in sui principio candorẽ perdidit. vnde di
citur ei. Consurge Hierusalem: excutere de puluere.
Esa. lij. Ecclesia que hodie intantum intendit terre
nis actibus. i. pompis mondanis: ⁊ delicijs: sordes
necesse est vt habeat in pedibus. i. affectibus ⁊ acti-
bus. vnde ps. xliij. Humiliata est in puluere anima
nostra. Ab his quotidie lauandi sunt pedes: ne con-
tingat quod sequitur. Oblita est (alias non est re-
cordata) finis sui. Deposita est vehementer: non ha
bens consolatorem. Sed dicat ecclesia captiua. Ui-
de domine afflictionem meã: vt miserearis: non ini-
quitatem aut peccatum: vt damnes, sed afflictionẽ:
vt liberes. Quoniã erectus est inimicus: diabolus
tibi imputans: tibi insultans: quasi non possis nos
liberare. vnde Dauid ps. iij. Multi dicunt anime
mee: non est salus ipsi in deo eius. Joth interpre
tatur principium malorũ. s. q; vidit deus gentes in-
gressas ad sanctuarium suum: quasi hec est precipua
causa malorum. Manum suam: operationẽ sugge-
stionis. Misit hostis diabolus. Ad omnia desidera
bilia eius: ecclesie sacerdotium, regnum, sanctasan-
ctorum: fidem: spem: baptisma: corpus christi ⁊ ce-
teras virtutes. Quia vidit dñs gentes. scz carnales.
ps. lxxviii. Deus venerunt gentes in hereditatem
tuam ⁊c. Uel vitia vel sacerdotes carnaliter viuen-
tes: ⁊ sacerdotium quantum in eis est. j. q. j. quidẽ.
ad fi. polluentes. Ingressas in sanctuarium suum:
animam: ecclesiam. Exod. xv. Sanctuarium tuum
dñe ⁊c. de quibus preceperas ne intrarent sanctua-
rium tuum: ecclesiam tuam. Exod. xxj. Sacerdos in
quo fuerit macula: non accedat offerre. xlix. dist. hinc
etenim. j. q. j. sacerdotes. Manum suam ⁊c. Diabo-
lus audacter manum mittit ad anime desiderabilia
⁊ aufert virtutum ornamenta: fidem: spem: charita-
tem: discretionem ⁊c. quod iustus iudex fieri permit
tit: quia videt gentes: scilicet prauas suggestiones:
vidit ⁊ cogitationes ⁊ voluptates in sanctuarium
ecclesie vel anime introire: que debuit ostium men-
tis claudere: ⁊ in cubiculo patrem orare. Mat. vj.
vbi August. Per cubicula nostra sunt intelligenda
corda nostra: de quibus dicitur in ps. iiij. Que dici
tis in cordibus vestris ⁊ in cubi. vest. compungimi-
ni ⁊c. Ostium est carnalis sensus: foris sunt omnia
temporalia que per sensum cogitationes nostras pe
netrant: ⁊ turba variorum phantasmatum oranti-
bus obstrepit. Ingredientibus autem gentibus
mentem: pudicitia corrumpitur: abstinentia euer-
titur: ⁊ princeps coquorum muros anime idest vir
tutes euertere conatur. xliiii. distinc. §. j. Sic vinde-
miatam omnibus bonis suis animam sine consola
tore relinquit: sicut legitur Luce decimo. de vulne-
rato a latronibus spoliato ⁊ semiuiuo relicto. Con-
tra tales di ps. lxxvij. Tradidit in captiuitatẽ virtu
tem eorum ⁊ pulchritudinem eorum in manus ini-
mici. Item hostis antiquus ad desiderabilia ec-
clesie manum mittit. in membris ipsius fidem con
taminans: baptisma rescindens: doctrinam cor-
rumpens: corpus ⁊ sanguinem domini indigne con

trectari suggerens, vasa preciosa .i. oues christi quasi lupus deuastans. Et causa tanti mali redditur: quia gentes carnem amantes, quasi preputium retinentes, & christi circuncisionem non habentes, ministri alteris constituuntur. Hiere. ix. Visitabo super omnes qui attonsi sunt in comam habitantes in deserto. Isti sunt clerici & religiosi habitantes in ecclesia solitarij in oratione vel in claustro: qui quasi omnes habent preputium proprietatis proprie voluntatis & voluptatis, more incircuncisorum viuentes spiritualiter laicorum: de qua circumcisione spirituali Deutero. x. Circuncidite preputia cordis. & Act. vii. etiam incircumcisi cordibus & auribus. & Hiere. iiii. Circumcidimini domino, & auferte preputia cordium vestrorum. Caph interpretatur manus: de qua dictum est supra proxime. Manus suam: ex cuius tactu clamat vox prophete. Omnis populus eius gemens: ecclesie angustia tribulationis viciorum & tentationum: maxime isto tempore carnali & hypocritali. Querens panem: delectationis carnalis: de quo pane dixi supra iii. c. ij. in oratione Hier. recordare: super verbo: & saturemur panibus: non panem verbi dei. Matth. iiii. Luce. iiii. Deuter. viii. Non in solo pane viuit homo &c. vbi Rabanus: Testimonium autem hoc ex Deutero. sumptum est viij. c. ergo si quis non vescitur verbo dei: iste non viuit: quia sicut corpus non viuit sine terreno cibo: ita anima viuere non potest sine verbo dei. Procedere autem verbum dei de ore dicitur: quum voluntatem suam per scripturarum testimonia reuelat. De ista fame verbi dei. viij. quest. j. audacter. Dederunt queque preciosa: celestia pro terrenis: virtutes pro vitijs: pro cibo: voluptate carnali: ad refocillandam non satiandam animam animalitate. Ber. Nec animus vanitate, nec voluptate corpus aliquando saciatur. Unde Osee. iiij. Fornicati sunt: & non cessauerunt. Ubi Hierony. Voluptas insatiabilis est: habita irritat, famem non saturitatem parit. Aug. Delectatio presens non sanat: preterita non delectat: futura cruciat, Idem. Breuis est voluptas fornicationis: sed perpetua est pena fornicatoris: quantum enim beata Maria virgo purissima morabitur in celo: tantum anima fornicatoris torquebitur in inferno. Quia autem anima frequenter ponatur pro animalitate & sensualitate. Actuum. xx. Non facio animam meam preciosiorem quam me. Ioa. xij. Et qui perdiderit animam suam &c. Uide domine: per compassionem. Uax ecclesie vitijs tribulate. Facturam tuam: non iniquitatem meam: vt perdas me. quoniam facta sum vilis peccato. Uilis efficitur ecclesia quum crescente numero malorum: non summa petit & celestia: sed infima & terrena. Hiere. ij. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Seneca. Si scirem deos ignoscituros & homines ignoraturos: adhuc dedignarer peccare. Ambro. Disce homo vbi grandis & preciosus es. Vilem te terra monstrat: sed preciosum te faciet imago, quid enim tam preciosum quam imago dei? quam timens: homo iure vocaris: hominis vero nomen amittis: quum eadem neglecta in vitia cadis. Lamech disciplina vel contritio interpretatur, quod enim prophetis luget: alijs disciplina est: & contritio cordis: vt lugeant sancti simili modo. O vos omnes sancti: qui transitis per viam, celeriter: non habentes hic manentem ciuitatem. Hebre. x. Viam christum. Ioan. xiiii. Ego sum via veritas. Attendite, compatienti corde. Et videte charitatis intentione. Si est dolor &c. ij. Corinth. xj. Quis infirmatur: & ego non infirmor: quis scandalizatur: & ego non vror? Conqueritur ecclesia vel anima preuaricatrix. Sicut dolor meus: pro terrenis celestia perdidi: quoniam vindemiauit me bonis virtutum: vt locutus est dominus: qui non mentitur: per prophetas: in die furoris sui iudicij: quia exacerbaui eum. O vos omnes &c. Ecclesia que parit & generat & nutrit & lactat: pro omnibus contristatur: teneros lactat: auersos reuocat: pigros expectat: precipites vt preuideant castigat: ne quem hostis extra castra inueniat: dum ipsa ordinato agmine ad patriam festinat. Videte dolorem meum. Filios educare volui, & educere de miseria exilij: & perducere ad gaudia celi: sed multi errant: multi exasperant: multi languent: pauci sunt qui venire queant: pro omnibus lugeo: pro omnibus vror: videte ergo si est dolor sicut dolor meus. Tendite oculum ad extremi iudicij diem: de quo ps. vj. & xxxvij. Domine ne in furore tuo arguas me: quando reddet vnicuique secundum opera sua. Item O vos omnes &c. Pascasius. Ecclesia in membris & filijs pregrauata vitijs: non tamen omnino excecata: videns bonos filios ad patriam festinantes per viam virtutis: cum ingenti merore exclamat. O vos omnes &c. videte quibus passionibus subiaceam: quam vindemiauit me dominus in filijs bona virtutum iusto iudicio abstulit: quibus me quasi sponsam decorauit: in die furoris sui exacerbatus malis filiorum meorum. Vos ergo filij qui transitis per viam: idest qui presentem despicitis vitam: tendentes in viam veram: que christus est: videte si est dolor sicut dolor meus: celestia amisi in quibusdam filijs, thesaurizaui mihi iram. Roma. ij. ibi. Thesaurizas tibi iram &c. pro eis in die iudicij: & grauior malis in eis: non vobiscum possum festinare ad gaudia celi. Mali etiam filij qui pretergrediuntur viam mandatorum dei: iuxta illud. Psalm. cxviij. viam mandatorum tuorum cucurri &c. vindemiant bonis racemis vineam: ecclesiam, que est vinea domini Sabaoth. Esa. v. & paucos bonos ibi racemos dimittunt. vnde & sponsus christi pro ea conqueritur, dicens Michee. vij. Ve mihi, quia factus sum sicut qui colligit spicam in messe, & sicut racemum in vindemia &c. xvj. quest. vij. & hec diximus. Mem interpretatur ex ipsis, scilicet donis spiritussancti eruditur ecclesia. De excelso: alto consilio diuino. Psalm. ci. Prospexit de excelso sancto suo &c. Misit ignem, spiritussancti. Actuum. ij. Apparuerunt dispertite lingue tamquam ignis. Luce. xij. Ignem veni mittere &c. Hic ignis sanctus viens non comburens, spirituales viros illuminat ad cognitionem veritatis, inflammat ad amorem bonitatis, & confirmat ad tolerantiam aduersitatis. vnde Ecclesiast. xliij. Tripliciter sol exurens montes: idest Christus perfectos viros igne spiritussancti: illuminando rationem, accendendo voluntatem: corroborando infirmitatem. De excelso idest a patre. Ioan. xv. quem ego mittam vobis a patre. Isti sunt illi tres panes quos petit homo amicus a Christo amico. Luce vndecimo. Deficit ratio per ignorantiam veritatis, languet voluntas per inediam affectionis, infirmatur caro per inopiam fortitudinis. Nam & ratio minus intelligit que agenda sunt, & voluntas minus diligit intellecta, & adhuc corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sap. ix. vt non quecunque volumus illa facia,

mus. Tres ergo panes sunt, veritas, charitas, fortitudo. Commoda ergo christe amice tres panes mihi, ⁊ intelligam, diligam, faciam voluntatem tuam, sic enim viuitur, ⁊ in talibus vita spiritus mei, secundum Bern. hec per te christe missus dabit spiritussanctus.

Dicitur autem pater excelsus propter authoritatem principij: quia ipse a nullo. Alie persone. s. filius ⁊ spiritussanctus existunt ab eo, nec propter hoc ponitur ordo dignitatis in trinitate: vt pater sit maior filio: vt mentitur Arrius, seu spiritusancto, vt mentiuntur Donatiste, asserentes minorem patre filium: ⁊ minorem filio spiritumsanctum. xxiiij. q. iij. quidā ver. donatistc. ⁊ ver. boetiani, sed est ibi ordo nature, sicut ait Aug. qui ordo non ponit gradum in personis secundum essentiam: sed secundum proprietates personales: quibus persone adinuicē distinguuntur, vt persona patris sit que a nullo est, ⁊ a qua sunt alie persone, ⁊ secundum hoc dicitur pater excelsus: non tamen filius vel spiritussanctus est inferior eo, quoniam omnimoda equalitas ⁊ coeternitas est in personis diuinis: nec alter est alteri prior tempore, vel dignitate, extra de sum. tri. c. ij. Ossibus meis. i. apostolis fortioribus. Ossa dicuntur apostoli propter sustentationem ⁊ rectificationem corporis, ⁊ sunt dura ⁊ sicca, tales igitur extiterunt apostoli: super quos fundauit dominus ecclesiam suam. xxj. dist. in nouo. extra de elec. fundamenta. lib. vj. j. Reg. ij. Posuit sup eos orbem. Job. xxx. Ubi eras quando. ponebam fundamenta terre idest ecclesie: que firma est fundata supra christum? Mat. xvj. xix. dist. ita dominus. Fundamenta apostolos, pre. c. fundamenta, quos tanq̄ lapides preciosos posuit in ecclesie fundamento: per hos sustentatur ⁊ rectificatur corpus ecclesie: sustētatur meritis ⁊ intercessionibus: rectificatur fide ⁊ moribus. Duri etiam extiterunt per tolerantiā: iuxta illud. ps. xxxiij. Unū ex his non conteretur. Grego. Occidi possunt: flecti nequeunt. Sicci etiam per temperantiam. ij. ad Corinth. x. In carne ambulantes non secundum carne militamus. Item misit ignem, diuinam vindictam, de qua Job. j. Ignis dei descendit de celo ⁊c. ⁊ iiij. Regū. j. descendit ignis ⁊c. xxiij. q. iiij. quod christus. ⁊. c. ea vindicta. Ignem inquam, aereas potestates, quia de ore eorum lampades procedunt sicut tede ignis accense: halitus eorum prunas ardere faciunt, ⁊ flamma de ore eorum egreditur. Job. xlj. In ossibus meis: vt fortia. s. prelatos interius exteriusq; affligant, ⁊ sic erudiantur qui deum blandientem audire noluerunt. Unde addit. Et erudiuit me. Esa. xxviij. Uexatio dabit intellectum auditui. Expandit rete pedibus meis, ne post voluptates ⁊ desideria vana vsq; ad finem vite irem. Conuertit me retrorsum: ne per angustias ⁊ tribulationes vadam. Posuit me desolatam. Amos. iij. Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terre: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Item ecclesia collecta de iudeis ⁊ gentibus dicit. De excelso misit ignem ⁊c. i. spiritumsanctum: secundum quē corroboratur ecclesia virtutibus: ⁊ eruditur diuinitus: ne vltra idolis seruiat: vel mundi delicias querat, caste viuat: caste timeat: ⁊ ex ipsis erubescat vitijs quibus seruierat. Roma. vj. ibi. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? de pen. dist. j. quem penitet. Expandit illius rete scilicet predicationis. Luce. v. Lauabant retia: ⁊ iterum. Laxate retia vestra in capturam. Beda. Piscatores sunt predicatores ecclesie ⁊ doctores: qui nos per rete fidei comprehēdunt, ⁊ quasi litori, sic terre viuentium aduehunt. Sed hec retia modo laxātur in capturam: modo lota plicantur: quia nō omne tempus est habile doctrine: sed nūc exercenda est lingua doctoris: nunc sibimet cura gerenda. Ibi etiam Amb. Que sunt apostolorum que laxari iubentur retia: nisi verborum complexiones: ⁊ quasi quidam orationis sinus: ⁊ disputationum recessus: qui eos quos ceperint non amittant? Et bene apostolica instrumenta piscandi retia sunt, que non captos perimunt: sed reseruant: ⁊ fluctuantes de infimis ad superna traducunt. Unde ⁊ retia piscatorum: sunt eloquia predicatorum: de fide ⁊ moribus ⁊ diuersis authoritatibus vtriusq; testamenti complexa. Abachuc. j. Facies homines quasi pisces maris. Bene ergo expanditur rete predicationis, ne ecclesia vadat post vanitates errorum ⁊ concupiscentias. Pedibus meis: voluptatibus: prauis affectibus. Conuertit me retrorsum: de vitijs ad virtutes. de infidelitate ad fidem. Retrorsum: vt audirem vocem post tergum monentis. Esa. xxx. Conuertit etiam me retrorsum. vt post ipsum irem: ⁊ non perirem. Hoc rete apostolis ⁊ viris apostolicis est commissum: vt de mari huius mundi, pisces homines extrahant. Luce quinto. Pedibus. Psal. cxviij. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Posuit me desolatam terrenis solatiis: ⁊ presentis vite dolore, ⁊ desiderio future. vnde. ps. xlj. Fuerunt mihi lachryme ⁊c. Tota die: omni tempore. Merore confectam: dolore scilicet presentium tribulationum ⁊ amore futurorum bonorum. Et tanto fortius merore confecta: pro filijs plāgit ecclesia: ⁊ presentis vite consolationem non recipit: quanto verius in eis per vana desideria peruerse considerat aberrasse. Unde ad Rom. vj. Sicut exhibuistis mēbra vestra ⁊c. xlvij. distin. omnino. Nun sempiternum interpretatur. Deute. xxxij. prouocatur dominus ad vindictam. in Canti. Audite. Si acuero vt fulgur gladium meum. Uigilauit: quasi vindictam punit que dormire videbatur. Jugum: de quo xxx. c. Hiere. Conteram iugum eius de collo tuo: supponendum mihi. Iniquitatum mearū: que ex me sunt. ps. l. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. In manu eius: in retributione domini. Jugum ecclesie vigilat in manu domini: que se sceleribus in suis membris subdidit: nisi quotidie penitendo, ponat ea coram oculis suis. vnde. ps. Et peccatum meum contra me est semper. de pen. distin. j. ⁊ venit. Noluit enim Dauid vigilare, ⁊ peccata fletibus abluere, ne vigilaret iugum eorum in manu domini. vnde dixit. Auerte faciē tuā a peccatis meis. q. d. vt in manibus tuis vigilēt, sed vt ego propter pcā mea vigilē: ⁊ fletibus purgem: ne conuolutas iniquitates imponas collo meo: nec me des in manu de qua non potero surgere. Itē dum ecclia tentationibus quatitur: vigilat in manu dn̄i iugum iniquitatis eius: ⁊ hostibus tā visibilibus q̄ inuisibilibus subijcitur: amissis monilibus q̄ sibi dederat in ornamētū sponsus; vnde iuge miscēs ait. Cōuolute ⁊ iposite sunt collo meo: insolubili vinculo: tāq̄ suffocādo: sicut laqueus Jude. de pe. disti. iij. sceleratior. Collo meo: tāq̄ graue pōdus. Esa. iij. Quia filie sion: ōe in ecclia: ambulauerunt extento collo: auferenda esse oia ornamenta dicit: ⁊ inter cetera: torquens ⁊ monilia. Torques in pectus pēdētes: intelligentiā mētis demonstrāt. Monilia: oia ornamēta spūalia significāt; quibus amissis viri ecclesiastici muliebri affectu ambulant extento

collo: ⁊ nutibus oculorũ loquuntur: ⁊ plaudentes
manibus ⁊ pedibus composito gradu incedunt, se
culi gloriam sectantes, cõtra illud. xlj. dist. clericus.
⁊. §. vlt. Jure ergo iugo iniquitatum premitur, qui
tantis ornamentis virtutum spoliatur. vnde conuo
lute iniquitates, vinculo insolubili planguntur: ⁊ i-
posite collo eius quibus quedam membra eius suf-
focantur: sicut Judam se laqueo suspendisse legim⁹.
de pen dist. iij. iudas. Unde addit ecclesia. Infirma-
tas est ṽtus mea, vt non possunt resistere. ps. xxx. In
firmata est i paupertate virtus mea. Dedit me dñs,
dañ pmisit. xxiij. q. iiij. §. vasis. iusto iudicio dei. In
manu diaboli. De qua non potero surgere, per me:
vnde non adijciet vt resurgat virgo filia Israel. In
firmata est inquã virtus mea, qz impij traduntur in
Vermis cõscientie eternum: vbi vermis eorum nõ moritur, ⁊ ignis nõ
extinguitur. Esa. vlt. Mat. ix. vbi Chryso. Non de
sensibili verme hoc dicit, sed vermẽ conscientiã vo-
cat mordentẽ aiam: qz fit nõ operata bonum: vnus-
quisqz enim sibijpsius accusator fiet, rememorans q̃
gessit in vita mortali: sic eorum vermis immorta-
lis permanet. Sicut superior sententia que Mem
intitulatur. i. ex ipsis, que scilicet dñs misit de celo,
conuertit eam ad penitentiam ita ex iugo iniquita-
tum eius. Nun quod sempiternũ interpretatur, im
pegit in interitũ: vt iusto dei iudicio hm impenitẽs
cor suũ sempiternũ incurrat supplicium: non qz ec-
clesia ad vitam predestinata. xxiij. q. iiij. obtineri, cũ
c. se. his tradatur supplicio: sed que in mẽbris suis
accidunt imputat sibi ac plangit. Jugum etiam
iniquitatis est dormire in nequicie torpore, secure
⁊ impune quiescere: sed vigilat iugũ ⁊c. Unde Hiere.
re. j. Uirgam vigilantem ego video, cui dñs. Uigila-
bo ego super verbo meo: vt faciã illud. Nobis enĩ
torpentibus, peccata latent: sed in manu dñi vigi-
lant: dũ nos ad vindictam iuste retributionis accu
sant. vñ Gen. iiij. Uox sanguinis tui clamat ad me
de terra. Job dicit ad dominum. xiiij. c. Signasti q̃si
in sacculo peccata mea. Osee. xiij. Colligata est ini-
quitas effraim: ad similitudinem pecunie: q̃ postq̃
numerata est: ligatur in sacculo ⁊ signatur. Et con-
uolute sunt: quasi pondus ad premendum. Et im-
posite collo meo: pro torque aurea: funiculo iniqui-
tatis circumdantur. vnde Prouerb. v. c. Iniquita-
tes sue capiunt impium: ⁊ funibus peccatorz suorũ
constringitur. Samech adiutorium interpretat̃:
scz dei qd quasi hodie propter peccata nimis subla-
tũ est. Abstulit dñs oẽs magnificos meos: non dei:
de quibus: deposuit potentes de sede. Luc. j. Dñs d̃
medio mei iusto iudicio. Uocauit aduersuz me tp̃s:
qui diu distulerat. i. tpe accepto affligat me: qz non
punit ante penã: ⁊ expectat post penã. ps. lxxiiij. Cũ
accepero tp̃s: ego iustitias iudicabo. Ber. Quid de
iniustitijs cum iustitie iudicabũtur? Sed hoc ideo:
qz quasi pannus menstruate omnes iustitie nostre.
Esa. lxiiij. vt conterat electos meos: non dei quos
ipse nouit. Joan. x. Cognosco oues meas. ps. ix. Co
gnoscetur dominus iudicia faciens. Ber. Quia nũc
ignoratur misericordiam querens electos prelatos:
vel qui videbantur virtutibus eminentiores: vel co
natu meritis excellentes. Unde Esa. iij. Aufert a Hie
rusalem validuz ⁊ fortem: ⁊ omne robur panis. ver
bi dei scilicet: ⁊ omne robur aque: scilicet sapientie
salutaris. Eccle. xv. Fortem ⁊ virum bellatorem iu-
dicem ⁊ prophetam ⁊c. ⁊ sicut fecisse in Hierusalem
legimus: sic hodie i ecclesia angeli clamãt custodes
eius: transeamus ex his sedibus. ⁊ dicunt Hiere. li.
Curauimus babylonẽ: ecclesiã in mẽbris cõfusam:
⁊ non est sanata: derelinquamus eã. Item abstu-
lit ⁊c. Quotiens ecclesia queritur: totiens tribula-
tionibus agitatur: vel hereticoz insidijs impugnat̃.
vñ merito plangit dicens. Abstulit dñs oẽs magni-
ficos: sepe enim in toto orbe perpauci remanserunt
magnifici: qui sana doctrina defenderent causaz fi-
dei. Uocauit aduersum eam tp̃s: peccatis exigenti-
bus: tp̃s vindicte. Adducat dñs vt conte. dec. eius:
qz non est qui defendat vel muruz ponat pro domo
Israel. Ezechi. xiij. ⁊. xliij. dist. sit rector. in prin.
Ayn interpretatur fons vel oculus. Quũ enim chri
stus prelũ crucis pressit: de christi latere fons ema-
nauit. vnde ⁊ continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Joã.
xix. extra de cele. mis. in quadam. de sum. tri. in cle. c.
vnico. Hoc fonte lauat̃ sponsa ecclia sponsi complexi
bus socianda. vñ idem Joan. xix. Latus eius ape-
ruit. Augu. Uigilanti verbo euangelista vsus est: vt
non diceret latus eius percussit aut vulnerauit: sed
aperuit: vt illic quodammodo vite ostium pandere
tur: vnde sacramenta ecclesie emanauerunt: sine q̃-
bus ad vitam: que vere vita est: non intratur. vnde
sequitur. Et cõtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Ille san
guis in remissionẽ fusus est peccatoz. Aqua illa salu
tare tẽperat poculũ. Hec lauacrũ prestat ⁊ potũ: hec
prenuntiauerat qz Noe in latere arce ostium facere
iussus est quo intrarent aĩalia que nõ erant diluuio
peritura: quibus prefigurabatur ecclesia: propter
hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis:
⁊ hic scds Adaz inclinatus in cruce dormiuit vt in-
de formaretur eius coniunx: per id de latere dormiẽ
tis effluxit: o mors: vnde mortui reuiuiscunt. Quid
isto sanguine mundius? quid isto vulnere salubri⁹?
Chryso. qz hinc suscipiunt principium sacra myste-
ria: quum ad tremendum calicem vt ab ipsa bibitu
rus christi costa accedas. de hoc extra de cele. mis. in
quadã: extra in clemẽ. de fide. c. j. sacrosancte. Ayn
etiam interpretatur oculus. Non immerito de hoc
fonte oculus inebriatus: aquã lachrymarũ deducit.
ps. cxviij. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.
Torcular crucis. vnde Esa. lxiij. Torcular calcaui so
lus: oẽs enim apostoli relicto eo fugerunt. Matth.
xxvj. Mar. xiiij. Luc. xxiij. i. dolores crucis patienti
animo superaui: in quo pressus fui: sicut vua premi
solet in torculari. Matt. xxi. Et fodit in ea torcular.
Torcular calcauit dominus virgini filie iuda syna-
goge vel anime confitenti. Idcirco ego plorãs. vox
ecclesie: ⁊ oculus meus deducens aquam fontem la
chrymarum: alludit litere Ayn q̃ oculus dicitur vt
dixi: quia longe factus est a me consolator: paracle-
tus: oẽs alij consolatores onerosi sunt. Job. xvj. in
prin. conuertens ad bonum. s. animam meã vacan-
tem ⁊ errantem: facti sunt filij mei perditi. Ad literã
propter peccatum in guerris ⁊ inter se ⁊ in corpore
⁊ in anima frequenter vel opera mala: de quibus fi-
lijs Mat. xviij. ibi: Jussit eum dñs ve. ⁊ vxo. eius ⁊
filios: quoniã conualuit inimicus diabolus. Mat.
xiij. Inimicus homo fecit. Itẽ torcular ⁊c. Quis-
quis doctorum sibi ecclesiam commissam: minus
conuerti viderit: de fonte amoris hauriat: vnde la-
chrymas producat donec consolatorem ⁊ conuer-
tentem paracletum reducat: alioquin inualescente
inimico fiunt filij eius perditi: qz. s. nondum ablacta
ti nondũ in virũ perfectuz sunt pducti: sed pgnãtes
sunt. Mat. xxiiij. Uel torcular scdm Pascasium

vltionem significat & peccatorũ supplicia. Esa.lxiii. Torcular calcaui solus, aliud scilicet quo malis supplicia, bonis premia calcantur, hoc solus dominus calcauit, quia nullum adiutorium habuit, neque enim angelus neque archangelus corpus humanum assumpsit: vt pro nobis moriens aduersarii nostri fortitudinem calcaret atque contereret. Hoc torcular calcauit dominus in passione sua virgini filie iuda ecclesie & synagoge: vt credentibus premia: & incredulis & crucifigentibus perpetue captiuitatis & eterne dãnationis effunderet supplicia. Torcular etiam dominus calcat quando ecclesie fl. nih & absque operibus vacue & otiose penam & tribulationem infligit. vnde sequitur. Idcirco ego plo. quia sentit se amisisse consolatorem: & impenitentem ruere: vbi erit fletus & stridor dentium. Matth.viii.& xiii.xxii.& xxv. Et Luc.xiii. vbi ingens anime fletus describitur: vt sibi sciat post mundi huius vanam letitiam, omnem consolationem defuturam vbi filii perdentur: quia fructus malorum dissipabitur: solus inualescit inimicus. Phe interpretatur os, dum Syon i. ecclesia manus suas expandit inter angustias, significat quod ore non valet exprimere quod patitur in corde dum sit sine consolatore. Expandit Syon manus suas, ecclesia quasi parturiens: vt quod non valet ore: significet manuum extensione, sicut Moyses manus extendens ad deum. Exo.xvii.xxxvi. dum, siquis, & non est qui consoletur eã. ps.lxxvi. Renuit consolari anima mea, amisso vero consolatore. Mãdauit dominus iuste dissipando aduersus Jacob in circuitu eius, ecclesiam solo nomine gloriantem: & demones non supplantantem hostes eius demones. facta est Hierusalem ecclesia quasi polluta menstruis in membris vana gloria: dum nobis attribuimus bona ex ipsa vanitate: sicut menstruis quicquid tangimus, polluimus: & sicut abominabilis est mulier dum menstrua patitur: sic hodie magna pars christianorum aliis gentibus. Item quotiens ecclesia hereticorum vel schismaticorum vel falsorum christianorum publicorum vallatur exercitu: dominus aduersus Jacob, ecclesiam scilicet que debet vitia supplantare contra eam instaurat inimicorum exercitus: quia spiritum sanctum consolatorem amisit & doctorem sine quo nullus ad fidem eruditur. nullus a vitiis releuatur. ideo expãdit manus suas in pressuras & dolores, nec est ei vlla vox doloris digna, quã possit hostium dogmata vincere & sua defendere. vnde sepe fit polluta feditate carnalium operum & sanguine carnalium desideriorum inter hostes, quibus interius & exterius impugnatur. Unde ve pregnantibus & nutrientibus in illa die. Matth.xxiiii. pregnantes dicuntur anime que concipiunt bonũ propositum: sed non ponunt in opere nutrientes: qui adhuc opus imperfectum habent: tales in magnis tentationibus deficiunt. Item expandit &c. ecclesia que est speculum dei in terris & vitiorum supplãtatrix: quum propter iniquitatem traditur in membris spiritualibus nequitiis frustra querit consolatorem extra quẽ careat eo intra. Merito ergo mandauit dominus aduersus Jacob ecclesia quondam vitia supplantantem: nunc exterius gloriantem. vnde in circuitu spirituales hostes obsident eam: ne possit effugere, que sepe se vallatam videns expãdit manus suas inter angustias cogitationum, nec enim est ei vox orõis nec vlla excusatio sermonis: quia menstruis in membris polluta i. cruentis operibus maculata: a quibus nunquam sine cõsolatore paracleto liberabitur: quum etiam propheta testetur, quod omnes iustitie nostre, sic sunt coram eo: sicut pannus menstruate. Esa.lxiiii. Sade iustitia interpretatur: significat quia iustitie dei iuste: quod bene his ve. bis ostenditur. Justus est dñs quasi iusta sententia ore dñi cõtra me prolata, iustus dñs in oibus viis suis. ps.cxliiii. Quia os eius verbũ patris. Cant.i. Osculetur me osculo oris sui. i. filii verbi incarnati, sic exponit ibi Bern. vel predicatores. Hiere.xv. Si separaueris preciosum a vili: quasi os meũ eris, vel prophetas. Hiere.i. Ecce dedi verba mea in ore tuo, vel presentiam. Ad iracundiã prouocat ecclesia peccando in mẽbris. Audite obsecro aure cordis: quod est intelligere. Matth.xv. Audite & intelligite vniuersi populi dolorem meũ: nõ transeuntes per viã vt supra, & videte diligenter considerate. ps.xliiii. Audi filia & vide, virgines mee & iuuenes mei: virgines enim nec alium ledere: nec se defendere possunt: virgines caste intentiones: abierunt in captiuitatem: sensuum exteriorum cum quibus cibum recipit bestiarum, sm Isaac: qui animam captiuat sub iugo suo. Luc.xiiii. ibi. Juga boum emi quinque, quod exponitur de curiositate. v. sensuum. Justus est dñs &c. ecclesia que superius oris iudiciũ pertulit: que os domini in scripturis sanctis: ad iracundiam prouocauit dicitur confitetur iustus est dñs: nihil enim sine causa fit super terram: & in magna dei republica: nihil sine prouidentia dei fit. xxvi. q. v. nec mirum: vltra colum. ver. nec ideo quidquam. quia os eius: non quod humana membra habeat deus sicut dicunt heretici antropomorphite. xxiiii. q. iii. qui ani. ver. antropomorphite. Sed sicut tropice adscribuntur ei humani affectus & membra. Per os verbum de ore patris progenitum significatur. Canti.i. Osculetur me osculo oris sui: ac si dicat: flagitiis meis iustum iudicium prouocaui nature clementem. de pen. dist. i. c. quia diuinitatis natura clemens est: compuli contra me duram ferre sententiam. Audite ergo vni: populi &c. calamitatem suam duplicem pensat & inestabilem: vnde ad condolendum inuitat vt multorum compassione anxietas leuior fiat, & vt eorum sit vna passio. ii. Corint.xi. Quis infirmatur & ego non infirmor? Rom.xii. Gaudete cum gaudentibus: flete cum flẽtibus, quorum est vna nature conditio: talis quippe est nature affectus vt dolores nostri & gaudii consortes queramus: quorum participatione facilius feramus. vnde Luc.xv. Congratulamini mihi quia inueni ouem &c. virgines de quibus dicitur. ii. ad Corinth.xi. & xxvii. q. i. nuptiarum: sed iste fatue de quibus Matth.xxv. & xxxii. q. v. si paulus: iuuenes quos in fonte baptismi regenerat mater ecclesia: de con. dist. iiii. mater ecclesia: tales bone virgines: & iuuenes laudant dominum. ps.cxlviii. iuuenes & virgines &c. sed multi in malum vruntur igne maxime luxurie. vnde ps.lxxvii. Juuenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non sunt lamentate. &c. Hi cum aut heretica prauitate corrumpuntur: aut vitiis constuprantur: non loco: sed mente in Babylonem idest in confusionem captiuantur: qui enim adheret meretrici: vnum corpus efficitur cum ea. i. ad Corinth.vi. de talibus virginibus cadentibus: Amos.v. virgo Israel cecidit. & Amos.viii. & virgines bone deficient: iste sunt sine oleo. Matth.xxv. Esa.xlvii. descende & sede in terra: virgo filia Babylonis: de his omnibus. xxxii. quest v. si pau-

lus.de statu virginum scripsi in fine istius operis. de iuuenibus dissolutis. Esa.xl. iuuenes in infirmitate sua cadent ⁊c. Coph vocatio interpretatur, vnde continuo subiungit. Uocaui amicos meos hereticos qui fraudulenter incedũt. Hiere.ix. vel affectus animi. ⁊ ipsi deceperũt me. Ecclesia sepe amicos vocat quos in fide socios putat: sed ipsi decipiunt qui fidem corrumpunt: aut intus latendo: aut in apertam heresim prorumpendo, mali quoq catholici in potestatibus maxime constituti: in quibus ecclesia sepe confidit quasi amica sepe decipiunt eam, tales inimici sunt. v.q.v. non omnis. xciii. distin. si inimicus, quodq peius est: tunc crudelius seuiunt quum sacerdotes ⁊ senes fame verbi dei consumpti sunt: qui sequentes lucra carnalis vite: magis querunt cibum animalis vite q̄ celestem. de Salomonis ferculo. Canti.iii. vel euangelico prandio. Matt.xxii. vel sapientie conuiuio. Prouerb. ix. ad quod omnium vocatio in Coph litera designatur. sacerdotes mei. regale.j. Pet.ij. Uos estis genus electum regale sacerdotium. extra de elec. fundamenta. §.j. lib.vj. Senes mei maturitas consilij. lxxxiiij. distin. porro. Canities hominum prudentia est. Sapientie.iiij. ⁊ preced.c. porro in vrbe, in ecclesia consumpti sunt: quia intra ecclesiam sacerdotes nomen domini despiciunt, ⁊ quantũ ad se panem pollutum offerunt: qui ad altare indigne accedunt quiq dato munere sacerdotium presumunt. Malach.j.c.xlix. distin. sacerdotes. cum. §. se. Et omissis euangelijs ⁊ prophetijs comedias legunt ⁊ amatoria bucolicorum versuum verba cantant. xxxvij. distin. sacerdotes. Pertinentia ad sua officia ignorant ⁊ negligunt. xxxviij que ipsis. Pauci hodie boni. xl. distinc. multi. de altari fornicantur. xliiij. distinc. §.j. Labia eorum non custodiunt scientiam. xxxvj. distin. § ecce. xliij. distin. sit rector. Conuiuijs vacant contra illud. xliiij. dist. non oportet. ⁊ c. quando. que est palea. ⁊ cap. non liceat. Turba eos contemptibiles facit. xciij. distin. legimus. ver. sed dicis. Impie agunt cum maculis celebrantes. j. q6.j. sacerdotes. Pro mercede respondent: ⁊ sacramenta vendunt. j.q.j. iudices. ⁊ c. nullus episcopus. Sua peccata non sanant: ⁊ aliorum diluunt. iij.q.vij. sacerdos. de pen. distin. vj. qui vult. De ecclesijs ad alias ecclesias migrant. vij. q6.j. eos sacerdotes. Non libere pronunciant veritatẽ: ideo proditores. xj.q.iij. nolite. Defraudant ecclesias. xij. q6.iiij.c.j. Auaritie incumbunt. extra de deci.c.j. In hoc etiam patentissimum est crimen sacerdotum ⁊ vltra modum detestabile secundum Augu. qui non prius se iudicant ⁊ alios alligant. de pen. disti. vj.c.j. ver. in hoc. Tales etiam sacerdotes sunt nunc qui omnem iustitiam populo mandant: ⁊ ipsi nec modicam seruant secundum Chryso. Mat. xxiij. xxvj. q.vij. alligant. precipue ipsi scindunt ecclesiam ⁊ de domo domini populos seducunt: ⁊ vbique ponunt scandala secundũ Hierony. xxiiij. q.iij. transferunt. Difficile penitent ⁊ conuertuntur. j. Reg.ij. si sacerdos peccauerit quis orabit pro eo? de peni. disti. j. §. quod autem. ver. si sacerdos. ⁊ c. quis aliquando. ante. §. his authoritatibus, ⁊ propter hoc dicitur consumpti sunt in aĩa ⁊ corpore. vnde in Canti. Moysi, Audite. Deut. xxxij. Consumẽtur fame: ⁊ deuorabunt eos aues. i. demones morsu amarissimo. Sequitur, q2 quesierunt cibum, sibi lucra terrena vel vana desideria, vt refocillarent. q2 peccatum nunq̄ satiat, supra dixi in litera Caph, animas suas. i. animalitatem. dixi supra in isto. c. Senes etiam mali, de quibus ij.q.vij. paulus, ⁊ dixi supra in expositione Hiere. Item quã plurimi in ecclesia dulces carnis affectus vocant amicos: sed ipsi eos decipiunt. Et q2 in eis regale perit sacerdotium: ⁊ senium maturitatis vanis illecti desiderijs laborant ad refocillandam concupiscentiam carnis: sed egyptius vane auxiliatur. Esa. xxxvj. xxiij. q.iii. §.j. q2 mundus transit ⁊ concũpiscentia eius. j. Joan. ij. que est baculus arundineus: qui superinnitẽtis perforat manũ. Esa. xxxvj. vt pre. §.j. Res capitis interpretatur. i. mentis. extra de sacra vnc c.j. §. q2 vero. V. in vertice. Uide domine quoniã tribulor, vox ecclesie, conturbatio. n. ventris: vel subuersio cordis, est gemitus mentis q̃ in capite designatur, iure ergo conturbatio capitis dicitur, dum ecclesia suorũ casibus amaritudine repletur, que dolorem ⁊ tribulationem suã quotidie clementissimo exponit iudici. Ecclesia enim varijs doloribus vexata, ventrem. i. mentem turbatam gemit. mens enim designatur in capite vt dictum est. vnde Hiere. iiij. Uentrem meum doleo, ven. me. doleo, ⁊ exponens adiungit: sensus cordis mei turbati sunt. Sicut enim in ventre ubi concipiuntur ⁊ proles: sic in mente cogitationes. Ecclesia enim tentationibus fatigata intus ⁊ extra, anxiam se demonstrat foris persecutionibus: intus doloribus, foris enim flagellis atterimur, intus carnis suggestionibus fatigamur, vnde addit: foris interficit gladius: ⁊ domi mors similis est, conturbatus est venter meus. ps. xxx. conturbatus est in ira. Rom xj. xj. q.iij. illa, oculus meus, anima mea, ⁊ venter meus. Subuersum est cor meum in memetipsa: quoniam amaritudine plena sum, subuersum est cor meum: q2 scilicet super cor suum non posuit dei signaculum. vnde Canti. viij. Pone me vt signaculum super cor tuũ. si enim ecclesia signata esset semper hostis eam non percuteret. Ezech. ix. ibi. Signa thau ⁊c. ⁊ sequitur ibi: Omnem autem super quem videritis thau: ne occidatis. Feritur ergo ecclesia foris gladio persecutorum: intus doctrina hereticorum, aut improbitate morũ que felle amariora sunt. vnde sequitur. Foris interficit gladius persecutorum exteriorũ. Apocal. vj. Exiuit alius equus rufus ⁊c. ⁊ sequitur. Et datus est ei gladius magnus, persecutio magna, tartarorum ⁊ saracenorum contra ecclesiam, q̃ hucusq durat, vel quecunq alia manifesta tribulatio contra ecclesiam diabolo procurante. vñ holofernes ait Achior Judith. v. Gladius militie mee transiet per latera tua. Holofernes interpretatur infirmans vitulũ saginatum: ⁊ signat diabolũ persequentẽ Christuz in ecclesia sua. Luc. xv. Adducite vitulum saginatũ ⁊ occidite, vel quemlibet iustũ de ecclesia. ps. l. Imponent super altare tuum vitulos. vnde Achior interpretatur fratris mei lumen: ⁊ significat quemlibet christianum lumine Christi fratris nostri illuminatum, Christus frater est. Joan. xx. Uade ad fratres meos. Et domi. i. in mente, mors tentationũ ⁊ suggestionum cum consensu, ista est puella que domi mortua iacebat quam Christus resuscitat. Matth. ix. Mar. v. Luc. viij. de peni. distin. j. §. non ergo, ibi: non sunt. ⁊ c. quem penitet. ⁊ disti. ii. sicut tribus. Sin interpretatur dentium. i. predicatorum, hic est fletus dentium: de quibus Canti. iiii. Dentes tui sicut greges tonsarum. j. Corinthio. iij, hi sunt qui non late infantie indigent: sed manducant solidum panem. Hebre. v. vnde Petro dicitur Act. x.

Occide ⁊ manduca. Predicatores autem sunt vt greges tonsarum: q vetustate vitiorum spoliati feti bus suis lac doctrine, ⁊ indumenta virtutum. xliij. dist. sit rector. ministrent. Audierunt inimici ecclesie. qr ingemisco ego. absente sponso. Et non est qui consoletur me. fugato spiritu. omnes inimici mei demones, heretici vel mali catholici, audierunt malū meum letati sunt afflictionem. Esa. xlv. ibi: Creans malum. xxiiij. q. iij. quidam. ver. colliciani, qm̄ tu fecisti, i. iusto iudicio permisisti. xxvj. q. v. nec mirum, ver. nec ideo. adduxisti idest adduces diem iudicij consolationis mee, non illorum: ⁊ ficut similes mei captiui afflicti. Audierunt inimici sponsam ecclesiā plorantem: que sentit sponsum absentē. qui etsi semper adest per maiestatem: patitur tñ sponsam tentationibus concuti. xij. q. j. futurā. vt semper solicita sit ⁊ timida ne corruptoris suggestionē suscipiat. Iudic. ij. Non delebo gentes quas dimisit Iosue: vt in ipsis experiar Israel. Non est qui consoletur me. qr vt dicitur in lib. Sap. j. c. Spiritussanctus discipline effugiet fictum. i. hypocritā qui fingit se disciplinam habere: quā nō habeat: qm̄ tu fecisti. vnde Esa. xlv. Ego dñs faciens pacem ⁊ creans malū. xxiiij. q. iij. quidam. V. colliciani. i. iusto iudicio pmittens. xxvj. q. v. nec mirum. ver. nec ideo. Adduxisti diē consolationis. Rhetoricorum more loquitur: qui sibi iudicem conciliant ⁊ aduersarium incitant. Item audierunt qui videbantur amici ecclesie tribulate: qui debuerant compati scientes scelera membrorum ecclesie irrident quasi inimici. vnde Augu. in ps. xxxiiij. Si aliqñ pedes nostri humana infirmitate in aliquod peccatum mouentur: insurgunt lingue iniquissimorum inimicorum: cui fecisset miserendū. irrident impij vnde dolent pñ. v. q. v. §. sed aliud. in fi. vnde ps. Qui custodiebant aiam meam: con. fe. in vnū, dicē. deus dereliquit eū, Sed hz ecclesia dentes virtutes discernentes inter prospera ⁊ aduersa: ⁊ nouum consolantē spiritū requirere: ⁊ in misericordia dei sperare: ⁊ post angustias penitentibus cōsolantē veniam dari: ⁊ insultātibus supplicia retribui; Thau interpretatur signa pluraliter: qr hoc signo monstrat illud ad quod multa significantia referuntur. vnde Ezech. ix. Signa thau in frontibus virorum gementium ⁊c. in hoc crux dñi significatur: sicut ipsius figura T testatur. Et sicut apud grecos vltima est: ita apud hebreos thau. vnde dñs ait Apoca. j. Ego sum alpha ⁊ o. principium ⁊ finis. Hac cruce christiani signantur ne ab interfectoribus interficiantur. vñ Rababus. Postea signatur baptizādus signaculo sancte crucis tam in fronte q̄ in corde: vt ab eo tpe apostata diabolus in vase suo pristino sue interēptionis cognoscēs signaculū, iā sibi deinceps illud sciat esse alienum. vnde diabolus dixit. sicut narrat Grego. in dialogo de quodam iudeo qui supra se fecerat signum crucis. heu heu vas vacuum: sed signatum. vnde nec ei nocuit. hoc legitur ⁊ no. de cō. iiij. postea signatur. Preterea thau, finis hebraicarum literarū: sic crux Christi que est finis legis ad iustitiā. Rom. x. Et qr oia testamēti veteris signa dñice incarnationis ⁊ nostre redemptionis sunt sacramē ta: ideo thau virū interpretatur signa: vt per eadem signa, hoc vnum annuntietur in quo oia referuntur signa iudiciorum dei. Saluantur autem electi per gemitum ⁊ dolorem signati. perduntur impij indurati designati. Apoca. vj. Ingrediatur omne malum, quod videris nescire, coram te. vox ecclesie. ⁊ vindemia eos futuris bonis, sicut vindemiasti me presentibus per eos, propter iniquitates meas. iuste scilicet multi enim gemitus mei; quia multi excessus. ⁊ cor meum merens. Ingrediatur omne malum ⁊c. q. d. quare non vindicas domine sanguinem nostrum. ps. lxxviij. vindica domine sanguinem seruorum tuorum ⁊c. ⁊ Apocal. vj. Vsquequo domine sanctus ⁊ verus non iudicas ⁊ vindicas sanguinem nostrum ⁊c? Et vindemia eos. hoc in iudicio complebitur: quando mali recipient quod merentur: sed impij auferunt temporalia ⁊ in futuro amittent eterna. Et sicut sanctos deo permittente oppresserunt: ita de eos opprimente, sustinebunt penas eternas. quod nimens ecclesia conquerendo adiungit. multi enim gemi. mei: quia multa perditio filiorum impiorum eius: quia multi perduntur: pauci saluantur. Mat. xxij. ij. q. j. multi. in fi. ⁊c.

De malis principibus prelatis. De carnali ⁊ spirituali sabbato, De ecclesia carnali ⁊c. Cap. 5.

Quomodo exclamatio prophete p ecclesia a sponso deuiante admirationis ⁊ doloris plena. Quomodo. quasi non bene cōuenerunt. obtexit subito caligine erroris peccati ⁊ ignorātie: Est caligo bona de q̄ dicitur Exo. xix. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis. ⁊ alibi. ps. xvij. ⁊ caligo sub pedibus eius. sed sion ecclesia nunc caligine turbinis peccatorum ⁊ meroris tegitur: ⁊ proiecta est pro magna parte de celo contemplationis ⁊ celestis conuersationis. de altitudine glorie virtutum. de tutela dei: qr diem domini non obseruat quem vidit Abraham ⁊ gauisus est. Gen. xviij. Ioan. viij. ⁊ impegit in diem furoris. Item quomodo obtexit? mystica sion ecclesia caligine peccati ⁊ erroris ⁊ ignorantie tegitur: que tantis muneribus antea in ecclesia primitiua a suo sponso ditabatur. terram inclytam Israel. terram promissionis. terram ecclesie peculiarem. terram hereditatis ecclesie scilicet specialiter, acquisitam ⁊ emptam sanguine Christi. Ad literam de celo proiectam conspicimus: quia quasi inhabitata est ⁊ deserta. ⁊ siqui supersunt cultores: quasi arabes ⁊ saraceni sunt. Et hoc ideo: quia iam diu ipsa in membris prioribus actibus terrenis inheret: ⁊ eius venter terre adheret. cuius conuersatio in celis prius erat: sed abiicitur iusto dei iudicio: ⁊ non recordatur scabelli pedum suorum. Quis enim ecclesia fuerit habitatio pulcherrima dei ministrantibus angelis et dei protectione honorata multis miraculis: et diuinis solatiis educata: et adhuc sit in sanctis. de con. distinc. iiij. queris. vltra medium tamen scabellum dicitur dei propter adorationem in terra. ps. xcviij. et adorate scabel. pe. eius: quoniam sanctum est. Vnde et Moyses videbat dominum Israel: et sub pedibus eius quasi opus lapidis saphiri. ⁊ quasi celum. Exod. xxiiij. ad medium. quod serenum est. hoc est celum. i. ecclesia de quo dicitur. ps. xviij. Celi enarrant gloriam dei. In furore suo. supra. c. proximo dixi. ⁊ supra. iiij. c. in. c. j, super verbo, compleuit dominus furorem suum in vindicta. filiam sion. quam tantum diligebat. proiecit de celo, de celesti conuersatione. terram inclytā Israel bonā prius q̄ afferebat fructū euangelicū ⁊ in cōtemplatione videbat. deum ⁊ non est recordatus sca. pe. suorum.

rum. quia desertam eam patitur esseque esse consueuerat sedes Dei. Itē quomodo obtexit ⁊c. ecclesie lumen sciētie ⁊ speculuꝫ diuine contemplationis habuit⁊ nomen eius antequā peccaret in mēbris in celo scriptum fuit, de pe. dist. iiij. si ex bono. cum. §. se. Sed peccato deiecto in terram prostituit ⁊ vitiis inquinatur: ⁊ pedes dñi. i. vestigia preceptorum eius dereliquit quum esset templum in quo habitaret deus ⁊ deambularet. ij. Corinth. vj. Apoc. xxj. Ideo in die furoris sui ab hostibus conculcat: nec dñs recordatur, q2 in die dñi ⁊ in luce stare noluit: ⁊ tradidit eam in die furoris sui. Iob. iij. Pereat dies in qua natus sum. ⁊ in qua homo de celo cecidit. ⁊ colles: ⁊ membra Christi fecit mēbra meretricis. j. ad Cor. vj. ad est Babylonis. ⁊ ideo eius non recordatur: sed iniuriam suā vlciscatur. ps. xciij. Et vlciscens in omnibus adinuentionibus suis.

Beth. Precipitauit. dñs qui solebat exaltare qui non est conuersa. Iohel. ij. de pe. dist. j. conuertimini nec pepercit gratiam subtrahendo, omnia speciosa Iacob, virtutes que pulchre sunt. Sap. iiij. O quā pulchra est casta generatio. destruxit qui construxerat in furore suo. qui natura pius ⁊ misericors est. de pe. di. j. quia diuinitatis. Munitiones. pastores doctores. virtutes que armant ⁊ muniunt animas Ephe. vj. virginis Iuda. ecclesie vel anime prius caste: quia cecidit. xxxij. q. v. cum paulus. Deiecit in terrā. permisit deiici in terrena desideria qui eleuabat in celum, in celestem conuersationem: vbi paul⁹ conuersabatur. Phil. iij. polluit. pollutum ostendit. xj. q. iij. quomodo. qui mundauerat. ps. l. Cor mundū crea in me Deus. Regnum. ecclesie de quo. xxiij. q. vij. si de rebus sacerdotes. extra de elec. fundamenta. j. responso. vel anima que Dei erat templum. j. ad Cor. vj. ⁊ ij. c. principes. sensus quos promouerat qui solidati erant. Ecclesiasten. x. Ve terre vbi rex puer est. i. ratio puerilis. ⁊ cuius principes. i. sensus mane comedunt. i. in presentibus delectantur. Beata terra, cuius rex nobilis est, nobilitate morum. ⁊ cuius principes. i. sensus, comedunt in tempore suo. scilicet in eterno conuiuio ieiunātes in hoc exilio.

Vel principes prelatos, qui delitijs affluunt, ⁊ Iesum crucifixum pauperem ⁊ esurientē farsis corporibus ⁊ rubentibus buccis predicant. xxxv. dist. ecclesie. Hi principes non portant crucem, super quam fundatus est principatus eorum cum Christo: qui eam portauit super humerum: quam mandauerat Christus deferri. Matth. x. ⁊ xvj. Mar. viij. Luc. viij. ⁊ xiiij. Esa. ix. factus est prin. super hu. eius. Et Ioan. xix. baiulans sibi crucem ⁊c. vbi Aug. Grande spectaculum: sed si spectet impietas grande ludibrium: sed si pietas grande mysterium. Ridet impietas regem pro virga regis lignū sui portare supplicij. videt pietas regē baiulantē lignuꝫ ad semetipsum figendum: qđ ipse etiā fixurus erat in frontibus regum spernenduꝫ oculis impiorū in quo erant glorificanda corpora sanctoꝝ ipsaꝫ suam crucem gestans humero. commendabat ⁊ lucerne arsure que sub modio ponenda non erat: candelabrum ferebat. Chryso. Et sicut victores: ita ⁊ ipse in humeris portauit victorie signū T Nec sunt hodie prelati principes pacis sicut Christus: Esa. ix. sed guerre: ⁊ alios persequentes: de quibus. ps. cxviij. principes persecuti sunt me gratis. non veniunt cum Michaele in subditorum adiutorium: sm illud Daniel. x. Ecce Michael vnus de principibus venit in adiutorium mihi: sed in rapinam ⁊ in dispendium. xciij. distinctione diaconi. quinta. ⁊ crudelitatem ⁊ tyrannidem, x. q. iij. §. de his, cum quinque. cap. vsque ad fi. questionis. Principes sunt exercitus demonum. quum deberent esse exercitus dñi. Iosue. v. Mala consilia tales principes dant: sed spernenda sunt. ps. xxxii. Reprobat consilia principum. Constituti sunt a Christo super omnem possessionem suam principes. ps. ciiij. ⁊ principem omnis possessionis sue. que sunt bona ecclesiarum: que Christi dicuntur esse. xij. q. j. sicut manifeste. ⁊ q. ij. c. j. ⁊ c. qui abstulerit. j. q. iij. saluator. §. quisquis igitur. Sed ipsi mali principes possessionem Christi dissipant ⁊ consumunt ⁊ defraudant. xij. q. ij. quisquis. quum quatuor partes deberent facere de bonis sue ecclesie cathedralis: ⁊ vnam sibi: aliā clericis: aliam pauperibus: aliam fabrice distribuere. xii. q. ii. nobis. c. cōcesso. c. quatuor. c. de redditib⁹. c. cognouimus. c. mos. c. sancimus. totū nunc quasi rapiunt. xciij. di. diaconi sunt. versi. sed cunctis auferunt vniuersa. ⁊ ī. solus episcopus incumbit bonis solus sibi vendicat vniuersa. solus partes inuadit alienas. solus occidit vniuersos. Principes nostri prelati, prout cōmuniter infideles. Esa. j. Principes tui infideles: socij furum ⁊c. infideliter bona ecclesiarum dispensantes, consanguineis ⁊ amicis: vt. pre. c. quisquis. ⁊ lxxxvj. dist. non satis. vt de histrionibus ⁊ ioculatoribus: ⁊ aliis qui seruiunt in clanculo taceamus. Socij furum. Notariorum suorum ⁊ tenentium sigilla sua: ⁊ cum quibus participant lucra simoniaca: que recipiunt pro chartis ⁊ sigillo. maxime in magna quantitate: quum ꝯcedunt litteras ordinationis ꝯtra iura j. q. ij. nullus abbas. quod. c. palea est granosa. sed prelatis arsuris vt palea, est palea eos ardens. ⁊ c. sicut episcopum, ⁊ extra de simo. c. j. Ad de quod no. ī. in. §. postq̄ dei gratia. versi. sed dicunt isti. in c. x. Credentem tamen q͏ etsi pro sigillo vel chartis post datum libere ordinem, species mali fit ⁊ auaritia. c. j. q. j. emendari. aliquid accipere ⁊ turpe lucrum, etiam ne de. vel mo. c. j. Si tamen ordo vel beneficium sine modo conditione pacto ⁊ taxatione libere datum est: non committitur simonia. ij. q. j. quamprio. extra de pac. c. si, ⁊ de simo. ca. tua. ⁊c. dilectus filius. A. in. si, ⁊ pre. c. nullus abbas. que est palea. ibi. Aliqua pacti obseruatione. ⁊ pre. c. sicut episcopū. ibi. Si non ex pacto. vt in pre. c. de simo. j. c. ibi. Calamum vendere. ⁊ ibi in glos. que incipit: Verbum venditionis. ⁊ hec est ibi mēs Lau. ⁊ Vince. Et hoc tenet ibi Ioan. an. in sua additione in opere suo quod dicitur nouella: dicens q͏ si non precedente pacto vel taxatione aliquid reciperetur: non diceretur simonia detestabilis: sed forsan mentalis que per penitentiam aboletur. ⁊ eo. ti. si. facit pro hoc expresse extra de dec. statutuꝫ. in de. versi. fructus sigilli successori reseruantur. Et glos. Io. an. ibi que incipit: ex qua. ⁊ in glos. siue ad vsuꝫ. ⁊ si hoc simoniacum esset: papa in curia hoc tacite minime approbaret. lxxxiij. di. error. versi. pro chartis plumbatis tot aurei ⁊ taxati redduntur. Socij etiam furum id est mediatorum cum quibus committunt simoniacam prauitatem, de quibus mediatoribus, j. q. ỏ. j. siquis episcopus. ⁊. q. ỏ. iij. saluator. §. alioquin. ⁊ c. siquis prebendas. extra de testibus. mediatores. li. vj. Omnes isti principes diligūt munera: sequuntur retributiones. vt. pre. c. Esa. j. Ad literā nihil hodie communiter faciunt prelati nisi pro

pter munera ⁊ retributiones data vel danda: sed da
re est quandocunque dare. ⁊ accipere est qñcunque
accipere ante vel post. j. q. j. cos. scilicet ex pacto vt
ibi no. ⁊. q. iij. saluator. ⁊. c. siquis obiecerit. scilicet ex
pacto vt ibi. c. siquis prebendas. Principes no-
stri prelati vt leones rugientes. i. seuientes, ⁊ vrsi
esurientes sunt super populum ⁊ clerum. Prouerb.
xxviij. Leo rugiens, ⁊ vrsus esuriens: princeps im-
pius super populum pauperem. Principes nostri
prelati qui hodie libenter audiunt mendacia repor
tationes ⁊ murmurationes: omnes seruitores im-
pios sicut ipsi sunt habēt. Prouer. xxix. Princeps
qui libenter audit verba mendacij: oēs ministros
habet impios ⁊c. Principes isti tota die conueniūt
aduersus dñm patrem, ⁊ aduersus Christum ei⁹ fi-
lium: vt in ps. ij. Oēs isti principes declinant am-
bulantes fraudulenter. Hiere. vj. Isti principes nō
cogitant q̃ sunt digna principe Christo. Esa. xxxiij.
Christus princeps pacem querit. Esa. ix. ibi. prin-
ceps pacis. Prelati nostri ad occidendum armati
incedunt: sicut principes illi de quibus Ezech. xxiij.
dicitur. Principes principum ⁊ nominati ascenso-
res equorum instructi curru. ⁊ tota multitudo po-
pulorum lorica ⁊ clypeo ⁊ galea armabuntur. ⁊c. Stul
ti facti sunt principes thaneos emarcuerunt. princi
pes memphecos deceperunt egyptum ⁊c. Esa. xix.
Itē. Esa. xxij. Cuncti principes tui fugerunt simul.
dureq; ligati sunt principes ecclesie negotiatores.
Esa. xxiij. ⁊ principes contaminati. Esa. xliij. in fin.
Item de istis principibus prelatis nostris Ezech.
xxij. ad fi. Principes scilicet ecclesie quasi lupi ra-
pientes predam ad effundendum sanguinem ⁊ ad
perdendas animas ⁊ auare sectando lucra. ⁊ Esa.
iij. Dabo pueros principes eorum. effeminati domina
buntur eorum. ⁊ sequitur. §. in e. c. ⁊ mulieres domina-
te sunt eis. Isti sunt principes nostri prelati de qui-
bus Greg. Principis error multos inuoluit. ⁊ tan
tis obest: quantis preest. Nec cum christo principe
pastorum recipient immarcessibilem coronam. j. Pet.
v. sed sociabunt se cū beelzebub principe demonio-
rum. Luc. xj. Qui est princeps huius mundi. Joā.
viij. xij. ⁊. xiiij. de pe. di. ij. si enim vltra colum. versi.
eligat. De quo principe Greg. in Homil. Magnis
quotidie fletibus cogitandum est, quam seuerus, q̃
terribilis in die nostri exitus princeps huius mun
di veniat: si ad deum in carne morientem venit. Isti
sunt ergo polluti principes quamplurimi ecclesie:
quos hic Hieremias deplorat allegorice. Adde hic
quod scripsi in orōne Hieremie. Recordare in prin.
super textu, matres nostre sicut vidue. in. cap. vin.

Precipitauit dominus eos ⁊c. Ad ecclesiam popu
lo peccante hec iure referuntur: quia si ramis natu-
ralibus non pepercit deus: nec nobis qui de olea-
stro precisi sumus. ad Roma. xj. Etsi eorum despexit
officia: quantomagis ⁊ nostra polluuntur mente ⁊
conscientia. Speciosa autem ecclesia est. vñ. ps. xliiij.
Adstitit regina a dextris tuis in vel. deau. ⁊ Canti. j.
⁊. ij. ⁊. iiij. c. Pulchra es amica mea ⁊c. ⁊ macula nō
est in te. sed multis peccantibus deiecit dñs specio-
sa eius: que olim in principio viriliter luctabatur: ⁊
traduntur hostibus. dei autem deijcere, est iusto iu-
dicio vnumquemq; in desiderio cordis sui permitte-
re. Rom. j. ibi. Tradidit ⁊c. ⁊. xxiij. q. iiij. Nabucho-
donosor. §. vasis ire. Destruit autem quum gratie sue
subtrahit auxilium. destruuntur munitiones, quan-
do ecclesie dei cultores auxilio dei nudantur: ⁊ vo-
luptatibus depredantur: Quia vero se destructos ⁊
dissipatos minus intelligunt: corpus sanctorum eorū
pulchritudinem ⁊ fortitudinem deperisse deplorat.
Est namq; ecclesia christi Hierusalem que edificatur
vt ciuitas. ps. cxxj. Et sicut turris Dauid cū propu
gnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis arma-
tura fortium. Can. iiij. Sed quum muri. i. pastores ⁊
doctores: qui debent defendere ciuitatem. id est ec-
clesiam. Ezechi. xiii. in prin. ⁊ xlvi. di. sit rector. i. re-
sponso. destruuntur per malam vitam: hostis ingre-
dit ciuitate ⁊ populatur: q: non est qui se opponat
murum pro domo Israel. xliij. di. sit rector. vñ sequi
tur. Deiecit eam in terram, quum scilicet terrenus vi
tijs ⁊ actibus occupatur: nec est qui sustineat eam:
vel doctrine verbis: vel operum exemplis: quia co-
lumne eius scilicet prelati corruerunt. ij. q. vij. accu-
satio. extra de accusa. qualiter. ij. de. of. cust. c. ij. Ideo
diuina vltio sequitur. Polluit regnum ⁊ principes
eius. Deus autem polluit quum iuste pollutos ostē-
dit: qui se ⁊ alios coram deo ⁊ populo castos exhi-
bere ⁊ custodire debuerunt ⁊ immaculatos: qui fa-
cti erant regale sacerdotium. vnde culpa sacerdotum
ruina est populi. xj. q. iij. precipue. xl. di. si papa. ex de
vo. ⁊ vo. redē. magne. §. preterea. ⁊ capite languescē
te membra dolent. vj. q. j. ex merito. Gmel. Cōfre
git in ira furoris sui omne cornu. regnū. Luc. j. Can
ti. Zacharie. Et erexit cornu salutis ⁊c. fortitudinem
virtutum. Israel ecclesie vel anime. Auertit retror-
sum dextram suam, defensionem. ps. lxxiij. Vt quid
auertis. Dextram tuam de med. si. tuo in fi. A facie
inimici. Mat. xiii, inimicus homo ⁊c. diaboli inan-
sequētis. Et succendit in Jacob. ecclesia quasi ignē
flamme, ire luxurie, concupiscentie. de pe. di. iij. inter
hec hircum. i. deuorantis in gyro. Job. xxj. Ignis
est vsque ad consumationem deuorans. vide. ū. e. c.
j. in verbo succendit ignem. Confregit ⁊c. nostra
Hierusalem scilicet que est sponsa dei summi. quum
a deo in membris malis recesserit: ⁊ sceleribus seruie
rit cornu eius id est potentia confringitur quod ere
xit dñs in domo Dauid pueri sui, in Canti. Zacha-
rie. Luc. j. ne possit resistere inimicis fidei ⁊ vitijs,
manum auertit dñs retrorsum a facie inimici: quam
extentam tenebat ad defensionem ⁊ vltionem. Sed
prius ipsa auersa est retrorsum. Per dexteram dei
filius intelligitur, ⁊ dei virtus ⁊ dei sapientia. dist.
xxvij. si inxta. Cuius auxilium subtrahitur: quū spon
sa amatoribus prostituitur. succen. ig. quia quū gra
tia dei desolatur: suis viribus eneruatur: ⁊ igne libi
dinis ⁊ vitiorum intus ⁊ foris deuoratur: hec est for-
nax Babylonica que septuplum succenditur. vij. vi
tijs capitalibus. de quibus no. xxvij. q. vij. quid in
omnibus, vt incendat quoscunque reperit de chal-
deis. Danie. iij. Beleth. Tetendit dñs arcum suū.
iudicium. ps. Nisi conuersi fueritis arcum suum te-
tendit. firmauit dextram potentiam ad percutien-
dum. suam quasi hostis ⁊ occidit omne quod pul-
chrum erat visu, pastores, doctores honestatem mo
rum qui pulchri dicuntur. Sap. iiij. in prin. in taber-
naculis, corpore vel conscientia. Job. xj. Si nō per-
manserit in tabernaculo tuo iniustitia ⁊c. filie sion
ecclesie: effudit potestatem dando quasi ignem ire
concupiscentie indignationē suam. Aug. Indigna-
tio eius, non vltionis executio: sed magis absolutio
nis operatio est. de pe. dist. j. sed continuo. Tetendit
contra ecclesiam, tendit dñs arcum suum quasi ini-
micus, quia ipsa quasi inimica, non vult audire cla-

mantem

mantem vt peniteat ⁊ redeat, per arcum, iudicium intelligitur: quo quisq; nunc percutitur vt corrigat. In arcu diuerse sunt sagitte. Alie mittuntur ad perimendum veterem hominem. Ephe.iiii. cum actibus suis. Alie ad flagellandum: aut ad coronam, vt Job. j. Aut ad correctionem: aut ad penam, vt Pharaonem. Exo.xiiii. xx.ij.q.iii. Nabuchodonosor. Illos autem gemit ecclesia ⁊ plangit quos percutit dominus quasi inimicus, aut per diabolum, aut per hereticos: de quibus dicitur, Peccatores intenderunt arcum suum: para. sagit. su. huiusmodi. n. sagitte de arcu dñi: ad est de iudicio diuino veniunt. vnde. ps. xxxvii. Sagitte tue infixe sunt mihi. Quosdam aut percutit dñs: quia arcus in sui ore tenditur vt corde indurati diuinius feriantur. vnde ps. lix. dedisti metuentibus te signi. vt. fugi, a fa. arcus. Firmat dñs manum suam quasi hostis contra ecclesiam, quum incessanter affligit vt correcta redeat: aut indurata sua luat supplicia: occidit pulchra visu dum preciosiora eius membra perire patitur, effudit quasi ignem indigna. suam. videmus oia discordie incendiis ⁊ concupiscentie flammis cremari, hoc citius in nobis ipsis legimus quia experimur: quamquam in scriptura recordamur. De. Factus est dñs velut inimicus: nō vere: quia quis nos amare potest amplius quam Christus. Joan. xv. Maiorem charitatē ⁊c. xxiii.q.iiij. quis nos, precipitauit Israel, precipitari permisit ecclesiam: precipitauit omnia menia eius, que sunt ornamenta ecclesie virtutes de pen. di. ij. §. recta nos. versi. al. c. illa anima, dissipauit munitiones eius. Ad literam: magna pars ecclesiarum derelicta ⁊ dissipata iacet p mundū propter peccata ⁊ guerras vel dissensiones ecclesie, vel dona spiritussancti auferendo vitiis succrescentibus: quia simul esse non possunt xxxii.q.j. quum renuntiatur, ⁊ replerit multiplicauit in filia Juda ecclesia humiliatum tribulatum ⁊ despectum: sic sumitur in ps. cxviii. Bonum mihi quia humiliasti me. Et vide quod dixi .s. in oratione Hieremie, super verbo, mulieres in sion humiliauerunt. an. §. plange, in. ij. c. Et humiliatum in vtroq; sexu. Factus est dñs. Anim sponsa dñi speciosa se auertit a complexibus sponsi contra precepta eius agendo inimicitiam dei contrahit: sed temperat deus sententiam seueritatis: quia non absolute dicitur inimicus. q. d. Quum enim ecclesia affligatur: ⁊ penitus destituta videatur: vt redeat flagellatur: sicut pastor flagello ad gregem consueuit pecora errantia reuocare. fm Aug. qui ait. Exercet fame Patriarchas, populum contumacem penis grauioribus agitat: non aufert ab apostolo stimulum carnis vt virtutem in infirmitate perficiat ij. Cor. xij. v. qō. v. non omnis. xxiij.q.iiij. nimium. c. quis nos

quantum sint misera: quam infelicia: quam malis oppressa iam nudata bonis videre possunt. Hoc enim maxime conatur inimicus, vt anima lumen amittat: nec amissum recipiat. Hinc Philistei Sanson oculos eruerunt. Deinde ad molam miserunt: vt ambulans in circuitu nunquam viam vite inueniat. Judic. xvj. Hinc Sedechie oculos Nabuchodonosor effodit. deinde vinctum in caueam Babylonis deiecit. iiij. Reg. vlt. Quum autem talia mẽbra adhuc in carne deuicta plorant: non sunt vere mortua: sed quasi. qꝛ datur eis locus penitentie antequam vrgeat super ea puteus os suum. ps. lxviii. qꝛ miserante deo de profundo iniquitatis ad vitam redeunt. de pe. di. j. §. ex his itaqꝫ ad fi. Gymel. Circumedificauit. ps. cxviii. Circumdederunt me dolores mortis. cohortes iudeorum. Aduersum me. vt non egrediar. ps. lxxxvii. Traditus sum ⁊ nõ egrediebar de manibus inimicorum. de laqueis peccatorum. Aggrauauit compedem meum. Hieremias in carcere compeditus erat. Hiere. xxxii. hystorice. christus ligatus a iudeis allegorice. anima a vitiis tropologice. Circũedificauit. alleg. ac si christus dicat. Excitauit aduersum me pater corda iudeorum circumedificauit cohortes vt non egrediar de manibus eorum. donec impleantur vaticinia prophetarum. Ecclesia quoqꝫ concluditur dogmatibus hereticorum. vallatur suppliciis peccatorum vel persecutorum. quod deplorans, totum deo attribuit: cuius iudicio fit. Aggrauauit compedem meũ: idest immanitatem tormentorum ps. ciiij. Humiliauerũt in compedibus pedes eius. Vel deceptionem. quod frequenter contigisse nemo dubitat. sed habet anchoram suam: idest spem in celo. Hebre. vj. defixam: ne huiusmodi fluctibus submergatur. j. q. iiij. turbatur. Membra ecclesie sceleribus aggrauata ne possint euadere formidant: quorum fuit corruere: sed miserentis dei est eruere. vnde conclusa carcere pessime captiuitatis, non possunt egredi ad libertatem bone actionis. Aggrauantur compedes: quoties iniquitatem iniquitati apponimus funibus peccatorum nostrorum cõstringimur. Prouer. v. His aggrauati compedibus, pium dominum indesinenter oremus, vt propter importunitatem accipiamus quod petimus. Luc. xj. de pe. di. j. importuna. Greg. Importunitas deo placet: que ingrata hominibus esse solet. ps. cxliiij. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: alioquin ad patriam transire non poterimus. obstruxit enim nobis viam concupiscentia oculorum: voluptas carnis: ⁊ superbia vite. j. Joan. ii. Istis compedibus ligantur potentes ecclesie: qui ⁊ reges dicuntur: regnantes male in carne. ps. cxlix. Ad alligandos reges eorum in compedibus ⁊c. Et vtinam ferrea essent hec vincula: ⁊ timerent. Augu. Ferrea sunt vincula q̃ diu timentur. amentur: ⁊ aurea erunt. Item Hiere. lii. Oculos Sedechie eruit: ⁊ fixit eum compedibus. ps. ciiij. Humiliauerunt in compedibus pedes eius. Item ps. cxlv. Dominus soluit compeditos. Aug. Ligatur qui soluit cõpeditos. ligno suspenditur ⁊ erigit elisos. aceto potatur fons vite. Bern. Vide homo quo amore te dilexit deus: vt vestigia eius imiteris. pro te ligatus est: vt te a vinculis peccatorum solueret. Gymel. Sed ⁊ quum clamarem ⁊ rogarem. vox christi. Pater si fieri potest trãseat a me calix iste. Mat. xxvj. Exclusit orationem meam. anima peccatis obsistentibus non audit. ps. xvii. Clamauerunt: nec erat q saluos faceret. qꝛ cum superbia clamauerunt ad dominum. nec exaudit eos: qꝛ causas contra quas orabant non absciderunt secundum Climacum in gradu de superbia ⁊ ps. cviii. Et oratio eius fiat in peccatum. de pe. di. iii. nihil. Joan. ix. Scimus autem qꝛ peccatores deus non exaudit. volentes scilicet in peccato remanere. j. Joan. iij. Charissimi si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum vt quicquid petierimus, recipiemus ab eo. vide ps. lxv. Iniquitatẽ si aspexi in corde meo: non exaudiet deus. Greg. Quando is qui displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. iij. q. vij. in grauibus. xlix. di. §. fi. alias peccatores ad deum reuerti volentes deus exaudit. Vnde Aug. super illo verbo predicto Jo. ix. Scimus ⁊c. ait. Adhuc tamen inunctus loquitur: nam ⁊ peccatores exaudit deus. si enim non: frustra publicanus diceret. Luc. xviii. Deus propitius esto mihi peccatori. ⁊ ex ista cõfessione meruit iustificationem: quomodo iste cecus illuminationem. Siquis etiam orat pro aliquo cuius peruersitas orationi resistit: vt propositum peccandi: maxime per peccatum in spiritũ sanctum. de quo Mat. xij. Mar. iij. xxv. di. qualis. Que sunt peccata in spiritumsanctum legitur ⁊ no. de pe. di. j. §. potest. etiam in glos. peccatum in spiritumsanctum. non impetrabit. sicut nec Hiere. cui dominus ait. Hiere. vii. Noli orare pro populo hoc. nec adsumas pro eis laudem ⁊ orationem: ⁊ non obsistas mihi: quia non exaudiam. de pe. di. j. predixerat. ⁊ Hiere. xv. Si steterit Moyses ⁊ Samuel contra me: non est anima mea ad populum istum. ad hoc. l. dist. siquis. Gymel. Conclusit vias meas, idest itinera sanctarum scripturarum. Joan. j. Dirigite viam domini scilicet per sanctarum scripturarum predicationes. Lapidibus quadris. philosophorum quadratis eloquiis, ne recto tramite fidei citius ad eternam perueniãt patriam. Lapidibus qua. quatuor affectibus hinc cupiunt metuuntqꝫ dolent gaudẽtqꝫ. dicit Virgilius enei. vj. Quatuor autem sunt affectus animi: qui secundum Augu. quasi quedam principia ⁊ communis materia sunt omnium vitiorum atqꝫ virtutum. scilicet timor, ⁊ dolor: spes ⁊ gaudium. vel quatuor lapi. logica arithmetica geometria astronomia que non sunt scientie pietatis, de quibus. xxxvii. di. nonne. ⁊ c. omnem vim. que palea est. ⁊ §. sed ⁊ contra legitur. ibi. quod infideles non putant. qꝛ non legunt in euangeliis ⁊ prophetis astrologiam: ⁊ alia huiusmodi que despecta sunt. qꝛ nihil valent ad salutem. sed mittunt in errorem. ⁊ c. siquis grammaticam. Semitas meas subuertit, subtilissimas scilicet diuinarum rerum intelligentias seculari dogmate subuerti permisit. sicut fit Parrhisiis ⁊ in Anglia Oxonie. Deleth. Vrsus insidians factus est mihi diabolus in membris. Leo in abscondito in seipso que circuit querens quem deuoret. iii. q. j. nulli. ps. ix. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. de pe. di. j. si cum. ℣. sedet quippe. Vrsus insidians ⁊c. Alleg. Communis vox est capitis christi ⁊ corporis ecclesie: ꝙ vrsus insidians factus sit eis. qui ⁊ eternus est ⁊ incommutabilis. non ꝙ a natura pietatis ⁊ bonitatis immutetur. sed propter effectus. xxii. q. iii. incommutabilis. de pe. di. j. qꝛ diuinitatis. Illum enim contra filium suum erigi permisit:

⁊ contra

& contra suam ecclesiam permittit: qui vrsus & leo est per effectus: his enim duabus bestijs ois diaboli seuitia demonstratur. Per leonem ipse diabolus vij.q.j.§.hoc autem. Per vrsum vero mēbra eius: heretici & falsi fratres. Sed proprie leo est diabol⁹ in aperta persecutione ecclesie: vt pre.§.hoc autem. Vrsus vel draco in occulta.vt ibi.vnde Augu. Leo aperte irascitur draco occulte insidiatur. Pugnauit ecclesia prioribus temporibus aduersus leonē, pugnat modo aduersus draconē. Gemit ergo propheta immo christus & ecclesia. Vrsus insi. &c. He sunt bestie que contra Dauid pastorem obuiaz veniunt: & gregez deuorare cupiunt: sed eruit Dauid ouem de ore leonis & faucibus vrsi.vnde. j.Regū. xvij.dicit dauid qui christum significat: quia interpretatur manu fortis. Luc xj. Leonem & vrsuz interfeci ego. Hic est christus qui oues suas ducit ad pascua vite. Ezech.xxxiiij. Joan. x. Et eruit de ore leonis: & vrsoruz brachia confregit. ps.xciiij. Nos autem populus eius & oues pascue eius, hoc factū est in morte christi quando oues liberauit. Luc.xv. ps.xc. Conculcabis leonem & dracones, de isto per quē diabolus accipitur in membris. Dani.vij. Bestia vrso similis in parte stetit. Et tres ordines erāt in ore eius & in dentibus eius, & sic dicebant ei: surge comede carnes plurimas. Vrsus animal est deuorans, significat carnales gulosos & murmuratores, maxime quia mel libenter comedit. Inquietū est.vagi sunt serui demonis per mundū. sicut Gen. iiij.de pen.dist.j.§.ex his itaqz.ver.cayn. In abditis locis moratur: quia qui male agit odit lucem. Jo. iij.xviij.q.ij.perniciosam.extra de of.dele.consuluit. Caput habens debile, qr debilis est diabolus si sue suggestioni quis a principio contradicat. vnde & si percutiatur in capite cadit.vnde ps. cxxxvj. & allidit paruulos.i.primos motus vel suggestionez suā ad petram christum. Matt.xvj.ibi.super hanc petram.j.ad Corin.x.de conse.distin.ij.reuera. Triplici ordine dentium percunt & mordet: quosdam apertis vitijs: quosdam occultis: quosdam sub specie virtutis vel boni: in lucis angelum transfiguratus.ij.Corin.xj.xlj.distin sepe.xxvj.q.v. nec miruz. extra de regu. licet. Comedit carnes plurimas: qr multos carnales deuorat.ps.xxvj. vt edant carnes meas: & iterum: quia comederunt Jacob, & iteruz ps.xiij.& liij. Qui deuorant plebem meam vt cibuz panis. De duobus vrsis diabolo & corpore ei⁹. iiij. Reg.ij.ibi dicitur φ duo vrsi lacerauerunt, xlij.pueros. Beleth. Semitas meas subuertit: vox ecclesie.i. subuerti permisit semitas: stricta consilia euangelij: de quibus Mat.v.xiiij.q.j.§.j.xxxiij.q.v. qui sunt.ps.cxxxviij. Semitam meam inuestigasti: & iterum ps.cxviij. Deduc me in semita mandatorum: & iterum. ps. xxiiij. Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Et confregit me.i. permisit: propter peccata. Posuit me desolata. Ecclesia sponsa christi sanguine eius dotata gemit se desolatam & quasi adulteram a sponso relictā a malis membris. Nec est qui hodie consoletur eam ex omnibus charis eius, supra.j.e in litera. Beth. qr consolationem terrenam querit. vnde habet ibi cōsolationem suam in suis honoribus: delicijs & diuitijs. Sed ve ei Luc. vj. Bern. Preciosa est diuina consolatio nec omnino attribuitur admittētibus alienam. Beleth. Tetendit arcum suuz. iudiciū. ps.vij. Nisi conuersi fueritis &c. arcum suum tetendit &c. Vel arcum scripturarum. Apoc.vj.ibi habebat arcum.i.scripturarum cum qua percutit contumaces. Et posuit me: vndiqz percutiendaz. Quasi signum ad sagittam.i.in mortis, vel amoris, vel cuiuslibet afflictionis, christus enim & ecclesia in titulum contra omnes aereas potestates erigitur. vnde.j.ad Cori.iiij. spectaculum facti sumus huic mūdo angelis & hominibus, christus in se & in omnibus membris iaculis inimici opponitur: & ipse est signuz cui tota die contradicitur Luce.ij.ibi. Et in signum cui contradicetur. vbi Basilius. Signum contradictionem accipiens proprie crux dicitur a scriptura: fecit enim inquit. Numeri.xxj. iiij. Reg. xviij. Joan.iij. Moyses serpentem eneuz: & posuit pro signo.lxiij.dist.§.verum. Et Origenes. Omnibus autem que de christo narrat historia contradicitur ab incredulis: quia apud incredulos vniuersa que de eo scripta sunt: signum sunt cui contradicetur. Bern. Sustinuit in dictis contradictores: in factis obseruatores: in miraculis depravatores: in tormētis illusores: & in morte exprobratores. Specialiter in signum charitatis positus fuit christus in hac vita: maxime in cruce. Quante enim charitatis fuit signum φ christus sagittas opprobriorum: irrisionum: sputorum: colaphorum: clauorum: & lancee sustinere voluit? sic nos per charitatez debemus esse tanqz signum immobile contra sagittas castigationum diuinarum. de quibus Job.vj. Sagitte domini in me sunt. Item contra sagittas detractionum & persecutionum humanarum: de quibus ps. lvj. Filij hominum dentes eorum arma & sagitte.de pen.dist.j.periculose. Item contra sagittas tentationum diabolicarum. Ephe.vj.in omnibus sumentes scutum fidei: vt possitis tela nequissimi extinguere &c.ps.cxix. Sagitte potentis acute contra tam multiplices aduersitatum sagittas stat charitas quasi signum immobile. Aug. Charitas inter opprobria secura est: inter odia: benefica: inter iras placida: inter insidias: innocens: in iniquitate, gemens: in veritate, respiciens. Prelati etiaz intra ecclesiam sunt sicut signum positum ad sagittam.extra de accusa.qualiter.ij.§.licet. qui a subditis merito sagittantur: qr, prout cōmuniter, signis & vite domini contradicunt. Nam pre alijs ipsi castitati sue & matris virginis contradicunt. Quib⁹ Ezech.xvj. dicitur. Ad omne caput me edificasti signum prostitutionis tue: caput vocat principium.

Infelix enim luxuria principium est viaruz malarum sicut patet in pueris colludētibus. Bene autē dicitur edificasti. Sicut enim edificantes lapidē lapidi opponūt: Ita luxuriosi nūc verbis: nūc actu, nūc tactu: nunc visu: nunc nutu: signa prostitutionis multiplicant.xxij.q.iiij.meretrices: &.q.v. sicut e.nec solo.e.qui viderit. Contradicunt etiam humilitati christi non detestando signum superbie: sicut Hester que dicebat. Hest.xiiij.deo: Tu scis infirmitatem meam & necessitatem φ abominer signuz superbie & glorie mee quod est super caput meum. Quatuor sunt signa superbie. Ornatus vestium sicut patet in diuite purpurato Luc.xvj. vbi Grego. Si subtilium preciosarumqz vestium cultus: culpa non esset: nequaqz sermo dei tam vigilanter exprimeret: φ diues purpura & bysso indutus: apud inferos torqueretur nemo quippe vestem preciosam nisi ad inanem gloriam querit vt honoratior ceteris esse videatur. Nemo enim vult preciosis vesti-

Supbie signa sunt quatuor.

bus indui: nisi vbi ab aliis possit videri. Unde ⁊ septima synodus dicit: Omne quippe quod non propter necessitatem suam: sed propter venustatez accipitur: elationis habet calumniaz quemadmodum magnus ait Basilius.xxi.q.iiii.omnis iactantia.ver.hoc verba ⁊ pomposa ⁊ se iactantia.ps.xvi Os eorum locutum est superbiam. Tales loquuntur grandia totus eorum sermo superbia est. de pe. dist.ii.si enim.ver.petrus quoqz. ⁊.ii. Pe.ii. ibi superbiam enim vanitatis loquentes xlvi.distin.hoc habet. Ascensus loci ps.lxxiii. superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Amant primas cathedras in synagogis. Mat.xxiii. Contradicunt etiã signo charitatis christi. de quo dicitur: Hic quasi signum ad sagittam:per signũ fraudulentie ⁊ odii. Mat.xxvi. Qui autem tradidit eum: dedit eis signum ⁊c. He. misit in renibus ⁊c.luxuriosis vel infidelibus. Filias pharetre sue, sagittas occulti iudicii vel scripture. Misit, mitti permisit, vox sponsi ⁊ sponse. Pharetra dei patris scriptura est: ex qua iudicii dei quasi ex arcu sagittas corpus christi accepit. Heretici quoqz sagitta infidelibus aliquãdo intoxicatas ex hac pharetra producunt corda innocentium feriunt. Ex hac pharetra veniunt sagitte, ex quibus exterior homo timore configitur: ⁊ interior amore afficitur. vnde misit i re.re.fi.pha. s.i.affectiones diuini amoris vel timoris.ps.cxviii Confige timore tuo carnes meas a iudi.enim tuis timui. Et iteruz Psalo.xxv. vre renes meos ⁊ cor meũ ⁊c.⁊ iterum ps.xxxvii. Sagitte tue infixe sunt mihi. Uel pharetra astutia ⁊ malitia diaboli est. de qua percutit in ecclesia multos.ps.x. Parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro.i. subtili tentatione maxime sub spe boni que difficillime cognoscitur. He. factus sum vox christi vel corporis sui ecclesie. In derisum omni populo: infideli, vel heretico.ps.xxi. Omnes videntes me deriserunt me. Tota etiam die pagani derident christum ⁊ ecclesiam: maxime propter scelera nostra: propter que nomen domini blasphematur: ⁊ fides nostra contemptibilis habetur.xlv.disti.de iudeis. extra de bap.maiores.§.item queritur. Canticum eorum tota die.ps.lxviii. In me psallebant qui bibebant vinum. He. Repleuit me amaritudinibus passionis. Inebriauerunt me absinthio: myrrhati vini. Mar.xv.ibi. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum.vbi Augus. Hoc intelligendum est Mattheum dixisse Mat.xxvii. Et dederunt ei bibere vinum cum felle mistum: fel quippe pro amaritudine posuit. Myrrhatum enim vinum amarissimuz est quãqz fieri possit vt ⁊ felle ⁊ myrrha amarissimum redderent. Ibi etiaz Theophilus ait: vel ignorantione quadam existente, alii alia offerebant: quidam acetum ⁊ fel, quidam vinum myrrhatuz. Beda Hiere.ii. ad med. Amara vitis: amarum vinum fecit, quo propinat dominũ iesum: vt impleatur quod scriptum est.ps.lxviii. Dederunt in escaz meam fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto.

Uau. Confregit ad numerum dentes meos.ps.iii Dentes peccatorum contriuisti, ⁊ iterum. ps.lvi. Filii hominum dentes eoruz arma ⁊ sagitte: loquitur detractoribus: diffamatoribus: ⁊ falsis accusatoribus.de pen.dist.i.periculose: vt nec vnus remaneat. Dentes: christi apostoli. Allego. ⁊ alii discipuli in passione confracti ⁊ dissipati sunt: quibus quasi dentibus credentes in corpus suum transfundit christus. Canti.iiii. Dentes tui sicut greges tonsarũ. Cibauit me cinere.ps.ci.quia cinerem tanqz panem manducabaz. Ecclesia quodammodo etiã fractos dentes habet. Et ideo plangit: qr sanctam scripturam non ruminat neqz terit. Animal autem quod in lege non ruminat immunduz est. Leui.ix. Nam etsi hodie plena sit ecclesia scientia legendo audiendo ⁊ predicando: pauci tamen in ea sunt ruminatores: gustatores: ⁊ se ea spiritualiter pascentes: ⁊ aliquorum hic mẽtes impie scientie que inflat contente: eam que edificat nescierunt. vnde Chrys. Sicut qui non masticat cibum non sentit eius saporem: ita nisi masticauerimus verbum dei quod audiuerimus retractantes intra nos, nõ intelligemus virtutem verbi. vnde Pascasius. Uerbum dei sensibus quasi dẽtibus molere ⁊ ruminare sauitas ⁊ victus est. vnde in preconium dicitur Moysi Deuter.vlti. qp dentes Moysi non fuerũt comminuti: qr verbum dei semper corde ⁊ ore ruminauit: ⁊ panem angelorum. ps.lxxvii. Panem angelorum.s.gustum dei indesinenter comedit. Cuius autem dentes franguntur: recte cinere cibatur, in quo cordis mestitia ⁊ penitentia designat. Iob. xlii. Ago penitentiam in fauilla ⁊ cinere. Dicit ergo ecclesia: quia verbum dei ruminare distuli: ingemisco cibata cinere mortalitatis insipido. Uau. Et repulsa est anima mea: vox christi.i.repulsus a deo credebar a crucifigentibus. Oblitus sum, credebar oblitus. Bonoruz, credo videre bona domini.ps.xxvi. Et repulsa ⁊c. dolet ecclesia in membris se a deo repulsam ⁊ tentationibus expositam: ne ad bona que sentit redire possit que oppressa bonorum acredine doloris: non potest bonorum spiritualium que habuit in primitiuo tempore recordari nec futurorum.de quibus.ps.xxiiii. Anima mea in bonis demorabitur, de istis bonis. Matt.xvii. Marc.ix.⁊ Luce.ix. Bonum est nos hic esse. Ubi Bern. Quid enim tam bonum est illo? quid aliud bonum qz in bonis animaz demorari: quandoquidem corpus non potest? Quis ex nobis cogitans futuram illam vitam sed letitiam: sed iocunditatẽ, sed beatitudinem, sed gloriam filiorum dei: non cõtinuo de plenitudine suauitatis intime eructat: domine bonum est nos hic esse? Non sane in hac erũnosa peregrinatione: vbi corpus detinetur: sed in sua salubri cogitatione: in qua corde versatur beatus qui in istis moratur bonis. Uau. vox christi. Et dixi Perit finis me⁹: periisse videbar. Et spes mea a domino. Principes sacerdotum dicebant Mat.xxvii. Alios saluos fecit seipsum.sal.fa.nõ potest. Ecclesia dicit ⁊ luget pro membris. Periit finis meus.i.spes finis.vñ ⁊ sequitur. Et spes mea a domino: quia ad deum se erigere non valet ⁊ oppressa doloribus ps.lxxii. Mei autem pene. mo. sunt pedes: Peccata grauia frequentata spem minuunt: ⁊ quum in profundum maloz quis venerit: contemnit. Prouer.xviii.xvii.dist.nec licuit: ⁊ facto desperat non verbo. extra de iudi. cuz non ab homine.§.fi. Zay. Recordare paupertatis: vox christi: pro nobis pauper factus est ⁊ transgressio ⁊ maledictum ⁊ peccatum.i. pena peccati. de eius paupertate.supra in isto.c.dixi in pma litera. Trãsgressionis.i.exinanitionis.i. modi excessiui quez tenuit in passione quem Lucas vocat excessum Luce.ix.ibi. Et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalez.vbi. Cyril.i. mysteriuz di-

spensationis in carne: necnon salutiferam passionem completā in venerabili cruce. Non enim christus transgressus est: sed transgressio legis pro nobis factus est, sicut maledictum, ut nostram transgressionem deleret, sicut factus pauper, ut nos ditaret. Absinthij erumne. Fellis amaritudinis. Recordare: vox ecclesie que in paupertate bonitatis & uirtutis in mēbris suis viuit: pro quibus orat, sed etiam transgressionibus legis dei plena est: unde & multis erumnis repletur: & amaritudine absinthij & fellis: dum laboribus & doloribus fatigatur: ut decocta passionibus: sponso suo fiat aptior. August. in homil. ego sum vitis, ut quanto fuerint mūdiores, tāto amplius pulchriores. Zay. Memoria memor ero: recordans ecclesia que p transgressionem patitur. i. absinthij & fellis tribulationū: ait. Memoria memor ero, eterne. s. uite: & ideo mox. Tabescet anima mea: ad eam suspirans. sm illud ps. cxviij. Defecit in salutari tuo anima mea. unde & hec. s. uitam eternaz recolens in corde meo: in deo sperabo. Quum enim ecclesia ad eius contemplationem se dirigit quasi deficiens gemit: & q̃ expressissime potest dicit Me. me. ero. s. memoria eterne uite, que interius aspirata uiuificat, ut discāt christi membra nihil aliud memorari & cogitare. ps. xxvj. quia unā petij a domino hanc re. ut inha. in do. dñi ol. diebus uite mee. Hec recolens in corde meo in deo sperabo. Heth. Mie dñi. multe mie dñi est: nō nostri meriti, vox ecclesie. Quia nō sumus consumpti, tot peccatis & tribulationibus. Quia non defecerunt miserationes. ps. l. Miserere mei deus sm magnam mīam tuam. Hiero. Magnum peccatum, magna uult deleri mīa. de pe. dist. ij. si enim. ultra. iij. colū. psl. dauid. item. ps. cxliiij. Miserationes eius super omnia opera eius. & iterum ibidem. & c. Miserator & misericors dñs. de pen. dist. j. multiplex. Johel. ij. Conuertimini ad dominum deum vestrum: q2 benignus & misericors est: & prestabilis super malitia: patiens: & multe misericordie. Bern. Si supra modum peccaui: non despero: q2 supra modū doluit in quo respiro: si exacerbatur in immanitate sceleris mei: mitigabitur in dolore filij sui. Augu. Multe & magne sunt domine lāguores mei, multi & magni, sed amplior est medicina tua. vnde nulli diffidendum. de pen. di. j. q2 diuinitatis. ij. q. vij. c. j. Fons misericordie nō siccatur nisi prius fueris exiccatus. Aug. Nullus desperet de dei misericordia: maior est enim incomparabiliter sua mīa: q̃ nostra miseria. Est ergo initiū nostre cōuersionis timor ne cōsumamur. ps. cxviij. Confige timore tuo car. me. a iudicijs enim tuis timui. Iste timor charitatem introducet. de pe. dis. ij. sicut. Heth. Noui diluculo. ps. cvij. exurgam diluculo: exurgit diluculo qui querit bona. Prouer. xj. quando sol iustitie surrexit. Mar. vlti. Magna (alias multa) est fides tua, sic dixit dominus Chananee Mat. xv. O mulier: magna est fides tua: ac si dicat, approbaui que humiliter gemens enumerasti, & noscere te feci quia multa est fides tua. Diluculo, radio exorto, quando. scilz christus resurrexit Mar. vlti. Hic ergo sponse angustias suas plangēti continue adest sponsus: & consolatur dicens. Ro. di. mag. est fides tua: fidem tuam laudo & presentē me exhibeo: quem absentem lugebas. vnde ecclesia respondet. Pars mea dominus: dixit aīa mea: felix qui hoc dicere potest: alienus a vitijs: segregatus ab omni labe peccati. vnde & ps. cxviij. portio mea domine. Iterum Heth. portio mea (alias pars mea) que modo dicebas in litera Uau. supra periit finis meus. Dixit anima mea ps. xv. Dominus pars hereditatis mee: & iteruz ps. cxviij. Portio mea domine dixi custodire le. tuam. xxj. dist. cleros. xij. q. j. cum portio. Sed contra illud quod fit hodie cōmuniter in ecclesia intonat Hiero. dicens. Propterea clerici dicūtur q2 de sorte dñi sunt. Uel q2 ipse dñs sors pars clericoꝝ ē. Et q2 vel ipse pars dñi est: vel partem dñi habet talem se exhibere dēt: vt ipse possideat dñm, & ipse possideatur a dño: qui dñm possidet, & cum propheta dicat: pars mea dominus: nihil extra dñm habere potest. Quia si quispiam aliud habuerit preter dñm: pars eius non erit dñs verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilez &c. hucusq3 Hiero. qui tamen sm glossatores loquitur de clericis abutentibus his rebus, hec leguntur. xij. q. j. clericus qui. Propterea expectabo euz. ps. xxxix. expectans expectaui dñm. & iterum ps. cxviij. & non confundar ab expectatione mea. Teth. Bonus est dominus: q̃ bonus israel deus. ps. lxxij. & iterum. Bonitatē fecisti cuz seruo tuo dñe. ps. cxviij. Sperantibus in eum: optando diligendo non est ociosa spes. Aug. Quantum quis sperat, tantum diligit. Anime querenti, desideranti illum. Cant. iij. In lectulo in nocte quesiui quē diligit anima mea. Ubi quatuor omni querenti notantur, vt. s. deliberet quid q̃rat, & vbi, & qñ, & q̃diu, donec. s. inueniat. Qui enim in lecto querit. Prouerb. vij. Intexui funibus lectulū meum carnalis. Et in nocte per totam noctez laborantes nihil cepimus. Luc. v. cecitatis, dominū querit: nulli dubium est q inuenire non possit: sed lectum exeat: corporem abijciat. ad Ro. xiij. ad diez veniat gratie. Ro. xiij. Dies autē appropinquauit: querat donec inueniat. Requiritur autem inquirēdo deum tempus quo inueniri possit. s. in hac vita. Esa. lv. Querite dominum duz inueniri potest. Et quomodo sit querēdus adiungit. Derelinquat impius viam suam. Et vbi sit querendus Hiere. xxix. Queretis me, & inuenietis quuz quesieritis me in toto corde vestro. Sz prius oportet purgari cor vitijs & cogitationibus malis, q2 de corde exeunt cogitationes male. Mat. xv. xv. q. vj. c. j. Ne inter parentes inuenitur. Luc. ij. vnde Bern. Quo te o bone Jesu inter cognatos meos inueniam: qui inter tuos minime es inuentus? quo te inueniaz in gaudio: quem mater dolens vix inuenit. Quo etiam queritur dicit Dauid. ps. xxiij. quis ascēdet &c. Et sequitur. Hec est generatio querētium dñm. Bern. Non curant carnales querere quem tamen desiderant inuenire cupientes consequi sed non sequi. Et qui eum querit inuenit. ij. Paralip. xv. Dñs vobiscum q2 fuistis cuz eo, si quasi eritis eum inuenietis, si dereliquitis eum: derelinquet vos, qui eum queriti viuit. Amos. v. Querite deum & viuite. Semendo queramus panem viuum. Joan. vj. de consec. dist. ij. omnia. supra Thre. j. in litera Caph. Omnis populus gemens & querens panem. Augu. Famelici dei esse debemus, ante ianuam conspectus illius in orationibus mendicemus, queramus vultum eius videre. ps. quesiui vultum tuum. itez ps. ciiij. querite faciem eius semper. Bern. Occultat se dominus vt ardentius queratur: quesitus cū gaudio inueniatur: inuentus cum solicitudine teneatur:

Querēdi non nihil modus.

tentus non dimittatur: donec in amoris cubiculum mansurus introducatur. Tertio. Bonum est prestolari cum silentio, cordis absque murmuratione cum patientia. Salutare dei: christum Jesum. Luc. ii. quia viderunt oculi mei salutare tuum. vbi Grego. in sermone. Salutare namque quod tuis oculis percepisti, ipse ille suus est quo nomine salus declaratur. Cum silentio, venit dominus. Sapientie. xviii. Dum medium silentium tenerent omnia &c. Esa. xxx. Erit fortitudo vestra in spe & silentio. Luc. vlt. sabbato siluerunt propter mandatum. Job. iii. Nunc dormiens. s. in quiete conscientie silerem. scz a mundi strepitu. iiii. Reg. ii. silete. In vitis patrum legitur quod abbas Agathon per tres annos portauit lapidem in ore affectans silentium. Alter pater dixit: serua silentium vsquequo interrogeris. Qui silet requiem habet intus dicebat Arsenius. Sepe fuisse me locutum penituit, at vero tacuisse nunquam. Dicebat Sysoius. Qua ratione animas nostras possumus saluare: quum lingua nostra aperto ore sepe prosiliat. Iterum cuidam seni dixit Antonius. Bonos socios inuenisti: cui senex. Boni quidem sunt: sed atrium eorum non habet ostium. sed qui vult ingreditur in stabulum & soluit asinum: & quo vult proficiscitur: hoc tamen dicebat: quod quicquid illis euenisset in ore loquebantur. Dixit abbas pamen. Si cor alicuius multos contemnat: iste talis multum loquitur: qui autem cum inanimine loquitur semper silet. Item senex qui non silet peregrinus nō est: monachus sileat. xvi. q. i. placuit. i. in oratorio: refectorio: dormitorio: & claustro silentium obseruetur extra de sta. mo. cum ad monasterium. §. in oratorio Clerici in choro ex de cele. mis. dolētes. Silētium verum est cum clausura labiorum contra malas cogitationes pugnare & ad deum cor leuare. Tertio. Bonum est viro quum portauerit iugum: graue originaliter. Eccl. xl. Iugū graue super filios Ade &c. ab adolescentia sua. ps. cxviii. In quo corrigit adolescentior viam suam. xvi. q. i. si clericatus. ibi. In adolescentia sua iugum christi collo suo imposuit. & talibus bonis adolescentibus. lxxviii. di. §. hoc regulariter.

Jugum multifarium.

Est iugum proprie voluntatis: quod non est simplex, sed multiplex: quia singuli sensus iugum suum imponunt. Luce. xiiii. Iuga boum emi quinque. i. curiositatem sensuum non sine magno labore acquisiui: vana inuestigando, & delectando in eis. Hoc iugū quam graue sit ostenditur Job. vii. Posuisti me contrarium tibi: & factus sum mihimetipsi grauis. vbi Bern. Nullum mihi onus importabilius meipso: nulla sarcina grauior est: factus sum mihi talentum plumbi: & resedit iniquitas super illud. Osee. x. Confundetur israel in voluntate sua. Item Bern. Qui iuga iumentorum emit: iumentis stolidior, & bestialior bestiis reputatur, si optas iugum: tolle super te iugum christi suaue. Matth. xi. quod non infligit laborem: sed tribuit requiem, dimitte cupiditatem: & elige charitatem. Est aliud iugū diabolice dominationis. Esa. x. Auferetur onus de humero tuo: & iugum eius de collo tuo: & computrescet iugum a facie olei. i. a gratia spiritussancti. Hiere. xxx. conteram iugū eius de collo tuo. Tertium est iugum diuine iussionis. Matth. xi. Tollite iugum meum &c. & hic. vbi Rabanus. Iugum christi est euangelium christi quod Judeos & gentes in vnitate coniungit. hoc autem iubemur sumere. i. in honore habere: ne forte subtus ponentes. i. praue illud contemnentes: luculentis pedibus vitiorum conculcemus, & in eodem. c. Mat. ibi. Iugum enim meum suaue est: & onus meum leue. Hilarius: Iugum autem suaue & leuis oneris blandimenta proponit: vt credentibus eius boni scientiam prestet quod ipse solus nouit in patre. Grego. iiii. mora. Quid graue ceruicibus nostris imposuit: qui vitare omne desiderium quod perturbat precipit? qui declinare laboriosa huius mundi itinera monet? Item ibi Hilarius. Et quid ipso iugo suauius: quid onere leuius? probatum fieri: scelere abstinere: bonum velle: malum nolle: amare omnes: odisse nullum: eterna consequi: presentibus non capi, nolle inferre alteri quod sibi perpeti sit molestum? dist. i. humanum. Item Rabanus. Sed quomodo iugum christi suaue quum. supra Mat. vii. ca. dicatur & Luce. xiii. quod arcta est via que ducit ad vitam. Sed quod angusto initio incipitur, processu temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. Item Aug. de verbis domini. Iugum domini qui intrepida ceruice subeunt tam difficilia pericula patiuntur: vt non a laboribus ad quietem: sed a quiete ad laborem vocari videant: sed profecto adest spiritussanctus: qui in exterioris hominis corruptione, interiorem renouat. Ephe. iiii. de die in diem: & gustata requie spirituali, in affluentia deliciarum dei in spe future beatitudinis omnia presentia delinit: & omnia aspera releuat. Omnia enim seua & immania prorsus facilia & prope nulla efficit amor. Item hoc iugum domini leue est propter dominationem. vnde Augu. qui huic iugo subditur: cuncta sunt ei subiecta. Quare autem hoc iugum leue, graue nobis videtur declarat disertissime & pulcherrime Abraham in li. collationum. Jo. cas. in collatione vltima de mortificatione dicens. Ut autem vobis econtra iugum christi non leue nec suaue videatur, contumacie nostre est iustius adscribendum. Ex nobis enim. i. ex vitiis nostris diabolus telum quo dilaceremur exculpit: funiculis namque peccatorum suorum vnusquisque cōstringitur. Prouerb. v. & Esa. dicente. Esa. l. Ecce vos accendentes ignem accincti flammis quas succendistis ambulate in lumine ignis vestri: & in flāmis quas succendistis. Per hoc enim, vt sapiens ait Sapientie. xi. vnusquisque per quod peccauerit punietur: Ipse enim nobis tormenta sunt quibus vtimur voluptates, & oblectamenta huius carnis atque delicie carnificum vice in suum retorquentur authorem. Unde & alibi. Nam si ambularent semitas rectas: inuenissent vtique vias iustitie leues. Nostra ergo culpa est: qui semitas domini rectas ac leues prauis desideriorum cautibus aspernamur: quam viam regiam apostolicis & propheticis silicibus cōmunitam sanctorumque omnium ac precipue ipsius domini vestigiis complanatam amentissime deserentes, deuia queque ac dumosa sectamur: & presentium oblectationum illecebris occecati, per obscuros impeditosque sentibus calles latenibus crucibus, & dirupta illa nuptiali veste. Mat. xxii. reptamus, non modo acutissimis veprium aculeis configēdi: sed etiam virulentorum serpentium vel scorpionū illic latitantium ictibus vulnerandi. Tribuli enim & laquei in viis prauis. Qui autem timet deum fugiet ab eis. Et ita ab itinere regio deuiantes: ad illam metropolim ciuitatem: vbi noster cursus indeclinabiliter semper debet esse directus, non potue-

runt

runt peruenire, q: Labor inquit Eccl. x. stultorum
affliget eos qui nesciunt in vrbem pergere. i. qui nõ
cognouerunt ire in ciuitatem illam. s. Hierlm cele-
stem: que est mater nostra. Gala. iiij. Quisquis au-
tē in veritate huic mundo renuncians super se tu
lerit iugum christi: abrenuncians delectationibus
carnis, diuitijs mũdi ⁊ proprie volũtati: ⁊ didice-
rit ab eo quotidianis iniuriarũ exercitijs eruditus
q: mitis est ⁊ humilis corde. Mat. xj. in cũctis tē-
tationibus semper manebit immobilis: omniaq;
illi cooperabuntur in bonũ. Ro. viij. q: sm Osee.
Osee. c. vlt. Recte vie dñi, ⁊ iusti incedent in eis: pre-
uaricatores vero corruent in eis: nihil dulcius q̃
respicere in mandatis dei. Eccle. xxiij. in fi. huc usq;
Abraham. Item Pascasius. Hoc iugum propter
austeritatem correctionis ⁊ crucis graue est: sed spe
remunerationis suaue, magnum autem est iuueni-
bus se a vitijs abstinere: ⁊ lubrice ⁊ pplexe vie erro
rem fugere. Unde Dauid. ps. xxiiij. delicta iuuentu
tis mee ⁊c. Hec enim etas fragilis est. xij. q. j. c. j. ⁊ la
bilis, iustitia temeraria hoc graue iugum super se le
uat, qui autem a iuuentute seculo in veritate renun
tiat: suauitatem inuenit primitus inexpertam. De
isto iugo plenius no. j. in c. lxviij. §. ⁊ sm eorum vi-
tiũ. ver. secundo, obedientia cum se. ⁊ supra in ista se
cunda parte in princ. §. qui incipit, iã nunc, in expo
sitione. iiij. c. Thre. super textum interierunt in vijs
primo c. Ioth. Sedebit solitarius: a strepitu mũ
di. Solicitudo iustorũ est, vt si corpore sint in mũ
do: animo sint in celo. Job. iij. Edificant sibi solitu
dines. Bern. Anima sancta sola esto, vt soli omniũ
serues teipsam quẽ tibi ex omnibus elegisti, adde
quod dixi supra in Thre. c. j. in prima litera. Di-
xit senex. Si non dixerit homo in corde suo: quia
deus ⁊ ego solus in isto mundo sumus: non habet
requiem. Item senex. Immanuens humanam nos
tram ⁊ ventrem habet requiẽ. Dixit domin⁹
Arsenio magno Romano: Arseni fuge homines ⁊
tace: quiesce: ⁊ saluus eris. Dixit magnus An-
tonius. Qui sedet in solitudine ⁊ quiescit a tribus
periculis eripitur, auditus, locutionis, ⁊ visus.
Est autem bona sessio per humilitatem ⁊ peniten-
tiã, de qua Jone. iij. Sedit in cinere. Esa. xlvij. De
scende sede in puluere virgo filia Babylonis. xxxij
q. v. si paulus. ⁊ in illo. c. prima litera. ⁊ supra in pri-
mo. c. ⁊ prima litera in Threñ. dixi. Est ⁊ sessio con
templationis de qua hic ⁊ Cant. ij. sub vmbra il-
lius quem desideraui sedi. Luc. xxiiij. Sedete in ci-
uitate. Est ⁊ sessio auctoritatis. Matt. xix. Uos q
secuti estis me in rege. cum se. fi. hominis sedebitis
⁊ vos super sedes duodecim ⁊c. Est ⁊ sessio tran-
quillitatis. Esa. xxxij. Sedebit populus meus in
pulchritudine pacis. Apoc. iij. Qui vicerit dabo ei
sedere mecũ in throno meo. Et tacebit, q: non
erit opus excusatione. Solitudo preparat silentiũ
corporale: corporale mentale: mentale ascensũ pa
rat ad contemplationem ⁊ extasim. vnde sequitur.
Leuauit se super se: videlicet extaticus, q: nõ sentit
se. vnde Antonius. Non est perfecta oratio: in qua
se monachus vel hoc ipsum quod orat intelligit, ⁊
ponitur hoc in li. collationum Jo. cassi. in collatio-
ne Isaac prima de oratione. Istum raptum ⁊ exta-
sim habuit Paulus. ij. Corin. xij. c. Ad se reuersus
est Petrus. i. ad fruendum visibilibus: ⁊ ratione
humana de extasi rediens. Act. xij. In se reuersus ẽ
filius prodigus. i. ad viuendũ rationabiliter: ⁊ ad
cognoscendum vitã bestialẽ in qua vixerat. Luc.
xv. vltra. vires corrupte nature. Supra se: sensum
carnis: ⁊ sepe supra intellectum ⁊ rationem, vt non
sentiat se in deum transformatus. Aug. Nat⁹ est
homo ab exterioribus ad interiora redire: ab inte-
rioribus ad superiora ascendere. Tante enĩ digni
tatis est humana conditio: vt nullum bonum pre-
ter summum bonum ei sufficere possit. Item Au
gust. Ubi te inueni veritas deus meus: nisi in te?
Supra me. Unde Paphuntius de tribus renun-
tiationibus in li. collationum Jo. cassi. dicit. Uerã
perfectionem tertie renunciationis de visibilibus
huius mundi tunc merebimur obtinere: quando
mens nostra nullo pinguedinis hebetata cõtagio:
sed impuris eliminatis omnibus, ⁊ polita ab om-
ni affectu ⁊ qualitate terrena: per indesinentem di-
uinarum rerum meditationem spiritualesq; theo-
rias ad illa que inuisibilia sunt eousq; transierit: vt
circundatam se fragilitate carnis ac situ corporis
supernis ⁊ incorporeis intenta non sentiat: atq; in
huiusmodi rapiatur excessus vt non solum nullas
voces auditu recipiat corporali: nec intuendis p-
tereuntium imaginibus occupetur: sed ne adiacen
tes quidem moles ⁊ ingentes macerias obiectas
oculis carnis aspiciat. Cuius rei fidem atq; virtu-
tem nemo nisi is capiet qui hec que dicuntur expe
rientia magistra perceperit, cuius videlicet ita do-
minus cordis oculos de vniuersis presentibus ad
uocauerit. Adde quod dixi supra in Thre. j. c. in p-
ma litera: vt ea nõ tãq; transitura: sed quasi trãsa-
cta iam reputet: ⁊ velut inanem fumum in nihilũ
resoluta conspiciat, ambulansq; cũ deo vt Enoch
Gene. v. ac de humana conuersatione moribusque
translatus: non inueniatur in presentis seculi va-
nitate. Ioth. Ponet in puluere os suum: caput
se humiliauit pro corpore: christus pro ecclesia: po
suit etiam in sepultura os suum christus. Si forte
sit spes: si pro quia forte dicit, quia non pro omni-
bus spes: qui desperant per malam vitam ⁊ humi
litatem christi nõ participant. Ecclesia enim quod
sit puluis: momentis singulis cogitabit. Gen. iij.
Quia puluis es ⁊ i pulverẽ reuerteris. Et Mich.
j. In domo pulueris puluere vos cõspergite. Gen.
xviij. Loquar ad dominum meum quum sit pul-
uis ⁊c. Factus est autem homo de puluere ⁊ de li-
mo terre: vt humilietur ex consideratione sue ori-
ginis: vt in tam vili materia appareat sapientia ar
tificis. Mirabilis artifex dominus: qui de tam vi
li materia fabricam corporis sic compegit, vt ani-
ma tam gloriosa habitaret in eo. Si forte sit spes,
quia erit pro humilibus, qui se cognoscentes ⁊ hu
militatem christi sectantes: in eum sperabunt: quia
sine humilitate nõ habetur spes. ps. cxxxv. quia in
humilitate nostra memor fuit nostri. Ioth. Da-
bit percutienti se maxillam. Joan. xviij. Unus ad-
sistens ministrorum dedit alapam iesu: vbi Alchui
nus. Hic impletur prophetia. Dedi maxillam meã
percutientibus. Esa. l. Joã. xix. Dabant ei alapas:
propterea mandauit: ⁊ qui percutit te in maxillã
prebe ei ⁊ alteram. Matth. v. ⁊ Luc. vj. xxiij. q. iij.
§. j. vbi Chrys. Nam ⁊ medici quum calce feriunt
ab insanis: tunc maxime miserent eis: ⁊ accingunt
se ad eorũ remedia. Tu quoq; similem habeas con
iecturã erga persequentes. Ipsi nanq; sunt qui pci
pue infirmant: nec prius desistamus: q̃ totã amari
tudinẽ euomuerint: tunc vberes gratias agent ti-

bi: et ipse deus te coronabit: quia fratrem tuum a pessima egritudine liberasti. Itē ibi Basilius. Fere autem cuncti contra hoc mandatū procedimus: et precipue potentes seu principes: non solum si passi fuerint contumelias: sed et si prestita eis non sit reuerentia, aduersarios reputantes quicunq; eos minus reueriti fuerint quam se reputauerint dignos. Est autē magna infamia principis esse promptum ad vindictam. Nam qualiter alios docebit nil mali pro malo rependere: qui nocenti retribuere satagit? Item super verbo pre. Jo. xviij. dedit alapā iesu Aug. Quid ista responsione verius: mansuetius: iustius qui enim accepit alapā: nōne vellet eū qui percussit aut celesti igne consumi: aut terra dehiscēte sorberi: aut correptū demonio volutari: aut etiā alia huiusmodi qualibet pena vel etiam grauiore puniri? Quid horum per potentiam iubere non potuisset per quem factus est mundus. Jo. j. nisi nos patientiam docere maluisset qua vincitur mundus? Hic dicet aliquis. Cur non fecit quod ipse precepit, percutienti enim non sic respondere, sed maxillam aliā debuit preparare, sed non solū alterā maxillā: sed totū corpus figendū preparauit in ligno. Hic potius demōstrauit illa precepto patientie non ostentatione corporis sed cordis preparatione facienda. Fieri enim potest vt alteram maxillam homo visibiliter prebeat iratus, quanto ergo melius respondet vera placatus tanto ad perferenda grauiora tranquillo animo fit magis paratus, ad hoc. xxiij. q. j. §. his ita. et c. paratus. vnde et in li. collationum. Jo. cassi. in collatione de amicitia Joseph sic ait et exponit hoc verbum. Siquis te percusserit in dextra maxilla tua, prebe illi alteram, subauditur sine dubio dexterā. s. anterioris hominis. i. si exterior dextera tua impetū ferientis exceperit: anterior quoq; homo per humilitatis assensum dexteram suam prebeat ad verberandum: vt sic non solum nosmetipsos alienos ab iracundie perturbatione seruemus sed illos qui suo commoti sunt vitio succumbentes cor. iniuriis ad placiditatem expleta cedis satietate cogamus. Item super pre. verbo Joā. xix. Dabant ei alapas. Chrys. Tot autem et talibus factis ipse stabant similes: tu vero audiens hec in mente habe continue, et regem orbis terrarum et angelorum dominum videns contumeliam patientem et omnia ferentē silentio imitare. Itē ibi Aug. Sic enim implebantur que de se dixerat christus: sic martyres informabant ad oīa que persecutoribus libuisset facere perferēda, sic regnum quod de hoc mundo erat. Jo. xviij. superbū mundum non atrocitate pugnandi, sed patiēdi humilitate vincebat. Petentibus sermonem fratribus ait Antonius. si te percusserit aliquis in maxilla etc. At illi hoc se non posse facere dixerunt, quibus ipse, si prebere alterā non potestis: vel in illa vna: vt iterū si voluerit feriat: sustinete. Sed quū hoc se nō posse facere testarentur, dicit eis, si ergo nec hoc potestis: ne reddatis quod accipitis: qui et dixerunt nec hoc possumus. Tunc Antonius ait discipulo. Fac eis escas: quia nimis infirmi sunt, si enim nō potestis portare: quid a me requiritis? necessaria ē vobis oratio per quā infirmitas vestra sanetur. Sequitur. Saturabitur opprobriis auide suscipiet vsq; quod ē ad cōpletionē opprobrij. ps. cxv. Calicem salu. ac. et iterū: Opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me. et iterū. Opprobriū factus sum multis etc.

Saturabitur, non dicit sustinebit opprobria, sed saturabitur. Facile est vnum et alterum sustinere: sed vt facilius miam iudicis moueat multitudinē opprobriorum auide suscepisse declarat, quia ab auiditate surgit satietas. vnde et Dauid semel opprobria et cōuitia patienter tolerat dicens: quia dñs iussit illi vt maledicat mihi si quomodo videat humilitatem meam et retribuit mihi bona pro maledicto. ij. Regū. xv. Caph. Quia non repellet in sempiternum dominus: etsi ad horam non repellit si reuertatur: sic ecclesia nulli claudit gremium redeunti. xxiij. q. iiij. duo ista. C. de sum. trini. inter claras: quod qualiter intelligatur declaratur extra de here. super eod. lib. vj. Quia si abiecit: a facie peccatoris. Et miserebitur. ps. cij. Non in perpetuum irascetur etc. Et iterum. Non obliuiscetur misereri deus secundum multitudinem misericordiarum suarum. ps. l. que a seculo sunt. Et iterum. secundum multitudinem miseranonū tuarum etc. de hoc supra in isto. c. super litera Heth. dixi. Non enim humiliauit ex corde suo: nō vult saturari penis nostris. vnde Aug. Nō concupiscit deus penam reorum tanquam saturari desiderans vltione: sed quod iustum est cum tranquillitate discernit et recta voluntate disponit. Ut etiam mali sint inordinati: et abiecit penitus filios hominum: quia non vult mortem peccatoris. Ezech. xxviij. xxiij. q. ij. admonere. iij. q. ij. admonere. iij. q. iiij. hi qui.

Lamech. Ut contereret: crudeliter: sub pedibus suis. psal. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Omnes vinctos terre: terrenis compedibus. Uerba stulti sunt: que propheta accipit: quasi diceret. Non conteret reuertentes: quia magis vult saluare quam damnare. Ut declinaret iudicium viri, qui est iudex viuorum et mortuorum. Act. x. extra de sum. tri. c. j. §. hec sancta, qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Mat. xvj. ps. lxj. Ro. ij. Apoc. xix. et xxij. extra de sum. tri. c. j. §. hec sancta. In conspectu vultus altissimi: et si non in conspectu hominum: irrisorie: quia dicit dauid. ps. cxlij. Non intres in iudicium cū seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ut peruerteret hominē in iudicio suo: presenti vel futuro: dominus qui omnia iuste agit. Dominus ignorauit. q. d. quam stultus quam audax est hoc dicens quia oculus eius omnia conspicit. Eccles. xxiij. xviij. q. ij. perniciosam. Hiere. xxiij. Si occultabitur vir in absconditis: et ego non videbo eum. ps. xciij. Qui finxit oculum non considerat.

Mem. Quis est iste: tam amens: quū sit puluis et cinis. Qui dixit vt fieret aliquid domino non iubente? quo iuste disponente omnia fiunt voluntate vel permissione. xxvj. q. v. nec mirum. xxiij. q. j. quid culpatur. Ex domini misericordia patrantur bona: et ex dei iusto iudicio fiunt mala. xxiij. q. v. §. hinc etiam. Ex ore altissimi. q. d. stultus Uel peccator: sine dispositione dei fluctuant omnia mortalia. Non egredientur bona vel mala. q. d. infidelis. Omnia a casu vel a fortuna absq; dei dispensatione veniunt. Apud veros christicolas nec est genesis, nec casus, nec fortuna, nec necessitas, nec fatum xxvj. q. vij. non obseruetis. de peni. dist. ij. si enim versi. et paulo post sed dei prouidentia et iusta permissio. vt in glos. proxime posita sicut dicebat pater sancti Clementis omnia fieri a genesi: idest a natiuitate. Unde et genethliaci dicuntur: propter natalitiorum considerationes dierum. Geneses enim hominum per. xij. signa describunt. xxvj. q. iiij. igitur. vers. genethliaci. Quid murmurauit homo?

contra deū? Gen.xvj. Nec contra nos est murmur vestrum: sed contra dominum. Et Numeri. xiiij. ibi: Usquequo multitudo hec pessima murmurat contra me? xc.dist.alienus.j.ad Corin.x.ibi. Neq; murmurauerstis. Sapientie.j. Tumultus murmurantiū non abscondetur, custodite ergo vos a murmuratione que nihil prodest. Ex octaua synodo. Alienus sit a fratrū vnitate: qui murmurat ⁊ opus eius.i.oratio vel oblatio secundum glos. abijciatur: qui murmurans extiterit.xc. distin. alienus. de hoc etiam. vij.q.vij.§.itē obijcitur. Uanus vir pro peccatis defendendis: vel deo imputandis, sic vt dixit Adam Gen.iij. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno: ⁊ comedi: suis: ex se, ex libero arbitrio.xxiij.q.iiij.vasis ire. de peni.dist.ij. si enim. vltra quatuor colum. ver. ⁊ paulopost. Hinc Paulus ait ad Rom.ix. O homo: tu quis es qui respōdeas deo? ⁊c.q.d. Quid dicturus es homo pro peccatis tuis quū omne os obturatur. ps.cvj.g. Omnis iniquitas oppilabit os suum. Unde vigilanter vir ait pro peccans sius. Uir sexuz iudicat. xxxij.q. vij.§.sed illud.homo communem naturam. xxiij.q. iiij.duo. Aliud est ex natura: aliud ex gratia: vt neq; homo, qui ex propagine prime nature corrupte. de conse.dist.iiij. non ex quo: quam nutrit: flagellatur: neq; vir, qui gratia discernitur.i. qui a virtute nominatur.vt pre.§. sed illud: habeat contra figulum quid queratur. Unde Job ait.j. c. tribulationibus pressus: sit nomen domini benedictum. Nun. Scrutemur: diligenter a propria persona vias actiones, scito teipsum ⁊ queramus diligenter. Et reuertamur penitendo. Ad dn̄m: a quo recesseramus per peccatum. Hiere. xxx. Reuertetur Jacob ⁊ requiescet. Canti. vj. Reuertere sunamitis. Tria facere debemus. Scrutari opera nostra. Querere quid facti sumus: quid fuimus: quid esse debemus. Et reuerti ad dominum patrem: a quo discessimus peccantes. Magnum est vnicuiq; seipsum cognoscere. Unde Moyses. Attende tibi ne fiat verbum absconditum in corde. Attende tibi, non diuitiis, non possessionibus: non viribus sed animo ⁊ menti: vnde facta ⁊ consilia ⁊ cogitationes veniunt. Canti.j. Si ignoras te inquit o pulchra ⁊c.ij. ad Cori. xiiij. Uosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. Item.ij. Jo.canonica.c.vnico. Uidete vosmetipsos ne perdatis que operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. In vitis patrum legitur q̄ quidam frater dixit cuidam seni: Quemadmodum dicunt quidam, q: visiones videmus angelorum respondet. Beatus est qui peccatum suum semper attendit, ⁊ videt, cognitio sui precedit dei cognitionē, quia qui se non cognoscit: nec deum. Leuemus: a limo terre. Corda nostra: integritatem fidei. Cuz manibus, operibus. Ad dominū in celos. ps.xxiiij. Ad te domine leuaui animam meam ⁊c. Et iterum, ps. cxxij. Ad te leuaui oculos meos ⁊c. Hieremi.iij. Leua oculos tuos in directū: ⁊ vide vbi nunc prostrata sis. Leuauerunt vocem leprosi. Luc.xvij. Leuandum caput. Luce.xxi. Nos inique egimus: quasi culpa nostra est: non tua: egimus contra proximum: Et ad iracundiam prouocauimus deum quod peius est. Idcirco inexorabilis es pro tantis peccatis. Sed si plura essent ⁊ innumerabilia: exorabilis est, vt in Manasse.ij. Parali.vlti. Uide supra in ista.ij.parte.in.iij.c.in fi.in.§.hec autem. Sed hoc dicit vt aggrauemus peccata nostra, ⁊ q: magni peccatores non confidunt orare. Nam multiplicatum peccatum fiduciam tollit orandi, Sed quisq; se cogat cuz gratia orare, quia deus audit orationem humilium ⁊ non spreuit precem eorum.ps. ci. Leuemus ergo corda nostra cum operibus ad deum, quia deum ad iracundiam prouocauimus, quia preterea abundant, presentia peccata non cessant. Aliter enim inexorabilis est, non q̄ venie clauditur ianua, nisi nostra claudatur malitia. Samech. Operuisti in furore. Percussisti plaga dispersionis. Occidisti, spiritualem intelligentiam abstulisti. Nec pepercisti, omnibus bonis spoliari temporaliter sepe ⁊ spiritualiter permisisti. Plangit se ecclesia pro membris, peccatorum caligine opertis, ⁊ percussam iudicio dei precedente vulnere peccatatis. Nubes delictorum opposita plangitur: que magis contra nos orare q̄ȝ deum exorare creditur. Unde Gen.iiij. Uox sanguinis fris tui ⁊c. ⁊ Heb.xj. Melius loquentem q̄ȝ Abel. Nam cogitatio terrena ⁊ delictorum immanitas facit ne oratio nostra possit ad deum transire, nec ipse orantibus parcere: quia clamor terrenus opponitur. Opposuisti nubem peccatorum: que contra nos clamat tibi ne transeat ad te oratio nostra.j. Jo.iij. Si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum vt quicquid petierim⁹ accipiemus ab eo. Esa.lix. Iniquitates nostre diuiserunt inter nos ⁊ deum nostrum. Non edificantur bona nisi destruantur mala. Hiere.j. Ut euellas ⁊ dissipes ⁊c. edifices ⁊ plantes ⁊c. ⁊ extra de ma. ⁊ obe. solite.§.potuisses: non enim edificantur bona nisi destruantur mala vt dictum est. xxxij. quest.j. cum renunciatur. Est autem nubes leuis supra quam ascendit dominus. de qua Esa.xix. in princip. Ecce dominus ascendet super nubem leuem.i. assumet carneȝ a grauedine peccati immunem ⁊ ingredietur egyptum: idest hunc mundum: visibiliter apparendo. Est nubes lucida in figura spiritussancti. Matth.xvij. Est nebula obscura ⁊ densa: que densitatem peccatorum significat. de qua hic de oratione supra e.cap.super litera Gymel dixi. Samech. Eradicationem: de terra viuentium. Et abiectionem indignationem contra indignos. Posuisti me: christum. In medio populorum: in manifesto: vox christi est Joan.ix. In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant: ⁊ qui vident ceci fiant. vbi Augusti. idest qui se non videre confitentur: ⁊ medicum querunt: videant: ⁊ qui putant se videre ⁊ medicum non querunt: in sua cecitate permaneant: simile quod dicit Symeon. Luc.ij. Ecce positus est hic in ruinam ⁊ in resurrectionem multorum ⁊c. vbi Origen. Qui simpliciter potest exponere ⁊ dicere in ruinam eum venisse infidelium ⁊ in resurrectionem credentium. Ambrosius. Ut scilicet iustorum iniquorumq; merita discernat, ⁊ pro nostrorum qualitate factorum iudex verus ⁊ iustus aut supplicia decernat aut premia. ad hec distin.iij. omnis autem lex. Ayn. Oculus meus afflictus est. Ideo dicitur oculus singulariter: non oculi vt cum deo vniatur. Cantic. iiij. Uulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum. Oculus dexter charitas est, oculus sinister cupiditas: Christus in vno oculo videtur. Alij sunt oculi carnis: qui aperiuntur ad malum: alij mentis: qui transeunt in vnum ut sit vna mens cum deo. Ecclesia etiam duos habet oculos. Moralem ⁊ Mysticum: mysticus: acutior. Moralis

Oculi ecclesie.

dulcior. Habet etiam ecclesia oculos per quos videt: scilicet prelatos, de quibus Can.j. ibi. Oculi tui columbarum. ⁊.v. ibi. Oculi tui sicut columbe: sic intelligit Gratianus. xxxvj. dist. §. ecce. in fi. fact. xciij. distin. diaconi.j. ⁊.ij. ⁊ extra de of. arch. ad hec. Sed isti oculi hodie obscurati sunt: ⁊ ideo non vident: sicut predixerat ps. lxiij. Obscurentur oculi eorum ne videant. xxxvij. dist. §. vt itaq. Nec tacuit. Lachryme apud deum pondera vocis habẽt de quibus Eccle. xxxv. dicitur. A maxilla vsq ad celum ascendunt. Esa. xxxiij. Adipe victimarũ tuarum non inebriasti me. de his. ã. c. ij. supra literam sade. in thre. late dixi. Ego q non esset requies. scilicet: vera quia deum amisi: qui sabbato carnali requieuit. Hiere. xlviij. Requieuit moab in fecibus suis. Ayn. Donec respiceret. Qui perseuerauerit vsq in finem hic saluus erit. Mat. x. ⁊. xxiiij. de pe. di.ij. §. euidenter. ℣. item illud. vbi Chrys. Quoniã eniz consueuerunt multi in principiis esse vehemẽtes: postea vero dissolui: propter hoc ait, quoniam finem requiro. que enim vtilitas est seminum in principio quidem florescentium, postmodum vero tabescentium? Item Hiero. Non enim cepisse, sed perfecisse virtutis est. ad hoc de pe. di.ij. non reuertebantur. ⁊. §. euidenter. ℣. item illud euangelii. cum. c. se. Et videret dominus oculo misericordie. sic vidit viduam ⁊ misericordia motus est. Luce. vij. De celis. de altitudine bonitatis sue. Ayn. Oculus meus. singulariter. quia ad diuina tendit: depredatus est animam meam. omnia extrahendo in deuz. In cunctis filiabus. cogitationibus eterne vite. Vrbis mee afflictionis delictorum. Oculus animam depredatur: quando omnis doloris affectus effunditur. Et ardor animi in animas liquatur: quando quicquid est in anima, sicut de fonte riuus fluit vnde ps. cxviij. Defecit anima mea in salu. tu. ⁊ defecerunt oculi mei ad te. Anima enim depredationem patitur ab oculo: vt suo creatori hereat: de se diffisa: in illo confisa. Deficit vt in spiritũ transeat: ⁊ si vnus spiritus cum deo. Ideo dicitur singulariter oculus: non oculi. vt cum deo vniatur. Unde oculus christi amore repletus animam depredatus in cunctis filiabus vrbis mee. per singulas delictorum affectiones vel afflictiones ⁊ eterne vite cogitationes. Debet enim quisq peccator fonte lachrymarum rebaptizari qui nutritur oculo sancte conuersationis vel contemplationis. Isto se fonte spiritualiter baptizabat Iudith i valle Bethulie. Iudith. xij. Greg. Qui post baptisma inquinauimus vitam: baptizemus lachrymis conscientiam. De isto baptismo lachrymarum de pe. di. iij. baptizantur. ⁊ Eccl. xxxiiij. in fi. ibi qui baptizatur a mortuo. Est ⁊ intellectus magis adherens litere: q oculus impudicus animam depredatur in aspectu mulierũ. vnde Mat. v. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eaz: iam mechatus est eam in corde suo. xxxij. q. v. qui viderit. vbi Hiero. Inter passionem ⁊ propassionem hoc inter est: q passio reputatur pro vitio propassio licet vitij culpaz habeat: non tamen adhuc crimen. Ergo qui viderit mulierem: ⁊ anima eius fuerit titillata: hic propassione percussus est. Si ergo consenserit: de propassione transiuit ad passionem. ⁊ huic voluntas peccati non deest: sed occasio. Quicunque igitur viderit ad concupiscendum idest sic aspexerit vt concupiscat ⁊ facere disponat iste recte mechatur in corde. Item ibi. Aug. Tria sunt quibus impletur peccatum. scilicet suggestio que post memoriam fit. siue per corporis sensus. quod si frui delectauerit. delectatio illicita refrenanda est. si autez eõsensio facta fuerit plenum peccatum erit. Duplex est consensus secundum Tho. Unus est circa delectationem. ⁊ hoc mortale. Alius est circa actum. ⁊ hoc grauius. Unde Leuiti. xvij. Homo quilibet de domo israel ⁊ de aduenis qui peregrinantur inter vos si comederit sanguinem: obfirmabo faciẽ meaz contra animam illius: ⁊ disperdam eam de populo suo: quia anima carnis in sanguine est. Satis surdus est qui ad tonitruum tante comminationis non timet. Sanguis est noxia delectatio. quam sicut canis impudentissimus lambit, qui ad delectandum peccata preterita recolit. de hoc legitur ⁊ not. xxxij. q. vij. non solum. in glos. scilicet vt delectetur. Adde hic quod scripsi. j. in ista. ij. parte in ca. lij. §. septimo. in prin. ⁊ in ca. lxxij. §. Nunc de immunditia. ℣. super verbo autem. ⁊ versiculo se. Leui. xvij. prohibetur sanguis comedi. ⁊ anima in sanguine est. Nam sicut caro per sanguinem viuit: ita fomes praui operis in delectatione consistit. Funde sanguinem: ⁊ caro morietur. Tolle delectationez ⁊ non erit qui praua operetur. Unde non vitulum, sed caput vituli, populus dicitur adorasse. ⁊ licet hoc non dicatur. Exo di. xxxij. hoc tamen dicũt doctores. vnde Eccl. xvij. Nimis odito execrationem idest peccatũ opus execrabile. ita vt nec videre nec audire nec loqui nec cogitare velis de illo: nisi ad detestandum ⁊ dolenduz de illo. Sicut Ezechias q dicebat. Esa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Facit quod legitur. ⁊ no. lxxxj. dis. valet. in gl. memorie. Ueruntamen delectatio ante consuetudinẽ vel nulla est vel tenuis. cui consentire peccatum est. Si autem ⁊ in factum processerit videtur satiari ⁊ extingui cupiditas. sed postea quum suggestio repetitur: maior attenditur delectatio: que adhuc minor est q̃ illa que in consuetudinem vertitur. quam vincere difficile est. Grego. xxj. mora. Quisquis vero incaute exterius respicit, in delectationem peccati cadet. atque obligatus desiderijs incipit velle quod noluit. Namq caro deorsum trahit: ⁊ semel forme corde per oculos alligata. vix soluitur. Prouidendum ergo nobis est. Qui intueri non debet: quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in cogitatione seruetur: a lasciuia voluptatis sue deprimendi sunt oculi. quasi quidam raptores ad culpam. Chrys. in home. Si ergo continue velis oculos pulchris faciebus infigurare: si bis vel ter fortassis possis continere: non tamen semper. non enim es extra humanam naturam. Qui autem flammam semel accendit: etiam visa muliere absente format apud se imagines turpium actionum: a quibus multotiens procedit ad opus. Qui si aliqua se ornando, oculos hominum ad se attraxerit: etiam si nulli plagam intulerit: penam patietur extremam. Uenenum enim fecit ⁊ porrexit: etsi nullus qui bibat inuentus est. Quod autem viris dicit hoc ⁊ ad feminas loquitur. capiti enim loquens ⁊ corpori persuadet. Item Paschasius. Non dixit simpliciter qui viderit. sed addidit: ad concupiscendum eam. Nec dicit mechatus est in oculo: sed in corde. q. d. consensit in delectatione videndi. ⁊ ibi est mechia. vt preceden. cap. qui viderit. ⁊ capit. nec solo. quia adulterium committitur voluntate cum consensu delectationis

vt pre.c. & c.sicut enim.cum cap.se.& .xxxij. q.v. non mechaberis.& .q.vii.non solum. Job.xxxi. in prin. Pepigi fedus cum oculis meis: vt nec cogitarem quidem de virgine. vnde August. in precedē.c.nec solo. Oculus impudicus, impudici cordis est nuncius. Vñ narrat in ii.de vita contemplatiua Isaac, ꝙ quidam pater probatissimus noluit videre quendam alium anachoritam imberbem iuuenem. dicens socio suo qui dixerat ei. Nunquid tu pater times? Non timeo, sed occasionem timendi nolo mihi inducere. Phe. Aperuerunt: sanguis eius super nos & super filios nostros. Matth.xxvij. vbi Hierony. Perseuerat vsq; in presentem diem hec imprecatio super iudeos, & sanguis eorum non auffertur ab eis. Aperuerunt: vox prophete, super nos deuorandos. Os suum, omnes inimici, demones persecutores etiam christi & ecclesie. Phe. Formido cordis. Et laqueus, pedibus insipientium. Sap.xiiii. Facta est nobis, que debuit iuuare. Vaticinatio: prophetarum: quam timebat ne impleretur in christo. vnde passio & contritio & humilitas christi infidelibus fuit ruina. vnde Joan.xv. Si nō venissem, & locutus eis non fuissem: peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato. Et contritio: idest destructio & ruina. Alia vero est contritio prophetarum & seruorū dei deuotione diuine inspirationis. Deus enim cor cōtritum non despicit. Psal.l. de penitentia distinc. j.conuertimini. Alia eorum qui pro peccatis afflicti spiritu vexantur erroris: de quibus hic loquit. Quia enim vaticinium & contritionem prophetarum pro iudeis gementium spreuerunt: ideo vaticinium eis laqueus & contritio fuit: quod in passione domini accidisse nulli dubium est. Sic & hodie in ecclesia, quia predicatorum multi & videntes multa predicant de futura & quasi intolerabili tribulatione ecclesie: & communiter maxime a prelatis ecclesie non curatur: & ab ista veritate auditum auertunt: & ad fabulas conuertuntur.xxvj.q.v.nec mirum: sed in canticum & derisum & fabulam talia verba ducunt. Ezechie.xxxiii. Idcirco hec vaticinatio in laqueum erit eis & contritio & ruina. Phe. Diuisiones: plangit ecclesia super contritionem & ruinam filiorum suorum. Diuisiones aquarum. Pascasius. Hę diuisiones aquarum peccata abluunt, deliciarum areolas infundunt: vt fluant omnia aromata virtutum. Cañ.iiii. Has diuisiones aquarum cum impetu deducit ecclesia de libano. Libanus interpretatur candidatio: peccata abluēdo. Diuisiones autem aquarum deducit: qui singula crimina abluendo profundit: vel amoris vulnera linit. vnde Cañ. iiii. vulnerata charitate ego sum. Deducebat illa diuisiones aquarum, que pedes domini lachrymis irrigauit. Luc.vij. & David Psal.xciii. secundum multitudinem dolorū suorum. Et Petrus fleuit amare. de peniten. distinc.j. Petrus. & David ps.vj. Lauabo per singulas noctes lec.me.la.me.stra.meum rigabo. Et iterū ps. cxviij. Exitus aquarum dedux. ocu. mei quia non cus. legem tuam. Flent enim sancti magis culpam ꝙ erumnam. Flet Hiere. non tam contritionē presentis vite in ecclesia: ꝙ penam eternam supplicij, qua videt in ecclesia plurimorum impenitentiam. Omnes sancti flent & diuisiones aquarum deducunt: vt vberiorem accipiant fructum. De istis lachrymis superius in Threñ.ij. c.super litera Sade.

super verbo, deduc quasi torrentem, & iunge quod scripsi, supra e.c.j.in prin.ver.cōstat.in litera Aleph. in textu. Quomodo sedet. plene dixi. Deduxerunt oculi mei. In contritione spirituali: captiuitate filie, ecclesie. Populi mei, est enim ecclesia mater & filia. vt supra in Threñ.dixi.ij. c.super litera Caph.in verbo filie populi mei. Sade. Venatione, deceptione. Ceperunt me: vox christi. Quasi auem inimici mei, iudei. Gratis, sine causa: quasi venantes auem cum gladijs & fustibus christum apprehenderunt. Luc.xxij. Job.v. homo, scilicet christus, nascitur ad laborem: scilicet in passione, & auis ad volandum, scilicet in ascensione. Sic & tota die nunc demones qui nos oderunt gratis capiunt in suis tentationibus membra ecclesie, sicut aucupes auē. Sade. Lapsa est, vox christi. In lacuz vita mea. in torculari passionis. Vnde torcular calcaui solus. Esa.lxiii. Et posuerunt lapidem, qui aduolutus est ad ostium monumenti. Mar.xv. ibi Beda. Dicitur ꝙ monumentum domini domus rotunda fuit ex subiacente rupe excisa, tante altitudinis vt homo rectus medius existens vix extenta manu culmen possit attingere, & habet introituz ab oriente: cui lapis magnus aduolutus atq; impositus est. In eius parte aquilonari ipsum sepulchrum: idest locus dominici corporis de eadem petra factuz est, septem pedes habens longitudinis trium palmorum mensura a pauimento altius eminens, qui scilicet locus non desuper, sed a latere meridiano per totum patet: vnde corpus inferebatur. Color autē monumēti & locus albo & rubro colore dicitur esse permistus. Secundum mysticum intellectuz domus rotunda diuinitatez christi designat seu significat, que caret principio & fine, & qui est principiuz & finis. Apocal.j. Figura enim circularis eternitatem designat.xj.quest.j.duo.xxiij.distinc. prohibete. Et quia perfectior est alijs figuris: designat perfectionem corporis christi in instanti conceptionis factam. Vnde Grego. Nunciante angelo & adueniente spiritusancto: mox verbum in vtero: mox intra vterum verbum caro. Ideo dicitur Hierem. xxxj. Femina circundabit viruz. Quod erat excisum de petra, designat quia caro christi excisa est de massa humani generis incorrupte, operatione spiritussancti. Luc.j. & ideo dicitur Danie.ij. abscissus est lapis de monte sine manibus. Quia homo non posset attingere culmen, quia humanus intellectus non sufficit incarnationis mysteria indagare, quia nedum de diuina natiuitate sed etiam de humana dicit Esa. liij. Generationem eius quis enarrabit? Introitum habebat ab oriente idest a beata virgine, de qua ortus est sol iustitie christus deus noster. Eccles.j. oritur sol, & ipse oriens. Zach. vj. Ecce vir oriens nomen eius. In parte aquilonari erat locus dominici corporis: quia nunc in populo gentili factus est locus domini.xxxv.q.j.§.hac itaque. Septem pedes habet longitudinis: propter operationem gratie septiformis manentem in Christo. Esa. xj. Tribus palmis eminebat a terra: propter fidem trinitatis: que non de terra, sed de celo est: sed celum & terram implet. Hiere. xxiij. Patet a parte meridiana: quia cor fidelium inhabitat ad recipiendam gratiam spiritussancti: que designatur in austro. Cantic. iiij. Surge & veni auster. Christus calidus charitate. Color erat ex albo & rubro permistus, quia ipse dominus

Sepulcrū domini.

candidus fuit per munditiam: Ruber per charitatem & innocentiam. Cant. v. Dilectus meus candidus & rubicundus. Super me, ne resurgerem: respice textum: supra posuerunt lapidem. Inundauerunt aque: populi. Apoc. xvij. de conse. dist. j. cum omne. extra de cele. mis. cum marthe. §. verum. Super caput meum: qui caput sum ecclesie. extra de sacra vnc. c. vnico. §. sed vbi iesus. Dixi. Perij in membris desperantibus. vnde Michee. vij. Ne leteris inimica mea: scilicet synagoga. Quia cecidi: scilicet per mortem. Consurgam: quum sedero in tenebris: dominus lux mea est: quia diuinitas cum corpore in sepulchro & cum anima in inferno. i. in limbo. Unde & quod proxime dicitur. Lapsa est in lacum vita mea: exponitur. i. anima mea in limbum inferni: sicut hydrus serpens in ventre Crocodili. Dicitur quod hydrus inuoluit se luto vt facilius labi possit: & intrat per os Crocodili, & mordet cor eius & interficit eum. Ita christus lutum nostre carnis assumens infernum momordit: & vires demonum eneruauit: iuxta illud Osee. xiii. O mors ero mors tua.

Coph. Inuocaui nomen tuum: vox christi secundum humanitatem ad patrem: & vox ecclesie pro membris in lacu tribulationum. Domine de lacu nouissimo. ps. xxxix. de lacu miserie & de luto fecis. Et Daniel. vlti. Qui liberasti Danielem de lacu leonum. De lacu corruptionis nouissimo inferno. q. d. christus & ecclesia. Quamuis in lacum lapsa sit vita mea: ego tamen de nouissimo lacu inuocaui, sicut Ionas in ventre ceti. Ione. ij. Cui simile dicit Iob: si descendero in profundum inferni: inde me liberabis. Incarnatus christus ad extrema montium descenderat terre vectibus conclusus: sed fiducialiter sciebat quod liberaret pater eius vitam de corruptione, quapressus nobiscum pro nobis dolens dicebat. Inuocaui nomen tuum &c. Qui in infirmitate carnis venit vsque ad nouissima laci: sed inuocando exauditus est pro sua reuerentia. Hebre. v. Nos quoque corruptione & peccato conclusi: idem nobis adfuturum credimus: vt nos fiducialiter idem dicamus & speremus. Qui autem sic conclusi sumus: aspicere & circumspicere nos debemus: & dicere deo. Aspice quod mortalitas & corruptio ad nouissima laci nos perduxit: quomodo laqueis sumus conclusi: & noli infirmitatem & periculum dissimulare: etiam concluditur vnusquisque innumeris laqueis: de quibus ps. cxxiii. Laqueum parauerunt. & iterum. Psalmus. cxxiij. Laqueus contritus est. Hos euadit sola humilitas secundum Antonium. Uocem meam audisti: a persona sua quasi humilis & suppliciter orat. Exaudisti: quia pater semper exaudit filium. Ioan. xi. Forma orandi & impetrandi proponitur nobis. Ne auertas aurem tuam a singultu meo. Iaco. iiij. Miseri estote & lugete. Et clamoribus cordis & mentis. Exod. xiiii. Quid clamas ad me? ibi glos. deuotione taceo: qui clamat sine deuotione silet, cor requiritur non vox apud deum. xxxviij. distin. sedulo. de conse. distin. v. non mediocriter. Appropinquasti: ad te fecisti appropinquare. In die fiducie exauditionis. Quando inuocaui te. ps. xxvi. Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo? Dixisti ne timeas: confortatio. Esa. xl. Noli timere serue meus Iacob. Gen. v. in princip. Noli timere Abraham ego protector tuus sum &c. Et in Ioanne. Ioan. xvij. Confidite ego vici mundum. De duplici timore. xxiii. q. vi. §. ex his. Res. Iudicasti domine: vox capitis & vox electorum: idest corporis christi qui sunt primatum benedictionis adepti: quod designat litera. Res, que interpretatur primatus. Causam: iustitiam. ps. xlij. Iudica me deus & discerne causam meam &c. Et est vox iustorum venundata sub peccato. His tribus versibus electi per caput quod est christus, ad Colo. j. extra de sacra vnc. c. vnico. patri commendantur: eiusque iudicio iustificati & redempti offeruntur, & iniquitas & furor aduersariorum & cogitationes condemnantur, & mira capitis & corporis vnitas declaratur. Uidisti domine: quem nihil latet. xviij. q. vlti. perniciosam. Iniquitatem illorum aduersariorum demonum, vox capitis cum corpore. Aduersum me. Iudica: qui omnia recte iudicas. ps. cxviii. Et rectum iudicium tuum; quod sustineo pro corpore mystico: ecclesia. Colo. j. xxiij. quest. v. de liguribus. Uidisti: quia intellexisti. Omnem: absque meo. Furorem, absque ratione. xi. q. iii. illa. Prophetat Iacob. Gen. xlix. In furore suo occiderunt virum: scilicet christum iudei. Uniuersas cogitationes eorum. ps. xciii. Dominus scit cogitationes hominum &c. Aduersum me: innocentem agnum. Ioan. j. Syn. Audisti opprobrium eorum. In his tribus versibus irreuocabilis malorum insania plangitur: qui omnem medicinam repellunt: quam quasi super vulnus christus attulit: qui vinum & oleum in semiuiui vulnera relicti infudit: & alligauit: & stabulario qui curam illius haberet commisit qui de Hierusalem descendebat in hiericho. Luc. x. xlv. dist. disciplina. Opprobrium, vt Demonium habet. Ioan. viij. & huiusmodi. Omnes cogitationes eorum: vt, Quid cogitatis mala in cordibus vestris? &c. Matth. ix. Labia. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. ps. xj. Et meditationes eorum aduersum me tota die: assidue: vox christi & ecclesie, contra schismaticos & hereticos & pseudo christianos; quibus detractoribus & ecclesie persecutoribus vanam per malam vitam prelatorum ecclesie persequendi paleam ecclesie tanta occasio non daretur. Sed ipsi qui ecclesiam regere videntur, vita pessima totaliter christo contraria & sepe pestifera doctrina: que de vita carnali oritur: sunt principales persecutores & sancte ecclesie inimici. Heu heu domine deus: quia ipsi sunt in persecutione tua primi: qui videntur in ecclesia tua primatum diligere, & regere principatum. Bern. Quis enim in prelatum hodie euocatur, qui virtute aliqua polleat? nam etsi aliqui non vere sapientes sed scioli ad prelationes accedant, propter malam vitam tamen eorum ecclesiam implent erroribus cum suis subtilitatibus carnalibus. Nam secundum abbatem Nesteroth in sua collatione de scientia spirituali in li. collationum Io. cassi. Impossibile est immundam animam quantalibet desudauerit lectionis instantia adipisci scientiam spiritualem. Quum enim in christo omnes thesauri sapientie esse dicantur. Colo. ij. quomodo is qui christum inuenire contempsit aut inuentum sacrilego ore blasphemat, aut certe catholicam fidem immundis operibus polluit: veram scientiam assecutus credendus est? Quid enim prodest quempiam ornamentum eloquiorum celestium, & illam preciosissimam scripturarum speciem consequi: si eam lutulentis operibus vel sensibus inherendo quasi immundissimam terram subigendo confringat? Sessionem eorum quasi magistro-

rum.

rum. Mat. xxiij. Super cathe. Mo. sedebant &c.
j. q. j. non quales. Et resurrectionem, exaltationem.
Ego sum psalmus eorum. i. confabulatio & derisus
ego sum. ps. lxviij. & in me psallebant qui bibebant
vinum: vox christi. Thau. Reddes eis vicem:
pro fidelitate amplius expellentur a fide. c. xlvij. di
stin. quantumlibet. Juxta opera manuum suarum:
qui reddes vnicuique iuxta opera sua. extra de sum.
tri. c. j. Matth. xvj. ps. lxj. Rom. ij. Apoc. xix. & xxj.
Imprecatur propheta mala contra malos: vt terri
ti conuertantur. Hoc primum deus iudeis reddi-
dit: qui corde obdurati & perfidi excecati, a fide &
veritate amplius sunt expulsi: vt videntes non vi-
deant. Joan. ix. Qui enim vitam peremerunt mor
tem meruerunt. Dabis eis scutum cordis: ne pene
trentur iaculo predicationis. Laborem tuum: pas-
sionem: crucem, mortem. ps. ix. Tu solus laborem
& dolorem consideras. Et iterum. Vide humilita-
tem meam & laborem meum. Sed quia pauci sunt qui
hunc christi laborem considerent, & sequantur: ait
Esa. xlix. In vanum laboraui sine causa &c. Da-
bis &c. Judei dum laborem passionis deriserunt &
eodem cor suum texerunt: nec predicationis iacu-
lis penetrari permiserunt. Sic quoque reprobi quos
inuitat ad penitentiam patientia dei, eandem op-
ponunt sibi quasi scutum cordis: vt non videant
quod sustinens laboret: & sic thesaurizant sibi iram.
Rom. ij. Aliud est scutum electorum. ps. v. Do-
mine vt scuto bone vo. tue co. nos. qui habent etiam
scutum fidei cum quo extinguunt omnia tela nequissi
mi ignea. Ephe. vj. Hoc scutum fidei incarnatio-
nis & passionis est. Et est istud scutum triangulum:
licet sit vnum, quia in christo vna persona: triplex est
substantiis: diuinitatis, carnis, & anime. Item in scu
to eorum desuper extenditur in ligno: & pingitur
extra. Ita & caro christi extensa fuit in ligno crucis
& picta. Hiere. xj. Venite mittamus lignum in pa-
nem eius. Pictura est effusio sanguinis per diuer-
sas partes corporis. Esa. lxiij. Quare rubrum est ve-
stimentum tuum? Hoc scutum debet geri a sinistris:
quia ibi est cor hominis. Prouerb. iiij. omni custo
dia serua cor tuum. Et sic etiam potest hic intelligi
scutum in bonam partem: quia qui in corde pas-
sionem domini portat: armatus est in corde suo for-
tissimo scuto contra temptationes diaboli. Merita-
lis & fidelis meditatio passionis christi potentissi-
ma est ad expellendum aereas potestates. Per-
sequeris, vox christi, sicut me persecuti sunt gratis.
psal. cxviii. Persecuti sunt me gratis. i. sine causa.
In furore tuo: hic vel in futuro. Justitia dei furor
videtur esse damnatis. de pen. dis. j. sed & continuo.
Et conteres eos. Ite maledicti in ignem eternum.
Matth. xxv. Sub celis: quia celestes esse noluerunt.
Domine duplici contritione contere eos domine
deus noster. Hiere. xvij. Persequeris: vox prophe
te imprecatoria contra non reuertentes ad christum
& passionem eius contemnentes. Qui enim chri-
stum & membra eius persecuti sunt: iure in furoris
persecutione contriti sunt & erunt. Quia dedit eis do-
minus signationem secundum Dauid. ps. lix. i. passionem
& crucem christi: vt fugiant a facie arcus vltionis
diuine: & noluerunt: nec se signaculo crucis signaue-
runt: a deo liberati non sunt. Ezech. vj. Nec erunt si-
cut dilecti domini: qui per crucem domini liberan-
tur: sicut per ratem nauigantes. Sap. xvij. qui ipsi
reprobi contra hunc scutum perfidie obiecerunt.

Quod aurum multipliciter accipitur. Quid desi-
gnant lapides in scriptura, & de bonis & malis
vasis. Cap. 7.

Aleph. Quomodo obscuratum.
Quamque hoc. iiij. c. Threnorum. d.
in ista. v. parte in princ. in illo cap.
antequam exponerem primum capi.
exarauerim: quia tamen hic Hiere.
euidentius lamentatur statum mi
serabilem illius temporis ecclesie militantis: ideo
& denuo in prin. & in fi. istud. c. quantum ad excitan-
dum solicitius ecclesiam sanctam in se nimis rueri-
tem in membris: ad planctum & tristitiam sanctam,
latius commentabor. dicit ergo Hiere. Quomodo.
Attentos nos facit dicens rem magnam nouam &
incredibilem: quasi admiratiue & lamentabiliter lo
quendo. Unde vox est prophete dolentis & incre-
pantis. Sicut illa: Quomodo se. so. ci. supra. j. c. Ob
scuratum est aurum: vita reproba ministrorum dei
sordibus fuscata: quondam virtutibus gloriosa: nunc
per negocia seculi obscurata. Color optimus: sancti
tatis habitus: per terrena & abiecta mutatus.
Obscuratum: quia fides in nobis remanet & baptis-
mi sacramentum Aurum. vocatur. Lapides san-
ctuarij: sed obscurati caligine peccatorum. & Di-
spersi: per diuersa genera negociorum & vitiorum.
vnde plangit se ecclesia in baptismo niue dealbata.
ps. l. Lauabis me. s. in baptismo: & super niuem: sci
licet materialem: dealbabor in anima spiritualiter.
Et propterea traditur christiano post baptismum
vestis candida: que significat innocentiam & puri-
tatem. secundum Raba. de conse. dist. iiij. post baptismum
infusione spiritussancti auro pulcherius colorata: sed
postea in membris aliquibus & hereticis infecta
& in alijs vitijs obscurata: cuius sapientia auro cla
rius fulgebat in lege domini diligenda. ps. cxviii.
Super aurum & topazion: eloquentie coloribus di-
stincta: Sed dum mundi concupiscentiis oblecta-
tur: aurum obscuratur: & color mutatur in amorem
mundanarum rerum ab amore celestium. Lapides
sanctuarij. i. eccle. ps. xxi. Tu autem in sancto habi
tas: virtutes disperguntur. In capite omnium platea-
rum: quia amissa charitate cetere virtutes dissoluuntur:
& ad concupiscentiam mundane vite inclinantur: &
lapides quos super rationale Exo. xxviii. & xxxix.
iudicij amicos in pectore portare debent in gloriam
& laudem dei: iam deterius commutati dispersi iacent
in capite. Quia quum verbi dei substantia in nobis
maneat incorrupta: christus peccatis obscurata: non
nature substantia perempta: sed obscurata plangit.
Nam etsi heretici integritatem fidei corrumpere videan
tur: vis verbi & natura non soluitur: obscuratur qui-
dem: sed non corrumpitur. Ita ergo obscuratur aurum:
eloquium. ps. cxviii. s. dei ignitum: & preceptum domini
lucidum illuminans oculos. ps. xviii. Quomodo
obscuratur mihi quod lucet alijs: sed hec. xix. distin.
secundum. xv. q. vlt. scisat omnibus. de cons. dist. j. & sancta. &
dist. iiij. queris a me. ibi. Dicit enim apostolus Spi
ritumsanctum nolite extinguere. j. Thes. v. s. non quia
ille extingui possit: sed quantum in ipsis est extin-
ctores eius merito dicuntur: qui sic agunt vt extin
ctum velint. Item quomodo obscuratum est au
rum. Greg. mora. xxxiiij. Appellatione auri aliquando in
sacro eloquio diuinitatis claritas accipitur vt Can. v.
Caput eius aurum, diuinitas, optimum. Aliquando splen

Aurum quid in sacris scripturis significet,

doꝛ superne ciuitatis. Apoca. xxi. Ipsa vero ciuitas
aurum mundum simile vitro mundo. Aliqñ chari
tas. Apoc. i. precinctum ad mamillas zona aurea, ⁊
de pen. dist. ii. principium versi. si enim. Aliqñ nitoꝛ
glorie secularis Apoc. xvii. Habens poculū aureū
in manu sua, ⁊ alius propheta. Hiere. li. Calix au-
reus babylon. Aliqñ arrogantiam spiritualium de-
signat. vnde Dan. ii. dicitur de illa statua que est va-
nitas huius mundi φ habeat caput aureū. i. arro-
gantes prelatos qui sunt capita in populo ⁊ clero.
Aliqñ pulchritudo sanctitatis, sicut hic. Quomo-
do obscuratum est aurum, mutatus est coloꝛ opti-
mus. Aurū obscuratur, quū subsequētibus iniqui-
tatū tenebris iustitie pulchritudo deseritur. Coloꝛ
optimus mutatur: quū splendoꝛ innocentie in fe-
ditatē vertitur culpe. Et sic adimpletur illud Job
xli. Sternit sibi aurum quasi lutū. vnde Grego. in
preallcg. loco. Hoc in loco aurum claritas sanctita-
tis accipitur. Lutū vero vel terrenarum rerū auari-
tiā, vel prauarū contagia doctrinarū, vel soꝛdes car-
nalīū voluptatū, nil obstat intelligi. Quia enim mul-
tos Leuiathan iste qui intra sanctā ecclesiā fulgo-
re iustitie ⁊ scientie resplendere videntur terrenarū
rerum concupiscentia vel errantis doctrine conta-
gio, vel carnalibus sibi voluptatibus subijcit, au-
rum sibi proculdubio quasi lutum sternit. Toties
nunc igitur aurū sibi quasi lutum subijcit: quoties
castitatē fideliū per carnis vitia sternit. Toties au-
rum velut lutū calcat: quoties sensum cōtinentiū
per immūda desideria dissipat. hucusqꝫ Greg. No-
mine etiā auri hic possunt hypocrite intra ecclesiā
designari, qui aurum videntur, desuper deaurati,
sicut interpretatio nominis sui importat, qꝛ hypo-
crita dicitur ab epi. quod est, s. ⁊ crisis quod est au-
rū, quasi desuper deauratus, sed qꝛ nō perseuerant,
obscurātur in tenebris peccatoꝝ, de quibus de pe.
dist. ii. citius. cum. §. prece. nam electi in hac vita in
tribulationibus ⁊ tentationibus probantur ⁊ pur-
gantur. Sap. iij. Tanqꝫ aurū in foꝛnace ⁊c. de pen.
dist. ij. si enim. ver. vasa figuli. Sed hypocrite in trie-
bulatione deficiunt ⁊ in scoꝛiam vertuntur. vnde
Ezech. xxij. Versa est mihi domus israel in scoriam,
omnes isti es ⁊ stannū ⁊ ferrū ⁊ plumbū in medio
foꝛnacis, quod ad literā hodie de ecclesia proh do-
loꝛ dici potest. q. d. Purgare eos per ignem tribula-
tionis volui ⁊ eos aurū facere vel argentū: sed ipsi
facti sunt es vel stannū, ferrū ⁊ plumbū: qꝛ nō ad
virtutē sed ad vitia in tribulatione prorūpunt. In
es vertitur, qui in tribulatione murmurat. Nume.
xiiij. i. ad Coꝛin. x. In stannum, qui simulatione se
palliat. Mat. vi. ⁊. xxiij. De hypocritis de pe. dist.
ij. citius. In ferrum, qui nocendi malitiā non relin-
quit. Mat. xxij. In plumbū, qui peccādi pondera
non deponunt. Hiere, xvij. Nolite poꝛtare ponde-
ra. Item aurum in quinqꝫ excellit alia metalla. s.
in claritate, in puritate, in preciositate, in ponderosi-
sitate, in durabilitate. In claritate splendoꝛ diuine
sapientie, bone fame, ⁊ virtutum designatur. Sap.
iiij. O quā pulchra est casta generatio cum claritate.
Unde super illud. ij. Coꝛin. iij. ibi. A claritate in cla-
ritatem. glos. a claritate fidei in claritatem spei. fide
enim oculi anime clarificantur. Unde de ceco illu-
minato dicitur Marc. viij. Restitutus est vt clare
videret omnia. Pagani habent oculos cecos, deus
huius seculi excecauit mentes infideliū. ij. Coꝛint.
iiij. Judei velato. ij. Coꝛin. iij. Mali christiani lip-

pos. xlix. distin. c. j. Leui. xxi. Grego. Qui nunc deo
inhabitante non regit, diuine claritatis specie non
letatur. De claritate fame ⁊ bonoꝛum operum.
Matth. v. Luceat lux vestra coꝛam hominib⁹ ⁊c.
Sed separetur a malis qui claritatem bonoꝛum de
siderat. vnde Joan. xiij. Nunc clarificatus est filius
hominis, clarificatus enim fuit in membris suis bo
nis ab ipsis Juda separato. De claritate sapien-
tie ⁊ bone fame Sap. viij. Habebo propter hanc
claritatem ad turbas, scilicet propter sapientiam.
Grego. Fama a bono opere virtutes accipit: ⁊ fa-
uoris gratiam quasi claritatis lumen aspergit. vn-
de qui clare nomen suum conseruat: clarificatur in
eo nomen domini. Joan. xij. Pater clarifica filiū
tuum. De puritate auri ministroꝛum ecclesie qd
dicam? Ubi est verbum Petri. j. Pe. ij. Deponen
tes omnem malitiam, ⁊ omnem dolum, simulatio
nes ⁊ inuidias: sicut modo geniti infantes ⁊c. Ubi
est hodie coꝛdis puritas, conscientia bona, ⁊ fides
non ficta? ⁊ hec charitas. j. ad Timo. j. de pen. dist.
ij. charitas. ver. hec est. Jaco. iiij. Purificate coꝛda
vestra duplices animo. Psal. xvij. secundum pu-
ritatem manuum mearum. Bern. Purus est qui
in omnibus que agit aut dei honoꝛem: aut proxi-
mi vtilitatem respicit. Egidius socius beati Fran-
cisci. Puritas deum videt: deuotio ipsum mandu
cat. Item puritas malum alterius non videt: ma
litia alioꝛum mala scrutatur scrutinio. Psal. lxiij.
scrutantes scrutinio. De preciositate auri referā-
tur ad opus martyrij. Psal. cxv. Preciosa in con
spectu domini moꝛs sanctoꝛum eius. Nam hoc su-
mus precio comparati: empti enim sumus secun-
dum apostolum precio magno. Poꝛtemus chri-
stum in coꝛpoꝛe nostro. j. ad Coꝛin. vj. ca. n. si. per car
nis moꝛtificationem. ij. ad Coꝛinth. iiij. ⁊. j. Pet. j.
Redempti estis non coꝛruptibilibus auro vel ar-
gento: sed precioso sanguine agni incontaminati ⁊
immaculati iesu christi. August. O bone mercatoꝛ:
gratias agimus: quia emisti nos: sanguinem tuū
bibimus: carnem tuam comedimus, euangelium
legimus instrumentum nostrum: serui tui sumus:
creatura tua sumus: fecisti nos: redemisti nos. Esa.
xiij. Preciosioꝛ erit vir auro: ⁊ homo mundo obri
zo. i. auro mundo ⁊ rutilante. Ponderositas au
ri referenda est ad grauitatē fidei ⁊ moꝛum ⁊ con
stantiam. Job. xviij. Qui facit ventis pondus id
est sanctis animabus: que propter subtilitatem
nature dicuntur venti dedit grauitatem maturita-
tis: vt non dissoluantur vitio leuitatis. Ps. xxxiiij.
In populo graui laudabo te. Pondus hoc facit
proprie timoꝛ dei. Job. xxxi. Semper quasi tumen
tes super me fluctus: timui dominum: ⁊ pondus
eius ferre non potui: scilicet communicationem di
uini iudicij. Alibi ponderosus pro vitio accipitur.
xlix. distinc. hinc etenim. ver. ponderosus. In du
rabilitate virtus boni in perseuerantia accipitur,
de qua Matth. x. ⁊. xxiiij. de penitentia distinctio-
ne. ij. §. euidenter. in cap. apostolus. ⁊ cap. in bono. ⁊
cap. propter. ⁊ cap. multi. alias sunt. versi. sub illo. §.
quia. Et he virtutes ⁊ alie designate per proprieta-
tes auri: quasi hodie in ecclesia defecerunt: adeo be-
ne dicitur: quomō obscuratum est aurum. Ideo
autem hoc aurum. i. virtutum sanctitas obscuratū
est in ecclesia: qꝛ qui aurum materiale concupiscit:
libentius intuetur aurū qꝫ solem iustitie christum,
xlvij. dist. sicut hi. Oꝛdinationes in ecclesia: prout

communiter auro emuntur: ⁊ auro venduntur.j.q.j.cum ordinaretur. Aurum habet ecclesia: ⁊ aurum conseruat: aut consanguineis dat, auro sacramenta emuntur ⁊ aurum querunt, contra id.xij.q.ij.aurum.⁊ c.si quis epis.lxxxvj.disti.non satis. Et auro nitent sepe marmora ecclesiarum: sed ministrorum ecclesie ⁊ pauperum non est cura.xij.q.ij.glosa.ver.multi. De parte domini.i.de decimis ⁊ primitijs ⁊ oblationibus.xij. q.j. cui portio. ⁊ c. sicut manifeste.⁊.xvj.q.j.reuertimini, aurum sibi reponunt.xij.q.j.clericus. Epi aurum seruant: ⁊ a se mendicantium manus reuocant.xij.q.j.nolo. Josaphat fecit naues que nauigarent in Ophir propter aurum.que confracte sunt in Afron Gaber.iij.Reg.vl. Josaphat interpretatur iudicans. Ophir mundum infirmum: interpretatur enim infirmans. Nauis Josaphat in Ophir propter aurum vadit: quando rector prelatus vel iudex in ecclesia nil nisi temporalia querit.xj.q.iij.pauper.ubi dicitur: cito violatur auro iustitia.

Nimia cura habendi cupiditas est idololatrie.

Per aurum idololatria committitur.iij. Reg.xij.ubi dicitur quod Hieroboam fecit vitulos aureos vt adoraret eos populus. Et Exodi.xxxij. ait Aaron ad Moysen. Aurum dederunt mihi: ⁊ proieci illud in ignem: ⁊ egressus est hic vitulus: quem populus adorabat, vbi dicit expositor. Audi sacerdos quia aurum tibi datum est: non enim ex tuo thesauro habes illud: vel patrimonio: vel labore: sed oblatione fidelium. Sed acceptum aurum in ignem proijcere: est in ipsius concupiscentiam corda hominum inflammare: inde vitulus terre cultor sic colitur: inde studium hoc est cura vehementius terrena colendi: ⁊ immoderatius incumbendi eiusmodi lucris, nam etsi magna de contemptu mundi dicantur: plus tamen attendunt homines quid agatur. Achor propter regulam auream quam furatus est, lapidatus est. Josue.vij.j. q.iiij.§. item peccato ciuium. Thesaurizantes aurum exterminati sunt ⁊ ad inferos descenderunt. Baruch.iij. Datur aurum clericis: sed ipsi de eo fecerunt sibi Baal.i.idolum auare conseruando vel male expendendo.j.q.j.cum omnis. Osee.ij. Tulerunt clerici aurum dni ⁊ intulerunt in delubra sua, super capita eorum fiet retributio. Johe.iij.ait dns. Naum.ij. clericis. Diripite argentum, diripite aurum, ⁊ non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus ⁊c.⁊ sequitur in fi.c. Exterminabo de terra predam tuam ⁊c. Vere hodie quilibet quasi prelatus coopertus est auro ⁊ argento: ⁊ omnis spiritus non est in visceribus eius: quia idolum est pastor hodie. Zacha.xj. Abachuc.j.in fi. Repleta est ecclesia auro ⁊ argento: ⁊ non est finis thesaurorum eius, clericorum. Esa.ij. Vere hodie in ecclesia stat verbum Sophonie. Sophon.iij. Principes eius scilicet ecclesie in medio eius quasi leones rugientes. Judices eius lupi vespere non relinquebant in mane. Prophete eius vesani: viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum. Iniuste egerunt contra legem. Aurum tollunt clerici: sed non faciunt inde coronam Jesu. Zach.vj. Et vtinam de auro hodie clerici calices fabricarent. de cons.dist.j.vasa.⁊ c.⁊ calix. Sed ipsi in poculis bibunt aureis Hester.j.calix stagneus est.pre.c. ⁊ calix. quia ipsi de auro in stagnum conuersi sunt. Ezech.xij. Quis hodie in ecclesia dei potest dicere verbum Pauli Act.xx. Argentum ⁊ aurum aut vestem nullius concupiui: vos ipsi scitis. Utinam non fuerit mortis occasio a Constantino data corona ex auro purissimo ecclesie sacrosancte in abutentibus hac corona.xcvj.dist. Constantinus.vers. decreuimus. Omnes de saba venient.i.de terra orientali: vbi nascitur aurum optimum. Gen.ij. Aurum sed non thus deferentes. Esa.lx.ad romanam curiam. Et plumbum reportantes. Plus ponderat aurum quod datur pro ipso plumbo: quam ipsum plumbum: nam ⁊ frequenter pro ipsa bulla plumbea quinquaginta.lxx.⁊ c.floreni soluuntur. Sed pro plumbo datur aurum: vt de plumbo fiat maius aurum, quia quod quis emit, paratus est alijs vendere: ⁊ simoniam committere.j.q.j.quibusdam. Nec curandum est si quod datur pro bulla: totum vel pars pauperibus erogetur.j.q.j.non est putanda.xiiii.q.j.per to.in primis.viij.c.vsque ad.§.econtra.

Diploma tum papalium precia notantur.

Recordentur dni prelati ⁊ alij clerici de Crasso dictatore Romano: quod aurum sitiuit: ⁊ aurum bibit: eque perijt vero auro: sicut vero veneno.j. q. j. §. ex his verbis Petrus cephas ecclesie.i.caput.xij.dist.c.ij. ait Actu.iij. Argentum ⁊ aurum non est mihi. Prelatus hodie quilibet dicit au.⁊ ar.est mihi: sed non est ei quod sequitur. In nomine iesu christi nazareni surge ⁊ ambula: quia auro abutitur, ⁊ aurum auet.i.cupit: ⁊ sic auarus. Unde Isidorus. Auarus dictus est quod sit auri cupidus. Et Chrys. Non amabit proximum qui aurum amat. Et Jo.euangelista de virgis fecit miraculose aurum ⁊ gemmas quas reddidit duobus iuuenibus Tito ⁊ Eugenio, quia omnia pro christo reliquerant ⁊ pauperibus erogabant. xvij.q.iiij.§. sed notandum. Hiero. Nemo opponat diues in iudea templum, mensam, lucernas, turibula, patellas, cyphos, mortariola ex auro fabricata: hec in figura precesserunt: nunc vero cum paupertate domus se pauper deo dedicauit: portemus crucem: ⁊ delicias lutum putemus.xij.q.ij. gloria epi, alias est.c.multi. In thecis clericorum eruginauit hodie aurum ⁊ argentum, ⁊ erugo eorum in testimonium eis erit: ⁊ manducabit carnes eorum sicut ignis. Jaco.v. quia qui aurum diligit, non iustificabitur. Eccles.xxxj. Non possunt simul stare virtutes ⁊ aurum: quia virtus aurum distribuit si quod habet. xij.q.ij. Socrates. Aurum secundum Ber.terra rubra est: ⁊ fex terre, sed hec terra ⁊ fex celum ⁊ mundiciam eius superat hodie in ecclesia militanti. Propter hoc aurum terrenum quod charitatem celestem designat: ipsa charitas exulat hodie a consistorijs prelatorum: quia ipsa ⁊ cupiditas que est radix omnium malorum.j.Timoth.vj.xlvij.distin. omnium bonorum, secundum Augu.simul esse ambe non possunt: nisi vna euulsa radicitus fuerit: alia plantari non potest.de pen.dist.ij.§.ex premissis.xxxij.q.j.cum renuntiatur. De auro charitatem designante.psalm.xliiij. loquens de ecclesia. adsti. regi. a dext. tuis in vesti. deau.⁊c. Sicut enim aurum est species metallorum: sic charitas forma virtutum.de pe.di.ij.§.euidenter. j.ad Cori.xiij.quia non habet secundum Greg.in se aliquid viriditatis ramus boni operis: nisi procedat ex radice charitatis.de pen.dist.ij.§.opponitur. Item sicut aurum in fornace non corrumpitur, nec charitas in tribulatione. Sap. iij. Tanquam aurum in fornace ⁊c. Unde Aug. Aurum in igne fulget: palea fumigat, aurum non tinnit percussum, charitas patiens est.j. ad Corinth.xiii. Fulget in splendore bone operationis: quia benigna est, vt in preceden.cap. xiii. Rubet pudore honestatis: quia charitas non gaudet super iniquitate.preceden.cap.xiii. feditatis,

Charitas cum auro confertur.

vel alia. Uisum infouet consideratione felicitatis
aliene: q: charitas nō emulatur. prec. c. xiii. Aurum
vitam conseruat: charitas vita est anime. de pen. di.
ii. charitas. ij. Aurum preciosius inter metalla:
charitas excellētior inter virtutes. pre. c. xiij. ⁊ pre.
c. charitas. ver. hec est charitas. Istud est aurū cha
ritatis quod defert nauis Salomonis, idest christi
pacifici de Tarsis: que interpretat exploratio gau-
dii: idest de vita eterna plena gaudio. iij. Regum. x.
Quod aurum charitatis obscuratum est, quia ver
sum est in scoriam cupiditatis. Omnes enim ho-
die, prout communiter, querunt in ecclesia aurum:
⁊ que sua sunt: non que christi, ad Phil. ii. lxxii. dis.
nosse. viij. q. j. sunt in ecclesia: extra de renun. quidā.
⁊ de censi. cum apostolus. Hoc autem aurum chari
tatis suadet nobis deus emere: quia ignitum est.
Apoc. iij. ad fi. ibi. Suadeo tibi a me emere aurum
ignitum probatum: vt locuples fias. O quot sunt
ex numero clericorum ⁊ religiosorum nedum lai-
corum, qui fornicantur cum illa muliere inaurata
auro: ⁊ habente poculum aureum plenum abomi-
natione? Hec mulier cupiditas ⁊ ambitio honoris
hu9 vite. Apocal. xvii. que mulier ibi in fi. c. dicitur.
Ciuitas magna que habet regnum super reges ter
re. Hec est ecclesia militans que ⁊ ciuitas dici-
tur: ⁊ regnum suum habet super alia regna: vt la-
tius scripsi. supra in. lxi. c. §. ⁊ primo quidem: in pri
ma parte istius operis. Que ⁊ in mēbris suis ma-
lis Babylon. i. confusio dicitur, de qua dicit Apoc.
xviij. Cecidit cecidit Babylon magna. s. a sanctita
te ⁊ virtutibus suis que fuerunt in ecclesia primiti
ua: ⁊ facta est habitatio demoniorum. Demoniuz
interpretatur sufficiens iniquitas: qua sancta eccle
sia plena est maxime in prelatis iniquis: qui demo
nes visibiles sunt: qui cruci non cedunt. Tot etiaz
sunt in ecclesia demonia: quot vitia. de quibus de-
monijs Mat. vlti. In nomine meo demonia eije
cient. i. peccata. Unde super illo Marci. xvj. Appa
ruit primo Marie magdalene de qua eiecerat se-
ptem demonia. dicit Grego. Septē demonia Ma
ria habuit: quia vniuersis vitiis plena fuit. Et
sequitur Apoc. xviij. Et custodia omnis spiritus im
mundi: quia intra ecclesiam omnia peccata inue-
niuntur hodie: que immunda dicuntur: quia im-
mundam faciunt animam maxime spiritus imun
ditie fornicationis. De istis spiritibus immundis
Matth. xij. ⁊ Luc. xi. Quis enim clericoruz intra
sanctam ecclesiam castitatem seruat? rarus est. l. di.
quia tua, quia difficile est. xxviij. dis. de his. xxxiii. q.
v. quis sunt. Sed licet istud peccatum sit naturale. s.
ad quod natura corrupta inclinat: non excusat ta-
men. ff. ad. l. aqui. si seruus. §. si fornicaueris. ⁊ no. in
pre. c. quia tua. in glos. fi. Perpauci eniz hodie sunt
presbyteri maxime in Hispania ⁊ regno Apulie q
quaz sint publici concubinarii, ⁊ ꝙ sint suspensi
a iure ⁊ quantū ad se ⁊ quantū ad alios nihilominus
⁊ tota die celebrant: ⁊ dant ecclesiastica sacra
menta, contra canonica instituta. xxxij. di. §. veruz.
c. nullus. extra de cohabi. cle. vestra. ⁊ c. fin. Et sic
suspensi celebrantes irregularitatem. scdm Ostien.
incurrunt. qui hoc no. extra de biga. quia circa: ⁊
sic seruat stilus curie sicut in officio penitētiarie do-
mini pape fui expertus: qui multas literas dedit
clericis concubinarijs Hispanie vt cum eis sui epis
copi super irregularitate sic contracta authoritate
mea dispensarent. de hoc etiā scripsi: infra in. xxviij.
cap. §. de presbyteris. versic. xxx. Sequitur Apo-
calip. xviij. Et custodia omnis volucris immunde.
Nomine volucrum volantium ⁊ subtilium: pecca
ta spiritualia. Inuidie. Malitie. Hypocrisis. Su-
perbie ⁊ similiuz designantur: que hodie intra san-
ctam ecclesiam magnum vendicant sibi locum, ⁊
plus vere in clericis, ⁊ religiosis ꝙ in laicis: qui
in peccatis corporalibus: furtis: homicidijs: ⁊ im
munditijs: ⁊ periurijs plus offendunt: nam quili-
bet secundum suum modum plus a demonibus tē
tatur, seculares de peccatis corporalibus: ⁊ clerici
⁊ religiosi de spiritualibus, sicut ⁊ experientia ma-
nifestat. Carnalia autem peccata sm̄ Grego. mino-
ris sunt culpe: sed maioris infamie. E contra pec-
cata spiritualia maioris sunt culpe: sed minoris in-
famie. Et odibilis: quia omnes seculares ⁊ natio-
nes de clericis murmurant propter eorum vitam:
⁊ eis: non dubito: propterea oppido sunt infesti. xi.
q. vij. laicos. Quis enim vel infelicissimus bonum
clericum aut religiosum odit. immo bonitas de se
odio non potest haberi. Unde qui odit bonum vi-
rum: non odit proprie in eo virtutem: sed naturā:
nec peccatū quod non habet, ⁊ in hoc peccat. xxiij.
q. iiij. duo. Fateor tamen ꝙ contingit sepe quemcūꝙ
maxime inuidum odisse bonum. lxxxvj. disti. odio.
⁊ diligere malum: quod perscrutari subtilium est.
vnde Michee. iij. Nunquid non vestrum est scire
iudicium: quia odio habetis bonuz ⁊ diligitis ma
lum? Quia de vino ire fornicationis eius. s. eccle-
sie. Fornicatio accipitur pro omni peccato. xxviij.
q. i. idololatria. Biberunt omnes gentes: malum
exemplum peccandi a clericis ⁊ malis religiosis ac
cipientes: ⁊ maxime a prelatis. extra de vo. ⁊ vo. re.
magne. Et reges terre cum illa. ecclesia. i. membris
eius. Fornicati sunt, peccauerunt, quia ad literam
frequenter principes mundi cum quibusdam pre-
latis ecclesiarum ineunt contra deuz ⁊ ecclesias pa
cta sua, gratias contra deum ab ecclesia impetrant:
⁊ eas emunt speciez simoniacam committentes. j.
q. j. gratia. Decimas ecclesiarum ab ecclesia nunc
inuita nunc voluntaria absqz causa necessaria vel
vtili ecclesijs recipiunt ⁊ detinent. vnde ⁊ dantes
eis ⁊ ipsi recipientes eterni ignis incendijs depu-
tantur. j. q. iij. peruenit. Et mercatores terre de vir-
tute deliciarum eius diuites facti sunt. Ad literam
familiares secretarij negociorum gestores precipui
aliquorum prelatorū ecclesie mercatores sunt: ma Prelatorū negotiatio taxatur.
xime Florentini ⁊ Senēses ⁊ alij de Thuscia ⁊ de
alijs prouincijs: ⁊ de pecunijs ecclesiarum semper
continue aliqui exercentes ⁊ prelatis quibusdam
de certa parte respōdentes, nomine partis vel mer
cantie vel societatis: ⁊ de alijs denarijs prelato-
rum ⁊ redditibus beneficiorū que predicti merca
tores impetrant pro consanguineis suis diuites fa
cti sunt ⁊ si non respondeant frequenter mercato-
res prelatis de lucro pecunie quaz ab eis tenent in
pecunia numerata: respondent tamen eis de pre-
cijs pannorum: de vasis argenteis: ⁊ ornamentis
ecclesiasticis ⁊ alijs magnis encenijs que ad mu-
nerum veniunt quantitatem. ff. de offi. pre. solent. §.
vlti. extra de rescripe. statutum. §. insuper. Que etsi
encenia ab eis dicantur: vsura tamen est: quia nec
ipsi mercatores talia presentarent nisi ab eis pecu-
nias tenerent. Nec prelati apud eos pecuniam de-
ponerent: nisi ab eis talia non dico emolumenta:
sed reciperent detrimenta contra iura illa. xiiij. q. iij.

per illa

per illa iiij.c.vsq; ad fi.questionis.& q.iiij.canonum cum.versi.c.seq.& extra de vsura:consuluit.& j.q.iij. per totum:& legit & notatur extra de simo.tua.in fi. & c.fi. Et paulopost sequitur ibi Apoc.xviij.o ecclesia. Quantum glorificauit se ecclesia in membris corruptis:gloriantur in his i diuitiis.ps.xlviij. Et in multi. diui.suarum gloriantur. Et in malitiis.ps.lj. Quid gloriaris in malitia,extra de exces.prela.quia graue. In potentia.j.Mach.ij.& scientia. Hiere.xx.& similibus. Et in delicijs fuit xxxv.di. ecclesie principes. Tantum date illi tormentum & luctum. vt puniatur in eo in quo deliquit:& inquantum deliquit:extra de his que fi.a prela.quesiuit.& xvj.q.vij. cognouimus.& c.aliud. Quia in corde suo dixit:ecclesia. Sedeo regina regum.& vidua non sum.tot prelatos magnos habeo pro maritis.vij.q.j.sicut vir. Et luctum tribulationem. Non videbo.in hac vita:nec mala sed decepta est:quia beati qui lugent. Mat.v. Et risus ecclesie dolore miscebitur. Prouer.xiiij. Et extrema gaudij eius luctus occupat. vt ibi dicitur. Ideo in vna diem vno tempore in quo l ianuis sumus. Venient.idest venerunt:& veniunt toto die in multis malis clericis male viuentibus & fluentib⁹. Plage eius:ecclesie:predictio tribulationis ecclesie superbientis in membris. Mors & luctus & fames: per hec tribulatio corporum & animarum predicitur. Et igni comburetur:tribulationis in hac vita:& membra incõtrita igne inextinguibili gehennali. Mat. xxv. Quia fortis est deus qui iudicabit illam:sponsam adulteram in membris. Et paulopost. Ve ve ciuitas illa magna Babylon.damnatio ecclesie malignantium in corpore & in anima:& ideo duplex ve. & semper ve in scriptura damnationem designat pro mortali:secundum Chrys. Ciuitas illa fortis potẽtia. Quoniam vna hora:idest vno tempore. Venit iudicium tuum. condemnationis tue. Et negotiatores terre flebunt & lugebunt super illam:ecclesiam scilicet. Quoniam merces eorum nemo emet amplius. Ad literam:tempore persecutionis ecclesie recedent mercatores de curiis prelatorum:cum mercibus que ibi specificantur:quia nõ inuenient emptores clericos.nec venditores beneficiorum:nec florenos eorum:quia fugient a facie arcus: & vix audebunt publice apparere. Et amplius illam non inuenient mercatores.ad literam. Qui diuites facti sunt ab ea.s.ecclesia. Longe stabunt propter timorem tormentorum eius:flentes & lugentes ac dicentes. Ve ve:damnatio tribulatio. Ciuitas illa magna: ecclesia. Que amicta erat bysso purpura & cocco & deaurata auro.per hec omnia diuitie & vanagloria ecclesie designantur. Et lapide precioso & margaritis. quoniam vna hora destructe (alias destructe) sunt tante diuitie. Ad literam quum sepe intrauerim in cameram camerarii dñi pape:semper ibi vidi nummularios & mensas plenas auro:& clericos computantes & trutinantes florenos:quas Christus pauper iterum irremediabiliter & sempiterne de ecclesia euertat & cito. Marc.xj. Mat.xxj. Lu.xix. Jo.ij.j.q.iij. ex multis &c.vendentes. Ad literam:quia velit nolit ad initium paupertatis sancte redibit ecclesia: in qua fundata est.xij.q.j.c.j.cum sequen. vide.s.in prima parte in.§.firma columna.in.c.lxvj. Et sequitur. Ve ve ciuitas illa magna:ecclesia &c. c.j. Quoniam vna hora,vno in tempore. Desolata est:temporaliter,quod electis expedit propter caput tribulatum Christum pauperem & mendicum & compunctum corde &c.ps.cviij. Exulta super eam:ecclesiam. Celum:celestes homines.ps.lvij. Letabitur iustus quum viderit vindictam &c. Et sancti Apostoli & prophete:patres & ecclesie fundatores.xxxv.q.j.§.hec itaque pauperes & despecti crucis dñice portatores.quibus dignus non fuit mundus. Hebreo.xj. Quoniam iudicauit deus verum iudicium de illa:de membris ei⁹ inimicis paupertatis & crucis.& j. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna. Infinitus est numerus stultorum. Eccle.j. Et multi vocati pauci electi. Mat.xx. Et vltra non inuenietur ecclesia reproborum:remanente ecclesia in sanctis suis sine macula & sine ruga. Ephe.v.xxvj.dist.quamuis.de con.dist. iiij.queris:ad medium:ubi.tota ergo &c. Et vox Citharedorum &c. Recedent ioculatores de ecclesia:cantores:& cantatrices,& tibicines:quia neque clerici talia audire debent:nec talibus interesse.xxiiij.di.presbyteri:de con.dist.v.non oportet:di.lxxxvj.donare. & j. Quia mercatores tui erant principes terre. Ad literam:prelati cum mundi principibus multas faciunt mercaturas,emptiones,& venditiones in suarum ecclesiarum dispendiũ & iacturam.xij.q.ij.quicunque.& c.quisquis epo. Quia in veneficijs tuis errauerunt oẽs gẽtes:quia a clericis accipiunt laici exemplum male viuendi. xj.q.iij. precipue:extra de vo. & vo.re magne. Et in ea membris corruptis ecclesie:sanguis sanctorum & prophetarũ inuentus est.magnam enim persecutionem & mortes sustinuerunt multi sancti & sustinent a viris sanguinum rectoribus.xcv.dist.diaconi ecclesiarum:& omnium qui interfecti sunt in terra. Nam hodie intra ecclesiam sanctam multi clericorum & innocentium & aliorum:& etsi nõ actu:lingua tñ,calamo,& signis:& nutu adiutorio familiarum equorum & pecuniarum sanguinem fundunt.l. di.siquis viduam:& extra de homic.sicut dignum:de cle.pug.in duello.c.ij. Merito ergo dicitur: Aurum obscuratum. Intelligitur etiam aurum obscu. Ignitum verbum. Greg.quia pectus frigidum non potest verba ignita proferre. Mutatus color optim⁹. sanctitatis habitus:charitatis ornatus. Color optimus,candidus per innocentiam & puritatẽ:de con. dist.iiij.post baptismum. Mutatus in nigredinem iniquitatis & feditatis. Augu. Anima peccatoris nigrior est coruo. Color op. rubicundus per charitatem:mutatus in pallorem inuidie & furie. Grego. Mens inuida dum de alieno bono affligitur:quasi de radio lucis obscuratur. De istis bonis coloribus. Canti.v. Dilectus meus candidus & rubicund⁹ &c.

Dispersi sunt lapides. Lapides viui disper. a sanctuario dei,ecclesia,scilicet. Lapides sanctuarij Patriarche,prophe:sacerdotes Christi:monachi,virgines virtutes qui semper debent adsistere conspectibus dei:qui nec debẽt exire foras:nec occupari circa secularia:extra ne cle.vel mo.per totum.xvj.q.j.monachi vagantes.& c.generaliter. Dum foris animi inquietudine & corporis occupentur & dispergũtur in capite platearum vagantes plangunt. Non est secularis vite actio:quam non administrant sacerdotes hodie:& ministri altaris & religiosi:extra de of. or.quanto. Oẽs hodie communiter secularia querunt:& in eis etiam implicantur:& virginum castitas & verecundia multis exponitur illecebris & familiaritatibus carnalibus contra omnia illa iura.lxxxviij. di.p to.xxj.q.iiij.p to.extra ne cle.vel mo.per totum. xxiiij.dist.his igit.xvj.q.j.placuit.c.qui vere.c.de presentium.c.sunt nonnulli.c.generaliter.c.monachi vagantes.xviij.q.ij.quidam monachorum extra de of.or.

quanto: extra de regu. c. si. Disperguntur ergo lapides non solum in plateis: sed in capite omnium platearum: dum per desiderium ⁊ sepe per actuz opera huiusmodi agunt: ⁊ de religioso habitu culmen honoris vel laudis querunt: extra de elec. quorundam oculos. lib. vj. Horum lapidum ordinem dñs promittit dicens. Esa. liij. Sternam per ordinez lapides tuos: ⁊ fundabo te in Sapphyris: ⁊ ponaz iaspidez propugnacula tua. ⁊ quū loquitur christus ecclesie sponse sue. statuit enim Christus in ecclesia electoꝝ animas varietate meritoꝝ distinctas. ps. xliiij. adsti. re. a dex. tuis in vesti. de au. circū. va. Fundauit eam in sapphyris, qui sunt aerii coloris: idest in animabus celestia petentibus. Iaspidem posuit propugnacula. qui est viridis coloris: illos. s. qui in vigore fidei ⁊ moꝝ contra aridos ⁊ marcescentes ecclesiā dei defendunt. De istis lapidibus preciosis designatiuis virtutum. de pe. dist. ij. principium. ver. oīs lapis. Notandum ēt hic sm Pascasiū quanta sit vis huius lamenti: quante propheta charitatis ad omnia se extendit. Plangit cecitatem Iudeoꝝ: dispersionem ecclesiarū: nuditatez animarū. veniente aūt tempore persecutionis que in proximo estasti lapides dispersi non relinquent in ecclesia dei: quia deficient in tribulatione: ⁊ hoc tropice predixit dñs Luc. xix. ibi. Non relinquent: scilicet persecutores ecclesie in te ecclesia sancta: lapidē: prelatum dispersum: super lapidem, subditum dispersuz cum suo capite: sed remanebunt lapides viui ⁊ virtuosi illo tpe qui ecclesia sustentabūt ne deficiat: tracti ⁊ excisi de illo lapide angulari Xpo Iesu. Ephe. ij. super quem ecclesia est fundata. xix. dista dñs: ⁊ extra de elec. fundamenta. ⁊ Mat. xvj. Unde Esa. xxviij. Ecce ego mittam in fundamentis Syon: quod est ecclesie fundamentum: lapidem angularem: scilicet Christum gentiles ⁊ Iudeos in vnitate fidei copulantem: probatum: in passione sicut solent probari lapides preciosi. Sap. ij. Et probemus patientiā eius: preciosum: in sanguinis effusione. j. Pe. j. redempti estis ⁊c. ⁊ j. sed precioso sanguine agni immaculati. Hic est lapis vere adiutorij: maxime in tempore tribulationis ecclesie: de quo. j. Reg. iiij. Castrametati sunt filij Israel: Christiani opere: qui deū videbunt. Mat. v. scilicet iuxta lapidem adiutorij vbi dicit glos. Lapis iste fortitudo castroꝝ ⁊ in circuitu sese ducens non solum murum sed antemurale constituit: legitur enim in ps. cxxiiij. Et dñs in circuitu populi sui. Bene aūt lapis adiutorij dicitur: quia non solum munimentum tribuit: sed etiam adiuuat ⁊ defendit: dum de periculis eius in funda accipimus: ⁊ rotantes qñq fideles lapides de fide quandoq suoꝝ vulnerum contra Goliam gloriosam de aduersario cum Dauid Christo manu forti victoriam reportamus. j. Reg. xvij. Iste est etiam lapis ⁊ Iudeis reprobatus: Christus a Iudeis condemnatus. ps. cxvij. Lapidem quem reprobauerunt edificantes ⁊c. lapis etiam abscissus de monte vtero virginali: sine manibus ⁊c. quia conceptus de spiritusancto. Luc. j. qui percussit statuam: vanitatez Antichristi ⁊ membroꝝ eius. Dan. ij. Isti ergo fixe lapidi adherentes: non dispergemur per latam viā: que ducit ad mortem Mat. vij. ⁊ Luc. xiij. Et carnalem huius mundi: designatam per plateas latas: sed edificabitur Hierusalem celestis: ⁊ reparabitur ruina eius ex nobis viuis lapidibus preciosis: de quibus expresse loquitur Apoca. penul. c. Sequitur in Thren. Bet. Filij Syon: ecclesie Christiani fideles. Inclyti: genere: quia a Christo christiani: de con. di. iiij. postq: ⁊ extra de sac. vnc. c. vnico. §. ante baptismum, ⁊ doctrina euangelica tota sancta ⁊ virtutibus nobilissima. Amicti. ornati Auro primo: idest purissimo scilicet celesti sapientia ⁊ amore: de pe. di. ij. principium maxime clerici in ecclesia primitiua. Quō quam admiranda: q̄z insperata mutatio? Reputati sunt in vasa testea: que erant aurea: relictis celestibus curantes terrena. Opus manuū figuli: qui potest de eodem luto aliud vas facere in honorem: aliud in contumeliam: ad Roma. ix. ca. ⁊ ij. ad Timo. ij. xxiij. q. iiij. qui sm carnē: ⁊ q. vij. c. j. in fi.

Filij ⁊c. Auro primo. dei sapientia. vnde thesaurus desiderabilis requiescat in ore sapientis. Hoc auro amicti nostri patres in ecclesia primitiua fulgebant quasi luminaria in mundo: cuius sapientie celestis non secularis radix est timere deum. Eccli. j. fructus est videre ipsum. Auro primo: membra ecclesie sapientia dilectionis dei ⁊ proximi amicta: que erant vasa aurea ad fragilia ⁊ terrena labuntur opera. ⁊ fiunt vasa testea: que debuerunt esse vasa incorruptibilia ⁊ celestia. Est aurum primum Arabicuz purissimum: ⁊ quod de saba offertur dño. Mat. ij. Est ⁊ preciosissimum quod de Ophir affertur. iij. Reg. viij. Ophir enim risus vel herbosuz interpretatur: in illo scilicet risu de quo sunt omnia gaudia. vbi anime sanctoꝝ in herbis virentibus requiescunt. Ezechie. xxxiiij. hoc iure primum ⁊ purissimum dicitur. hec. n. sapientia ⁊ immortalitas preciosior est cūctis opibus: sed facta sunt hec vasa testea ⁊ lutea. ps. xvij. Ut lutum platearum delebo eos. Hec aūt vasa probat fornax tribulationis: de pe. di. ij. si. n. vere edificetimus aurum. Hodie dñi clerici non custodiunt vasa sua in honore bone fame ⁊ sanctificatione munditie. j. ad Thessa. iiij. ⁊ ideo lutea sunt ⁊ stercorea. ps. lxxxij. Facti sunt vt stercus terre. Hodie ecclesia pauca vasa hz plena oleo charitatis. iiij. Reg. iiij. ⁊ ⁊ pauca sunt vasa electionis cum Paulo. Act. ix. q: multi sacerdotes numero: pauci vita. xl. disti. multi.

Pauca sunt vasa mellis gestatiua ⁊ contemplantia Christum. ij. Regum. xvij. ibi. Et vas mellis.

Pauca vasa sapientie ⁊ discretionis. iiij. Regū. ij ibi. Afferte mihi vas nouum: ⁊ mittite in illud sal. xliij. di. sit rector. ver. per salem. Pauca sunt vasa admiratione digna. Eccli. xliij. vas admirabile. Multa sunt vasa aceto odij iniquitatis plena. Io. xix. vas aūt positum erat aceto plenuz. Pauca sunt habentia manna: idest dulcedinem cum communicant. Exo. xvj. Māna aūt corpus Christi designat. de con. dist. ij. reuera. Propter hec omnia dicuntur clerici plurimi ⁊ religiosi vasa testea: ⁊ vasa ire. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. ver. vasis ire non vasa aurea: de quibus potat Rex Salomon: idest. Christus pacificus. iij. Reg. x. omnia vasa de quibus biberat rex Salomon erant aurea: sicut enim impij sunt vasa lignea ⁊ fictilia ⁊ cremabilia: sic iusti sunt vasa aurea preciosa: vt preal. ca. qui sm. xxiij. q. iiij. Potat aūt Christus in his vasis aureis vinum charitatis: que inebriat animā: que ebrietas sm Ambrosium preclara est: que sobrietatē mentis operatur. de con. di. ij. in calice. Hoc vinum animam inebriat. Unde quicunq gustu charitatis perfecte inebriatus fuerit: ad omnem laborem ⁊ dolorem hilarescit: vendetur: ⁊ non aterruit: laborat: ⁊ non lassescit. Gymel Sed ⁊ lamie ⁊c. heretici hypocrite. Nudauerunt

mammas:

Prelatorum cum lamijs comparatio.

mammas: aperuerunt prauam doctrinam. Lactauerunt catulos suos discipulos, vel actus suos prauos. Filia populi mei ecclesia. Crudelis tam prelatis tyrannis, que filios suos exponit absq; fomento. Quasi strutio in deserto: presentia tantu cogitans: nihil de futuro curans. Sed ⁊ lamie, prelatorum ecclesie istius temporis duritia ⁊ crudelitas arguitur: qui lamijs duriores lac doctrine paruulis negauerunt. Lamia aut crudelior suis fetibus q̄ cetere bestie dicitur. vnde lamia quasi lania appellatur: q2 catulos suos laniare fertur. Sic ⁊ prelati hodierni populo doctrinam negantes: insuper populum laniant ⁊ excoriant. Michee.iij. dicitur de prelatis. Qui comederunt carnem populi mei, ⁊ pellem eius desuper excoriauerunt: ⁊ ossa eorum confregerunt: ⁊ conciderunt sicut in lebete: ⁊ quasi carnem in medio olle. ⁊ .j. Hec dicit dns super prophetas qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis: ⁊ predicant pacem: ⁊ si quis non dederit in ore eorum quippiam: sanctificant super illum prelium. ⁊ .j. Audite hoc principes domus Jacob ⁊ iudices domus Israel: qui abominamini iudicium: ⁊ omnia recta peruertitis, qui edificatis Syon: idest ecclesiam in sanguinibus: idest in consanguineis: ⁊ Hierusalem ecclesiam in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant: ⁊ alia que sequuntur ponuntur .j.q.j. iudices. Strutionibus etiam similes que oua sua vbi ponunt, exponunt nec in fetum calefaciunt. Lamia etiam hebraice lilit nominatur quam quidem hebreorum vnam de furijs suspicantur: que parce dicuntur: eo q nulli parcant: quibus similes nostri sunt prelati Scribe ⁊ Pharisei: qui totum Christu crucifigunt in membris suis ad Heb.vj. de pe.di.ij. si n. vltra tres col. versi. ad Hebreos quoq;. Per Lamias etiam hypocritarum ⁊ hereticorum callida peruersitas designatur: quia faciem humana ⁊ corda belluina gestant. Mammam nudant: qn errorem suum libere predicant. Catulos lactant: qn sequaces peruersa doctrina oblectant: ⁊ ad impietatem male nutriendo confirmant. Filia populi mei scilicet ecclesia delinquentium membrorum: que filia sanctorum alias dicitur: per quos in Christo renouatur: sed quasi bestia inuoluta consuetudine peccandi: similis est strutioni: presentia tantum cogitanti: nihil in futurum speranti: partus suos sine calore charitatis exponit: ⁊ nullam future vite curam gerit: sm glos.

Item Lamia est animal magnum ⁊ crudelissimum: in nocte syluas exiens ⁊ hortos intrans: franges arbores ⁊ dissipans: eo q habet brachia fortia i omnem actum humilia. Et quum homines superuenerint (vt dicit Aristo.) pugnat cum eis. ⁊ morsibus vulnerat sauciatos. aut morsibus eius non sanatur donec eiusdem bestie rugientis voces audierit. Hoc animal in desertis riuosis habitare diligit: ⁊ aliquantulum in vultu figurat feminam. Et est pium catulis qn lactat. Dicunt aut quidam q quedam lamie sunt in Chaldea: ⁊ apris in quantitate equales: ⁊ domesticantur: ⁊ vberes sunt in lacte: hec commentator in commento de animalibus. lib.xxiij. tractat.ij. c.iij.

Item est alia lamia piscis crudelissimus quantitatis immense: ⁊ tres ordines dentium habens: cuius dentes venenum fugant ac mitem sestant: quemadmodum ⁊ lingue serpentine quibus prelati vtunt. Idem commentator. Item lamia sm Hugu. in derinationibus: dicitur quasi lania, a laniando pueros: idest strix: ⁊ habet faciem hominis: sed corpus bestiarum. Item Esa.xxxiiij. Ibi cubauit lamia ⁊ inuenit sibi requiem: dicit glos. Lamia pedes habet equinos: cetera feminea. Et Greg.xxxiiij. mora. dicit Lamiam humanam habere speciem, sed corpus bestiale dicitur: sicut omnes hypocrite in prima fronte quod ostendunt quasi ex ratione sanctitatis est: sed bestiale est corpus quod sequitur: quia valde iniqua sunt que sub boni specie moliunt. Item idem Grego. Quid vero strutionis nomine nisi hypocresis designatur? strutio namq; speciem volandi nō habet ⁊ tamen quodammodo volare nititur ⁊ alas expandere, sicut vidi Auinione in horto papali: quia hypocrisis cunctis intuentibus imaginem de se sanctitatis insinuat: sed tn vitam sanctitatis ignorat. In peruersa ergo mente draco cubat: ⁊ strutio pascitur: quia ⁊ latens malitia callide tegitur: ⁊ intuentium oculis simulatio bonitatis antefertur: hec glo. Gre. ponitur in pre.c. Esa.xxxiiij. ibi. Et erit cubile draconum ⁊ pascua strutionum ⁊c. Deleth. Adhesit lingua, misera. Lactentis, incipientis, infirmi, insciji, ⁊ simplicis. Ad palatum eius: in siti verbi dei. Paruuli: qui nondum poterant sumere solidum cibum. Heb.v. Petierunt panem vite ⁊ intellectus. Eccli. xv. Sed nobiles interierunt fame: ⁊ multitudo eius siti aruit. Esa.v.c. Et non erat qui frangeret ⁊ exponeret. Integrum enim paruuli non comedunt.

Paruuli: idest pauperes. Mat.xxv. Quod vni ex minimis ⁊c. Petierunt panem: sustentationē vite Gen.xxxix. dicitur de Joseph: Nec quicq; aliud nouerat nisi panem quo vescebatur: sed non est qui frangat. quia pauci hodie intra ecclesiam dei frangunt panem pauperibus. Esa.lviij. Frange esurienti panem tuum. Aug. Dicit Christus: da mihi ex eo quod dedi tibi: habuisti me largitorem: habe me debitorem: ⁊ te feneratorem. Unde ⁊ quidem sanctus amore pauperum vendit domos ⁊ regnum suum: fragmentum panis ponit in precium. Quid excusare poterit non euntem? sed hodie in domibus prelatorum datur canibus ⁊ ioculatoribus panis filiorum. Ad literam contra verbum dni. Non est bonum panem filiorum scilicet pauperum dare canibus. Mat.xv. Et nolite sanctum scilicet panem dedicatum in ecclesia ⁊ dno consecratum. xij.q.ij. nulli dare canibus. Mat.vij. xj.q.iij. nolite. Item paruuli pe.pa. populus verbum dei. Matth.iiij. Luce.iiij. ⁊ Deut.viij. Non in solo pane.j. ⁊ Eccli.xxxj. Splendidum in panibus: idest verbis dei dispensandis: bene dicent labia multorum: hoc indigemus ad nram ⁊ aliorum instructionem. Job.xxxj. Si comedi buccellam meam solus. Sed prelati hodie hunc panem raro frangunt: quia sunt prout communiter ignorantes: alij scientes laborare nolunt: aut predicare erubescunt: timentes ne eis dicatur hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo. Mat.vij. Lu.vj. ⁊ q cuius vita despicitur: restat vt eius predicatio contemnat de his. iij.q.vij. §. Idem testatur: cum. c.se. vsq; ad. §. item in euangelio. Contra tales tepidos ⁊ timidos prelatos. Prouer.xj. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis: vbi Greg. dicit. Qua pena plectendi sunt qui quum fame verbi anime pereant: panem, percepte gratie non ministrant? Luce.xix. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? contra non predicantes prelatos. xliij. di. per totum. lxxxvj. di. in tribus primis. ca. extra de of. ar. inter cetera. viij.q.j. audacter. De qui vescebantur voluptuose. Amb. super Mat.ix. Qui Christum domi

micilio recipitur in throno maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum: sacramentis scripture ⁊ ecclesie. Interierunt in vijs: idest in vite larga ⁊ relaxata: ⁊ quia Christum contemnunt qui est via veritas ⁊ vita. Jo. xiiij. ⁊ dist. viij. si consuetudinem. Qui nutriebantur in croceis. donis spiritussancti. Amplexati sunt stercora: carnalem vitam. Croceis, color croceus claritatem dilectionis designat: quum autem charitas amittitur, relique virtutes amplexantur stercora. de pe. dist. ij. §. euidenter: quia de bono dei ⁊ proximi odore dilectionis transitur hodie ad fetorem prauitatis: vnde. j. ad Cor. xiij. Si charitatem non habuero factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniens. Color etiam croceus: igneus: quo designatur ignis spiritussancti: quo corda inflammantur. Actu. ij. de con. di. iij. c. vlti: Ignem veni mittere. ⁊ est signum saluandorum de Hierico, que interpretatur deficiens: idest de mundo; cum Raab meretrice: que funiculum coccineum in signum posuit ad fenestram. per quod saluata est. Josue. ij. Qui ignis hodie extinctus est: maxime propter heresim simoniacam. j. q. j. sicut eunuchus: ⁊ remanet stercus rerum temporalium in beneficijs emptis. Phil. iij. ibi. Et arbitror oia vt stercora: vt Christum lucrifaciam. Vau. Et maior ⁊c. Plangit ecclesia peccata populi maxime clericorum: quasi maiora peccato sodomorum videmus enim quod fides ⁊ iustitia terram reliquerunt: humanitas ⁊ benignitas nulla sit, discordia ⁊ concupiscentia orbem incendunt: ire ⁊ inuidie flamma vorat rapinis ⁊ fraudibus: ⁊ simoniacis contractibus ecclesia populatur: pauperes exoriantur. Jam iacet orbis terrarum incultus in vepribus legis sacratissime per ora principum diuinitus promulgate: de accu. c. qualiter. ij. C. de legi. leges. xvj. q. iij. nemo. Sacra pagina sacrique canones pro fabulis habentur. Vbs in cathedris christianorum ⁊ maxime religiosorum perstrepit ⁊ triumphat: non est sciens hodie qui nouitates non inueniat: que ad literam inter scholasticos pariunt discordiam. xj. di. quis nesciat: extra de consue. cum consuetudinis. Tota lectio ecclesie in questionibus est ⁊ opinionibus recitandis: ⁊ solutio ⁊ conclusio veritatis nullas fasque nefasque confunduntur. Maior enim iniquitas nostra: quam eorum qui viam veritatis non agnouerunt. ⁊ ideo minora supplicia meruerunt. xij. q. j. scimus. Que in momento subuersa est. Gen. xix. Momentum est omne quod viuimus: ⁊ quotidie peccando quasi in momento ad penam subuertimur: qui deteriora meremur. qui thesaurizamus nobis iram in die ire iudicij. Rom. ij. Vau. Et maior effecta est ⁊c. quia ecclesia maiorem notitiam habuit dei quam synagoga: ⁊ synagoga quam gentes, ⁊ contempsit. Vnde seruus sciens voluntatem dñi ⁊ non faciens, vapulabit plagis multis. Luce. xij. vbi Chris. Non enim similiter omnia in omnibus iudicantur: sed maior cognitio fit maioris pene materia. Vnde sacerdos eadem perpetrans cum populo, multo grauiora patietur: de pe. di. j. §. quod autem versi. si sacerdos: alias est. c. xl. di. homo christianus. vbi plene de hoc ⁊ extra de iureiu. cum quidam: vbi de hoc... Item ibi super Lucam Cyrillus. Homo enim perspicax qui turpioribus suam voluntatem implicauit: inexcusabile peccatum commisit: quia propter malitiam recessit a dñi voluntate: sed homo rusticanus rationabilius implorabit veniam iudicantis: sed secundum Theophilum ibi. Iste ignorans nihilominus punietur: sed non tantum: quia pigritia ipsa fuit sue ignorantie causa. Et etiam secundum Basilium ibi. etsi in eternum cruciabitur: remissius tamen: non secundum numerum penarum: sed in verme mitius torquente ⁊ alijs penis: de hoc xxxij. di. §. si. cum. c. si. Iniquitas filie populi mei ecclesie peccantis in membris. Peccato Sodomorum: qui sine lege ⁊ noticia dei erant. Que subuersa est. Sodoma. In momento: quia gaudium hypocrite ad instar puncti. Job. xx. c. ⁊ idem Job. xxj. Ducunt in bonis dies suos, ⁊ in puncto ad infernum descendunt. Et non ceperunt in ea manus. aliquid boni: quia manus non extendit ad pauperes. Prouerb. vlt. Et maior ⁊c. peccatum sodomorum. secundum Ezech. xvj. c. superbia fuit abundantia: saturitas panis: ⁊ otium: ⁊ pauperi non porrexerunt manus. In his ⁊ in alijs magis hodie offenditur in ecclesia dei: vnde ecclesia iustificat sodomam: sicut Niniuitas: ⁊ reginam Saba. scilicet comparatiue: vide Math. xij. ⁊ Luc. xj. quia cepit mandata dei facere: ⁊ postea contempsit: ⁊ (quod peius est) mala deaurando tegit: simulando virtutes cum cerimonijs suis: quas non habet: ⁊ spiritus immundus exierat ab ea Matth. xij. ⁊ Luc. xj. Sed quia inuenit eam otiosam: ⁊ vacantem a bonis operibus: ornatam exterius missis ⁊ cantibus: ⁊ in solemnitatibus sanctorum: preciosis apparatibus ⁊ verbosis predicationibus ⁊ eleemosynis. Luc. xv. xxxvij. dist. §. hinc etiam: siliquarum ⁊ quisquiliarum sunt frumenti immunditie. Amos. viij. furfurum ⁊ micarum remanentium de adipibus ⁊ nidoribus ⁊ delitijs prelatorum. Remanentibus alijs occultis vitijs ⁊ manifestis in ea cupiditatum, ambitionum: simoniarum: intrusionum: immunditiarum, xenodixie: ⁊ philargyrie: ⁊ inuidie: ⁊ tyrannidis ⁊ aliorum flagitiorum indicibilium ideo reuersus est ad membra eius cum septem spiritibus nequioribus se. Matt. xij. ⁊ Luc. xj. quia secundum August. super Lucam. xj. c. super hec verba. Peior est charitas simulata, quam odium ⁊ paupertas simulata: quam auaritia ⁊ castitas simulata: quam luxuria: ⁊ sic de alijs virtutibus simulatis. Zay. Candidiores Nazarei eius. ecclesie florentes vel sancti. Niue: que de celo est contemplatiui. Nitidiores lacte: quod de terra est: de pecudibus terre: actiui. Rubicundiores ebore antiquo antiquorum patrum fortitudine. Sapphyro pulchriores: in spirituali feruore. Candidiores haberet ecclesia Nazareos suos, qui interpretantur sancti vel consecrati: niue candidiores: ⁊ lacte nitidiores per quos abstinentia ⁊ vita actiua significatur. Per niuem candor vite celestis. Per lac temporalium actio demonstratur. Habet ergo ecclesia Nazareos: qui per contemplationem vitam ducunt celestem. de qua. ij. q. vij. sancta. ⁊. xvj q. j. placuit. ⁊. c. de presentium. Et per actualis vite dispensationem lacte candidius ad laudem creatoris nitent: vt plerunque eos qui celestem vitam tenent: terrena bene dispensando virtutum operibus transcendant: extra de renun. nisi cum pridem. §. ne putes. ⁊ de regu. licet. §. si vero. versi. quoniam Quia vero per feruorem spiritus antiquorum fortium patrum vitam superabant in ecclesia primitiua: recte adiungitur. Rubicundiores ebore antiquo. Dum enim roboris pulchritudo laudatur: flamma sui desiderij exprimitur. Ebur autem elephantis os esse non dubitatur. Sapphyro pulchriores. Sapphyrus etherei coloris est. vbi breuiter tota Nazareorum vita expressa est: quia per actionem ad contemplationem tendentes precellentes patres veteris testamenti superare

perare visi sunt.maxime post missionez spiritussan-
cti illi de ecclesia primitiua.Sed quia plerumqz ino-
pem copia facit:et felicior est homo q̃z expedit:mēs
sepe de se psumens et vano fauori acquiescens: fusca
tur:et qui albescere videbatur: denigrata sordescit.
Et patres nostri in ecclesia primitiua.Ideo per exa
gerationem laudantur:vt istius temporis membro
rum ecclesie maxime clericoz et religiosoz feditas et
dissolutio ostendatur:vnde sequitur. Beth.Deni
grata est:amisso candore iustitie: quia presumit de
se.Unde.Noli esse nimis iustus.ij.q.vii.§.his ita.j.
versi.leuita.Super carbones facies eoz.nedum in
vita interiori, sed exteriori . Et non sunt cogniti i n
plateis:quia prius in angusta via que ducit ad vitā,
nunc in ampla sunt:que ducit ad mortem.Matth.
vij.et Luc.xiij.Adhesit cutis eorum:infirmitas vi-
tiorum.Ossibus fortitudini virtutum.vij.q.j.§.hic
tunc.versi.est et aliud.Aruit:et facta est quasi lignuz
aridum:insensibile:vel inflexibile. Denigrata.Ni
gri post candorem sunt:qui amissa dei iustitia suaz
laudes querunt:quia de se presumunt. Unde in pec
cata etiam corruunt nescientes:et post ignem mentis
ad frigus corporis:post candorem vite:ad ingredi-
nem vane adulationis descendunt:vnde extinctus
carbonibus similes sunt.Et nō sunt cogniti in pla
teis:idest in vite secularis latitudine.Nihil eniz hu
mane mentis angustius:quam proprias voluntates
abnegare:desideria carnis frangere: et huiusmodi.
Unde nihil latius quam propriis seruire volupta-
tibus.nullis subesse legibus:et huiusmodi. In pla-
teis autem sunt querentes sua.Ampla autē hec via
que ducit ad mortem, Mat.vii.sed in plateis nō co
gnoscuntur:qui non sunt quod videbantur:qui a-
liud erant:et aliud ostendebant: sicut hypocrite. de
pe.di.ij.extitus. Teth.Melius fuit occisis gladio.
verbi dei.Ephe.vj.quam interfectis fame:eiusdem
verbi.viij.q.j.sunt in ecclesia. Qm̄ isti extabuerunt
consumpti a sterilitate terre:penuria ecclesie:dū pre
dicatio cessat:ecclesia non fructificat. Melius .ec.
gladio verbi dei quam interfectis fame eiusdez ver
bi.ibi occiduntur et ad vitam:illi interficiuntur vt pe-
reant.Est autem gladius quo mors punitur:vt vi-
ta sequatur.Iste est gladius verbi dei.ad Ephes.vj.

Est alius qui precidit vitam:occidit animam.de
quo.Gladius meus deuorabit carnes eius , Iudi.
vj.Alius gladius flammeus atqz versatilis ad cu-
stodiendam viam ligni vite.Gen.iij.in fi.Alius lima-
tus et acutus.de quo Luce.ij.Tuam ipsius animaz
gladius pertransibit:idest dolor dominice passionis
secundum glos.Luget ergo ecclesia consumptos fa
me et siti verbi dei.Hac fame qui fuerit peremptus:
eterne morti subiacebit.Sicut enim homo ex dua-
bus substantiis constat:extra de cele.missa.in quas
dam:ita duabus vitam conseruat.cor. sustentatur
corporali:animus cibo spirituali:extra offi.ordi.in-
ter cetera . Et maior est refectio mentis quam da-
pes corporis:vt dicit glos.super illud Actu.vj.Non
est bonum nos derelinquere verbum dei:et ministra
re mensis.Unde panem quotidianum petimus vi
trumque.de con.di.ij.in calice.et Mat.vj.et Luce.xj.
vtrunqz petimus qui vtroqz indigemus.Sterilitas
terre,penuria ecclesie:quando magistris deficienti-
bus verbi imbribus:nō infunditur.Esa.xxx.x.Da
bitur pluuia semini tuo vbicunqz seminaueris i ter
ra:quia semen est verbum.Math.xiij.Luc.viij.plu
uia,gratia.de aqua Ezech.xxxiiij. Pluuie benedi-
ctionis erunt. Promittit ergo dn̄s predicatori q̄ in
quacunqz gente seminauerit verbum dei:ipse gratie
pluuiaz largietur.Unde est magna promissio quod
gratia sequatur predicationem:vnde valde beatum
est audire predicationem:quum per hoc audientib⁹
gratia infundatur.Culpam autem sacerdotuz et pre
dicatoz iniustitiam vel negligentiam docendi con
sumptio sequitur plebis. Ioth. Manus mulie-
rum.que sexus natura misericordes sunt.Mulierū
predicatoz vano fauore effeminatoz. Misericor-
dium:opinione sua.Coxerunt iniuriis:affectionib⁹.
Filios suos:subditos.Facti sunt cibus earum:dum
carnalem vitam subditoruz affligunt reprehendūt:
et arguunt.In contritione filie populi mei.apostolo
rum et successoz.In ecclesia enim quasi filios suos
decoquunt:qui culmine regiminis sublimati igne
zeli vel inuidie inflammant animas subditoz:dum
nimis iusti videri cupiunt:et tyrannica potestate op
primunt.xlv.di.sunt nāqz.c.vera.c.recedite.ij.q.vij.
§.his ita.versi.vnde bene.qui etsi habeant zelū dei:
sed non secundum scientiam.ad Rom.x.xv.q.j.§.j.
qui a austeritate dominationis:quasi pro iustitia a-
durunt:et infirmam carnalem vitam subditoz mi-
nis et increpationibus quasi dentibus rodunt.Hec
omnia in contritione ecclesie que est filia populi dei
idest apostoloz et successoz: ab eis fiunt q seculari:
aut ecclesiastica potestate animas tyrannice exurūt.
dum inuidie,aut ire:aut indiscreti zeli:concupiscen-
tia inflammati:filios quos lacte doctrine nutrire de
buerant:adustione afflictionis vexant:non attende
tes quod dicitur.j.ad Cor.x.Factus sum infirmis
infirmus. xlv . distin. recedite.xxvj.q. vij.alligant.

Caph. Cōpleuit:quasi iam cesset ira cui satisfecit
pena.Dn̄s furorem suum:impletis peccatis. Effu-
dit iram indignationis sue:hominibus per vitia ef-
fusis.Gen.xlix.Effusus es sicut aqua:scilicet in vi-
lem libidinem.Non crescas ps.lxviij.effunde super
eos iram tuam ec. Et succendit dn̄s ignem in
Syon:concupiscentiam peccatoz succendi permi-
sit in ecclesia ingrata.Et deuorauit fundamenta ei⁹
vera fide misse heresibus . Compleuit . super eccle-
siam completus est furor dn̄i:quia mensuram pecca
torum impleuit.vnde ps.cvj.Effusa est contentio su
per principes:scilicet ecclesie prelatos.xxxv.di.eccle
sie principes:et errare fecit eos in inuio et nō in via.
Et Apoca. vlti. Qui in sordibus est sordescat ad-
huc:et iustus iustificetur.xlvij.di quātumlibet.Suc-
cendit dn̄s ignem in Syon.non qui ibi super apo-
stolos descendit.Actuum.ij.de conse.di.iij.c.vlti. sed
qui pueros.Iob consumpsit Iob.j. et duos quin-
quagenarios. iiij. Reg.j.c.xxiij.q. iiij. ea vindicta.
Habet enim deus ignes varios quos emittit de the
sauris suis.cuius ignis in Syon:et caminus in Hie
rusalem.Esa.xxxj. Alios inflammat vt erudiat. vt
Lam.j.c.in litera Mem.in thren.Misit ignem in os
meum et erudiuit me . Alios vt exurat , Matth.
xxv.Ite in ignem ec.et in vitijs accendi permittat,
de pe.di.ij.inter hec hieraum.j.quibus succensis fun
damentum fidei dissipatur.Unde magis nr̄as quā
iudeoz miserias plāgere debem⁹,qz magis i nobis
quam in eis ignis omnis concupiscentie succensus
est:vsqz ad consumptionem deuorās maiora et pu-
riora membra ecclesie.Iob.xxj.Uitioz omnium fla
ma vorax quasi vniuersos possidet.et olla succensa a
facie aquilonis feruet.Hier.j. Et fornax Chaldeoz
Chaldeos incendentes incendit.Daniel.iij. Danc

fornacem ille lucifer cum suis satellitibus ignis suc-
cendit:cuius halitus prunes ardere facit:et flamma
de ore eius egreditur:et de naribus eius procedit.fu
mus,sicut olle succense atqz ferventis:et de ore eius
lampades procedunt,sicut tede ignis accense.Job
vlti.Iste etiam faber succendit hanc fornacez vitio
rum de quo Esa.liiij.Ego creaui fabrum sufflantez
in igne prunas.Illi aũt pauci intra ecclesiam dei q
non adorauerint auream statuam istius vanitatis et
carnalitatis,que est in ecclesia militanti:euadent
hanc fornacem de corde et ore et opere. et cum illis
tribus pueris dñm hic et in perpetuum collauda-
bunt.Dan.iij.Fundamenta aũt hereticoꝝ et hypo-
critarum quibus in omni statu ecclesia picta est,de
uorantur et deuorabuntur ab ira furoris dñi. Job.
v.Uidi stultum firma radice:supple firmatum in glo
ria mundi:et maledixi pulchritudini eius statim,id
est exteriori apparẽtie:quia hypocrite sepulcra sunt
dealbata extrinsecus,fetida intus ex ossibus mor-
tuoꝝ.Matth.xxiij.O quot prelati in ecclesia dei
pulchri exterius,potentes a seculo,viri famosi:gigã
tes in terra?Gen.vj.Sunt hic et erunt propter eoꝝ
pulchritudinem maledicti:et eradicabuntur a fun-
damentis:eoꝝ radice fundata in terra salsuginea:et
sterili penitus desiccata:quamuis enim tales videan
tur exterius quibusdam apparentibus et cerimo-
nialibus operibus firmati et radicati:sunt tñ coram
dño maledicti:quoꝝ corda et corpora varijs vitijs et
vanis laudibus et fauoribus inflammantur. vnde
sequitur,non crediderunt etc. Lamech.Nõ credi
derunt etc.Reges terre:demones vel quilibet prin-
ceps.Et vniuersi habitatores:non transitores.Quõ
ingrederet hostis.diabolus vel membra eius. Et
inimicus:confortauit dñs seras portarum tuarũ etc.
ps.cxlvij. Per portas: predicatores vel virtutes.
Hierusalem ecclesie.Non cre.re.terre,de quibus di-
citur.ps.ij.Astiterunt reges terre et prin.conue.in
vnum.vel demones secundum illud Eph.vj. Non
est nobis colluctatio etc.Habitatores orbis:qui nec
sciunt dicere ps.xxxviij.Aduena ego sum apud te et
peregrinus:sed audiunt:ve super habitatores terre.
Apoca.viij.ipi videntes ecclesiaz dei:auxilio dei fir
matam:non credunt q ingrediatur hostis per por-
tas Hierusalem: de quibus di in ps.ix. Qui exal-
tas me de portis mortis vt annunciem omnes lau-
dationes tuas in portis filie Syon. Mem. Pro
pter peccata prophetarum:prelatorum.i.q.i.iudices
Eius ecclesie.Et iniquitates sacerdotuz eius.Qui
effuderunt:fide corrupta:vel exemplo.In medio pu
blice.Eius ecclesie.Sanguinem iustoꝝ. Propter
iniquitatem sacerdotum et principum ecclesie mala
crebrescunt:qui legem in publico peruertunt:iudi-
cia inuertunt:et sanguinem sanguini addunt:nam et
eorũm machinationibus et consilijs et fraudibus et
preceptis multorum sanguis funditur.et vix fit bel
lum hodie et guerra inter Christianos:in quib' pre
lati consanguinei:et amici:vel odio vel amore ma-
num nedum clanculum sed publice non apponant
non obstantibus.c.xxiij.q.viij.§.i.cum c.seq. vsque
ad.§.his ita.et c.reprehensibilem.et c.si in mortem.
l.di.miror.c.clericum.c.de his clericis.c.si quis vi-
duaz.et c.de his.et c.studeat.c.si quis homicidium.
c.hi qui arborem.lj.dist.c.j.c.si quis.j.q.vij.§.his ita.
iiij.extra ne cleri.vel mo.clericis.c.sententiã:de ho
mici.quasi per totum:de cle.percus.per totuz:de cle:
pug.in du.per totum,de rap.in archiepiscopatu:de
ex.pre.ex literis:cum si.Ipsi autem glossant et decla
rant iura sicut volunt:sed in die iudicij erit alius de
clarator:qui illa iura edidit per vicarium suum pa-
pam.l.dist.si quis diaconus. Nun. Errauerunt,
doctores a via veritatis.Ceci.sine luce.xxxvij.di.§.
vlti.In plateis:voluptatibus. Polluti sunt sangui
ne:peccatis subditoꝝ.xliij.dist.Ephesijs.Quumqz
non possent:intrare scilicet ecclesiam: quia nolebãt'
Tenuerunt lacinias.Lacinia fm Huguitiõ deriua-
tionibus:est vestis lacerata:vel ora vestimẽti: vnde
Macrobius in saturnalibus.Toga Cesar precin-
gebatur:vt trahendo laciniam mollius incederet.
Et inde laciniosus.a.um.idest laceratus vel panno
sus.vnde Hiero.in expositione super Esa. Qui pre
cunctis laciniose legis cerimonijs dedit preceptuz.
et inde lacinio:as.idest euellere:lacerare,bell are:vel
bellicare .Sua peccata veteris vite:a lacerando:id
est vestes laceratas . Allegorice. In ecclesia docto-
res et prelati et sacerdotes sanguinem iustoꝝ effun-
dunt:qui iusti esse possent,nisi eoꝝ negligentia depe
rissent:vnde Ezech.iij.c.et.xviij.et.xxxiij.Si non an
nunciaueris impio iniquitates suas:sanguinem ei'
de manu tua requiram. Actuum. xx. Mundæ sunt
manus mee a sanguine omnium vestrum etc. xliij.
dist.Ephesijs:extra de of.or.irrefragabili:vbi de hoc
in glos.i.Sanguis aũt:idest peccatum subditoꝝ cul
pa sacerdotum et prelatoꝝ effunditur:et sepe qui vi-
debantur iusti exemplis prelatoꝝ:et doctrina praui
tatis peruertuntur:et peccati sanguine polluti mo-
riuntur:vnde sacerdotes et prophete ceci errant in
plateis dum spatiosam et latam viam que ducit ad
mortem, apprehendunt : et angustam que ducit ad
vitam.Matth.vij.et Luce.xiij.non introeunt : nec
alios introire permittunt.Matth.xxiij. Et hoc est
quod premissum est.Sanguinem iustoꝝ effuderũt
in medio eius:id est ecclesie:que est Hierusalem ve-
ra et mater nostra.Gal.iiij.de.cõ.di.iiij.mater eccl'a.
Hi. quũ dei templum sanguine suo polluti intrare:
nequeũt tenent lacinias suas:vt quiz cecus ceco du
catum prebeat:ambo in foueam cadant.Matt.xv.
Luce.vj.et.xxxvij.dist.§.si.Hoc deplorat propheta,
immo electoꝝ concio tota:q in spatiosam viam am
bulantes:et veterem vitam ducentes:vias vite non
apprehendunt:et suis se anfractibus impediũt.Ce-
ci se sequunt:qui Christum veram lucem.xxj.di.c.j.
versi.Acholyti.sequi dedignantur. Samech.Re
cedite:a nobis: Polluti.ne nos polluatis.Clamaue
runt:prelati.Eis subditis.Recedite:abite:ad consi
miles.Nolite tangere sacramenta dei. scilicet talis
locutio fm Hiero.non illuminat cecum : non sanat
egrotum:non curat infirmum:sed magis occidit at
que in desperationem cadere periclitantem permit
tit.xlv.d.recedite.Iurgati quippe:pro tali correctio
ne.Sunt:et commoti sunt. ideo Dixerũt inter gẽtes
gẽtiles.inter quos p tales nomẽ dñi blasphematur.
lxv.dist.de Iudeis. Non adijciat(alias addet)vltra
vt inhabitet in eis,vbi non est pax vel concordia.
xxiiij.q.i.§.si autem. Recedite:sepe in ecclesia ce-
ci et polluti nequeunt ingredi templum dei viui : et
sacri s patrici patre mysterijs.xlix.dist.hinc etenim.
quos alij,quamuis et ipsi polluti:quasi zelo dei de-
spiciunt:qui iusti videri appetunt:quia nondũ ma
nifesti sunt:vnde erecto supercilio obiurgantes di-
cunt.Recedite a nobis et sacramentis dei . Ite ad
eos quorum consortes estis.Nolite tangere sacro-
sancta quibus indigni estis.his et huiusmodi alios

criminando

criminandoiustos se ostendere conantur:inde sepe
lites generantur:quia non fm deum corrigunt: sed
alijs oppressis sanctiores videri cupiunt. Unde sub
ditur. Jurgati sunt quippe ꝛ commoti sunt. prius
enim commoti iurgantur:deinde acrius commouē
tur:quia non stant in illo qui idem est, ꝛ eū relique
runt qui est pax vera. Joan. xiiij. preterea subditur in
ter gentes nō adiecit vltra ꝛc. quia vbi pax ꝛ con
cordia non est:deus esse non potest. ps. lxxv. quia fa
ctus est in pace locus eius. Inter gentes namq per
tales nomen dei blasphematur. xlv. dist. de Judeis.
Ayn. Facies dñi, ira vel vidicta. Diuisit eos. Ite
maledicti in ignem eternum. Mat. xxv. diuisit inqꝫ
a pietate:sanctorumqꝫ tandem non pereunt. de pe. dist.
ij. §. hec itaqꝫ. versi. firmum alias est. c. ꝛ. versi. nullus
alias est. c. Non adijciet (alias addet) vt respi
ciat eos, scilicet miserando: vnde respexit dñs Pe
trum. Luce. xxij. vbi Augu. de consensu euangelista
rum. Mihi videtur illa respectio diuinitus facta.
Et sicut dictum est. Respice ꝛ exaudi me dñe deus
meus ꝛc. ꝛ ibi ps. vj. Conuertere dñe: ꝛ eripe aīam
meam. Ita dictum arbitror conuersus dñs respexit
Petrum ꝛ Beda. Respicere nāqꝫ eius: est misereri
quia non solum quā agitur penitentia: verumetiā
vt agatur:dei misericordia necessaria est. ꝛ Ambros.
denique quos Jesus respicit:plorant delictum ꝛc. Fa
cies sacerdotum:quoꝝ facies reuerenda ꝛ dignitas.
lxxxiij. distin. pastor. Non erubuerunt illi de populo
quibus presentibus ꝛ corrigentibus peccauerunt.
Nec senum:dicentium quis infirmatur: ꝛ ego non
infirmor. ij. ad Cor. xj. ꝛ. vij. q. j. §. hoc aūt. Miserti
sunt:quantum sit miseranda senectus prophetarum ꝛ
sacerdotū. Facies ꝛc. Quidā in ecclesia dei timoꝛ
abiecto facies sacerdotū nō erubescunt:quia facie dñi
ꝛ ab ira vultus eius diuisi sunt ab his q vocati sunt ad
vitā:neqꝫ miserti sunt senū prelatoꝝ scilicet, qui oībꝰ
eis ɔdolentes condescendunt. Nota qꝫ terribile sit
sacerdotes contemnere:nec faciem eorum erubesce
re:de eis illis monentibus ꝛ videntibus a sceleribus
non cessare. de his enim dñs dicit Luc. x. ꝛ. xxi. di. in
nouo. Qui vos audit:me audit. vbi Cyrillus. Per
quod docet quicquid per sanctos apostolos ecclesie
dicitur, acceptandum esse quia qui illos audit: ꝛ chri
stum audit. Ineuitabilis est ergo pena illis qui apo
stolos ꝛ coꝝ successores contemnunt. vnde ꝛ sequit.
Et qui vos spernit:me spernit. viij. q. j. qui. vos. Be
da. Ut scilicet in audiendo quisqꝫ vel spernendo euā
gelij predicatorem, non viles quasqꝫ personas. sed
dñm saluatorem immo ipsum patrem spernere se vel
audire disceret. nam sequitur ibi. Qui aūt me sper
nit:spernit eum qui me misit. quia in discipulo ma
gister auditur:ꝛ in filio pater honoratur. Ibi etiam
Aug. de verbis dñi. Si aūt sermo dñi ad vos quoqꝫ
peruenit:ꝛ in eo loco nos constituit, videte ne sper
natis nomine ad illum perueniat quod nobis fece
ritis. Hec aūt amissio de qua hic loquitur:plene fiet in
iudicio:dicente dño Mat. xxv. Ite maledicti. Et no
tandum qꝫ supra sacerdotes quasi homicidas plora
rit ꝛ hic separantur a facie dñi que non dederint
eis quāuis enim mali sint non sunt contemnen
di:sed ille in illis colendus ꝛ honorandus in quo
missi sunt xxx. di. sz. j. q. j. non quales. ꝛ. §. proceden.
hoc ergo cum. cap. sequenti. vsque ad §. fi. Phe.
cum adhuc subsiste remus:in carnean fide. Defece
runt a vero lumine oculi nostri: intentiones terre
nis insistentes:sicut oculi coruini vel vulturini. non
columbini:columbaꝝ. Can. iiij. Que resident iuxta
fluenta plenissima scripturarū. xxxvj. di. §. ecce in fi.
Ad auxilium nostrum vanum:mundanum. de quo
Esa. xxxvj. Baculus arundineus rex Egypti: ꝛ cā
xxiij. q. iij. §. j. facit de conse. di. j. omnis Christianus.
Cum respiceremus potentes:diuites literatos ban
cinantes. Attenti ad gentem:maledictus qui confi
dit in homine ꝛ ponit carnem brachium suū Hiere.
xvij. Que saluare nos non poterat:quia tu solus sal
uas dñe:quod alius non potest:quia ps. cxxiij. Adiu
torium nostrum in nomine dñi qui fecit celum ꝛ ter
ram:ꝛ iterū ps. lxxxiij. Beatus vir cuius est auxiliū
abs te ꝛc. Cum adhuc:vox est in ecclesia plangen
tium:qui se vana spe iactauerunt secularibus nego
tijs occupati:sed mortis infirmitate aut qualibet tē
tatione preuenti:inueniunt se non solum deceptos:
sed etiam cecos:cum adhuc subsisteremus. Subsi
stit quisqꝫ qui dum viuit in carne:rectam fidem te
net etsi operibus non implet, sed aliqua tactus mo
lestia inuenit oculos suos defecisse:quos ad caduca
ꝛ labentia intenderat, vanum querens auxilium, q:
fm Grego. Qui labētibꝰ adheret: necesse est qꝫ cū
eis pariter collabatur. Sade. Lubricauerunt. ps.
xxxiiij. Fiat via illoꝝ tenebre ꝛ lubricum. Vestigia
nostra. non fixa supra petram Christum. xix. dist. ita.
In itinere platearum nostrarum:voluptatum lar
garum. Appropinquauit, dum secula complentur:
dum securis ad radicem ponitur. Matt. iij. ꝛ Luc.
iij. vbi Chryso. super Mat. Securis enim acutissi
ma est ira consummationis qui totum precisura est
mundum:sed si posita est:quare nō precidit? quia ra
tionales sunt arbores:ꝛ in potestate habent facere
bonum aut non facere:vt videntes ad radices suas
positam esse securim timeant:ꝛ faciant fructum. Er
go denunciatio ire que est securis posita: etsi malis
nihil agat:tā a malis segregat bonos. Finis noster.
retributionis. Completi sunt dies nostri. sicut cōple
tis peccatis Amorreoꝝ venit finis eorum. Gen. xv
xxiij. q. v. §. hinc notandū. Quia venit finis noster.
Lubricauerunt hoc quoqꝫ in ecclesia iure plangi
mus:dum eos qui voluptuose ꝛ splendide viuunt
respicimus, plangimus eoꝝ lasciuiam qui lubricam
sectantur viam:quia non sunt fun. super fir. me. Hāc
se euasisse gaudebat Dauid dicēs. ps. xxxix. Statuit
supra petram pedes meos ꝛ direxit gressus meos ꝛ
alibi ps. xvij. Qui perfecit pedes meos tanqꝫ cer
uoꝝ. Coph. Velociores fuerunt persecutores no
stri. heretici demones tyranni ecclesie. Aquilis celi.
doctoribus. xxiiij. q. j. qm ve conse. dist. ij. est corpus
post. c. est cibus. Super montes:in specula regimi
nis positos. Persecuti sunt nos percutiam pasto
rem ꝛc. Matt. xxvj. vbi Hiero. Percutitur pastor
bonus:vt ponat animam suam pro ouibus suis: ꝛ
de multis gregibus erroꝝ fiat vnus grex: ꝛ vnus
pastor. Est aūt duplex persecutio. Bona qua apo **Persecutio duplex.**
stolus tradidit Corinthium Sathane: vt spiritus
eius saluus esset. j. ad Cor. v. ꝛ simile. j. Timo. j. xj. q.
iij. audi in die dñi. Et Christus flagellat Judeos.
Matt. xxj. j. q. iij. ex multis:de qua ps. c. Detrahē
tem secreto proximo suo hunc persequar. Alia mala
qua rex nequissimus persequebatur Heliā. iij. Reg.
xviij. ꝛ. xix. ꝛ mali persequuntur bonos xxiij. q. iiij.
qui secundum:de vtraqꝫ. eod. causa ꝛ. q. qui peccat.
In deserto monachis ꝛ eremitis. Hiere. x. Visita
bo super omnes qui attonsi sunt in comam habitā
tes in deserto. Insidiati sunt nobis:demones ꝛ he

retici. Velociores. Plangit propheta persecutio-
nes ecclesie:cuius persecutores aquilis velociores
sunt immundi siquidem spiritus velociores sunt ne
quitia fraude et agilitate vane ad lacerandum et de
uorandum:ꝗ aquile celi:idest predicatores ad eripiē
dum:velociores enim sunt aerie potestates: quia nō
est potestas super terram que comparetur eis. Job.xli.
Super montes persecuti sunt nos:quia dum ad ec-
clesie regimina extollimur,acrius eos ad persequen
dum incitamus:nec in specula sedis apostolice po-
siti sunt securi:quia quos super montes eleuatos vi-
dent vt ceteros diligentius inspiciendo conseruent
et ad culmina virtutum prouocent:tanto ardentius
et audacius infestant. In deserto. insidiati sunt no-
bis. Per desertum vita monastica vel eremitica que
in desertis et in solitudinibus agitur,designatur.xviii.
q.ij.luminoso:ubi ne in dei seruorum recessibus. versi.
de hoc.et.xvi.q.j.si cupis:contra quos quasi athle-
tas fortiores et inuisibiles:seuiunt hostes. Unde in
vitis patrum legitur quod quum diabolus in quodam
templo visitaret alios demones:omnes fecit verbe
rari,quia parum maleficij videbatur ei quod fece-
rant:post vnus demon adueniens,dixit se xl. annis
in eremo quendam monachum impugnasse : et vix
nocte illa eum compulit fornicari:tunc diabolus sur
gens et osculans eum imposuit ei coronam suam:se-
cumque sedere precepit dicens eum magnum quid fe
cisse. Quantis vrgemur malis:in occulto instant in
sidiae:in aperto super montes seuit persecutio:vt pa-
stores deijciat,oues sternat. Inde sequitur. Spiritus
oris et c. Res. Spiritus oris nostri et c.de quo spi-
ritu.ps.l. Spiritum rectum innoua et c. Oris nostri.
corde creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad
salutem. Roma.x.xi.q.iii. nolite. Christus dei filius.
Dominus:qui non fecit peccatum.j. Pet.ij. Captus est:
quasi totius miserie solatium. In peccatis nostris,
in Christo speremus:illum imitemur : qui captus est
pro peccatis nostris. Cui diximus. In vmbra tua:
refrigerationis.ps.xvi. Sub vmbra alarum tuarum
protege me. Ala glos.misericordie et caritatis. Viue
mus. In gentibus:adunati. Gentibus:vt fiat vnum
ouile et vnus pastor. Jo.x.extra de bap. licet per gre
cos. Pascasius. Sicut ex hoc aere ducimus spiritū
quem ad ipsum reducimus et inde viuimus. Ita ho
mo interior per fidem spiritum dei attrahit et inde
viuit,quod bene facit:quod orat:quod cogitat,de-
nique omnia bona sua ipsi adscribēdo reddit. Spi
ritus:Christus dominus cuius doctrina:cuius gratia:cuius
sanguis est nobis spiritus et vita. In nostris non in
suis peccatis captus est.ps.lviij. Quia ecce ceperunt
animam meam:irruerunt in me fortes. Et sequitur.
Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine si-
ne iniquitate cucurri et direxi:et iterum ps.lxviii. Que
non rapui tunc exsoluebam. Spiritus enim dicitur fi
lius dei:quia deus est:et deus spiritus est.j. Joā.iiij.
Humanitas insinuatur quum subiungitur : Chri-
stus dominus.extra de sacra vnc.c.vnico. Quia enim vna
persona est deus et homo:extra de here. cum Chri-
stus:vbi Christus capitur:deus capi dicitur. Spiri-
tus oris nostri bene Christus dicitur quia quem in
corde credimus:ore confitemur,sed eorum proprie vox
ista est,qui ita in ore habent verbum veritatis:quod
Christus est:sicut et in corde:quia ex abundātia cor
dis os loquitur. Matth.xij. Unde et Petrus ore ne
gando se discipulum Christi:mortaliter peccauit:si-
cut et legitur et no.xj.q.iii.non solum. Hic Christus

captus est pro nostris peccatis:vt nostra peccata de
leret. Cui diximus. In vmbra tua viuemus in gen
tibus et c. quia ipse est expectatio gentium : et semen
Abrae in quo benedicentur omnes gentes. Galat.
iiij.i hoc credebat propheta:corde et ore proferebat
in vm.t. Venturus enim erat,vt cum gentibus Ju-
deos saluaret. Unde per futurum dixit viuemus:qui
peccatis mortui eramus. Sub vmbra passionis nos
protexit:quasi alis in cruce extensis. Caro eius no-
bis vmbra fuit quia estus nostre mentis refrigera-
uit:et varios estuum passiones temperauit. Sub vm
bra istius apostolorum vmbra sanabat infirmos.
Actuum.v. Hec vmbra totum nunc illuminat mun
dum. Jo.j.xxi.di.c.j.versi. Acholyti:quamuis adhuc
per vmbram sui corporis:idest ecclesie.xxiii.q.iij pro
membris:videamus eum non facie ad faciem. In
hac vmbra refrigerati ab estu vitiorum. Luce.j. Virtus
al.obumbrabit tibi.spe viuimus. Syn. Gaude et
letare:ironice:gaudium hypocrite ad instar puncti.
Job.xx. Filia Edom.terrena vel sanguinea ecclesia
malignantium:sicut in Christo spes sanctorum et exul
tatio:atque malorum confusio et damnatio. Que habi-
tas.pertinaci studio. In terra:non in celo. Hus con
siliatoris:scilicet diaboli. Ad te quoque,sicut Hierusa
lem:vnde qui acceperit gladiū,gladio peribit. Mat.
xxvi.xxxiij.q.viii.§.j. Perueniet calix Babylonis
qui inebriat oēs gētes:et est calix ire dei. Apoc.xiiij.
Inebriaberis atque nudaberis:virtutibus:de hac ma
la nuditate Abacuc.ij. Ve qui potum dat amico
scilicet mittens fel suum et inebrians vt aspiciat nu
ditatem eius. Exod. xxiij. Agent tecum in odio : et
tollent omnes labores tuos:et dimittent te nudam.
Naum.iii. Ostendam gentibus nuditatem tuam.
Ezech.xvi. Nudabo ignominiam tuam coram eis:
et videbunt omnem turpitudinem tuam. Aug. Nu
dabitur pectoris mei conscientia:et aperto corde vi
debuntur litere peccatorum:que stilo ferreo in vngue
adamantino. Hiere.xxvij.in princi.scripte sunt.atque
vniuersa expectantium multitudo leget in pectore
meo signatas imagines peccatorum . Apocal.xvii.
Odient fornicariam:et desolatam facient illam et nu
dam. Hiero. Omne tempus vite nostre consumimus
expoliantes dominam:scilicet animam et ornantes ancil
lam:scilicet carnem. Et ideo beatus qui vigilat et cu
stodit vestimenta sua:ne nudus ambulet:et videant
turpitudinem suam. Apoc.xv.vide in vlti.versi.qui
sequitur. Attribuit propheta vnicuique parti quod
conuenit:vt scilicet Syon afflicta ecclesia iustorum nō
desperet.et filia Edō synagoga peccatorum non insul-
tet. Et est notandum ad quantam altitudinem Hie
remias conscenderit.vnde quasi de specula dilatato
corde agones huius seculi considerat. Nunc simul
omnes:nunc singulos:nunc Judeorum casus de-
plorat:nunc ecclesie luget detrimenta: mox pertur-
bationem dolet:nunc restaurationem Hierusalem et
gloria intuetur.et ecclesiam exaltandam gloriatur.
cum victoribus gaudet.cum victis luget. Denique
omnem sexum:omnem etatem:prelatos et subditos
tanquam vnus sit in omnibus:singulis personis singu
la lamenta impertitur.et semper nouas lachrymas
fundit dum alternatim nouas personas inducit:ad
vltimum dominum nostrum Jesum Christum esse captū
pro peccatis nostris testatur:non tū omnes a morte
redemisse prope finem ingemiscit:et eorum qui cōuersi
sunt finitam esse malitiam gaudet:eos vero qui san
ctos persecuti sunt:pro iniquitatibus puniendos

esse

esse affirmat: quum eorum detegentur peccata. Hinc intelligendum est quia in scripturis sanctis nihil aliud est principaliter quam lamentationes que frequentande sunt in hoc seculo, et carmen quod cum angelis cantabimus in celo et ve. Ezech. ij. quod filii Edom vlulabunt i inferno. Lugeamus ergo cũ Hieremia in hoc seculo: ne vlulemus cum filijs Edõ in inferno. Fugiamus gaudia presentis vite: q2 presentis gaudia sequuntur perpetua lamenta. Hanc charissimi letitiã fugite, si illic flere formidatis. Gre. et manus carmina vt cum angelis cantare possumus perpetuum alla. Alla interpretatur laudate deum: et est vox gaudii, quod signat ineffabile gaudium angelorum et hominum eterna felicitate letantium. Cassiodorus. Vox ista scilicet Alleluia est quasi musica salutaris, harmonia celestis, que non solum homines sed angelos delectat. Apocal. xix. Tob. vltimo.

Gaude Edom et Babylonia idem significant. Due enim ciuitates ab initio seculi significantur. Altera Hierusalem, altera Edom que et Babylon: de quibus beatus Aug. librum de ciuitate dei fecit. Altera cum propheta plangit nunc et parturit. Altera cur plangatur nescit. Alteram Christus edificat. Alteram diabolus: qui per Nabuchodonosor significatur. Babylon est ciuitas perditorum: que inebriat omnem terram vino iniquitatis: vnde Hiere. lj. Calix aureus Babylon in manu dñi inebrians omnem terram: de vino eius biberunt oẽs gentes: vide Apo. xviij. et ĩ. eo c. versi. hec est ecclesia: cum sequenti. Et ideo quiete sunt. Subito cecidit Babylon et contrita est: que et Edõ inebriata plangitur. Ideo dicitur ironice. Gau. et le. fi. Edom. Edom sanguineus vel rubeus interpretatur. Hic est populus qui carnis vitia sectatur et sanguinem. i. peccatum tangit. Osee. iiij. Unde sequitur. Que habitas in terra Hus. Nisi. n. in terrenis mentem posuisset anebriari vel virtutib[9] spoliari non posset. Hierusalem aũt sursum est cuius conuersatio in celis est. Gal. iiij. Phi. iij. Ve. n. habitantibus in terra. Apoc. viij. in fi. Edom vero: idest ecclesia carnalis in membris, licet gaudere et letari videatur: aureo populo inebriatur: et in furore dñi nudatur virtutib[9]: que sunt anime velamina: de pe. di. ij. §. Romanos. c. sed nec. calla: quia decreuit non solum in terra conuersari sed in terra Hus: idest consiliatoris diaboli, qui scilicet peruersa suggerit consilia, contra angelum magni consilii. Esa. ix. sicut suggessit Eue. Gen. iij. Nam et Edom terrenus interpretatur: in quo designantur qui terrena sectantur: diaboli decepti consilio: vnde ad eos peruenit aureus calix: et nudantur gratia dei. Thau. Completa est. finita, vnde Esa: xl. Dimissa est iniquitas illius. Filia ecclesia. Syon speculationis. Non adijciet (alias addet) vltra. Plantati in domo dñi in atrijs dom[9] dei nostri. ps. xcj. Non adijciet vltra vt transmigret te: quia immutabili immutabiliter adhesisti. Visitauit puniendo. ps. lxxxviij. Visitabo in virga iniquitates eorum et c. Iniquitatem tuam: non creaturam suam. Filia Edom: ecclesia malignantium: terrena, sanguinea, discooperuit peccata tua. Naum. iij. Reuelabo pudenda tua in facie tua que confiteri noluisti. Completa est. He sunt: vt dixi, due ciuitates que ab initio construuntur. Syon que Hierusalem per Esaiam. xl. c. dicitur q[9] completa sit malitia eius: et dimissa iniquitas illius secundum illud ps. xxxj. Beati quorum remisse sunt iniquitates et c. vide de pe. di. nisi ille rex. Unde leta promissio subiungitur. Non adijciet: vt transmigret te. Quum enim facto iudicio iniquitas cessauerit: et plena requies adfuerit: nulla eius mutatio erit, sed visitabit Edom non remittendo, puniendo, dicendo. Ite maledicti in ignem eternum. Mat. xxv.

Quod prelati in ecclesijs debent residere nedum inferiores: sed episcopi. De multiplici coronare multiplici effectu gratie: et de predestinatione. Cap. 8.

Recordare. Hec lamentatio que est oratio Hieremie que fuit exposita in princi. lamentationum: et hic iterum exponitur a quibusdam canticum appellatur. Nam et lamenta cantica dicuntur: et econuerso. Sicut enim in presenti fine miserijs nulla sunt gaudia: ita sine lamentis aut pauca aut nulla sunt gaudia, vel cantica. Monachi tanquam psalmum decantant. Vera autem cantica in celesti Syon decent. ps. lxiiij. Te decet hymnus deus in Syon. Lamentationes in exilio. Iure tamen ante quam ad patriam veniatur ad quam properatur: quasi in meditullio carmina fletibus et econuerso permiscentur: dum presentia mala planguntur: et gaudia futura sperantur. Recordare Hieremias fratrum amator et populi Israel qui multum orat pro populo et sancta ciuitate. ij. Machabeo. vlti. pro omnibus lamentans: ecclesiam ad lamentationem quia tribulata est et minorata temporaliter et spiritualiter: inuitat. Unde dicit. Recordare: ea papa iudicij eius misericordiam implorat. Recordare: qui oblitus videris: dum non vlcisceris Quid acciderit: quam magnum quam crudele. Nobis: quasi non meritis. Intuere: cum misericordia. Et respice: cum effectu. Opprobrium nostrum. ps. lxxviij. Facti sumus opprobrium vicinis nostris. Hereditas nostra: Historice. Iudei in captiuitatem Chaldeorum ducti: tropologice scriptura versa est. Ad alienos: demones. Domus nostre: intelligentia scripture vel mẽtes. Ad Extraneos: infideles. Pupilli: quibus debes esse adiutor. ps. ix. Pupillo tu eris adiutor. Facti sumus absq3 patre: deo pro peccatis nostris offenso. Matres nostre: ecclesie: vel fides spes et charitas. Quasi vidue: quasi vir habentes verum cultorem. Recordare: vox martyrum et tribulatorum in ecclesia est: qui tormentis et pressuris afflicti clamant. Quum enim in presentia nõ vlciscatur mala que fiunt intra ecclesiam deus: oblitus videtur. ps. xij. Usquequo obliuisceris me et c. et alibi. Obliuisceris inopie nostre et tribulationis nostre. Sed ad hoc Anacletus papa respondet. Si omnia in hoc seculo vindicata essent: locum diuina iudicia non haberent. vj. q. j. si omnia. Intuere et respice. Idem est: sed iterato, affectionis indictum est. hoc enim affecta legendum est. Hereditas, heretici et falsi Christiani hereditatem ecclesie aut demonibus aut prauis institutionib[9] tradiderunt, scriptura enim hereditas est fidelium: hanc vertunt: qui a deo alieni sunt, et sensu: et ingenio eam credentes intelligere: peruertunt a communi intellectu ecclesie discedentes. xxxvij. distin. relatum. xxiiij. q. iij. heresis. et cap. transferunt. Domus nostre: idest mentes humane ad immundos spirit[9] peccando trãseunt. Pupilli: vere pupilli et orphani sunt hodie quodammodo Christiani. Absq3 patre consolatore: idest prelato in spiritualibus nutritore.

Sacerdotes enim & prelati qui patres vocantur.iii.q.v.omnes qui.vj.q.j. sacerdotes.&.c.insanies: filios excoriant & occidunt.xciij.di.diaconi.v.ix.q.iij.§.de his:cum.c.seq. vsq; ad finem questionis. Matres nostre quasi vide ecclesie que nos nutriunt lacte spirituali:de con.di.iiij.mater ecclesia.a pastoribus viduati fugientibus vel negligentibus non possunt deo filios generare. Notorium enim est hodie q raro prelati maxime episcopi resident in ecclesijs cathedralibus:sed nunc per curias principum contra iura vagantur:maxime quum ab eis temporalia nō tenent.xxiij.q.viij. quo ausu.&.§.ecce & extra de ap. cum parati:vbi de hoc:& eorum tractant negotia tēporalia & procurant,contra iura.lxxxviii.di.c.j.c.episcopus.c.prelatum,& extra ne cle.vel mo.per totum. Aut in laribus paternis habitant prope sanguinem & carnem:dicentes. Pater & mater noui vos.quum econtra deberent dicere Deutero.xxxiij.xciij.di. diaconi.v. Aut in curia Romana trotant post equos cardinalium:adde quod scripsi.j.in.c.x.in.§.postq̄ in fi.serui ibi effecti & mercenarij: quum in suis episcopatibus essent liberi domini & maiores: vt ambiant amplius,& habeant de honore terreno, non contenti terminis suis:quum habeant vltra condignum contra iura.j.q.j.principatus.&.c.nullus itaq; &.q.vj.sicut is,&.q.vii.sancimus,&.xlj di.miramur, &.viij.q.j.in scripturis,&.c.sciendum,&.c.qui episcopatum. Aut per mundum vagantur suas ecclesias deserentes:nec de animabus subditorum aliquam curam habentes: contra illa omnia iura. vij.q.j.sicut vir.ibi. Episcopum vero oportet opportune & importune atq; sine intermissione ecclesiam suam docere:eamq; prudenter regere & amare &c.&.c.qualiter.ibi. Ne diutius gregi fidelium desit pastoralis custodia,&.c.quamuis.ibi. Ne ergo languescente pastore grex (quod absit) insidiatoris lacerandus dentibus exponatur:vel ecclesie ipsius vtilitates depereāt. &.c.peruenit:vbi est expressum,&.c.placuit,&.c.si quis &.c.eam de diocesi:extra de cle.non resi.ex tue: & expressum:in eo.tit.in.c. qualiter.& de transla.episcopi inter corporalia.§.sicut autem:& de renun. nisi cum pridem.§.verum.ibi. Non debes deserere sponsam, tuam:cui desigendo manum apud extraneum te fide media copulasti. Immo nec longam peregrinationem potest facere episcopus sine licentia pape extra de vo.& vo.re.magne.§.preterea:in fi. Sed quia prout cōmuniter, hodie oēs prelati mercenarij sunt: querentes que sua sunt non que Christi. Phil.ij. viij.q.j.sunt in ecclesia:non pastores lucra animarū querentes.xxiij.q.iiij.tres personas. Ideo fugiunt ab ecclesijs:& non est eis cura de ouibus: sed est eis cura de lana & lacte & carnibus. Nec curant si greges eorum demonibus lacerentur:extra de elec.ne pro defectu.vij.q.j.§.hoc tunc. Quum & ipsi demones visibiles eos lacerent excoriando:vt supra dictū est.ij.c.Thren.in litera Beth.v.c. Aquam nostram, doctrinam salutarē.Eccli.xv.& aqua sapiētie sal.po.&c. Pecunia cōparauimus.cōtra illud Esa.lv. Qui non habetis argentum properate emite &c. Et ligna nostra:ecclesiastica sacramenta calefacientia animam: sicut fax accensa.xv.q.si.c.si. Precio cōparauimus:a sacerdotibus simoniacis.j.q.j.cum ordinaretur.&.q.iij.saluator:&.c.ex multis:&.c.non solum. Contra sacerdotes dicit hoc: qui faciunt domum dei domum negotiationis:vt pre.c.nō solum.Esa.lvj.Mat.xxj.Mar.xj.Luce.ix.Jo.ij.qui sacramenta vel doctrinam.& dona dei pecunia distrahunt.j.q.j.gratia.&.c.cito turpem:&.c.qui studet. Ceruicibus:percussionibus. Nostris minabamur:idest ducebamur a persecutoribus. Lassis in peccatis. Non dabatur requies:quia nullus malus sabbatizare potest.i.requiescere:quia nunquam illi sua conscientia requiescit, fm August.

Deplorat ecclesia q martyres a persecutoribus colaphizātur:ligatis ceruicibus trahuntur: de loco in locum sine requie fugere cōpelluntur. Uel quia dictū est Mat.v.Luc.vj.&.xxxij.q.j.§.j. Siquis percusserit in vnam maxillam &c.melius ceruicem superbiā accipimus:qua ferimur & fugamur,quum ex cōscientia reatus pertimescimus: quia deus humilia respicit:& alta a longe cognoscit.ps.cxxxvij.quo considerato nō est requies:quia vita carnalis laboriosa: spiritualis quieta q: sub iugo dñi. Egypto. Egyptus interpretatur tenebre vel angustia vel tribulatio:potentioribus qui curis diuitiarum obscurantur. Dedimus manum:quasi vincti: & Assyrijs Assyrij interpretantur sustollentes vigilas dñi: dirigentibus se ad lucra seculi. Ut saturaremur pane:caducis rebus transitorijs.j.Regum.ij. Repleti prius pro panibus se locauerunt &c. Ecclesia lamentatur q etiam ministri altaris pro terrenis rebus dant manus Egypto,potentioribus qui diuitiarum vel delictorum tenebris obscurantur. Egyptus enim tenebre interpretatur:& Assyrijs:idest dirigentibus qui se scilicet ad omnia mundana dirigunt: vt diuitijs affluant:honoribus excellant quibus seruiunt ministri Christi pro caducis & transitorijs: & sic luminaria mundi scilicet rectores ecclesiarum.xciij.di.sacerdotes:tenebre facte sunt:qui manus ad celum deberent leuare,& cum Moyse ad celum tendere ne fiant graues.Exod.xvii.xxxvj.dist.c.vlti. vnde ps.cxxxiii. In noctibus extollite manus vestras in sancta & be.dño. Patres nri:ecclesia.ps.xliiii. Pro patribus tuis &c.lxviii.di.quorum vices: vel Adā vel Eua.de pe.di.j.sicut primi. Peccauerunt. Patres nostri comederunt vuam acerbam:& dentes filiorum obstupescunt.Ezech.xviij. Et non sunt. Rachel plorās filios mortuos noluit cōsolari:quia non sunt. Mat.ij.quia mortui. Et nos iniquitates eorum portauimus: idest peccatum originale:de con.di.iiij.c.ij.&.c.seq.&.c.non ex quo. Uel penam culpa sacerdotum: vox est Christiani populi qui sacerdotum & principum peccatis flagellatur dicentis. Patres nostri peccauerunt,quasi non sunt qui debuerant:& nos iniquitatem eorum por. Non tn̄ de presumat.q: pro merito plebis est electio pastoris.ij. q.vij.c.j.&.§. item quod dicitur vj.q.j.ex merito.viii.q.j.audacter:neq; imitatoribus.lxxxvj.distin.facientis.xxiij.q.iiij. ita plane.ij.q.pri.votum:culpa minuitur: sed augetur vnde Cayn septies punitur. Lamech septuagesies septies.Gene.iiij.xxxj.q.j.quomodo. Post preceptum enim & exemplum supple bonum, maior est peccantis pena sicut & peccatum. Potest etiam hoc referri ad originale peccatum: cuius tabes in omnes transit. Et non sunt:peccatum enim nihil est: & qui peccat nihil est:de peniten.distin.ij.§.fina.quia reiecto vero esse,voluit non esse:idest peccare. Non dixit patres peccauerunt & non est peccatum eorum. Filijs.n.defunctis manet peccatum:& pena peccati. Sed postq̄ peccatum in baptismo remissum est:vnusquisq; punitur pro proprijs malis:aut remuneratur pro bonis:extra de sum.trini.cap.j. Sciendum q triplex est pena: eterna, corporalis, & spiritualis. Eterna pena

Margin notes: In epos non residentes. — Pena triplex.

nunquam punitur vnus pro alio. Exo. xvij. j. q. iiij. Iudei. Corporalis pena duplex est. Una circa corpus: & illa sepe punitur vnus pro alio. j. q. iiij. §. item peccato ciuium. Alia circa statum rei vt est seruitus, vel infamia: & illa sepe punitur vnus pro alio filius pro patre. vj. q. j. siquis. Alia est etiam pena temporalis: & illa sepe punitur vnus pro alio: extra de here. vergentis. Est alia pena spiritualis: & hec quadruplex: scilicet Excommunicationis: & nunquam hac punitur vnus pro alio. xxiiij. q. iij. si habes. Alia interdicti. Alia remotio ab oblationibus. Alia remotio ab ordine: & his tribus sepe punitur vnus pro alio. et de hoc plene no. j. q. iiij. in summa. xxiiij. q. iij. in summa: extra de his que fi a ma. quesiuit.

Serui demones vel heretici, vel mali prelati serui peccati. Joan. viij. dominati sunt nostri qui debuerunt seruire. Non fuit qui redimeret. ps. vij. non est qui redimat neqz qui sal. fa. si deus non vult: alius non potest redimere: nisi Christus qui seipsum dedit in precium. Ephe. v. Serui &c. Plorat gens sancta populus acquisitionis: extra de elec. fundamenta. lib. vj. spirituales nequitias, que suam perdiderunt libertatez. Dominantur nostri & affligunt tur seruitute peccati. Uel serui peccatorum in ecclesiarum regimine constituti: in eos quos dominus redemit luporum vtuntur rabie: non canum defensione. xliij. dist. sit rector. Luctus ergo penitentium est: qui laqueos Sathane euadere cupiunt: cuius dominio subiugati sunt per peccatum. In animabus desiderio animarum: quasi di. quam indigna patimur quam crudelia: quam miseranda. Nostris, afferebamus panem nobis, afferebamus scripturarum virtutum panez, qui de celo descendit. Joan. vj. de con. dist. ij. omnia. A facie gladij in deserto, ab impugnatione diaboli insidiantis, qui cecidit de celo Esa. xiiij. de pe. di. ij. principium, & habitat in deserto: in corde a deo derelicto. Matth. xij. & Luce. Pellis nostra: mortalitatis. Quasi clibanus: diaboli. Exusta est. flatu diaboli sabri sufflantis prunas. Esa. liiij. A facie tempestatum famis: spiritualis: que est quasi turbo tempestatis. Plangitur pellis nostra quasi clibanus exusta: qua primi parentes induti: de pe. dist. j. Adam. Gen. iij. de Paradiso sunt eiecti vnde singulariter pellis non pelles dixit, quia ex ipsis omnes contraximus vnaz pellem mortalitatis de cons. di. iiij. non ex quo. Hec fedata est quasi clibanus: id est diabolus qui est fornax viciorum: & quotidie nouis concupiscentiarum incendit vstionibus. Hac vstionis tempestate famis affligimur qui eterne vite epulis non reficimur. Mulieres in Syon humiliauerunt, corrumpendo: quoties peccatorum feditate grauamur: & de Syon altitudine ad humilia corruimus. Mulieres: idest anime nostre. In Syon idest in culmine ecclesie leuate humiliantur humi demones. Et virgines in ciuitatibus Iuda: non furtim sed publice. Uirgines fidelium mentes sunt deo dicate. Ciuitates in quibus humiliantur: diuersi sunt gradus. Alia enim est professio sacerdotum: alia leuitarum, alia monachorum, alia virginum, alia viduarum, alia coniugatorum. In singulis sunt alique pure virgines: alique propositum non seruantes deuirginantur. xxvij. q. j. que Christo. & cap. impudicas. cum. iiij. cap. sequen. Uel iste sunt virgines, fatue corpore: non mente. xxxij. q. v. si paulus. Isidorus. Uirgo carne non mente nullum premium habet in remuneratione. Bernard. Sine humilitate audeo dicere: nec virginitas Marie deo placuisset. Augusti. Non dubito preferre mulierem superbe virgini. Principes manu suspensi sunt. Doctores sancti ecclesie hostium manibus ad alta suspenduntur: quando intentionem boni operis deserentes, ad voluntatem hostium distrahuntur. Tales principes non vitiis principiantur: sed eis vitia. ij. q. j. scelus. Tales principes mala consilia dant & reprobanda. ps. xxxij. Et reprobat consilia principum. Principes mali suspendi mandantur a domino. Numeri. xxv. Tolle cunctos principes &c. vbi Grego. Hoc si homines cogitarent, principatus non ambirent, sufficit enim pro peccatis proprijs argui: & reddere rationem: quid necesse est pro peccatis populi ostentari contra solem? De istis principibus dixi supra. cap. ij. super litera Beth in verbo principes in. v. cap. Facies senum non erubuerunt: nulli. n. etati parcit: quia serpens callidissimus nec pueris miseretur: nec iuuenes reueretur: nec parcit senibus, omnem etatem & dignitatem vna tempestate inuoluit. Adolescentibus impudice: factum spurium & nefarium: vnde principaliter hostes adducuntur in odium. De isto execrabili vitio plene supra in ista oratione Diecemle super isto eodem verbo dixi secundo cap. Abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt suspensi in eo. quibus nec etas pepercit, Pueri stulti in ligno corruerunt qui in Christum in ligno pendentem. j. Pet. ij. credere noluerunt. Senes de portis defecerunt: senes scilicet quorum sensus sunt cani. lxxxiiij. distin. porro. mansueti & quieti: sed si deum offendunt: de portis deficiunt: de quibus dicitur ps. cxvij. Aperite mihi portas iustitie in his deficiunt dum scandalis fatigati iter rectum destituunt. Uel senes: idest predicatores defecerunt de portis vbi consueuerant predicare: vnde Amos. v. Odio habuerunt corripientem in porta. Iuuenes de choro psallentium: sanctorum. Iuuenes deficiunt de choro psallentium: quum in eis spirituale canticum deficit: quia non psallunt spiritu & mente. j. Cor. xiiij. xxxviij. distin. omnes psallentes. & cap. sedulo. Et a choro sanctorum alieni obliuiscuntur canticum domini dicentes. ps. cxxxvj. Quomodo cantabimus canticuz domini in terra aliena? de pe. di. iij. in talibus. Defecit gaudium cordis nostri. cessauit gaudium. quieuit sonitus letantium. conticuit dulcedo cithare: cuz cantico non bibent vinuz. Esa. xxiiij. ps. l. Auditui meo dabis gaudium &c. Cordis contriti & humiliati. ps. l. Uersus est in luctum chorus noster: harmoniam lugendi chorus virtutum. Uox est penitentium qui cor contritum & humiliatum deo offerunt. l. disti. ponderet: & quia habet sponsus: omne gaudiuz in luctuz conuertunt: quod Dauid recuperare volens, ait. Redde mihi leticiam salutaris tui &c. Quoties anima sagitta peccati vulneratur, gaudium eius dissoluitur: quum ad conscientiam reuertitur: & chorus virtutum in luctum com mutatur. quod in Asael recte figuratur. ij. Reg. ij. qui tanquam caprea velocissimus cursor erat. Unde dum incaute & precipitanter insequeretur. Abner, percussus in inguine: perijt. Sic animus qui velocissimus motus suos patientia & grauitate non moderatur: sepe in fornicationem mentis & corporis precipitatur. Unde in libro collationum. Jo. cassia, in collatione. ij. de castitate dicit sic Theremo. Quantum quis in leuitate & patientia cordis, tantum in corporis puritate proficiet: quantoqz longi

iracundie propulerit passionem: tanto tenacius castitatem seruabit. Non enim estus corporis declinabit, nisi qui animi motus ante compresserit. Quia beati mites: qm̄ ipsi possidebunt terram. Matth. v. idest. Non alias ditioni nostre rebellis huius corporis terra subdetur, nisi mens nostra prius patientie lenitate fuerit fecundata. Nec poterit quis aduersus carnem suam insurgentia bella libidinis comprimere: nisi prius carnis mansuetudinis instruatur. Chorus vertitur in luctum: quando in penitentibus virtutum chorus quasi harmonia lugendi deplorat quod amisit: & concentum sumit penitendi: vt post planctus & lachrymas redeat idē chorus ad gaudia: sicut dixit Sara deo Tob. iij. post lachrymationem & fletum, exultationem infundis.

Cecidit corona capitis nostri: honesti in ecclesia vel fulgidi moribus vel bone voluntatis. Ve nobis quia peccauimus: amissa corona. Tunc mens nostra corona virtutum decoratur: quum scuto bone voluntatis ornatur. ps. v. Scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Sed quum voluntas mutatur: quasi corona victoribus datur: secundum Maximum. Apoc. ij. Esto fidelis vsq; ad mortem: & dabo tibi coronaz vite. Corona amittitur: vnde sequitur, Ve nobis quia peccauimus. frustra enim in ceteris laboramus: si bona voluntate caremus. Unde super illud Luce. ij. Et in terra pax homi. bo. vo. dicit Grego. Ante dei oculos nunquaz manus vacua est a munere: si arca cordis plena est bona voluntate: nil quippe offertur dignius bona voluntate. Aug. xiij. de Trini. Pertinet enim iustitia ad bonam voluntatem. Sacerdotes etiam & virgines sunt quasi corona decoris ecclesie: quia illustrior portio gregis Christi. secundū Cyprianum: sed ij sepe cadunt vitijs labefactati. Fides quoq; dum integritatem amittit: quasi corona de capite cadit. Secundum Esa. etiā Christus corona ecclesie est: vnde qt Esa. xxviij. Erit dominus exercituū corona glorie. Hanc coronam ecclesia perdit: dum fides Christi perditur in quibusdam membris: vel prauis operibus maculatur. Per coronaz etiam capita ecclesie digne intelliguntur: quia corona in capite ponitur. ps. xx. Posuisti in capite eius coro. de la. &c. Isti sunt prelati q hodie cōiter a vita apostolica ceciderunt. Naz etsi teneant locuz apostoloz. lxviij. dist. quoz: & sanctoz: non tñ tenent eoz sermones, cōuersationem & abstinentiā: & opera xxxv. di. ecclesie principes. xl. di. non est facile. Et ideo contra ista coronata capita & mitrata dicitur Amos. vj. Ve vobis qui opulenti estis in Syon: id est in ecclesia: auro suffarcinati vestra timide reseruant: & aliena scilicet bona ecclesie non fideliter dispensantes. xij. q. ij. gloria. versi. Socrates. alias est. c. Et confiditis in monte Samarie in altitudine dignitatis que data est vobis ad custodiam subditoz: vnde & dn̄s se Samaritanum. i. custodem non negauit. Luce. xi. melius. Jo. viij. extra de sump. nonne. & Luce. ij. dicitur in persona prelatoz, Et pastores erant in regione eadem vigilantes: & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Optimates pompatice & sicut dn̄i procedentes nō se humiliantes: contra illud. c. di. cōtra more. Capita populoz hodie ex quo membra infecta. vj. q. j. ex merito: vere hodie in ecclesia adimpletur verbum Esa. j. c. & vide Hiere. vj. & viij. cap. Omne caput languidum: idest prelatus: & omne cor merens, tristitia mundi que mortem operatur. ij. ad Cor. vij. A planta pedis: idest minimis subditis: Usque ad verticem: prelatum superiorem. Non est in eo corpore ecclesie. Sanitas: spiritualis. Malach. iij. ibi. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitie & sanitas in pennis eius: & transferuntur hec verba. vj. q. j. §. verum. Quam infirma & vulnerata capita. pri. q. pri. ventum: hodie habeat ecclesia: experientia manifestat: & ideo Dum caput egrotat cetera membra dolent. Bern. Principis error multos inuoluit: & tantis obest quantis preest: ad hoc extra de vo. & vo. re. magne. Multi de cauda ad caput venerunt de humilitate ad dignitatem. j. Reg. xv. Nonne quum paruulus esses in oculis tuis: caput in tribubus Israel factus es? Et prout frequentius, dum sunt prelati in capite dignitatis: dimittunt caudam humilitatis. sicut Saul. Et ideo merito caput cum cauda perdunt. primum Regum. xxxi. Preciderunt caput Sauli & spoliauerunt eum armis. De isto malo capite & mala cauda. Esa. ix. Et disperdet dominus ab Israel caput & caudam incuruantem & deprauantem die vna. Longeuus & honorabilis ipse est caput: & propheta docens mendacium ipse est cauda. Potens quilibet de positione vel etiam morte deiicitur. Arma sunt carnalia, mundana sapientia, potentia: opulentia, que sunt arma hostis antiqui ad miseras animas captiuandas: extra de renun. nisi cum pridem. §. verum, quibus potentes in morte (ipsa est cauda) caput dum Saul preciditur: spoliantur. Defuit arma cum quibus Dauid contra Goliam pugnare nesciuit. primum Regu. xvij. quia non carnalibus sed spiritualibus armis diabolus est vincendus. ij. ad Cor. x. Arma militie nostre non sunt carnalia, sed potentia domini. Arma spiritualia ponuntur ad Ephe. vj. ibi Accipite armaturaz. Et clericoz arma sunt lachrymae: & orationes. xxiij. q. viij. conuenior cum. §. precedenti. Propterea mestū penitentia contritum factuz est cor nostruz, ideo contenebrati sunt corruptione peccati: oculi interiores. prouisores in ecclesia: quia debuerunt in deum aspicere. vox est penitentium. Est autem duplex mestitie species est & doloris: de quo Hiere. viij. dolor meus super dolorem: quia peccatoruz dolori dolor additur compunctionis. De quo Aug. in lib. de penitentia. Dolor in penitentia continue custodiatur: ubi semper doleat. de pe. di. iij. si apostolus. Christianus nimis doleat: quia Christus nimis doluit. Lā. c. j. ibi. O vos oēs. &c. j. si est dolor sicut dolor me', super litera Lamech. in. c. iij. Est & dolor malus. de quo. In dolore paries filios. Gen. iij. Est & bonus. ps. xxxviij. & dolor meus renouatus est, ita post peccatum cor humiliatum: vt huius doloris medicina infirmitatis dolor abscedat. Contenebrati sunt oculi nostri malitia peccatorum scilicet infecti & excecati: vt Christi lumen videre non possint. ps. cxiii. & cxxxiij. Oculos habent & non videbunt. Propter montem Syon. ecclesie. Psal. lxxvij. Mons Christus coagulatus, mons pinguis: de monte abscissus sine manibus: incarnatus de spiritusancto ex Maria virgine. Danie. ij. Quia despexit: qui quum equalis esset patri: semetipsum exinaniuit. Philip. ij. Ideo obtenebrati oculis hunc montem non vident perfidi: quia despexit apud eos. Roma. xj. Cecitas ex parte contingit in Israel. Vulpes ambulauerunt in eo. persecutores vel heretici qui male sentiunt de incarnatione domini: ecclesiam lacerantes, & catholicam

fidem fraudolenter corrumpentes: ideo partes vulpium erunt. ps. lxij. Uulpes fuit Herodes persecutor Christi et Joannis. vnde Luce. xiij. Ite et dicite vulpi illi: vbi Beda. Propter dolos et insidias Herodem vulpem appellat: quod plenum fraudis est animal in foueis propter insidias latens: odore fetens. nunquam rectis itineribus incedens. Que omnia hereticis conueniunt, quorum typum Herodes tenet: qui Christum latorem fidei christiane in credentibus conatur extinguere. De istis vulpibus dixi plene supra in ista oratione Hieremie in isto eodem verbo: vulpes. ij. c. Tu autem domine. Judicis fortitudinem et magnitudinem predicat. In eternum permanebis. ps. cj. Tu autem domine in eternum permanes: et iterum ibidem. ps. Tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient. Nec est localis eius mansio aut temporalis: nec aliud quam ipse. sed ipse vna et indiuidua et permanens essentia: quia quamuis filius semetipsum exinaniuret serui formam accipiens. Phil. ij. manet tamen in eternum solium tuum. ps. xliiij. Sedes tua deus in seculum seculi: et iterum ps. cxliiij. Regnum tuum regnum omnium seculorum. Dum solium audis: iudicem intellige: et time quasi deum. Time: et mandata eius obserua. Ecclesiasticos vlti. in fin. etsi secundum hominem iudicatur: regnum tamen eius in eternum: quia non est: de hoc mundo. Joan. xviij. xxiiij. q. iij. si. §. j. Quare. Post omnodas species lamentationis ad deum solum preces conuertit: qui solus potest consolari. In perpetuum obliuisceris nostri? ps. xij. Usquequo obliuisceris me in finem etc. et iterum ps. cij. Non in perpetuum irascetur neque in eternum comminabitur. Non secundum peccata nostra faciet nobis. simus ergo memores eius: ne obliuiscatur nostri: quia ps. lxxvi. Non obliuiscatur misereri deus: nisi nos obliuiscamur. etsi obliti fuerimus: ipse gratiam inspirat: obliuionem fugat. vnde ps. xxj. Reminiscentur et conuertentur ad dominum vniuersi fines terre. Et ideo non obliuiscatur misereri deus quia non cadit in eum obliuio: cui omnia nuda et aperta et presentia sunt ad Heb. iiij. xviij. q. ij. perniciosam. Sed quum differt auxilium videtur oblitus: vt sic ascendat desiderium et dulcius sit solatium. Sic singulis vasa sua probat: vt vasa in honorem faciat. ij. ad Timo. ij. quia vasa figuli probat fornax: de peni. distin. ij. si enim vltra. iiij. columna versi. sed et derelinques nos passionibus subiacere. In longitudinem dierum. ps. cij. Non in perpetuum irascet. Conuerte. iudicem prouocatum ad iustitiam propter peccata, humiliter et suppliciter obsecrat. Domine nos ad te. ps. lxxxiiij. Conuerte nos deus salutaris noster. Conuerte per gratiam. Et conuertemur: quantum in nobis est arbitrio libertatis: vnde. j. ad Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum: et gratia eius in me vacua non fuit. Gratia enim vocantis precedit: et excitat libertatem voluntatis. Nostrum est quod decidimus: dei quod resurgimus. Homines enim caro sunt: spiritus vadens et non rediens. Non enim volentis est neque currentis: sed miserentis dei et adiuuantis. Roma. ix. vt peruenire valeamus ad calcem. de pe. distin. ij. si enim per quatuor colum. versi. et Paulo post. Non tamen gratia dei conuertimur solum: nisi et nostra voluntate conuertamur. Est autem quoddam velamen nostre infirmitatis sensibus nostris obiectum: quod nisi dei illuminatione fuerit remotum: conuerti non valemus. Libertas ergo per gratiam redditur. Semper ergo nobis orandum est. Conuerte nos domine: vnde Augu. Nullum credimus ad salutem nisi deo inuitante venire: Nullum inuitatum salutem suam nisi deo auxiliante operari. Nullum nisi orantem auxilium promereri: ad hoc. xxiij. q. iiij. obtineri. Item Aug. Fecisti nos domine ad imaginem et similitudinem tuam. fecisti nos nummum tuum: mitte radium sapientie tue: expellat tenebras nostras: et fulgeat in nobis imago tua. Unde notandum quod in predicto loco apostoli ad Corinth. gratia dei etc. duas hereses destruit apostolus. Fuerunt enim quidam superbi heretici qui totam virtutum efficaciam putabant consistere in sola arbitrij libertate. Contra quos dicit apostolus. Gratia dei sum id quod sum. Iste error ponitur et destruitur. xxiiij. q. iij. quidam versi. pelagiani. de con. distin. iij. in tribus vlti. capi. et. xxvj. q. ij. qui fine. et. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. versi. predestinationem. Fuerunt alij heretici qui dicebant liberum arbitrium nihil esse: vel non posse iuuare ad salutem. contra quos ostendens Paulus liberum arbitrium simul esse cum gratia, et operari cum ea: dicit et gratia eius in me vacua non fuit. Quandam feminam que spiritualis apparebat, inueni in Italia in isto errore dicentem deum in nobis sine nobis omnia operari, et correcta remansit. Iste error Manicheorum dicentium nihil in nobis esse positum: qui negant arbitrium liberum, tollitur. xxiij. q. iiij. §. non ergo. et. §. sed in his. et de peniten. distin. ij. si enim post. iiij. colum. versi. liberi arbitrij. Et licet gratia dei sit: quod creati sumus: quod viuimus quod mouemur: tamen hic Apostolus loquitur de gratia gratum faciente: sine qua nullus homo saluari potest. Est enim duplex gratia: creatrix et saluatrix. Per gratiam creantem virtutes naturales sunt nobis insite. Per gratiam saluantem bona perdita restaurantur, et opera deo grata efficiuntur. Huius gratie multiplex est effectus. Primo namque liberat a culpa cum arbitrio libero: et a pena eterna: vnde ps. lxxj. Et vsuris et iniquitate redimet animas eorum etc. vbi glos. Usura est pena eterna: quia plus infligitur in supplicijs: quam commissum sit in peccatis. Hec gratia semper offertur homini si velit eam accipere. Heb. xij. Contemplantes ne quid desit gratie Dei. j. Pet. j. Sperate in eam que offertur vobis gratiam. Secundo preparat voluntatem vt bonum velit. Bonum autem velle potest nisi ipsa sit bona. Esse non potest bona nisi a gratia: vnde Roma. ix. Non est volentis neque currentis: secundum quod vult et currit sed dei miserentis: vt pre. c. si enim inquit: nec est contra quod dicitur. Prouer. xvj. Hominis est animum preparare: quia homo preparat materialiter per humiliationem: sed deus preparat effectiue per informationem: vnde. iiij. Reg. iiij. Illi afferebant vasa: et illa infundebat. Tertio dat bene operari. Esa. xxvj. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Jo. xv. Sine me nihil potestis facere, vnde Grego. Qui aspirando nos preuenit vt velimus adiuuando subsequitur ne frustra velimus: aliter enim vacua esset in homine gratia: si non moueretur et operaretur: et hoc est quod ait apostolus: Et gratia eius in me vacua non fuit: vnde. ij. ad Cor. vj. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Quarto protegit a malo, dando vires resistendi: vnde ps. xxvj. Dominus illuminatio mea contra tenebras ignorantie: et salus mea, contra infirmitatem. Psal. xv. Quoniam a dextris mihi est

Gratia duplex.

ne commoueat. Unde iam possum peccato resistere.
Roma. viij. Si deus pro nobis: quis contra nos?
Quinto promouet in bono vt iustitia augeatur:
vnde Luc. xvij. dixerunt discipuli dño. Adauge i no
bis fidez. q. d. auge quod dedisti: perfice quod cepi-
sti: de pe. dist. ij. dum sanctam. Sexto perficit, dan-
do perseuerantiam: vnde Phi. ij. Deus est qui ope-
ratur in nobis et velle et perficere pro bona volunta
te. Hanc orat. ps. Misericordia tua subsequetur me
omnibus diebus vite mee: id est quãdiu sum in hac
vita mortali: et iterum ps. lxvij. Confirma hoc deus
quod operatus es in nobis. Et hec est gratia saluãs
de qua Esa. xxxj. Sicut aues volantes. s. protegunt
pullos suos, sic proteget dñs Hierusalem: protegẽs
et liberans: transiens, et saluans. Liberat. n. sicut di-
ctum est, a malo culpe et pene. protegit, in bono con-
seruando, transit ad meliora promouendo: saluat,
perseuerantiam tribuendo. Matth. x. et xxiiij. Qui
perseuera. vsq3 in finem: hic sal. erit: de pe. dist. ij. §. eui
denter. versi. propter huiusmodi. et §. seq. Item illud
vij. q. j. suggestum. Septimo complet gloriaz tri-
buendo. Unde Roma. vj. Stipendia peccati mors:
gratia autem dei vita eterna. Zachar. xiiij. Exequa-
bit gratiam gratie: scilicet gratiam patrie gratie vie:
non secundum quantitatez: sed secundum propor-
tionem: quis ignis in Syon et caminus in Hierusa
lem. Esa. xxxj. Gratias ergo reddamus diuine gra-
tie gratis date: non ex operibus iustitie que fecimus
nos. ad Titũ. ij. et iij. et j. q. j. gratia: vnde ij. ad Cor.
iij. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a no
bis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est:
vnde Bern. Tria sunt in opere bono. Primum est
cogitare: deinde velle: postea perficere. Primuz ope
ratur deus in nobis sine nobis. Secunduz nobiscũ.
Tertium per nos facit. Siquidem immittendo bo-
nam cogitationem nos preuenit immutando ma-
lam: et immittendo bonam sibi per consensum iun-
git: ministrando consensui facultatem foris per apertũ
opus nostrum internus opifex innotescit. Duo er-
go in predicta authoritate tangit apostolus, cogita-
tionem que est principium omnis boni: et sufficien-
tiaz que est consummatio vel seruatio, et hec duo at-
tribuit deo: vnde Apoc. j. et vlti. dicitur. Ego suz al-
pha et o. principium et finis: Unde et precepit Nu-
meri. xviij. Primitias et decimas offeretis mihi. xvi.
q. j. §. hiis ita: et extra de deci. c. j. Primitie debent ei
in signum quod est principiuz; decime vero in signũ quod
est consummatio. Ut aũt plene liqueat in quod
bonum liberum arbitriuz possit per se: et in quo in-
digeat gratia. Sciendum est quod liberum arbitrium
potest per se in bonum nature: sicut est dormire et vi
gilare: comedere et similia: non tamen a se, quia non
excluditur causa efficiens prima. Omne eniz quod
est a summo deo est: vnde ait Jo. xv. Sine me nihil
potestis facere: vbi Aug. Non ait parum potestis fa-
cere: quia nisi palmes in vite manserit et vixerit de
radice: quantumlibet fructum a semetipso non po-
test ferre. Quãuis aũt Christus vitis non esset nisi
homo esset: tñ istaz gratiam palmitibus non preberet
nisi et deus esset. j. ad Cor. iiij. Quid habes quod
non accepisti? Potest etiam per se in bonum in ge-
nere: sicut dare eleemosynam: quod probatur hac ra-
tione. Videmus quod animal brutum affectu naturali
dat fetui nutrimentum: ergo si homo nõ posset dare
eleemosynaz ex bonis naturalibus deterioris esset cõ
ditionis. Ad hoc vero vt possit in bonuz ex circum-
stantijs. sãc bonum morale: de quo tractant philoso
phi: quod consistit in exercitio politicarum virtutũ.
indiget gratia data gratis: que remouet difficultatẽ
que est in operabilibus. Ad remouendum aũt ten-
tationem cui per se non potest resistere: indiget gra-
tia gratis superaddita: vnde Josue. vj. Anathema
in medio tui Israel: non poteris stare coram hosti-
bus. Ad hoc vt liberetur a peccato: indiget gratia
gratum faciente: vnde Job xxxvj. Saluabit te de
ore angusto latissime et non habente fundamentuz
subter se. Et dicitur puteus angustus peccatum. eo
quod facilis sit ingressus: sed egressus difficilis: quia
sicut ait beatus Bern. Non tam facile quis valet
exire de fouea: quam facile in eam labi. Sola vo-
luntate cadit homo in foueaz peccati: sed non ex vo
luntate sufficit resurgere. Dicitur etiam fundamen-
tum non habere quia ex quo quis labitur in pecca-
tum mortale: non habet per se in quo subsistat: do-
nec in gehẽnam cadat. Ad hoc vero vt bene opere-
tur indiget gratia operante et cooperante: vt dictuz
est. Quia vero quidam non diu persistunt in bono:
indigent gratia perseuerante. vnde Bernar. Gra-
tia excitat arbitrium quum seminat cogitatum: sa-
nat quum mutat affectum: roborat vt perducat ad
actum: seruat ne sentiat defectum. Ut autez sint stan
tes et proficientes perfecti indigent gratia corrobo
rante: vnde ps. lxvij. Confirma hoc deus quod ope
ratus es in nobis: vbi dicit glos. nutriendo gratiam.
Sed quidam sic obijciunt. Quid futurum est de Dei prescientia.
vno quoq3 homine: preuisum est ab eterno: sed pre-
uisio dei est immutabilis et infallibilis: secundum
quod orat ecclesia. Deus cuius prouidentia in sui di
spositione non fallitur: ergo illi quos preuidit saluan
dos: necessario saluabuntur: et ita de damnandis.
Quare ergo orabimus vel conabimur ad bene ope
randum: quod futurum est fiet. Quibus sic respon
detur: verum est quod preuisio dei non fallitur nec mu
tatur: videt enim res vere res sicut future sunt. non tñ
cogit liberũ arbitriũ nec ad bonũ nec ad maluz: sed in
nobis est sequi deum ad virtutem: vel diabolum ad
errorem. Eccli. xv. Apposui tibi aquam et ignem: ad
quod volueris extende manum. Unde ad commen
dationem viri iusti dicitur Eccli. xxxj. Qui potuit
transgredi: et non est transgressus: facere malũ, et non
fecit. Patet ergo quod libere possumus et absq3 coa-
ctione malum operari vel bonum: sed bonum non
possumus sine auxilio gratie: malum vero possumus
per nosipsos. Et est ratio: quia bonum operari: est
ascendere: tunc. n. ordinatur homo ad id quod est su
pra se: sed operari malum: est descendere: quia maluz
infra hominem est: vnde Gen. iiij. Nonne si bene e-
geris: recipies; Sin autez male: statim in foribus pec
catum aderit: sed sub te erit appetitus eius: et tu domi
naberis illius. Sicut ergo puer qui adhuc infirmus
et debilis est, per se potest descendere: ascendere vero
non: ita homo per se potest ad maluz: ad bonuz vero
meritorie non, sed adiungitur adiutoriuz gratie, qua
mediante possit ascendere. Ad hoc quod opponit
dicimus quod vtraq3 propositio est vera: sed conclusio fal
sa. Nullus. n. de necessitate saluatur vel damnatur: sed
per opera liberi arbitrij; que sine necessitate fiunt.
Predestinatio enim non facit certaz salutez: sed per
bona opera que fiunt libero arbitrio: certa efficitur
vocatio et electio: vnde. ij. Pet. j. Quapropter fra-
tres magis satagite vt per bona opa certaz vr̃az vo
cationem et electionez faciatis: hec. n. facientes non

peccabitis aliquando. Quamuis enim que preuisa sunt necessario eueniãt: nõ tñ huiusmodi necessitas infert vim libero arbitrio: qm̃ sicut ait Anselmus.

Necessitas duplex

Duplex est necessitas coactionis. Que precedit efficit rem. vt quum dico necesse est celũ volui: qm̃ violentia naturalis conditionis cogit ipsum volui: & ideo necesse est vt voluatur: & est necessitas absoluta. Que sequitur rei positionem: vt nihil efficit: quum dico, necesse est te sedere dum sedes: nõ quod aliqua vi cogaris ad sedendum: sed dum sedes nihil potest facere vt non sedeas: & talis est preuidentie diuine necessitas. Unde quid est aliud dicere necesse est preuisum euenire: nisi vt dicatur: necesse est aliquem saluari dum saluatur: & necesse est futurum esse futurũ? Et ita per illam necessitatem non tollitur cõtingentia rei omnia enim que a libero arbitrio procedunt & voluntate contingunt, non necessario eueniunt: de pe. dis. ij. si enim. versi. liberi. Patet ergo q̃ si volumus salutem consequi necesse est bene agere: quoniam sic predestinauit nos deus saluandos per orationes & bona opera: quibus meremur vitam eternam. Unde Grego. iiij. lib. dialogorum. Obtineri nequaquam possunt que predestinata non fuerint: sed ea que sancti viri orando efficiunt: ita predestinata sunt: vt precibus obtineantur. Nam ipsius quoq; regni perennis predestinatio ita est ab omnipotenti deo disposita: vt ad hoc electi ex labore perueniant: quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. xxiij. q. iiij. obtineri. Item Augusti. Predestinatione dei siue ad bonum siue ad malũ in hominib⁹ operari ineptissime dicitur vt ad vtrunque homines quedam necessitas videatur impellere: quum in bonis voluntas sit intelligenda non sine gratia: in malis autem voluntas intelligenda sine gratia. xxiij. q. iiij. vasis: alios est. §. sub cap. Nabuchodonosor. Augusti. etiam duplicem necessitatẽ ponit. Unam simplicem: veluti omnes homines esse mortales. Alteram conditionis: vt si aliquem ambulare quis scit: eum ambulare necesse est. xxiij. q. iiij. §. quamuis. versi. vnde Augu. ibi vide. & in glo. ad huius. §. intelligentiam. Item super illo verbo pre. Jo. vj. Nemo potest venire ad me &c. Augu. Magna gratie commendatio: nemo venit nisi tractus. quem trahat & quem non trahat: noli velle iudicare: si non vis errare, ad hoc. xxiij. q. iiij. de tyrus: & de pe. di. iiij. si ex bono: in prin. sed quia voluntate cordis credimus: iuxta illud: Corde creditur ad iustitiam. Ro. x. & xj. q. iij. nolite. voluntate trahimur. Quid est aũt trahi: scd̃m Aug. Delectare in dño: & dabit tibi petitiones cordis tui. ps. xxxvj. porro si poete dicere licuit. Trahit sua quẽq; voluptas. Uirgili⁹ eglo. ij. quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Christum: qui delectatur veritate, beatitudine, iustitia, sempiterna vita: quod totum Christus est. xj. q. iij. existimant. Porro prima in gratiã neminem mereri certũ est. de conse. di. iiij. c. placuit: legitur & no. xxiij. q. iiij. vasis sub cap. Nabuchodonosor: & in glo. ex hoc patet. Quisquanto in ista materia se amplius quis dilatat: tanto amplius se obscurat. Restat dicere cum Paulo. O altitudo diuitiarum &c. Roma. xj. & de pe. dist. iiij. si ex bono. vbi de hac materia tractatur vsq; ad finem distinctionis: & in pre. c. Nabuchodonosor. Calcem tñ istius materie cum fideli Chremone qui tertiã collationem fecit de protectione dei: sicut patet in lib. collatio. Joan. cassia. concludaz his verbis. hoc a catholicis omnibus patribus definitur: qui perfectionem cordis non inani disputatione verborum, sed re atq; opere didicerunt: diuini esse muneris primũ: vt accendatur vnusquisq; ad desiderandum omne quod bonum est: sed ita vt altera parte plenum sit libere voluntatis arbitrium. Itemq; etiam scd̃m diuine esse gratie: vt effici valeant virtutum exercitia: sed ita vt possibilitas non extinguat arbitrij. Tertium quoq; ad dei munera pertinere: vt acquisite virtutis perseuerantia teneatur: sed ita vt captiuitatẽ libertas addicta non sentiat. Sic enim vniuersitatis de⁹ omnia omnibus credendus est operari: vt incitet, protegat: atq; cõfirmet: non vt auferat q̃ semel ipse concessit arbitrij libertatem. Sequitur in threnis vltimus versus. Innoua dies nostros: dierum innouatio eternitatis preceptio. Sic a principio egressus ei⁹ sicut ab initio eternitatis. Michee. v. Sed proijciens a te qui vbiq; es. Repulisti nos: quasi pollutos. Iratus es: vt pater: vt non irasceris vt iudex in furore tuo: de quo ps. vj. & xxxvij. Domine ne in furore tuo: idest in terribili condemnatione & importabili ira pro peccatis nostris. Contra nos: contrarios tibi. Uehementer: quia vehementia sunt peccata nunc intra ecclesiam: & innumera, in capitib⁹ & in membris. vnde sceleratoria commissa sunt grauius iudicanda. xxiiij. q. iij. non afferamus. in fin. Innoua dies nostros. De ista innouatione dicit Job. xxix. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos: secundum dies quibus deus custodiebat me: quando splendebat lucerna eius super caput meũ: & ad lumen eius ambulabã in tenebris: sicut fui in diebus adolescentie mee: quando deus secreto erat in tabernaculo meo? Ad hoc principiũ reuocamur, quum conuertimur. xxxij. q. j. apud. Ju ueterati enim sumus & corrupti: & dies eternitatis perdidimus. ps. xxxvij. Putruerunt & corrupte sunt cicatrices mee, a facie insipientie mee. Adhuc restat impleri in ista nostra ecclesia militanti quod scribitur Johe. ij. Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: facit; de pe. di. j. ne forsitan. Locusta vana gloria: que inanes saltus velociter casura sectatur. Hac plena est nostra ecclesia: in saltantibus de prelatione in prelationem, & de beneficio ad beneficium. Immo potius ad maleficium: & beneficiorũ non est numerus: quia non deest qui male conferat & qui male recipiat. Nec finis est ambitionis in ista ecclesia in omni genere hominum. Et plus in nobis regnat qui mundo specie tenus renunciauimus: extra de elec. quorundam oculos. lib. vj. Et quãquam sancti Romani pontifices multa contra pluralitatem beneficiorum & ambitionẽ statuerint. xcix. di. singula. lxx. dist. sanctorum. xxj. q. j. per totum. lxxx. distin. episcopi vero extra de elec. dudum. ij. extra de preben. de multa cap. cum non ignores. cap. cum teneamur. & Lateranense concil. eod. titu. intentum: vbi est expressissimum: extra de rescrip. capi. vlti. lib. vj. & de electio. auaritie: extra lib. vj. de preben. cum singula. xvj. q. j. presbyteros. Unde & dicit lex q̃ difficile est vt vnus duorum vicem obtineat. ff. de poc. si plures. C. de asse. nemo. C. de testa. consulta. vbi dicitur q̃ absurdum est si promiscuis actibus rerum turbentur officia. Similiter dicit lex q̃ non potest quis per plures ciuitates habere potestarias. ff. ad municipa. libertus. §. prescrip. Nec prelatus in diuersis

ecclesijs. x. q. iij. unio. Nec idem seruus uicem plurium sustinet dominorum. ff. de fu. seruo. l. j. §. cōis seruus horum tn̄ iurium nulla uel modica utilitas est: et frustra membranas occupant. xix. dist. si Romanorum. Pro nunc sine dispensatione mune cum dispensatione animarum suarum: non dico dispensationem que requirit aut necessitatem: aut utilitatem. ut. j. q. vij. §. nisi rigor. cum. e. seq. unde ubi causa sufficiens non est dispensationis, ille cum quo dispensat: quantum ad deum tutus non est: etiam si papa dispenset, ut no. extra de no. et uo. redē. non est: in glos. si causa subest. Facilius ergo et citalius tales cum sua dispensatione ad gehennam sz Ostie. ut no. pre. secundū. ij. descendit. Passim clerici hodie habent beneficia quotquot possunt habere per nefas non per fas: et reuera uentri deseruiunt. Raptores ergo fructuum sunt taliter perceptorum: quia datur beneficium propter officium. lxxxj. di. cos. et. c. si quis sacerdotum. xxxij. di. preter hec. de cle. nō. re. latores. de ap. pastoralis. extra de rescrip. c. ulti. lib. vj. Bruchus gula est. cui magnus uenter in paruo corpore: uel potius uēter in toto corpore. de hoc uitio. xlj. di. c. pluribus. et di. iiij. deniq3. Rubigo ē que. xlij. xlvij. et. lxxxv. di. auaritia, que fruges et metalla inficit et corrūpit. Jaco. v. Agite nunc diuites. et. j. diuitie uestre putre facte sunt. Eruca, luxuria, de qua. xxxij. q. v. et. q. vj. et. q. vij. que toto corpore repens depascit olera: quia luxuria inquinat corpora et animas. j. ad Cor. vj. Adhuc etiam implebitur de ista nostra ecclesia: quod dicitur Ezech. xxxvj. Habitare faciam uos sicut a principio, scilicet in ecclesia primitiua, bonisq3 donabo maioribus. Et Aggei. ij. Magna gloria erit domus istius, scilicet ecclesie, nouissime plus q̄ prime. Arbitror au. q̄ ista ecclesia renouata pfectior erit prima eccl'ia pmitiua, exceptis fundatoribus eius: et apostolis, post quos perfectiores in hac uita non existimo aduenire. op. cap. xxiiij. q. ij. legatur singulariter enim apostoli dn̄i fuerunt beati et perfectiores habita octo beatitudinibus: de quib9 Matth. v. ut dicit Augu. in homil. illius euangelij. Beati pauperes et c. quibus dixit dominus. Beati oculi qui uident que uos uidetis. Luc. x. Et quibus fuit concessum ut tā presentialiter uiderent speciosum pre filijs hominū. ps. xliiij. tam familiariter ei adhererent: uerbā uite ab illius ore diuino susciperent: signa, et miracula assidua cernerent: dulcedinem conuersationis eius gustarent. Unde nec mirum, sicut ait Hiero. si nec puncto temporis paterentur ab eius facie separari.

Ira dei qualis sit.

Iratus es contra nos vehementer. Quando temptamur et vincimur irascit deus contra nos: qz maior est ipse et fortior qui nos defendit, quam diabolus qui nos impugnat. nec sine permissu eius temptamur. Job. j. Si autem postquam cecidimus penitere nolumus: irascitur vehementer. Psal. lxxxix. Quis nouit potestatem ire tue et pre timore iram tuam dinumerare. Aliquando enim irascitur ut pater, quando verbis increpat delinquentem: et facit penitentem. xxiij. q. iiij. nimium. et cap. displicet. v. q. v. non osculatur. Irascitur autem ut dominus quando corripit durius: et statim vlciscitur: unde Moyses. Exod. xxxij. Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum? Ut iudex irascitur: quum dicet. Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternum: quum iam nec penitentie nec venie locus erit: quia qualis quisq3 hinc egreditur: talis in iudicio presentatur. xxv. distin. qualis. Et qualem te inuenerit dominus quum vocat: supple de hac vita: talem pariter et iudicat. de peniten. distin. prima, nunquid Cayn.

Contra Simoniacos clericos et ambitiosos qui religiosos, et de proprietariis ambitiosis. Cap. 7.

POstquam dei gratia in commentis Threnorum quod supra prosime compleui: planxi sanctam ecclesiam matrem meam generaliter: adhuc superaddendo planctum, plango adhuc vitia membrorum eiusdem, in genere: et in specialibus statibus et gradibus ut supra in prohemio istius operis promisi. Sponsi namq3 Christi sancta mater ecclesia in seipsum sculata: quia sine macula sine ruga. Ad Eph. v. de peni. dist. j. ecclesia, in membris suis diuersis et quamplurimis maculis deturpatur. Nam recedens a sponso humili. Phil. ij. et ps. cxxx. In magnis ambulat et in mirabilibus supra se. Omnis enim superbus in admirationem haberi desiderat: et ab his adorari: sicut diabolus. Matthei. iiij. Luc. iiij. A sponso mundissimo qui est splendor glorie, ad Heb. j. et candor lucis eterne, et speculum sine macula. Sap. vij. recedens, in fetidis membris in stercoribus ponit nidum suum. [illegible] proh dolor, sacrosanctum domini templum scorto plenum est: et ephebia nec nominanda sed capite plectenda. C. de adul. cum vir, in aula dei, palestra. Machabe. iiij. vide quod scripsi supra in Threnis in oratione Hieremie. Recordare etiam prima expositione super verbo adolescentibus impudice [illegible] Et timere possibili ab offic[illegible] sponse (quod lugubre est fari: sed lugubre [illegible] tegere) sepe recipiunt manifeste: et sic vel occasio non modica hereticis [illegible] vocandi dei ecclesiam [illegible] [illegible] [illegible] Non offeres mercedem prostibuli nec precium canis in domo domini dei tui. [illegible] accipias mercedem meretricis nec precium sanguinis, et no. extra de deci. ex transmissa. [illegible] etiam aurō ecclesiastico. xij. q. ij. glosa, vers. Sociales. Impugnare [illegible] [illegible] [illegible] diuersis epulis et comessationibus [illegible] diuersis speciebus et falerni et meri poculis calefacti [illegible] xxxv. distin. ecclesie principes [illegible] seruitores et domesticos simplices et. senes, pallidos et macilentos, sed [illegible] iuuenes et procere stature, filii ecclesie degeneres [illegible] [illegible] et prelati vocari desiderant habere [illegible] [illegible] xenodochie et [illegible] in eo. [illegible] non [illegible] [illegible] arrogantie concupiscentie carnis et gule [illegible] [illegible] ab eisdem. Ecclesiastici. [illegible] [illegible] corrupti prelationis [illegible] [illegible] communis et multo labore epulis preparatis, non ut [illegible] exteriores. Matth. viij. xij. xxij. et xxv. et Luc. xiij. xxv. di. ecclesie. sed ut fierent [illegible] predicatores [illegible] in abstinentia et sancti monia [illegible] venter non despumaret in libidinem ut [illegible] xxxv. di. [illegible] Sed [illegible] parsimonias. xlj. di. parsimoniā. et [illegible] bibentes aquaticis vel ceruisias: extra de bono.

c.ij. & edentes non similaginem. i. florem farine, sed siligines milium & panem cibarium. xij. q. ij. gloria. vt sic sordibus ablui & mundari per abstinentias ve ri sponsi filij veri sponsi & rectores dignitate & vita ecclesiarum merito dicantur. Proh dolor, nihilominus non miror quia in regentibus communiter sponsam christi & corpus eius. xxiiij. q. iij. pro membris: scilicet ecclesiam orthodoxam adeo inualuit & preualuit philargeria. i. amor pecunie que est idolorum seruitus & radix omnium malorum est cupiditas. i. Timo. vi. Ephe. v. i. q. i. cum omnibus qui a minimo vsque ad maiorem omnes ei seruiunt: vnusquisque ad auaritiam suam a summo vsque ad nouissimum declinat. Esa. lvi. Hiere. vi. & viij. non recordantes quod dicitur Abacuc. ij. Ve qui congregat auaritiam malam domui sue vt sit in excelso nidus eius: & liberari se putat de manu mali. Aurum sitiunt hodie prelati: aurum bibunt. i. q. i. §. ex his: vt conseruent carnem: & sanguinem erogent non egenis, contra illud. xij. q. ij. nolo. & q. ij. aurum. Vide quod scripsi supra in Treni. iiij. c. super verbo, quomodo obscuratum est aurum in ij. expositione in c. xij. Vtinam pro minori malo, exercentur superfluis: & necessaria darent inopibus, exercentur preciosis, & darent pauperibus vilia. xlj. dist. non coguntur. Sed istius nostri eui communiter non pastores. xcv. dist. esto, sed pellium venatores cum Esau. Gen. xxv. & ouium tonsores. Non piscatores, sed depredatores. Non custodes. Luce. ij. sed gregis deuoratores. Non defensores: sed impugnatores. extra de na. ex li. ven. c. i. Non paupertatis euangelice zelatores: sed subsannatores & contemptores. Non fideles dispensatores christi patrimonij. extra de elec. cum ex eo. li. vi. xxiij. q. vij. quod autem. & q. viij. conuenior. & xij. q. i. si priuatum: sed defraudatores & dissipatores. xij. q. iiij. c. i. Regnum terrenum querentes: de paupertate christi & sponse eius propter quam datur celeste, non curantes. Mat. v. xij. q. ij. gloria. ver. multi. xxv. dist. ecclesie. Lunctis auferunt vniuersa: omnia in suos vsus redigunt, omnia deuorant: soli prelati partes inuadunt alienas: soli occidunt vniuersos, sicut testificatur Hiero. pro suo tempore. xciij. di. diaconi. v. quod in isto toto quasi leproso. Phil. ij. & ij. Vere que sua sunt querunt. viij. q. i. sunt in ecclesia: et que sua sunt perdunt: nam perdere christum, est vere male perdere seipsum. In muneribus iudicant. In mercede respondent. In pecunijs diuinant. i. q. i. iudices. Michee. iij. Pro pecunijs celebrant. Corpus christi pro pecunia vendunt cum Iuda. i. q. i. qui studet. Pro pecunijs consecrant & ordinant. i. q. i. cum ordinaretur. & pro pecunia omnia conferunt sacramenta. Sacramenta emunt: sacramenta vendunt: sed gratiam non conferunt quam non habent. i. q. i. gratia. c. nullus episcopus. Nihil accipitur gratis: nihil datur gratis: Mat. x. Gratis accepistis: gratis date. i. q. i. quicquid. Pauci intrant per ostium per hunc modum. i. q. i. ordinationes. Quilibet paratus est vendere sacramenta que emit. i. q. i. quidam. Nihil sibi in ecclesiasticis honoribus gratuitas: nihil sibi defendit industria. i. q. i. fertur. Hodie beneficiorum & sacramentorum benedictiones potius, imo quantum ad indigne conferentes & recipientes maledictiones. i. q. i. maledicam. Non curant nec timent hi quodammodo desperati rectores de lepra Giezi. i. q. i. cito. Nec de suspendio Iude. de pen. dist. iij. iudas: & c. nihil. christum venden-

tes: Mat. xxvi. Mar. xiiij. Luce. xxij. & Ioan. xviij. i. q. i. qui studet. Nec de eiectione de templo celestis glorie si columbas vendunt: gratiam scilicet spiritus sancti designati per columbam. i. q. i. quibusdam i & q. iij. ex multis. c. saluator. c. vendentes. De fide male sentire videntur: quia simonia causat heresim. i. q. i. qui studet. cum. c. liqueat. c. petrus: & c. cum omnis. c. eos. c. fertur. pro peccato non videntur habere, cuius tamen comparatione cetera crimina pro nihilo reputantur. extra de simo. per tuas. i. q. vij. Vbi simoniacos vocat Paschalis papa precipue hereticos. & extra de simo. per tuas. §. Nihil hodie datur gratis: quia nec aliquid recipitur gratis: quia dicunt collatores: quod comparauimus vendimus: vt prealleg. c. quibusdam. Vnusquisque enim laudat quod vendit & lucrari desiderat. i. q. iij. saluator. Sed vt ait Augustinus. Lucrum in bursa damnum in conscientia. Vendidit sacrum: perdidit fidem: pecunia dantis & accipientis cum eis & Simone in perditione erit. Act. viij. i. q. i. qui studet. c. cito. & q. iij. saluator. Leprosi sunt simoniaci. i. q. i. cum ordinaretur, & c. cito. Trapezite sunt. xxiij. dist. in nomine domini. Non israelite: sed giezite: prec. c. qui studet. Sed de lepra anime non curant, quia in vano accipiunt animas suas. ps. xxiiij. De facto aliam vitam non credentes cum Simone mago puram fidei conscientiam non habentes. i. q. i. petrus. Allegant consuetudinem in huiusmodi venditionibus simoniacis: corruptelam potius auaritie ardore & cupiditatis illectam. extra de simo. non satis. c. cum in ecclesie. i. q. iij. si quis prebendas. Nam consuetudinem ratio & veritas semper excedit (alias excludit) dis. viij. veritate, cum capi. seq. Sed vtinam considerarent hi posteri Simonis harioli: quod etsi non hic: in loco tamen tormentorum per tortores. de peniten. distin. iiij. tradidit irremediabiliter torquebuntur. Sed dicunt hi leprosi. Samueli offertur a Saule quarta pars sicli: sed vere non recepit: sed Saulem pauit. i. Reg. ix. i. q. i. iudices; sed nec Heliseus vi tractus quicquam recepit a Naaman de bonis damasci: sed ait. Viuit dominus ante quem sto: quia non accipiam. Cumque vim faceret: penitus non acquieuit. iiij. Reg. v. i. q. i. iudices. in fi. Et prohibuit beatus Cosmas sanctum Damianum germanum suum secum in vno tumulo sepeliri: quia a quodam sanato ab eis quoddam acceperit munusculum gratis oblatum: quod contrarius non est. i. q. ii. c. i. & c. sicut episcopum. xviij. distin. de eulogijs. Sed dicunt isti ficti prelati, sacramenta non vendimus: sed dicendum est etsi ipsa sacramenta inuendibilia non vendant contra sacros canones: vendunt vocem, sigillum, & calamum. hec. c. sicut episcopum: & in palea: precall. c. nullus abbas. & extra de simo. c. i. vbi de hoc. Et canoni fraudem faciunt de persona ad personam: quia quicquid accipit notarius pro literis ordinatorum: vel totum vel quasi totum tollit episcopus. De qua fraude quomodo quadruplicater commutatur, no. xiiij. q. iij. plerique. & extra de priuil. quanto. Et accessorium vendendo scilicet sigillum & chartas: ordinem vendit. i. q. iij. si quis obiecerit. Nec dicant quod datur precium post ordinem acceptum, quia ex quo datur ex pacto: vel exigitur vel petitur: prohibitum est etiam post dare: vt prealleg. ca. sicut episcopum: quia accipere est quandocunque accipere. i. q. i. eos qui. in fi. & q. iij. saluator. & c. si quis prebendas: adde quod scripsi supra in ii. parte hac in ii. c. Thre. quod incipit quo. in ver. principes ho-

Fraus prelatorum in accipienda p ordinatione pecunia.

Simonie lepraz auctor insectatur.

stri prelati in c.v.⁊ in additione ibi posita,⁊ infra in cap.xx.in.§.sed vt sciant.ver.xxiiii. Qui ergo prelati venales aurum pro spiritusancto recipientes, lepram dederunt: ⁊ lepram sibi retinuerunt.j.q.j.cuz ordinaretur: ⁊ male quesita mercede non tam patrimonij facultatem q̄ thesaurum criminum congregant eterno supplicio ⁊ breui fructu.j.q.j.cito. in fin. O lepra contagiosa: lepra fetida vsq3 ad aures domini sabaoth, lepra labefaciens interiora vitalia,⁊ sacra in dei ecclesia sacrificia, abominabilis deo ⁊ diuinis hominibus, apud homines incurabilis, soli deo christo domino qui apparere voluit tanquā leprosus.Esa.liii.Cura possibilis:sed rara ⁊ admirabilis.Utroq3 testamento prohibita es.vt prec.c.qui studet.Sanctio ciuilis te reprobat.ff.ad.l.iuli.de ambitu.l.j.j.q.vij.sancimus.Canonica te hereticam vocat: vt prec.ll.c.cum liqueat:⁊ c.petrus.c.fin. A templo dei ejceris cuz flagellis.j.q.iij. ex multis.iiij.Reg.v.Joan.ij.Ab helizeo lepra perfunderis: a Petro in perditionem damnaris.Actu.viii.j.q.i.§. quia ergo an fi. Que fieri debent leprosis. Leuit. xiij.ubi competunt.Quia caput nudum habes: vt cognoscaris ⁊ confundaris: quia caput habes vulneratum.j.q.j.ventum est. Os veste contectum: ne alios tu draco flatu inficias.c.xxxii.q.iiij.in eo. quia contagiosa es.j.q.j.cito.Concisam vestem; quia ecclesiam diuidis: quia pessime ambis ⁊ mercaris: ⁊ ab ecclesia que vna est diuideris.xvi.quest.vij. sicut: contagiosa semper ⁊ sordida apparebis.Exod.iiij. quia manum ad bursam posuisti: ⁊ extrahendo sol uistu etsi hominibus, deo tamen non satisfecisti.xv.q.vi.cap.j.Cum Ozia sanctuaria profanasti ⁊ leprosa effecta cum lepra vsq3 ad mortem permansisti.ij. Paral.xxvi.ii.q.vij.§.his ita. Perraro enim simoniaci vere confitentur: nec dimittere beneficia acquisita simoniace sunt parati: nec ordinis executioni insfecti renunciare: sed nec aliter salui fiunt.j.q.j.si quis neq3:⁊ c.ordinationes: vbi de hoc: extra de simon. ex tue: ⁊ cap.Mattheus: vbi de hoc.xiii.dist.nerui. Aurum habes cum Naaman syro.iiij.Reg.v.sed leproso.j.quest.j.qui studet; ⁊ ca.cito.De domo Joab es.ij.Reg.iij. ecclesie inimica. Sic enim Joab interpretatur. Fluxum sanguinis pateris: quia emendo ⁊ vendendo tuum ⁊ multorum sanguinem fundis: te ⁊ multas animas perdendo: fusum tenes:q2 mollis ⁊ effeminata es: tota resoluta in corde terre.Gladio transfoderis scilicet in precordiis conscientie tue propter vermem conscientie corrodentem: vt prec.c.Mattheus:⁊ nulla talis plaga sicut stimulus cōscientie.Eccl.xiii.Beatus qui non est stimulatus in tristitia delicti. Pane cares: quia panis viuus angelorum.de consec.disti.ij.omnia: ⁊ c.sicut: quem tu vendis ⁊ emis, sicut panem materialem: recedit a te; ⁊ fames vt canis.ps.lviij. quia consolatione dei priuata,ciuitatem mundi in qua est contradictio circuis comparas ⁊ vendis. Ambitiosa es. Antiochum adis: vt compares principatum: talenta promittis cū Jasone.ij.Machab.iiij. Propter te ignis charitatis almus in ecclesia dei extinctus est: quia nihil pro amore dei aut proximi digni in ecclesia dei quasi hodie fit.j.q.j.sicut eunuchus: quia christus charitas ⁊ spiritus sanctus amor venditur tota die: vt pre.c. qui studet: ⁊ cap. nullus episcopus. Virus habes occultum o honoris cupiditas: quia clā paciscens de primatu.xl.disti. quicunq3. Mater es hypocrisis: quia apparet prelatus: ⁊ coram deo nō est: quia in sua radice vitiatus est.j. q.i. quibusdam. Fateor: characterem habet: ⁊ characterem confert, sed vitiosum; no.prec.cap.ordinationes: ⁊ legitur ⁊ no.j.q.j.dominus: quia intus ortus talis occidit.j.q.j.fertur.no.extra de simo.tāta. Cyprianus martyr te simie comparauit.j.q.i.si quis inquit:quia effectum sacramenti non tribuis: idest executionez ⁊ gratiam.pri.q.pri.§. ex his: quibz scienter a simonia co alij ordines recipiunt:vt ibi,⁊ pri.q.pri.p Esaiā.⁊ capit.dominus.Doli artifex es: quia superiorum pessima adulatrix: vt aliquid lucreris ab eis. Et p precio beneficii offeras munus lingue pri.q.p. sunt nonnulli.

In ambitiones inuehitur.

O ambitio: nedum superiora agis cū tua filia simonia: sed ⁊ superiores prelatos associans tuum caput vulneratum inclines: encenia mittis: non solum esculenta ⁊ poculēta: de quibus legitur ⁊ no.extra de rescrip.statutum. lib.vi. ⁊ de vit.⁊ hone.cleri.cum ab omni,⁊ de simo.etsi questiones: sed dextrarios: pannorum pecias:⁊ vasa aurea ⁊ argentea: ⁊ alia occulta auri ⁊ argenti talenta.Blande ⁊ humiliter ⁊ reuerenter loqueris dominis: vt lucreris.Dimittis curam parochianorum tuorum: ⁊ cultum diuinorum officiorum quibus es obligata.vij.q.pri.sicut.xcij.disti.c.vlti.lxxxi.distin.eos,vt trotes. Junge quod scripsi supra in Thren.in.§. recordare in.vij.c. in textu quasi vidua: ⁊ curras post caudas equorum dominorum tuorum. Tanta est cupiditas tua ⁊ honoris auiditas: q̄ quum saltem extra fis libera in terra tua ⁊ in ecclesia tua: vbi habes beneficium tuum: in curijs superiorum efficeris pessima serua.Diues eras in mundo ⁊ contentari poteras: ⁊ in pace quodammodo bonis tuis gaudebas. Sz radicata cupiditas insatiabilis.xlvii.dist. sicut.xiiii.q.v.quid dicam: auiditas ⁊ mens honoris, audate egere: ⁊ quodammodo mendicare,⁊ in labore inutili continuo viuere,⁊ bonis tuis non gaudere coarctat.xlvii.dist.honorum: ⁊ cap.nituz: vbi dicit Leo. Mens potētie auida nec abstinere nouit a vetitis: nec gaudere concessis: nec pietati adhibere consensum.Et viuere in curiis magnatum: ut dei iusto iudicio ipsa tua ambitio duplici contritione te conterat in anima ⁊ in corpore, diuino spiritu non contritum.Hiere.xvii. ubi dicitur. Et duplici contritione contere eos domine deus noster.Quia tua ambiēs proteruitas hoc meretur.c.extra vt lit.non contesta. quoniam.§. fi. Sepe enim quis simul duplici pena punitur. extra de rapt. in archiepiscopatu: legitur ⁊ no.xvii.q.iiii.attendendum: regulariter non: vt legitur ⁊ no.extra de iudic.ac si clerici: vbi de hoc: vt ipsa tua cupiditas in te proprium more carnificum debacchetur authorem: teq3 excruciet ⁊ consumat. Utinam igitur iam veniat diu desideratus dei uicarius in ecclesia sua aliquis: qui eiectionem de templo quam incepit de te facere dominus Jesus: vt Marc.xi,Luce.iii.Joan.ii.c. ⁊ Matth.xxi.dicunt simpliciter eiecit: ⁊ pri.q.pri.qui studet: ⁊.qō.iii. ex multis: adimpleat ⁊ perficiat cum perseuerantia vsquequaq3.Quia post duas eiectiones de templo: quas de te fecit dominus.fm Augu.quarum vnam ponit Joan.aliam tres alij euangeliste: vehemēter in templo eius succreuisti: ⁊ eius templum profanasti: sed tertiam peremptoriam expulsionem faciet ille sanctus sanctorum: qui omnia ecclesiastica dare gratis precepit per suum uicarium:vel, prohdolor, per exteras potestates: confido certissime antequā transeat breue tempus. Ait enim ille christus gra-

tiosus,

tiosus. Gratis accepistis gratis date. j. q. j. c. j. & c. q̃c-quid: & q. iij. saluator. Matth. x. vbi Chryso. Uide autem qualiter morum diligentiam non minus habet christus q̃ signorum: monstrans quoniam signe his nihil sunt. Etenim superbiam eorum premit, dicens Gratis accepistis, & ab amore pecuniarum mundos eos preparat, dicens: gratis date. Uel vt non videatur eorum beneficium esse: ait gratis accepistis. q. x. Nihil vos de vestro largimini suscipientibus. Neq; enim mercede hoc accepistis: neq; laborantes. Mea est gratia: gratis eam accepistis: ita igitur aliis date. Neq; enim est condignum precium eorum inuenire. Igitur timendum est vehementer, q̃ nisi dei vicarius arcem syon tenens, istam eiectionem simoniacorum & giezitarum cito faciat: permittat deus fieri vt predixi: in gladio furoris sui per exteras potestates: sicut fecit contra Anglicos & Hispanos. lvi. dist. si gens. Formido etiam ne Balthasar dirripiens precipue propter hoc vasa sacra Hierusalem bibat & edat in eis cum concubinis suis. Dani. v. de conse. dist. j. vestimenta. xij. q. ij. aurum. Sed fortius trepido ne propter scelera predicta maxime simonie, heretice, & ambitionis, sicut ager aretur Hierusalem: & sicut custodia pomerij collectis pomis & fructibus desolati. Michee. iij. j. q. j. iudices. Necesse est enim ecclesiam tribulari & purgari. l. dist. & purgabit: sed impossibile est q̃ sit nulla. xxiiij. quest. pri. pudenda. in fin.

De statu papali, & q̃ Papa peccare potest, & grauius q̃ alij & grauior, eius pena. Et quid agere debeat Papa. Cap. 10.

Quia vsq; adhuc de vitiis maxime simonie corruptorum membrorum ecclesie locutus sum generaliter. Nunc ad speciales status ecclesie vt promisi superius, descendendo tangam vitia & defectus eorum vt in hoc tractatu se de illo statu speculantes, & vitia sua videntes, & corrigentes, & sanctam ecclesiam amplius non scandalizantes, in ecclesia existentes vere filij ecclesie censeantur. Nam sm Augusti. Nec ille dicendus est esse in ecclesia: & ad istam societatem spiritus pertinere: qui ouibus christi ficto corde miscetur spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum. Sap. j. Neq; enim ad ecclesiam illi soli non pertinent qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt: sed etiam illi qui in eius vnitate corporaliter misti per pessimam vitam separantur. xxiiij. q. iij. de illis. Ego autem scriptor cum Hieremia paupertatē & miseriam videns meā. Thren. iij. in prin. ad literam neminem nomino: consciencia sua conueniat vnumquemq;. viij. q. j. quid autē sed vitia que quilibet in quolibet statu debet habere odio, tango. lxxxvi. dist. odio. xxiij. q. iiij. duo. A capite ergo a quo ratio est edenda. l. di. de eligendo. ar gentarius. c. l. dist. & purgabit, & c. quia inmaiplen dos q̃ sm Grego. papam. Capite languescente facibus cetera corporis membra inficiuntur. vi. q. j. c. sunt plurimi. c. ex merito: Uulnerato namq; pastore principali, quis curandis ouibus adhibet medicinam? j. q. pri. fertur. A reuerendissimo dei vicario domino papa. extra de trāsla. inter corporalia & c. quisto. Qui est caput totius ecclesie sicut Petrus. xxij. dist. c. ij. qui a quum homo sit: peccare potest. xl. dist. si papa. Et aliud dicere, error est. de pen. dist. ij. si enim. Incipio: non ponens specialiter os in celum: tāgendo eius vitia. xxi. dist. c. si. sed aliqua scribens que cōuenit & oportet ipsum facere: in quibus si offenderit, ipse viderit & non ego. Omnia enim peccata sua occulta & manifesta, excepta sola heresi probata & contumaci, deum habent vltorem solum & nō alium. ix. q. iij. aliorum. xxi. dist. nunc autem. Et de ista materia supra maxime in. v. & vi. cap. in pri. parte istius operis latius disputaui. Et quia ibidē latissime eius posui potestatem: in ista. ij. parte ad pedes sanctitatis eius iacens seruus, excitabo dominum meum: vt potestatem suam conseruando maxime grauiter non peccet: quia hoc ad potentiam suam non pertinet: quia sm Aug. posse peccare, non est aliquid posse: immo aliquid non posse. Unde solus deus cuius ipse est vicarius, vocatur omnipotens qui hoc non potest: quia omnia potest que posse est aliquid posse de pen. disti. ij. §. si. Immo Petrus qui ceteris plus christum dilexit. Joan. vlti. vi. q. pri. imitare, lapsus est: vt ibi. & l. distin. fidelior. & c. considerandum. Et postq̃ receperat spiritumsanctum a Paulo reprehensus est: quia reprehensibilis erat: ad veritatem euangelij non recte ambulabat. Gal. ij. ij. q. vij. paulus. & c. puto. Unde elegāter ait papa Symmach⁹. xl. dist. c. j. Non vos beatum Petrum, sicut dicitis: scilicet vos heretici a domino cum sedis priuilegio vel successores eius peccandi licentiam iudicamus suscepisse. Ille quippe perennem meritorum dotem cum hereditate innocentie transmisit ad posteros. i. suos successores & c. Ut ergo Romani pontifices successores Petri & vicarij dei. extra de elec. vbi periculum. & c. fundamenta. lib. vi. priuilegio potestatis tradite Petro rite vtantur retineant non Petri lapsum, sed innocentiam & sanctitatē eius. xxiij. q. pri. manet: quia & quum nedum christi sed etiam Petri vicarij sint omnes Romani pontifices. lxiij. dist. ego lodoicus. pri. q. pri. non quales. & q. vii. quotiens. & §. q. vii. in sancta. xxv. q. j. nulli fas. Et in legenda beati Joannis pape martyris: & notat Archid. extra de elec. fundamenta: super verbo vicarij dei. lib. vi. sicut tenent vices potentie: sic sanctitatis & innocentie. vt preal. c. j. xl. disti. Peccare ergo potest papa: & grauius q̃ quiuis alius: quia quanto gradus altior, tanto casus grauior: sm Greg. de pe. dist. ij. principium. Et sm Chrys. xl. dist. homo christianus: vbi de hoc. Et sm Hilarium papam. xxv. q. pri. nulli fas. ver. dicitur. Siquidem maiori reatu delinquit: qui potiori honore fruitur: & grauiora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantium, & loquitur de papa peccante. Et sm Hiero. Non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum. xl. dist. non est facile. Idem Greg. c. di. nos qui presumus. Et sm Bonifacium martyrem. Si papa malus fuerit: innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio gehenne cum ipso plagis multis vapulaturus in eternum. xl. disti. si papa. q. di. Maior est pena sua, omnium, sicut diaboli. Et sm Symmachum, non habebit de allegationis nitore subsidium: quando ipsorum factorum vtetur eo teste quo & iudice. Nā & ab eo cui plus cōmittitur: plus exigitur. ix. q. iii. aliorum. Et q̃ alijs potentior: si offenderit: tormenta potentius patiet. viii. q. j. illud. Sap. vi. Quapropter sm Joā. duo testes sufficerent contra papam, quod intelligo etiam in casu heresis. xl. dist. si papa. Et quā q̃ in condem-

natione episcoporum.lxxij.testes, & presbyterorum cardinalium.xliiij.& diaconorum cardinaliū.xxvij. requiruntur. vt.ij.q.iiij.presul. In condemnatione tamen pape, vt dictuʒ est, duo sufficiunt. Nec in hoc priuilegiatus est: immo deterioris conditionis, q2 ipse maior sine comparatione aliorum creatus est, & ideo sine spe venie condemnandus: vt diabolus. de peni.dist.ij.principium, vt no. Jo.in preal.c.presul.& Anastasius quia Acatium hereticum occulte reuocare voluit: diuino iudicio percussus fuit. Nam duʒ assellaret, intestina emisit: legitur & no.xix.dist.Anastasi°. Unde & errare potest papa: vt ibi: & no.xxiiij.q.j.a recta. Et legitur in legēda beati Eusebij ꝙ Liberius papa arriane perfidie consensit. Et quidam papa Leo non doctor arrianus fuit, cui dixit sanct° Hilarius ꝙ non erat leo de tribu iuda vt legitur in legenda eius. Item dicit Aug. ꝙ quanto Adam deo erat proximior: tanto magis peccauit. de peni. dist.v.consideret. Papa dicitur apostolicus: cuius studium debet esse circa profectuʒ imperij.xcvij. dist.victor. Quia olim de sacerdotibus nati ex legitimo matrimonio fuerunt promoti ad papatuʒ.lvi. dist.in palea. o.lus. & §.cum ergo. Propensius est pro papa orandum: quia ex ipso dependet salus omnium.xl.di.si papa. Quia in cultu dei maiorem zelū dbet habere ꝙ alij christiani.xxiiij.q.j.officij. Quia bonitas ipsius salus est omnium: & peruersitas ipsius cedit in damnationem innumerabilium personarum.i.preal.c.si papa. Defert episcoporum & ecclesiarum priuilegijs: nisi in casu necessitatis. ix.qō.iij. nunc vero: & c.seq.xi.q.j.peruenit. Confirmare vsq3 ad animam & sanguinem debet papa & seruare que a suis precessoribus sancta sunt.xxv.q.j.sunt quidā: & per totam illam questionem. Ex authoritate eius conciliorum statuta reprobantur.xvij.dist.concilia. Et absoluit quos concilium damnauit.ix.q.iij.cuncta: & c.fratres. Ab omnibus sibi obediendum est. xciij.di.si inimicus: & c.seq. Non dat papa vni ecclesie priuilegium in damnum alterius.xxv.q.ij.de ecclesiasticis. Quia sic debet reputari statutum pape, acsi ab ore dei vel beati Petri esset prolatum. xix. di.sunt omnes. Non licet alicui de ei° iudicio disputare: vel ab eo appellare.xvij.q.iiij.neminem. ix.q. iij.cuncta: vide in primo parte istius operis in.xv.c.

Ad conseruationem ergo innocentie sue: & purgationem peccatorum suorum, nihil sic Romano pōtifici maxime proficit sicut assidue pro parte temporis considerationi sui & status & vniuersalis populi sibi commissi vacare: non totum actioni se dare: exēplo Moysi: qui nunc ascendebat in monteʒ: vt ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate: nūc vero descendebat in castra, vt necessitatibus populi prouideret. Exod.xxiiij.& xxxvi.distinc.si quis: & lxxxviij.di.decreuit. & extra de renun.nisi cum pridem.§.ne putes. vnde Ezech.iij. primo domin° ait prophete. Surge & egredere in campū: deinde. Ingredere & includere in medio domus tue. vbi dicit Greg. ꝙ semper predicator & prelatus debet ad mōtem recurrere: humilitatem atq3 munditiam intrinsecus custodire: post campum necesse est vt domum redeat: quatenus in illo que dicit qualis ipse sit iuxta conscientiam agnoscat: hoc idem notatur.j.Reg.x. vbi dicitur Sauli inuentis asinis. Pater tuus solicitus est pro vobis: q2 celestis pater noster ita vult nos proximorum salutē querere: vt curā salutis ꝓprie nō negligam°. De septē considerationibus pape.

Septē cōsiderationes summo pōtifici diligentius obseruande.

Prima ergo cōsideratio Romani pōtificis erit: An canonice sit electus: vt vitet perpetuum anathema.s. a duabus partibus cardinaliuʒ consentientibus in eum: eo non computato. Cessantibus iuramentis, pactionibus, conuentionibus, obligationibus, cōdictis, intendimentis, simoniaca heresi, violenta intrusione; nullo alio vero papa superstite, & ꝙ ipse electus catholicam teneat vnitatem: alias nō apostolicus, sed apostaticus haberetur, hec legūtur & no. extra de elec.licet.xxiij.dist.in nomine domini. lxxix.dist.c.j.c.si quis papa.& c.nullus pontifice. c.si duo.c.si quis pecunia: c.si transitus.extra de elec.vbi periculū.lib.vi.& in cle.de elec.ne romani.xvi. q.vij. sane.vij.q.j.nouatianus.c.denique.c.non furez.xxiiij. q.j.didicimus. Adde hic quod scripsi supra in pma parte in c.j.§.primus. Secunda consideratio. An sufficiens sit & idoneus ad regendam vniuersalem ecclesiam: & summi pontificatus onera supportanda.extra de elec.vbi periculum.§.ceterum.in fi.li.vi. xxiij.dist.in nomine: & hoc secundum possibilitateʒ humane nature. Nam talis debet esse qui nullius incongrue voluntati deseruiat: sed vita & moribus decoratus, tāto ordine dignus valeat inueniri. viij. q.ij.illud. Et qui sit prestātior et omni populo & doctior. In omni virtute eminentior. In quo concurrant omnes animi virtutes. Nihil ei desit sapiētie, nihil scientie: nihil desit industrie. Omnis ei adsit multitudo sensuum: adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum: vt quid sit summus pontifex, quid eius vnctio: quid indumenta, quid potestas conferens intra sacrarium cordis sui possit aduertere.viij.q.j.licet. Sit etiam talis qui habeat spiritum dei: & precepta dei in conspectu eius. Sit in quo sit claritas legis & scientia.viij.q.j.si ergo. Debet esse cum Clemente predecessore optime eruditus, & doctus, irreprehensibilis, maturus, & pauidus.viij.q.j.oportet. Qualis etiaʒ esse debeat ponit conciliuʒ Carthaginense, dicens ꝙ quilibet episcopus maxime summus natura sit prudens docibilis: moribus tēperatus, vita castus, sobrius, peruigil, semper suis negocijs cauens, non habens simplicitatem asininam: propter quam repellitur quis a promotione.xxxix.dist.petrus: humilis: affabilis: misericors: literatus: in lege domini instructus: in scripturarum sensibus acutus & cautus: in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus: omnia fidei documenta verbis simplicibus asserens: suscipiens papatuʒ non sue delectationi nec suis moribus sed patrum definitionibus: hec ponuntur.xxiij.di.qui episcopus. A vulgari vita seclusus: a mundi voluptatibus abstinens: spectaculis: pompis non se commiscens: conuiuia publica fugiens: priuata non tantum pudica sed & sobria colens: vsuris nequaq3 incumbens: nec turpium occupationibus lucrorum: non fraudis cuiusq3 studiuʒ appetens: amorem pecunie quasi materiam cunctorum criminū fugiens: secularis officia negociaq3 abnuens: honoris gradum per ambitionem non suscipiens, pro beneficijs medicine dei.i.pro sacramentis munera non accipiens: dolos & coniurationes cauens: odiuʒ emulationem obtrectationem atq3 inuidiam fugiens: non vagus oculis: non effrenus lingua aut petulāti: fluidoq3 gestu incedens: sed pudorem atq3 uerecundiam mentis simplici habitu incessuq3 ostendens: obscenitates etiam membrorum & verborum sicut & operum penitus execrans: viduarum & virginum

Qualem deceat summum esse pōtificeʒ.

frequentationem fugiens, contubernia extranearũ feminarũ nullatenus appetens, castimoniã quoq; inuiolati corporis perpetuo conseruare studens, hec leguntur.xxiiij.dist.his igitur. Talis etiã erit papa: cuius comparatione ceteri grex dicuntur.xxv. dist.§.nomine. In quo concurrunt tredecim capitula apostolice regule.s.ꝙ sit sine crimine, vnius vxoris vir, non violentus: prudens: ornatus: hospitalis: pudicus, doctor, non percussor, non litigiosus, non cupidus, domui sue bene prepositus, non neophytus: que ponuntur.j.ad Timo.iij. ⁊ ad Titũ.j. ⁊ prosequitur ea Gratia.xxv.dist.§.nunc autẽ, vsq; ad.l.di. Debet etiam summus pontifex scire leges dei scrutabiliter ⁊ non transitorie: sacros canones: sanctum euangelium: ⁊ diuini apostoli librum: diuinam scripturam atq; mandata conseruare: ⁊ docere populum sibi commissum. Substantia enĩ summi sacerdotis nostri sunt eloquia diuinitus tradita: idest vera diuinarum scripturarum disciplina: quẽadmodum magnus perhibet Dionysius.xxxviij. dist.omnes. Unde ⁊ summus pontifex se cognoscens si non renuntiaret papatui: credo ꝙ grauiter peccaret: quia vult preesse ⁊ non prodesse.viij.q.j.q episcopatũ, ⁊ facit quod no.xvi.q.j. monachi vagantes: sicut fecit papa Celestinus sanctus Petrus de morron. in quo etsi esset sanctitas: deerat scientia ⁊ industria.xvi q.j.legi. extra de renun. quoniam.lib. vi.⁊ cod.ti.nisi cum pridem.§.pro defectu: adde qđ no.j.§.prox.ver.considerans. Hinc est etiam ꝙ si in gremio cardinales non inueniunt idoneum ad papatum, siue inueniãt, possunt eligere aliũde.xxiiij. di.in nomine: vbi de hoc: ⁊ vide quod no.xl.di.si papa.⁊.lxxix.di.c.j. Et hoc innuitur in c.prealleg.licet. vbi hoc etiam tenet Osten. vbi etiam tenet Inno. ꝙ in electione Romani pontificis non est ex necessitate aliqua forma seruanda: immo quomodocũq; appareat duas partes consensisse in aliquem tanq̃ in electum, ius habet ⁊ verus papa est. Si autẽ interuenisset impressio, quum solo consensu libero nõ coacto matrimoniũ contrahatur. extra de spon. cũ locum: non esset tunc papa: nec esset ei obediẽdum. Item si prece vel precio.j.q.j.si quis: neq; elegerunt cardinales: quum legitimus interuenire debeat cõsensus non corruptus si id sit notorium. Idem videtur si contra eum probaretur, vel ipse in concilio cõfiteretur: quia ista paria sunt in iure. extra de cohabi.de.⁊ mu.c.vlt.⁊ facit quod no.xl.disti.si papa: in magna glos. Et vide quod legitur ⁊ no.lxxix.disti.si quis pecunia: non erit papa: alias de hoc non potest ex capi. sm Innoc.⁊ Osten.in preal.c.licet. Eadem ratione etiam si occultum est: coram deo non erit papa: quia non fuit consensus legitimus.c.op. de simo.sue: ibi licet ab eo non sit recedendum: vt scripsi supra in prima parte istius operis in c.iiij.§. quartus.ver.consentiant. Tertio consideratio est habenda in domino papa de statu quẽ habet: quantis periculis laboribus ⁊ anxietatibus plenus est. Si enim tantũ pondus est cuiuslibet episcopi quãtum erit romani pontificis? Unde Aug. ad Valerium. Ante omnia peto vt cogitet religiosa prudentia tua: nihil esse in hac vita maxime in hoc tempore facilius ⁊ letius ⁊ hominibus acceptabilius episcopi officio: si perfunctorie.i.negligenter ⁊ adulatorie res agatur: sed nihil apud deum miserabilius est ⁊ tristius ⁊ damnabilius. Idem. Nihil in hac vita ⁊ maxime in hoc tempore difficilius: laboriosius: ⁊ periculosius episcopi officio ⁊c.xl.disti. ante omnia.

Et hoc ideo: quia non est facile in loco Petri ⁊ Pauli stare: ⁊ tenere cathedram cũ christo regnantium.xl.dist.non est: immo periculosissimum si non concordet vita.vt ibi. Nec loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt: sed nos aut bona merita coniungunt: aut mala disiungunt.xl.dist.nõ loca.xxiii.q.iiij.sicut. Item Amb. Non loci nobilitate sed virtute vniusquisq; gratiam comparat.xl. distin.illud facit.xij.q.ij.gloria. Nec aliquis festinet quomodo maior appareat: sed quomodo omnibus inferior videatur. Quoniam non qui maior est in honore: est iustior: sed qui fuerit iustior: ille maior. xl.dist.multi: alias est.c.⁊ incipit quicunq;: ⁊ quãto quisq; est dignitate celsior: tanto debet esse virtute potentior vel ponor.xvi.q.j.sunt nonnulli.iiij.disti. deniq;. Et sanctius est in hac vita sub inferiori habitu domino famulari: ꝙ̃ alta indebite appetendo damnabiliter in profundum inferni submergi. sm Nico.l.dist.de his.in fi. Et Grego.scribit Genando patritio dicens. Concilium vero catholicorum episcoporum admoneri precipite vt primatem non ex ordine loci postpositis vite meritis faciat: quoniam apud deum non gradus elegantior: sed vite melioris actio comprobatur: vt prec.c.sicut.xxiij.q. iiij. Et Leo papa ait. Merito patrum beatorum venerabiles sanctiones quum de sacerdotũ electione loquerentur: eos demũ sacris administrationibus idoneos esse censuerunt: quorum omnis etas a puerilibus exordijs ad perfectiores annos per disciplinę ecclesiastice stipẽdia cucurrisset: vt vnicuiq; testimonium prior vita preberet: nec potest de eius prouentione dubitari: cui pro laboribus multis: pro moribus castis: pro actibus strenuis: celsioris loci premium debetur ⁊c.lxj.dist.miramur. Item Clemens.iij. Non in sublimitate graduum: sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum dei. extra de temp.ordi.ad aures. Et propter timorem insufficientie sancti dei fugerũt honores ⁊ dignitates. Unde ⁊ Aug.peccatis suis deputat ꝙ Valerio coepiscopus factus est inuitus.xl.distin.ante. in fin. Et Marcus euangelista pollicem sibi amputasse dicitur: vt sacerdotio reprobus haberetur: vt dicit Hiero:⁊ in sua est legenda. Et Greg.doctor congaudenti sibi Narso patritio de papatu scripsit: dicens. Dũ contemplationis alta describitis ruine mee mihi gemitum renouatis: quia audiui quid intus perdidi: dum foris ad culmẽ regiminis immeritus ascendi: tanto autem me perculsum merore cognoscite: vt vix loqui sufficiam. Nolite ergo me vocare Noemi. idest pulchrum: sed vocate me mara: quia amaritudine repleuit me dominus. Et alibi. Quod me ad episcopatus ordinem cognoscitis peruenisse: si me diligitis: plangite: quod ego incessanter defleo: atq; vt pro me deum exoretis: rogo. Unde ipse in prologo.iiij.lib.dialogorum: sic ait se lamentando de statu papali. Meror quem quotidie patior: ⁊ semper mihi per vsum vetus est: ⁊ semper per augmentũ nouus. Infelix quippe animus meus occupationis sue pulsatus vulnere: meminit qualis in monasterio fuerit: quomodo ei labentia cuncta suberant: quantum rebus omnibus que voluuntur eminebat.⁊.j. At nunc ex occasione cure pastoralis: secularium hominum negocia patitur: ⁊ post tam pudicam quietis sue speciem: terreni actus puluere fedatur.⁊c. Unde ⁊ in vitis patrum legitur de Amone.

qui fuit magnus abstinentie ⁊ castitatis amator: peritus scientia scripturarum ⁊ eloquentia sermonis, ꝙ quũ ab archiepiscopo Alexandrie cogeretur ad episcopatum: ⁊ ipse nollet eremum dimittere, accepto forpice abscidit sibi sinistram auriculam dicens coram populo, Vel nunc certi estote q2 impossibile est me fieri posse epm. Quum autem adhuc cogeretur ad episcopatum: ait. Si me cogentis amplius: etiam linguam meam propter quam molesti estis mihi: abscindam. Item abbas Theodorus diaconus institutus quũ cogeretur ab anachoritis vt ministraret in suo ordine, ait: Permittite me deprecari deum, si iubet me ministrare in loco meo. Et orauit sic. Domine si voluntas tua est vt in ordinatione mea persistam: ostende mihi: ⁊ ostensa est illi columna ignea a terra vsque ad celum pertingens, ⁊ vox ad eum facta est. Theodore si potes fieri sicut columna ista, vade ⁊ ministra, quod ille audiens vltra administrare nullatenus acquieuit. Sed quum venisset in ecclesiam: deprecabantur eum, vt si non ministrabat: saltem calicem teneret, qui non acquieuit, dicens: si mihi amplius de hac re verbum feceritis: discedam hinc. Item quum abbas Motues inuitus factus esset presbyter a quodam epo: ⁊ diceret ei episcopus: Indulge mihi abba. scio enim ꝙ hanc causam nolebas. Cui senex pro sua humilitate ait. Et mea cogitatio paruz volebat. Quumqꝫ ⁊ discipulus eius factus esset etiam presbyter: permanserunt ambo vsqꝫ ad finem suum, vt ad altare quantum ad oblationem sacramenti, nunq̃ accederent. Unde dicebat senex. Cõfido in deo meo: quia non habeo grande vitiũ propter ordinationẽ hãc q2 oblationem non mihi presumpsi offerre: naz ordinatio illorum est qui sine culpa sunt: ego autẽ me bene cognosco. Item fm Aug. Episcopatus nomen est operis ⁊ oneris potius q̃ honoris. viii. q. i. qui episcopatum. vnde Petrus ad clementem. Clemens: si tanq̃ omnibus preesse volueris singulos prout potueris adiuua, singulos releua: quia ⁊ singulorum onus ⁊ solicitudinem portes. viii. q. i. clemens. Et Hiero. illud inferendum est aduersus eos qui de episcopatu intumescunt: ⁊ putant se non dispensationem christi sed imperium consecutos: quia non statim omnibus his meliores sunt quicunque episcopi non fuerint ordinati. ⁊ infra. Quanto magis se vnusquisque considerans ⁊ sciens quia potens potenter tormenta patietur: retrahet se ab hoc non tam honore quam onere: ⁊ aliorum locum qui magis digni sunt ambiget occupare? viij. quest. pri. illud. Multis autem fit rapine securitas, episcopatus ambitio. secundum Pelagium. viij. questio. iii. cap. pri. Item Gregor. xiij. distinc. nerui. versicu. alius. Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negligens: ad locum regiminis premijs ascendit: sed quia omne quod hic eminet plus meroribus afficitur: quam honoribus gaudeat: dum cor plus tribulatione premitur: ad memoriam culpe reuocatur. Iunge hic quod scripsi. supra in ista secunda parte in secundo capitu. Thren. super verbo prophete. in cap. v. in. §. quomodo. ⁊ infra. §. v. in capitu. xiij. Idem not. in capitu. xxiij. versi. omne.

Quod ordo episcoporuz quadripartitus sit. Quot modis dicatur ecclesia. Quot nominis appelletur ⁊c. Cap. ii.

Unde Bern. in ij. lib. de consideratione ad Euge. Nam quid tibi aliud dimisit sanctus apostolus? quod habeo, inquit, hoc tibi do. Act. iij. Quid illud? Unū scio: non est aurū: neq; argentū: quū ipse ibi dicat. Argentū ⁊ aurū non est mihi. Si habere contingat: vtere non pro libito: sed pro tpe. Utere auro sicut fictili: ⁊ fictili sicut auro: sic eris vtēs illis, quasi nō vtens. j. ad Cor. vii. xxiij. q. v. scdm. Nā talia (qd̄ ad animi bonum spectat) nec bona sunt nec mala. Usus tn̄ hoꝝ bonus: abusus malus: solicitudo peior: questus turpior. Esto vt alia quacunq; ratione hec tibi vendices: sed non apostolico iure: nec enim ille tibi dare qd̄ non habuit potuit. j. q. vij. daibertū. cum c. seq. Qd̄ habuit, hoc dedit: solicitudinē: vt dixi: super ecclesias. Nunquid dñationē? Audi ipm. j. Pet. v. xcv. dist. esto. Non dñantes ait in clero: sed forma facti gregis. Unde etiā Luc. xxij. ⁊ Mar. x. ⁊ j. Colos. iij. ⁊ Mat. xx. Reges gentiū dñantur eoꝝ: ⁊ qui maiores sunt potestatē exercent in eos: nō erit ita inter vos. Sed quicunq; inter vos voluerit maior fieri: erit vester minister. Apostolis interdicitur dñatus. I ergo tu, ⁊ tibi vsurpare aude aut dominās apostolatum: aut apostolicus dominatū. Plane ab alterutro prohiberis. Si vtrunq; simul habere voles: perdes vtrunq;. Alioquin non te exceptum illorum numero putes. de quibus queritur sic deus. Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterūt: ⁊ ego non cognoui eos. Osee. viij. viij. q. j. audacter. Unde super predicto verbo Matt. principes gen. do. coꝝ. dicit Orige. Et non contenti bene regere suos subditos, violenter eis dominari nituntur: inter vos autem qui estis mecū, nō erunt ista: quoniā sicut omnia carnalia necessitate sunt posita: spiritualia autem in voluntate: sic ⁊ qui principes similiter sunt spirituales, principatus eoꝝ in dilectione subiectoꝝ dȝ esse positus: non in timore corporali. Itē Chryso. in homil. Ostendit autem in hoc q̄ gentile est primatus cupere: ⁊ sic gentiū comparatione eoꝝ aīam estuantē conuertit. Itē idē ibi super Matth. Et opus quidē desiderare bonū est: q; nostre voluntatis est: ⁊ nostra est merces. Primatū aūt honoris concupiscere: vanitas est: hoc enim consequi iudiciū dei est: propterea q̄ ex primatu honoris nescimus an mercedē iustitie meremur. Neq; enim apl's laudem hȝ apud deū q; apl's fuit: sed q; opus apostolatus sui bene impleuit. Nec apl's pro merito suo antecedēti honoratus est vt esset apl's: sed ad hoc ministerium aptus est iudicatus ſȝ votū aīe sue. Primatus enī se fugientem desiderat: desiderantē se horret. j. q. vj. sicut. viij. q. j. in scripturis. Conuersatio ergo melior desideranda est: non dignior gradus. Uolens ergo dominus duoꝝ fratrum filioꝝ Zebedei ⁊ alioꝝ indignationem extinguere: introducit differentiam inter principes mundiales ⁊ ecclesiasticos: ostēdēs q; primatus in christo: nec ab aliquo appetendus est non habente: nec alteri inuidendus est habenti: quia principes mundi ideo sunt: vt dominentur minoribus suis: ⁊ eos seruituti subijciant ⁊ expolient: ⁊ vsq; ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatem ⁊ gloriam. Principes autem ecclesie fiunt, vt seruiant minoribus suis: ⁊ ministrent eis quecunq; acceperunt a christo: vt suas vtilitates negligant: ⁊ illorum procurent: ⁊ mori non recusent pro salute inferiorum. Primatum ergo ecclesie concupiscere, neq; iustum est neq; vtile. Quis enim sapiens vltro vult se subijcere seruituti: ⁊ periculo tali vt det rationem pro omni ecclesia? nisi forte qui non timet dei iudicium: abutens primatu suo ecclesiastico seculariter: ita vt conuertat illum in secularem: hucusque Chrysostomus. Adde quod scripsi. supra eodē. §. tertia. in capitulo vndecimo. Item

Principatus mundani ⁊ ecclesiastici discrimen

Hiero. Deniq3 sui preponit exẽplum: vt si dicta paruipenderent, erubesceret ad opera. vnde subdit. Sicut fili⁹ hominis non venit ministrari, sed ministrare. Origenes. Nam etsi angeli Matth. xviij. c. iiij. & Luc. x. Jo. xii. & Martha ministrauerunt ei: tamen non ideo venit vt ministraretur: sed vt ministraret: & tantum creuit ministrans, vt impleretur quod sequitur: & daret animam suam redemptionem pro multis. Ecclesiarum ergo principes imitari debent christuz accessibilem. Mat. ix. Luc. viij. Mar. v. Et mulieribus loquentem. Joan. iiij. Et pueris manus imponentem. Mat. xviij. Et discipulis pedes lauantem. Jo. xiij. & ipsi similiter faciant fratribus. Nos autem tales sumus: vt etiam principatus mundi superbia excedere videamur: vel non intelligentes, aut contemnentes mandatum christi querimus: sicut reges acies precedentes & terribiles: nos accessu difficiles, maxime pauperibus exhibemus: nullam affabilitatem habentes: vel haberi ad nos permittentes. Item Chryso. Quantumcunq3 ergo humiliatus fueris: tu non poteris tantum descendere sicut christus. Item Luc. xxij. Facta est autem & contentio inter eos quis eorum videretur esse maior. Greg. Hec contentio videtur habuisse motiuuz, q3 quum dñs ab hoibus transmigraret: oportebat aliquẽ eoz fieri alioz principẽ, quasi vicẽ dñi gerentem. Item Beda. Sicut boni in scripturis exempla patrum quibus proficiant & humilientur, requirunt: sic reprobi si quid forte in electis reprehensibile reppererint: quasi suae ex eo nequitiae obiecturi, libenter solent amplecti. Ideo multi ardentius legũt q3 facta est contentio inter discipulos christi. Unde ibi Amb. Si enim contendebant apostoli: non excusationi obtenditur: sed cautioni proponitur. Caueamus ergo ne in perditione aliquã inter nos de prelatione possit esse contentio. Beda. Potius autem videamus: non quid carnales adhuc discipuli gesserint: sed quid iusserit spiritualis magister. Sequitur enim, dixit autem eis. Reges gentiuz dominantur eoz. Chrys. Gentiliũ meminit: vt ex hoc rez vituperandam ostendat: gentilium enim est ambire primatum. Cyrillus. Sed & blandi sermones eis offeruntur a subditis. vnde sequitur. Et qui potestatẽ habent super eos benefici vocantur: sed illi quidem quasi extorres a sacris legibus huiusmodi subiacẽt moribus: vestrum autem culmen est in humilitate. Unde sequitur. Uos autem non sic: sed qui maior est in vobis: fiat sicut minor. Basilius. Non extollat presidentem dignitas: ne ab humilitatis beatitudine corruat. Illud autem nouerit q3 humilitas vera, ministeriũ pluriũ est. Sicut enim qui pluribus ministrat vulneratis: & abstergit cuiuslibet saniem: non sumit ministeriũ in causam elationis: sic multo magis cui cõmisse sunt cure fraternoz languorũ sic omniũ minister: redditurus pro oĩbus rationẽ: cogitare debet & esse solicitus: & sic qui maior est fiat sicut minor. Decet autẽ etiã corporale obsequium ab his qui president offerri: exẽplo dñi lauantis pedes discipuloz. Unde sequitur. Et qui precessor est sit sicut ministrator. Nonne autem timenduz: ne in subdito soluatur humilitatis propositũ: dũ ei a maiori seruitur? sed in imitatione panditur humilitas.

Amb. Contuendum est autez q3 non oĩs honorificentie studio humilitas deficit. Potest enim deferri alicui propter seculi gratiã, potentie metũ, vtilitatisq3 contuitũ: & tunc sua edificatio queritur non alterius honor: & ideo vna datur oĩbus forma similis, vt non de prelatione iactantia sit, sed de humilitate contentio. Beda. In hac tñ forma a dño tradita, maiores nõ minima discretione opus habentes: scz ad instar regum gẽtiũ dñari subiectis, seseq3 ab eis gaudeant laudibus attolli: et tñ contra delinquẽtiũ vitia sint erecti. Ad uba autẽ exhortationis sumet adiungit exẽpliũ. vnde sequitur. Nã quis maior est qui recumbit: aut qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autẽ in medio vestruz sum: sicut qui ministrat. Chryso. q. d. Non putes tu discipulũ tui egere: te vero non illius: ego vero qui nullo: ego quo vniuersa egent celestia & terrestria: ad ministerialẽ gradũ consẽdi. Beda. Loquitur de ministerio quo sm Joan. c. xiij. eoz pedes lauit dñs & magister: q3uis etiam verbo ministrandi possint oĩa que in carne gessit intelligi: sz & suũ sanguinẽ nobis ministrãdo effudit. Est ergo, vt ex predictis patet, forma apostolica hec: qua dñatio interdicitur: indicitur ministratio. vnde super verbo predicto. Ego autez &c. Bern. ad Euge. ij. lib. Quis iã se titulo hoc inglorium putet quo se prior dñs. Act. vij. glorie. presignauit? Merito Paulus gloriatur in eo dicens. ij. ad Cor. xi. Ministri christi sunt: & ego: & addit. Ut minus sapiens, dico. Plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis supra modũ: in mortibus frequenter. Quo non id gloriosius principatu? Si gloriari oportet: forma sanctoz tibi prefigitur: apostoloz proponitur gloria. Parua ne tibi illa videtur? Quis mihi tribuat similẽ fieri in gloria sanctoz? ps. cxxxviij. Eccles. xliv. Clamat propheta Dauid. Mihi autez nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eoz. Clamat apls Gal. vi. Mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri iesu christi. Hoc glorieris opto: semp. optimo genere glorie: qd apli, qd prophete delegere sibi: transmisere tibi. Agnosce hereditatem tuã in christi cruce in laboribus plurimis. Felix qui dicere potuit: plus omnibus laboraui. j. ad Corint. xv. Gloria est: sed nil in ea inane: nil molle: nil resupinuz. Si labor terret: merces inuitet. Unusquisq3 enim sm suum laborẽ mercedẽ. ex. de renun. nisi cũ pridẽ. §. verũ. j. ad Corint. iij. recipiet. Exi in agruz domini tui. Exi in mundum: ager est enim mundus. Mat. xiij. isq3 tibi creditus. Exi in illum: non tanq3 dñs, sed tanq3 villicus. Luc. xvi. videre & procurare vnde exigendus es rationẽ. Exi dixerim, quibusdã tue passibus intente solicitudinis & solicite intentionis. Neq3 n. ipsi apostoli qui iussi sunt ire in orbem vniuersum: totum orbem circuierunt presentia corporis: sed mentis prouidentia. In hunc quondam agrum Isaac patriarcha exierat. Gen. xxiiij. ad meditãdum: tu ad extirpandum egrediaris necesse est. Hiere. j. huiusq3 Bern. Ex omnibus predictis originalibus liquet dominum papam se debere habere vt seruum, dispẽsatorem, laboratorem, villicum: & non vt dominũ.

Unde idem Bernar. ad Euge. prope finem. iiij. lib. ait. Consideres ante omnia Romanam ecclesiam, cui deo auctore preees: ecclesiarum matrem esse: non dominam: te vero non dominum episcoporum: sed vnum ex ipsis: ad hec. xij. q. ij. qui abstulerit xvj. q. j. vos autem. xij. dist. c. j. xcvij. distin. ecclesie. de consecra. distinc. iiij. mater. extra de magistris. cap. j. de priuil. antiqua. extra de sum. tri. c. j. lib. vj. de elect. fundamenta. lib. vj. C. de sacrosanct. eccle. iubemus. Nam ipsa nos genuit. lxviij. distinc. c. vlt. scilicet per

baptismum.

baptismū:vt in preall.c.qui abstulerit.Et ideo oēs fideles vocantur fratres.xi.q.iii.ad mensam. Unde ⁊ Romana ecclesia est aliarum ecclesiarum mater: non domina. Neq; dominus papa proprie dñs est: nec imperator proprietarius rerū imperii.C.de quadri.prescrip.lib.vii.a zenone.dist.viii.quo iure. Unde ⁊ phs. Sic omnia sapientis sunt:vt nihilominus quiq; proprium in rebus suis dominiū habeat. Iure ciuili omnia regis sunt.xxiii.q.i.quo iure: ⁊ tamē illa quorum ad regem pertinet vniuersa possessio: ⁊ in singulos dños distributa sunt:⁊ vnaqueq; res hz suum possessorem. Itaq; regi ⁊ domuz ⁊ mancipiū ⁊ pecuniam dare possumus: nec dare illi de suo dicimur. Ad regem omniuz potestas pertinet, defensio, ⁊ gubernatio:ad singulos proprietas: facit pro hoc. vii.q.i.mutationes.in prin.ibi.Aut dominatione.x. q.iii.q: cognouimus.ibi. Non vt dominantes ⁊c.⁊ ix.q.iii.nullus.ibi. Nec aliquo dominationis fastu. ⁊ ob hoc forte scripserunt Inno.⁊ Oldrē. q̄ si imperator vel alius princeps sine iusta causa faceret constitutionē q̄ dominia de altero in alterum transferrentur: talis constitutio non teneret:nec in foro anime:nec ciuili seruanda est.c.xii.distin.c.i. ⁊.ij.xi.q.vii. quapropter.⁊ hoc ipsi no. extra de immu.eccle.quia plerique.de hoc vide quod no.C.de pci.impe.off. quo nemo.in glos.i.in fi.⁊ quod no.lxiii.dist. ego lodoic⁹. in glos.i.⁊.ix.q.iii.per principalem. in glos.ij. Quicquid sit, ecclesia romana in canone domina vocat. lxxix.dist.oportebat.de hoc no.etiam Archidia. extra de summa tri.fideli.in glos.xij.lib.vi. Pro ista etiam humilitate papali dicitur Mar.x.ibi.Scitis q: hi qui videntur eis principari gentibus: dominantur eis:⁊ principes eorū potestatē habent ipsorū. Nō ita est in vobis: sed quicunq; voluerit maior fieri: erit vester minister: ⁊ quicūq; voluerit in vobis primus esse: erit omnium seruus: ⁊ premittitur. Uocans eos. Theophilus. Demonstrando q̄ vsurpare honorem, ⁊ desiderare primatū gentiliū est: gentiliū principes tyrannice ⁊ damnabiliter ad principatū se ingerunt: non ita in vobis. Beda. In quo docet eum maiorem esse, qui minor fuerit: ⁊ illum dñm fieri, qui omniuz seruus sit. Frustra igitur aut illi immoderata quesierunt: aut isti dolent sup maioritatis desiderio, quum ad summitatem virtutiz non potentia, sed humilitate veniatur. Deniq; proponit exemplū:vt si dicta paruipendant: erubescāt ad opera. Unde sequitur. Filius hoīs non venit vt ministraretur ei:sed vt ministraret:⁊ daret animam suam redēptionē pro multis. Theophilus. Quod maius eius est, q̄ ministrare. Quum enim aliquis pro eo cui ministrat moritur:quid isto potest esse maius ⁊ mirabilius? Item Bern.in ii.lib.ad Euge. Accingere gladio tuo.ps.xliiii.gladio spiritus quod est verbum dei. Ephe. vi. Glorifica manum ⁊ brachium dextrum in faciendo vindictā in nationibus increpationes in populis: in alligando reges eorū in compedibus, ⁊ nobiles eorū in manicis ferreis. ps.cxlix. Si hec facis: honorificas ministeriū tuū, ⁊ ministerium te. Domabis ⁊ persequeris lupos: sz ouibus non dominaberis. Joan. vlti. Pascendas vtiq;, non premendas suscepisti. Si bene considerasti quis sis: hēc te oportere facere nō ignoras. Porro scienti ⁊ non facienti peccatum est ibi.de pen.di. ii.si enim. Jaco.iiii. Seruus sciens voluntatem domini, ⁊ non faciens: plagis vapulabit multis. Luc. xii. Sic prophete, sic apostoli factitabant. Fortes fuere in bello. Heb.xi. Non molles in sericis.xxi. q.iiii. c.i. Si filius es ⁊ successor apostolorū ⁊ prophetarū: ⁊ tu fac similiter. Uendica tibi nobile genus similibus moribus: quod non aliunde nobile q̄ morū ingenuitate ⁊ fidei fortitudine fuit. Per hāc vicerūt regna: operati sunt iustitiā: adepti sunt repromissiones. Heb.xi. Hoc chirographum tue paterne hereditatis quod tibi euoluimus: vbi inspicias portionē que te. Luc.xv. cōtingit. Induere fortitudinē. Prouerb. vlti. ⁊ hereditasti. Possīde fidem, possīde pietatem, possīde sapientiam: sed sapientiam sanctorū. Eccle.xxxix. Ipsa est timor. Eccle.i. domini. Et habes quod tuum est. Mat.xx. Habes sine defraudatione integrum paternum fundū. Preciosissimus fundus virtus est. Bonus fund⁹ humilitas in quo omne edificium spirituale constructum, crescit in tēplum sanctum in domino. Ephe.ij. Per hanc etiaz nonnulli possedere portas inimicorū. Que eniz virtutum eque potest demonum debellare superbiam: tyrannidem hominum? Ceterum quum omni indifferenter persone hēc sit quedam turris fortitudinis a facie inimici. ps.lx. nescio tamē quo pacto virtus maior in maioribus, ⁊ in clariorib⁹ clarior cōprobatur. Nulla splendidior gemma in omni preciput ornatu summi pontificis. Quo enim celsior ceteris: eo humilitate appareat illustrior ⁊ seipso i huiusq; Bernar. Unde Grego. doctor hac virtute inter omnes romanos pontifices decoratus, ait. Nihil in episcopali ceruice splendidius fulget q̄ humilitas. Sed ista virtus vix inuenitur in filijs hominum. vnde Bernar. Magna prorsus ⁊ rara virt⁹ humilitas honorata. Ex Chrysosto. Hoc vere magnum ⁊ mirabile est: si is qui vere magnus est nihil de se magis sentit aut loquitur:sed vltimum se omnium iudicat.c.distinct.contra morem. Iste Gregorius humillimus fuit primus qui ex humilitate seruum seruorū dei suis literis se vocauit:⁊ post eum ad exemplum eius sic se alij Romani pontifices vocauerunt:vt habetur in chronica martiniana. Que clausula nedum ponitur in iuribus nouis in princ. prohe.grego.⁊.vi.lib.⁊ cle.sed ⁊ in veteribus.i.q.iij. saluator.in fit.⁊.lxiij.dist.nosse.in ti.⁊.c.in synodo.⁊ extra de sen.exco.relatum. Ex hac humilitate in salutatione se postponit Clemens.xij.q.i.c.ii.⁊ postponitur ab imperatore.xcvij.dist.victor.⁊.lxiij.dis. ego lodoicus. Seruum autem se vocat papa seruorū dei:q: papa est seruus beati Petri ⁊ Pauli. Unde versus. Seruierant tibi Roma prius dñi dñorum. Seruorū serui nunc tibi sunt dñi: sic no.i.q.vij.quotiens.in glos.c.contra.⁊ no.Archidia.in prohemio. vj.lib.in glos.in chronica. Item seruus vocatur papa:q: quum sit liber ex omnibus: omnium se seruū facit vt omnes lucrifaciat.i.ad Corin.ix.xxviij. q.i.iā nunc.ver.iaz vero:⁊ propter laborē ⁊ solicitudinem quā sustinet pro oībus sicut seruus. extra in prohemio.vj.lib.sacrosancte.⁊ ex̄ de censi. cū instantia.ex̄ de offi.leg.officij.lib.vj.⁊ de resti.spo. frequēs. lib.vj. Uocatur etiam papa seruus:q: sicut p seruum acquiritur dño:sic per papā cuilibet ecclesie potest acquiri. vt no. ex̄ in prohe.decre. Grego.eps. in glos.sic etiam. Itez q: dicit dominus. Mar.x. Qui maior est vestrum:erit minister vester. Non veni ministrari:sed ministrare.ix.q.iij nullus primas. ⁊ di. xi.ē.in alio folio.ver. item Hieronymus: ⁊ ver. Cyryll⁹. Ex hac humilitate papa Leo se cōmittit iudicio īperatoris.ii.q.vii.nos si. ⁊ Sixt⁹ papa purga

Regi sūt oīa iure ciuili.

Seru⁹ seruorū dei papa vocatur.

tioni.ij.q.v.mandastis: quod est verbum humilitatis in papa. Et Leo papa ea.causa ⁊ q.auditum. Ex hac humilitate Greg. doctor non vult vocari papa vniuersalis: quia vocat hoc verbum superbe appellationis.xcix.dist.ecce.⁊ tamen vniuersalis est: ⁊ in omnibus ecclesijs ordinarius papa.extra de priuil. antiqua: ⁊ vniuersalis vocatur.xcvj.dist.constantinus. Leo papa vocat imperatorem ⁊ imperatricem dominos.lxiij.dist.nobis.⁊.c.plebs.⁊.c.salonitane.

Item paret comuni.dist.ea.lectis. Papa supplicat regibus.xxiij.q.viij.hortatu. Ex summa humilitate Grego. nullo modo se laudari permittebat. Nã Stephano episcopo qui cum in suis epistolis laudauerat: ista scribit. Multum mihi ⁊ vltra q̃ʒ audire debui indignus fauorem in vestris epistolis demonstrastis: ⁊ tamen scriptum est: Ne laudes hominem q̃ʒdiu viuit. Eccl.xj. tamen etsi audire talia dignus non fui: orationibus vestris peto vt dignus efficiar: vt si bona ideo in me dixistis quia non sunt: ideo sint quia dixistis. Item in epistola ad Marsum patritium. Charissime frater: Simiam, leonem vocas: quod eo modo nos agere te conspicimus: quo scabiosos sepe catulos, pardos vel tigres vocamus.

Item in epistola ad Anastasium patriarchã Antiochenum. Quod vos meos domini: quod lucernam dicitis: quod loquendo multis prodesse multisqʒ lucem posse infundere perhibetis: estimationẽ meam mihi fateor in dubitationem maximaʒ perduxistis. Considero nanqʒ quid sum: ⁊ nihil in me ex huiusmodi boni signo deprehẽdo. Considero autem quid estis: ⁊ vos mentiri posse non arbitror. Quum ergo credere volo quod dicitis: contradicit mihi infirmitas mea. Quum disputare volo quod in laudem meam dicitur: contradicit mihi sanctitas vestra. Sed queso vir sancte: vt nobis aliquid de hoc certamine nostro conueniat: vt si non quod dicitis ita est: sit ita q: dicitis. Verba etiam ⁊ vocabula vanitatem vel iactantiam sonantia omnino respuebat. Unde Eulogio patriarche Alexãdrino vocanti eum vniuersalem papam: ita scribit. In prefatione epistole quam ad me direxisti: superbe appellationis verbum, vniuersalem me papam dicens, imprimere curauisti: q̃d peto dulcissima sanctitas vestra vltra non faciat: q: vobis subtrahitur quod alteri plus q̃ʒ ratio exigit, prebetur. Ego enim verbis prosperari non quero: sed moribus: nec honorem meum esse deputo, in quo fratres meos honorem perdere cognosco. Recedant ergo verba que vanitatem inflant: charitatem vulnerant. p̃c.ille.c.ecce.xcix.dist. Hinc est q̃ quum Joannes episcopus Constantinopolitanus hoc vocabulum vanitatis sibi vsurparet: ⁊ se vniuersalem papam vocari fraudulenter a synodo obtinuisset: inter cetera sic de eo scribit Greg. Quis est iste qui contra statuta euangelica, contra canonum decreta, nouum sibi nomen vsurpare presumitur? vtinaʒ vel sine imminutione, sit vnus, qui esse appetit vniuersus. Verbum etiã iussionis sibi a coepiscopis dici nolebat. Unde ait ad Eulogium episcopum Alexandrinũ. In epistola vestra mihi loquitur charitas dicens. Sicut iussistis: quod verbum iussionis peto a meo auditu remoueri: quia scio qui sum: ⁊ qui estis: loco enim mihi fratres estis: moribus patres. Insuper ob nimiam humilitatem qua erat preditus: nolebat q̃ matrone se ancillas suas dicerent. vnde Rusticiane patritie scribens ait. Unum in tuis epistolis egre suscepi: quod q: semel esse poterat sepius dicebatur ancilla vestra. Ego enim qui p̃ ep̃atus onera omniũ seruus sum factus: qua ratione te mihi ancillam dicis cuius ante receptum episcopatum proprius fui? Et ideo rogo per omnipotentem deum ne hoc verbum aliquando ad me in scriptis tuis inueniam.

Libros suos ob nimiam humilitatem, dũ adhuc viueret: publicari nolebat: ⁊ in alioruʒ comparatione suos nil valere existimabat. Unde Innocentio prefecto aphrice sic scribit. Quia expositionem sancti Job vobis transmitti voluistis: vestro studio cõgaudemus. Sed si delicioso cupitis pabulo saginari: beati Augustini compatriote vestri opuscula legite: ⁊ ad comperationem illius similaginis nostruʒ furfurem non queratis: nec enim volo dum in hac carne sum: si qua me dixisse contigerit: ea facile hominibus innotescere. Legitur etiam de eo q̃ quũ quidam sanctus pater noie abbas Joãnes Romã ad visitanda limina apostolorum venisset: ⁊ beatuʒ Grego. papam per medium ciuitatis transire vidisset: voluit ei occurrere: ac vt decebat reuerentiam exhibere: cernens vero beatus Greg. q̃ se in terraʒ volebat prosternere: festinauit: ⁊ primo coraʒ ipso se in terram prostrauit: nec inde surrexit quoadusqʒ abbas primo surrexit in quo maxima eius humilitas commendatur: quã pro hereditate reliquit suis successoribus obseruandam. In epistola etiam quã Apocrisario mittit: sic ait. Unum est quod suggeratis dñis vestris: quia si ego seruus eorum in morteʒ Longobardorum vel damnũ me miscere voluisseʒ: hodie Longobardoꝝ gens nec regeʒ, nec ducẽ, nec comites haberet: sed q: deũ timeo: in mortẽ cuiuslibet hoĩs me miscere formido.xxiij.q.viij.si in morte. Ecce quante humilitatis fuit: q: quum esset summus pontifex: imperatoris se seruũ vocabat: ⁊ dñm suũ eũ appellabat. Ecce quãte innocẽtie: q: in mortem suoꝝ inimicoꝝ consentire nolebat. Itẽ quuʒ Mauritius imperator Gregoriũ ⁊ ecclesiã dei persequeretur: inter cetera sic scribit ei Gregori⁹. Quia enim peccator sum: credo q̃ oĩpotentẽ deũ tanto vobis amplius placabitis: quãto me male seruientem affligitis. Inaudita humilitas in tãto sancto: q̃ credebat tyrannũ ⁊ persecutorẽ ecclesie deũ sibi placare quũ eũ affligebat: nec aliud credebat in cõsciẽtia q̃ʒ dicebat.xxij.q.ij.cũ humilitatis: quod de perfectissima mentis humilitate ⁊ sui abiectione prouenire non dubium fuit. Proprium enim humilium est: de se modica sentire: ⁊ de alijs magna. ẜm eundem Greg. Unde Phil.ij. Sed in humilitate superiores sibinuicem arbitrantes. vbi dicit glos. Alter alterũ reputet digniorẽ: potest enim aliquid esse occultum in alio quo nobis superior sit. Ex summa humilitate Grego. papa pueros cantum docebat: ⁊ flagelluʒ eius quo pueris minabatur: cum antiphonario Rome cum veneratione debita reseruatur. Cesset ergo fastus Romanorum pontificum vicariorum filij dei in carne humiliati. Phil.ij.⁊ crucifixi, nostro infelici tempore tumentium: ⁊ succedant sic in humilitate Gregorio, sicut ⁊ dignitate. Unde Hieron. Fatiscat (alias facessat) inuidia: romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris discipulo Christi loquor.xxiij.q.j.quoniam vetus. vbi glos. dicit q̃ quum duo certarent de electione papatus: ⁊ vnius nobilitas allegaretur: alius ex aduerso respondit. Piscatori Petro fabri filio christo. Mat the.xiij.⁊ Mar.vj. Luc.iiij.⁊ simile Jo.vj. successo-

Gregorius ne modestie exempla non pauca.

rem

rem querimus: non augusto. ver. Nobilitas fastum: fastus litem parat: armat Lis odium: capiunt hec tria mortis iter. Consideret papa q non qr summus pontifex ideo summus: qui enim summum se credit: infimum se existimat: sed quis summus cui addi non possit? solus deus essentialiter bonus ⁊ in infinitum bonus. Marc. x. Mat. xix. ⁊ Luc. xviij. de peni. dist. j. quis diuinitatis. Nunquid semita iustorum quasi lux splendens procedit ⁊ crescit vsq; in perfectum diem? Prouerb. iiij. de peni. dist. ij. non reuertebantur. Absit a papa credere hoc. Hoc enim illorum est qui dignitates virtutes putant. Augustis relinquat illam sententiam: alijsq; qui diuinis coli honoribus non timuerunt. verbi gratia. Nabuchodonosor. Alexandro. Antiocho. in lib. Machab. Herodi. Act. xij. Papa vero consideret non consummatione se summum dici: sed comparatione: nec comparatione meritorum: sed ministeriorum. j. Pe. iiij. ⁊ j. ad Corin. iiij. Sic enim existimet quilibet vt ministrum christi: ⁊ inter ministros summu. Dicat papa cum Paulo. Non q iam acceptus aut iam perfectus sim. ⁊ rursum. Et me nō arbitror comprehendisse. Phil. iij. hec scientia sanctorum: hec longe ab illa que inflat. j. ad Corin. viij. extra de renun. nisi cum pridē. §. de profectu. Restat adhuc querere cuiq; pape quis sit quam gerat in ecclesia dei pro tempore personam. Est autem potestate Petrus. extra de elec. c. significasti. §. ceterum. Unctione christus. extra de sacra vnc. c. vnico. Cui claues tradite: cui omnes vniuerse cōmisse sunt. Joan. vlt. extra de elect. significasti. Et quidem alij ianitores ⁊ gregum pastores. xcv. dist. esto: sed ipse tanto gloriosius: quanto ⁊ differentius. Heb. j. vtrunq; preceteris nomen hereditauit. Habent illi sibi assignatos greges: singuli singulos: sibi vniuersi crediti. extra de ma. ⁊ obe. solite. ij. q. vj. decreto. non modo ouium: sed ⁊ pastorum ipse vnus omnium pastor: qr vicarius principis pastorum. xcv. dist. esto. De hoc autem copiose in prima parte istius operis. supra tractatum. nec hic repeto: sed ibi remitto. Sed prosequor vt papa tumorem deponat: vt consideret quid sit: qr homo: quis: qr epus homo natus: epus factus: sed qualiter natus attendat: de muliere: ad literam: breui viuens tempore: qr parum viuūt pape: repletur multis miserijs plus q alij homines. Job. xiij. Tollat proinde nunc hereditaria hec perizomata ab initio maledicta. Genes. iij. de peni. dist. j. adam. Dirumpat velamen foliorum celantium ignominiam: non plagā curantiū. Deleat fucū. de conse. dist. v. fucare: fucati honoris huius: ⁊ male colorate nitorem glorie: vt inde se nudum consideret: qr nudus egressus est de vtero matris sue. Job. j. Nunquid infulatus? Nunquid micans gemmis, aut floribus, sericis, aut coronatus pennis, aut suffarcinatus metallis? Si cuncta hec veluti nubes quasdā matutinas velociter transeuntes ⁊ cito pertransituras dissipet ⁊ exsufflet a facie considerationis sue: occurret sibi homo nudus ⁊ pauper ⁊ miserabilis. Apoca. iij. homo dolens. ps. lxviij. Ego sum pauper ⁊ dolens. Qua homo sit: erubescens q nudus sit. Gen. iij. de pen. dist. ij. §. romanos. ver. vt cognouerunt: alias est. c. Plorans q natus sit. murmurans q sit homo natus ad laborem. Job. v. non ad honorem: salubris copula vt cogitans se summū pontificem attendat vilissimum cinerem non fuisse sed esse. Gen. xviij. Unde si cogitat se quantus est: cogitet ⁊ qualis ⁊ quid est. Cogitet ergo papa qualis sit ex se: ⁊ qualis ex dono dei: non sit in spiritu elatus, dolus. ps. xxxj. sed reddat que sua sunt sibi: mala. s. ⁊ que sunt dei deo. Mat. xxij. c. bona. s. Jaco. j. Mat. vj. ⁊ xviij. ⁊ Luc. xj. Attendat qualis sit in donādis iniurijs. lxiij. distl. salonitane: qualis in vlciscendis. xxiij. q. iiij. si is: vbi de hoc: q in vtroq; prouidus ⁊ discretus modi, loci, ⁊ temporis, obseruator. l. dist. vt constitueretur. extra de cle. excom. mi. latores. Qualis in tribulationibus. Si constans in suis. vij. q. j. suggestum. In alienis cōpatiens. vij. q. j. §. hoc tūc. Hoc recti cordis: e regione peruersissimi: si in proprijs impatiens: in alienis non sit compatiens.

Cauenda precipue in summo pontifice otiositas. Otiū enim mater nugarū nouerca virtutū. lxxxiij. dist. nihil. Nuge in ore sacerdotis blasphemie. Consecrauit os suum euangelio: talibus iam os aperire illicitum: assuescere sacrilegium est. Fede ad cachinnos mouetur: fedius mouet. Porro detrahere, an detrahentem audire, quid horū damnabilius sit: nō facile dixerim. vj. q. j. ex merito. ⁊ c. deteriores. Qr autem precipue sibi attendendum est q non sit acceptor personarum (quod raro inuenitur) qr non est personarum acceptio apud deū cuius ipse est vicari⁹. Act. x. j. Pe. j. Jac. ij. vbi de hoc. vii ibi. Si aūt personam accipitis: peccatum operamini redarguti a lege quasi transgressores. Deut. j. c. vbi de hoc. j. q. vii. §. hinc petrus. xxxij. q. iiij. §. his ita. ij. q. ix. c. vlti. vbi de hoc. iij. q. iiij. nullus. vbi de hoc. extra de iudi. venerabilis. ⁊ c. nouit. §. si forsan. j. q. j. si quis neq;. extra vt eccle. benefi. c. j. §. in omnibus. Unde ⁊ pharisei adulantes domino dicebant. Matthe. xxij. Et non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Sap. vj. Pusillum ⁊ magnū ipse fecit: ⁊ equaliter ei cura est de omnibus. vbi dicit Hierony. Non rex apud illum nobilior: non pauper infirmior: non diues potentior: non dominus potior: non seruus deterior: sed omnibus equalis: omnibus iudex: omnibus deus: omnibus dominus est. Contra hec sunt que leguntur ⁊ not. xxiiij. quest. j. qui contra pacem: vbi aliter puniuntur nobiles: quia minus q serui. de hoc de iniurijs. c. cum quidam. Sed ibi soluitur: quia in pena pecuniaria plus punitur nobilis ⁊ diues: in corporali vero plus ignobilis ⁊ pauper. Sed ⁊ a vitio magis periculoso pape ⁊ alijs rectoribus super omnia sibi cauendum est scilicet ne sit facilius ad credendum: cuius callidissime vulpecule magnorum neminem cōperi satis secundum Bernar. cauisse versutias. Inde eis ipsis pro nihilo ire multe. Inde innocentum frequens accusatio. Inde preiudicia in absentes. Inde suspitiones cor excruciantes. Inde indignationes. Inde adulatorum perstrepit turba in elatione. Inde peruersitas iudiciorum. Nihil sic regimen vniuersale destruit. Ad hoc. xxiij. quest. iiij. quā magnum. vbi de hoc. vnde Gregorius. De vestra igitur sanctitate absit a christianorum iudicio ea que maledicorum hominum rumoribus conficta credimus: in qualicunq; modulo suspitionis adduci: quia ⁊ sacri eloquij testimonium tenemus: vt mala maiorum, supple maxime, quum forsitan dicantur: nisi probata credi non debeant. Et infra. Hec igitur dixi vt nimie leuitatis esse ostenderem: si quis mala grauia credere studeat que probari non possunt. xj. quest. iij. in cunctis. Item in. vj. synodo: non solum ille reus est qui falsum de aliquo profert: sed etiam is qui aurem cito crimini-

[Left margin:] Hec idēti deꝫ sūmo pōtifici cōsiderāda.

[Right margin:] Ab adulatorū peste cauendū.

bus prebet.xi.q.iij.non solum.lxxxvi.distin.si quid.
xv.q.vij.c.ij.⁊ q.vlti.c.vlt.in fine.ibi.Quia non sta-
tim qui accusatur reus est: sed qui conuincitur cri-
minosus. Eccle.x. Ante q̃ scruteris non reprehen-
das: intellige prius: ⁊ tunc increpa. ante q̃ audias
non reprehendas.xi.q.iij. eorum. Et Augustinus.
Nam si nominatio sufficit, idest diffamatio, ſm glo.
multi damnandi sunt innocentes: quia sepe falso in
quoq̃ crimina nominantur.ii.q.i. multi.in fine. Et
dominus mala audita de Sodomis noluit iudica-
re prius q̃ manifeste cognosceret que dicebantur.
Genes.xviij.de accusa.in multis.c.ii.q.i.deus. Et ibi
dicitur per Euaristum papam. Mala audita nullū
moueant: nec passim dicta absque certa probatione
quisq̃ vnq̃ credat: sed ante audita diligenter inq-
rat: nec precipitanter quis aliquid agat. Si enim de⁹
omnium cognitor, Sodomorum mala quorum cla
mor vsq; ad celum peruenerat, omnia sciens prius
non credere nec iudicare voluit: q̃ ipsa ea cum fide
libus testibus diligenter inuestigans que audierat
opere comprobaret: Nos qui sumus homines ⁊
peccatores, quibus incognita sunt iudicia dei, hec
precauentes nullum ante veram iustamq; probatio
nem iudicare aut condemnare debemus manifeste
apostolo Paulo dicente Roma.xiiij. Tu quis es q
iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit.
Idem.xxx.q.vlti.nullum faciunt. ea.cau.⁊ q.§. his
ita.⁊ c.iudicantes.c.incerta. extra de simo. licet heli.
de hoc not.xxij.q.iiij.innocens. glos.j. extra de cleri.
excom.mi.illud.in glos.s.quod non. Quia autem di
citur, Charitas omnis credit.j.ad Corin.xiij. expo-
nitur, que suadet veritas ad fidem credendam: scili
cet que credit ecclesia. Quum quidam pater alte
ri malum de quodam fratre retulisset: dixit ille. Vn
de hec scis? dixit referens: quidam bonus frater mi
hi retulit: respondit audiens: si bonus fuisset nunq̃
hec tibi dixisset. Habet hoc proprium antiqui hostis
inuidia: vt quos improborum actuum perpetra-
tione deo sibi resistente deiicere non valet opinio-
nes eorum falsa ad tempus simulando dilaceret. ij.
quest.v.habet hoc.

Sexta consideratio pape qui habet regere totum mundum. Quod pape credita sit orbis dispensatio, non data possessio. Cap. 14



Sexta consideratio principa-
lis papalis est cogitare quid
habet regere: q: totum mun-
dum. Nam parentes eius apo
stoli destinati sunt a domino
non ad aliquas regiones: sed
ipsum debellaturi orbem. Ite,
inqt, in vniuersum mūdū ⁊c.
Mar.vlt. Ex quo non peruenerunt victores incly
ti filii excussorum.ps.cxxvi.quomodo sagitte potē-
tum acute.s.lingue ignite.ps.cxix.de pen.dist.j.peri-
culose: cum carbonibus desolatoriis. Et quidem in
omnem terram exiuit sonus eorum ⁊c.ps.xviii.xix.
dist.ita dominus. extra de elec.fundamenta. libr.vj.
Penetrabant verba illa incensa igni.ps.lxxix. quē
dominus misit in terram. Occurrebant strenuissimi
bellatores sed non succumbebant. Triūphabant
etiam mortui.ps.cxxxviii.nimis confortat⁹ est prin
cipatus eorum. Constituti sunt principes super oēm
terram.ps.xliiii.lxiii.dist.quorum vices. Papa eis
in hereditatem tales succedit. Ipse heres orbis. He
reditas illius est. Dispensatio super illum credita est
sibi. ſm Bern. non data possessio. Vsurpat ⁊ hanc.
Contradicat sibi qui dicat, me⁹ est orbis terre ⁊ ple-
nitudo eius.ps.xxiij. Et alius propheta. Et erit om
nis terra possessio eius. Christ⁹ hic est qui possessio-
nem sibi vendicat, ⁊ iure creationis, ⁊ merito redē-
ptionis, ⁊ dono patris. ps.ij. dabo tibi gentes here
ditatem tuam: ⁊ possessionem tuam terminos terre.
possessionem ⁊ dominium. Cedat huic papa. Ipse
curam illius habeat. Presit papa vt prouideat, vt
consulat, vt seruiat: presit vt prosit.viii.q.i.qui episco
patum. Presit vt fidelis seruus ⁊ prudens quem
singulariter constituit dominus. Mat.xxi. Lu.xii.
Mar.xxiiii.super familiam suam. Ad quid? Vt det
illis escam in tempore. hoc est vt dispenset. xliii.dist.
ephesiis.non imperet. Hoc faciat: ⁊ dominari ne af-
fectet hominum homo: vt non dominetur sibi om-
nis iniustitia.ps.cxviii. Bernar.ad Euge. papā.
Nullum tibi venenum, nullum gladium, plus for-
mido: q̃ libidinem dominandi. Certe vt multum ti-
bi tribuas: si multum deceptus non es: nil te existi-
mas plus accepisse a magnis apostolis. Paul⁹. Sa
pientibus ⁊ insipientibus debitor es. Ro.i. Hoc no
men potius congruit seruienti q̃ dominanti. Ergo
si papa debitor est: curandum summopere ⁊ vigilan
tia considerandum sibi est, quomodo ⁊ qui non sa-
piunt sapiant: docendo eos.xliii. dist. per totum. vt
qui sapiunt non desipiant. extra de renun.nisi.§. ve
rū.ibi.desipis si sic sapis. ⁊ qui desipuere resipiscāt.
Nullū genus insipiētie infidelitate (vt sic loquar)
insipiētius. Est ergo infidelibus debitor. est Iudeis
⁊ grecis ⁊ gentibus. Interest proinde sua, dare
operam quam possit: vt increduli conuertantur ad
fidem. extra de conuer.infi.per totum. conuersi non
auertantur. auersi reuertantur. Ambitiosi speciali
ter a dei ecclesia.j.q.iii. ex multis.c. vendentes. ei-
ciantur. O ambitio ambientium crux: quomodo
omnes torquens, oībus places? Nil acerbius cru-
ciat: nil molestius inquietat: nil tamē apud miseros
mortales celebri⁹ negotiis ei⁹. An nō limina aplorū
pl⁹ iā ambitio q̃ deuotio terit? An nō vocibus eius
papale tota die reboat palatium? An non questibus
ei⁹ tota legū canonūq; disciplina isudat? An nō spo
liis eius oīs Italica inhiat in explebili auiditate ra
pacitas? vide quod scripsi de ambitione.s. in ista.ii.
parte.in.ix.c.in ver.ambitiosa es.⁊ ver. O ambitio.
Inter alia etiam consideranda Romano ponti-
fici est appellationes frustratorias refutare. extra de
appel.cum friuolis.li.vi. q: appellationis remedium
non est ad defensionem iniquitatis: sed ad presidium
innocentie instituitur. extra de ap.cum speciali.§. por
ro.⁊.c.ad nostrā. Appellatur ad papam de toto mū
do: ⁊ id quidem in testimoniū singularis sui prima
tus.ii.q.vi.q̃squis.cū.iiii.c.seq.⁊.c.ideo.⁊.decreto.c.
q se scit. sed ipse nō primatu gaudeat: sed fructu. Vñ
Luc.x. In hoc gaudere nolite: q: spirit⁹ vobis subii-
ciuntur. Non est autem appellatio subfugium: sed re
fugium. Quod prouisum est ad remedium: non tē-
dat ad noxam.i.q.vii.quod pro remedio.lxiii.di.c.ve
rū. extra de rescrip.statutū.in prin.li. vi. Quid de
auaritia in summo pōtifice p̄cipue detestanda dicā?
Si quidē auarus est: totus mūdus cui preest, obol⁹
sibi est. in prologo biblie.viii.c.xiii.q.iiii. qd dicam.
Qui beat⁹ ⁊ sanct⁹ est aut eē debet.xl.di.c.i. excutiat
man⁹ suas ab oī munere. Esa.xxxiii.i.q.i. sunt non-

nulli.

nullis:extra de simo.⁊ si questiones. Paruu deiectiq; animi est de subditis non profectu3 querere subditorum, sed questum proprium. In summo presertim omnium nihil turpius. Thesaurizare habet pater filiis:non econtrario.ij.ad Cor.xiij.vbi etiam dicit. Non enim quero que vestra sunt: sed vos:extra de censi.cum apostolus.Vñ idem Paulus ait Philip.iiij. Non quero datum sed fructum. Narrat Bern. lib.iij.de considera.in laudem Eugenij pape saccos Germanicos tumentes precio Romam aduenisse. Argentum reputatum est fenum. Summarij non leuati sarcinis onusti nihilominus repatriant vel inuiti. Noua ⁊ mira res. Quando hactenus aurum Roma refudit?⁊ nunc Romanorum consilio id vsurpatum non credimus. Item duo venerunt ad curiam, ambo locupletes, ⁊ ambo reis siquidem vnus Maguntinus. Coloniensis alter. Alteri gratis.j.q.j.gratia reddita est, alter indignus credo cui gratia redderetur:audiuit: Cum quali veste intrasti, cu3 tali egredieris. O vocem magnificam, vocem prorsus apostolice libertatis. Quid minus ab illa hec habuit, pecunia tua tecum sit in perditione3?Act.viij.⁊.j.q.j.qui studet:nisi q in illa plus zeli: in ista plus modestie sonuit:contra auaritia3 ⁊ simoniam.s.eo.cap.x.§.postquam.

An papa simoniaz possit cōmittere.

Hic aūt querendum est an papa possit committere simonia3. Et tenet Tho.q sic: scilicet q papa potest committere vitium simonie sicut quilibet alius homo. Peccatum enim tanto in aliqua persona est grauius: quanto maiorem obtinet locum. Ad hoc.xl.di.homo Christianus.⁊ ca.si papa,⁊ dixi.s.in.x.c. Quamuis eni3 res ecclesie sint eius, vt principalis dispensatoris: non tñ sunt eius vt dñi ⁊ possessoris:ad quod facit quod no. Inno.⁊ Osti.extra de consti.que in ecclesiarum:⁊ de immu.eccle.quia plerique:⁊ dixi.s.in art.proxi.in.v.consideratione pape.ver.est ergo. Et ideo si reciperet pro aliqua re spirituali pecunia3 de redditibus alicuius ecclesie:non careret vitio simonie. Et similiter posset simoniam committere recipiendo pecuniam ab aliquo laico non de bonis ecclesie sm Tho.qui hoc scribit in.ij.q.ij.c.ar.j.in solutione vltimi.c.⁊ in.iiij.sen.di.xxv.ibi.Ad tertium sic proceditur.ver.ad secundū:vbi dicit q si papa pro aliquo spirituali munus acciperet,simoniam committeret sicut ⁊ alius homo,quia ab ipso Petro cui papa succedit,simonie vitium recepit damnationem in nouo testamento.j.q.j. Petrus.c.qui studet.Act.viij. Et quamuis res ecclesie sint aliquo modo pape:non tñ sunt eius modis omnibus habende.sicut illud quod ad manum habet. Non autem est dubium q simonia cōmitteretur:si quis aliquod spirituale debitori suo daret:vt quod suum est recuperaret, ⁊ ita etiam in proposito papa a simonia non excusaretur:si (quod absit) spiritualia pro rebus temporalib' daret: sm Tho.⁊ hoc videtur tenere Archid.vt no.xij.dist.c.j.

Sed videtur contra no.j.q.vj.c. vlti. vbi dicitur q lex iulia de ambitu non habet locum in Romana ciuitate:per.l.ff.ad.l.iul.d amb.l.j. Idē no.lxxxij.di.presbyteram glo.⁊ ita. Item papa legibus loquētibus de simonia ⁊ canonibus solutus est.ff.de legi.princeps:extra de elec.innotuit:extra de conces.preben.proposuit:⁊ no.extra de consti.ca.j. Credo q si papa in hs que sunt prohibita,quia simoniaca:vt vendere sacramenta:quorum venditio in veteri testamento etiam prohibetur.j.q.j. qui studet.⁊.c.sicut eunuchus.pactum vel conditionem vel conuentionem apponeret,committeret simoniam. Secus in hs que sunt simoniaca,quia ab ecclesia prohibita: vt vendere beneficia,sepulturas,⁊ similia: que habentur extra de simo.non satis.c.cum in ecclesie: quia tunc etsi peccet malum exemplum dando.xj.q.iij.precipue.xl.dist.si papa,⁊ mali speciem committeat:a qua cum conuenit ⁊ oportet abstinere:iuxta apostolum.j.ad Thessa.vlti.⁊ extra de vi.⁊ hone.cle.cum ab omni:extra de simonia.audiuimus.l.q.j.emendari. Si tñ ex certa scientia hoc faciat:nolens subijci iuri positiuo quo solutus est,non committeret simonia3 licet vt dixi illa pactio ⁊ conuentio etiam in hs de se graue peccatū sit. Sic sentio. Ar.eorum que no.q quedam sunt prohibita:quia simoniaca:quedam simoniaca:quia prohibita extra de offi.delega.ex parte.j. in glos.i.fine:⁊ de pac.cum pudeman glos. quia ius ⁊ de iureiur.⁊ si Christus quedam.⁊.j.q.iij.saluator in glos.sicut. Non minus inter alia attendat summus pontifex conseruare suos inferiores prelatos in honore ⁊ iurisdictione eorum:⁊ non omnia trahere ad se. Unde Grego. Nam si sua vnicuiq; episcopo iurisdictio non seruetur:quid aliud agitur: nisi vt p nos per quos ecclesiasticus custodiri ordo ille debuit:confundatur?xj q j.peruenit. Non subtrahat ergo per suas exemptiones que nutriunt superbias ⁊ incorrectiones:abbates episcopis:episcopos archiepiscopis siue primatibus quibus subsunt.ix.q.iij.in primis.ix.ca.vsq; ad §.sola. Unde ⁊ dictus Grego. Nec honorem meum esse deputo:in quo fratres meos honorem suu3 perdere cognosco. Meus namq; honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego honoratus sum quum singulis quibusq; honor debitus non negatur.xcix.di.ecce. Non ergo satisfaciat appetitui suo in istis exemptionibus faciendis nec in alijs. Non faciat voluntatem suam: sed illius cuius est vicarius:qui ait Jo.vj. Non veni facere voluntate3 meam ⁊c. de con. dist.v.c.vlti. Nam non minus quam elati animi est veluti rationis expertem non pro ratione:sed pro libito agere: nec iudicio agi,sed appetitu.xj.q.iij.illa. Quid enim tam indignum sibi ⁊ contrarium rationi: quam vt totum tenens,non sit contentus toto:nisi minutias quasdam atq; exiguas portiones ipsius sibi credite vniuersitatis tanquam non sint sue:satagat: nescio quomodo adhuc facere suas?non recordans parabole Nathan de homine qui centum oues habēs vnam que erat pauperis concupiuit.ij.Regū.xij.de pe.di.j.§.ex his itaq;.ver.Dauid. Achab quoq; qui rerum summam tenebat: vnam vineam Naboth affectauit.iij.Re.xxj.de pe.di.j.§.ex his.ver. Achab quoq;:⁊ di.iij.§.ecce.P.vidisti:⁊ ver.si Achab.xxiij.q.viij.conuenior.versi.nabute. vbi de hoc. Auertat deus a papa quod ibi sequitur quod ille audiuit. Occidisti ⁊ possedisti. Si enim extollitur qui eximitur ⁊ alteri subtrahitur:⁊ cui subtrahitur vritur:qui subtrahit,quō innocens:si is qui murmurat sm animam mortuus est?xc. di. neq;. Qui instigat quō viuit? Quō non reus mortis ambor ⁊ sue pariter: qui gladium dedit?c.lxxxiij.di.§.j.extra de Judeis: ita quorundam.j. respon. vbi de hoc. Non ergo perturbet papa terminos quos posuerunt patres ⁊ precessores sui.de sepul.c.j.vj.q.iij.scitote. xiij.q.j.c.j. Non mutet ordinationes ⁊ canones antiquorum.xxv.q.j.quasi per totum. Si iustitia est vnicuiq; seruare ius suum.ff.de iusti.⁊ iur.l.i.di.j.humanum,extra in prohe.decre.Greg.rex pacificus:insti. de iusti.

ꝛ iur.in prin.auferre eniq; sua iusto q̃uo poterit convenire? extra de ver. signi. forus. Errat papa si vt summam ita ꝛ solam institutam a deo suam apostolicam authoritatem existimat. Si hoc sentit: dissentit ab eo qui ait Roma.xiii. Non est potestas nisi a deo. Et potestas data est pape in edificationez: non in destructionez.ii.ad Cor.x.ꝛ vlti.ꝛ.xxiii.q.i.quid culpatur.xxii.q.ii.monet. Deinde sequitur in apostolo.qui potestati resistit: dei ordinationi resistit: etsi principaliter pro papa facit: non tñ singulariter. denique ibi ait Apostolus ad Roma.xiii. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: extra de censi: omnis: vbi de hoc. Non ait sublimiori, tanq̃ in vno: sed sublimioribus, tanq̃ in multis. Non ergo sua potestas sola a dño est: sunt ꝛ mediocres: sunt ꝛ inferiores: quãquam aliter potestas papalis sit a deo: quia immediate: alie papa mediante: vt dixi latius in.i.parte istius operis quasi post prin.in.c.xiii.ꝛ.xviii. Nam alios Christus dedit in ecclesia doctores: alios apostolos: alios prophetas: alios euangelistas ꝛc.i.ad Cor.xii.ad Ephe.iiii. extra de heretic. ex iniuncto.§.sunt enĩ. Naz ꝛ sicut sunt ordines angeloꝝ ꝛ alii alii superiores sub vno capite deo: ita in hac ecclesia militanti sub vno summo põtifice primates vel patriarche: archiepiscopi, episcopi: abbates, ꝛ alii presbyteri: ꝛ reliqui in hunc modum. Ad hoc.xxi.di.cleros.lxxxix.dist.ad hoc. xciii. dist.a subdiacono. Quia si dicat episcopus, nolo esse sub archiepiscõpo: aut abbas; nolo obedire episcopo: nunc quid hoc de celo est? immo de superbia: que inde proiecta est in lucifero obedire nolente ꝛ superiorem recognoscere: de pe.di.ii.principium. Esa. xiiii. Quis vnq̃ angeloꝝ dixit nolo sub archangelis esse? Si aũt dicat papa. Prohibes me dispensare. Dicam cum Bernar. non: sed dissipare. Non sum tam rudis vt ignorem positum dñm papam dispensatorem.xliii.di.Ephesii: sed in edificationem, non in destructionem.ii.Cor.x.ꝛ.xiii. Deniq; queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur.i.ad Cor.iiii.quasi dicat rarus inuenitur. Unde scriptũ est. Prouerb.xx. Uirum fidelez quis inueniet? Ubi necessitas viget: excusabilis dispensatio est: vbi vtilitas prouocat: dispensatio laudabilis est.l.di.vt constitueretur.i.q.vii.§.nisi rigor cum.c. seq. vsq; ad §. ceterum: extra de tempo.ordi.c.ii.extra de elec. innotuit.§.multa: Utilitas dico communis: non propria: vii.q.i.scias: vbi de hoc: extra de postu.prela.bone.ii. vbi de hoc. Nam quum nihil horum est: non plene fidelis dispensatio est: sed crudelis dissipatio: secundum Bernar. Adde hic quod scripsi.3.eo.in.c.xi.§. vnde notandum: in tex.in noua oratione Hieremie.

Circa hoc non desit consideratio Romano pontifici circa habitum honestum clericoꝝ tonsuram ꝛ rasuram ꝛ coronam ꝛ modum viuendi etiam exterius: quia in exemplum dati sunt: vt ex eis exeat bonus odor: extra de sacra vnc.c.vnico. Nam ꝛ eoruz vestes ꝛ habitus mystici quemadmodum sunt ꝛ sacramentales. xliii.di.sit rector.viii.q.i.licet. Nec dicant clerici. Non est cura deo de vestibus: sed de moribus: nam deformitas vestium: deformitatis mentium ꝛ morum indicium est: ꝛ habitus discolor ꝛ lasciuus ꝛ incompositus sacrum statum ꝛ ordinem decolorat: ad hec.xxi.q.iiii.per totuz.i.q.vii: ꝛ si illa: ibi. Illa tñ magnopere precauenda sunt que recipi sine manifesta decoloratione non possunt ꝛc. xli.di. §.i.ꝛ.c.per simoniam ꝛ c. Clericus professionem suã etiam habitu ꝛ incessu probet: ꝛ ideo nec vestibus: nec calciamentis decorem querat.ꝛ.§.seq.xxx.dist.si quis viroꝝ.xxiii.di.sanctimonialis: extra de vi.ꝛ.ho. cle.vt clericoꝝ.ꝛ.c.clerici.ꝛ.c.cum decorem. Contra transgredientes in huiusmodi prouidit Clemens: extra in cle.de vita ꝛ ho.cle.q̃m: que male seruantur ꝛ maxime in curia: vbi magna pars domicelloꝝ cardinalium ꝛ alioꝝ prelatoꝝ clericoꝝ ꝛ beneficiatoꝝ sine tonsura: ꝛ cum virgatis: ꝛ partitis vestibus: sicut alii domicelli laici incedit. Et quum de hoc in curia vbi eraz penitentiarius dñi pape secreto quendam episcopum monuissem: ꝛ induxissem q̃ illi de familia sua qui erant clerici ꝛ beneficiati non sic irent: superbus correctionem meam euangelicam. Mat.xviii.ii.q.i.si peccauerit: pati non potuit: sed in dignationem eius incurri. Sciens autem dñs papa Joannes per alios, dixit q̃ bene corrigeret hoc: qđ sciens ille episcopus ꝛ timens induit illos domicellos vestibus clericalibus: magis timens papam q̃ deum. Ad euidentiam aũt horum sciendũ est q̃ de tonsura clericoꝝ iura variis verbis vtunẽ. Que- *Tonsura clericalis.*
dam enim dicunt tonsuram rasuram in parte superiori ad modum sphere, xxiii.dist.§.clerici.ꝛ.cap.seq. Dicitur aũt sphera rotunditas, vel corpus seu spatium rotundum. Unde Huguitio in derivationibus in litera.S.in.cap.spatium: ait Sphera est rotunditas. Unde sphera est manente diametro continuus circa ipsam semicirculi circunductio: dicit sphera quasi spatium rotundum. Quedam dicunt coronam tonsuram.xii.q.i.duo sunt. Dicitur aũt corona sm Huguitiõ derivationib' in litera.C.chorus: quia rotunda admodum chori soleat fieri. Et est insigne victorie, vel regii honoris signum: que igitur in capite regum ponitur: ad signandum circunfusos in orbem populos: quibus accinctum quasi caput suum coronatur. Quedam tonsuram ꝛ coronam: extra de vita ꝛ ho.cleri.clerici.ii.ꝛ extra de cle.cõiu.c.ii. ꝛ extra de cele.miss.graui.in cle. Quedam simpliciter tonsuram: extra de cleri.coniuga.ex parte ꝛ.c. Joannes, ꝛ c.clerici qui lib.vi.ꝛ extra de priuile.ex parte ꝛ extra de biga.altercationis.lib.vi.extra de sen. ex com.ca. index.lib.vi.extra de transac.ex literis: extra de eta. ꝛ quali.cum contingat. Quid ergo hec verba intendant videamus. Circa hoc sciendum q̃ clericis *Corona quãobrez clericum decat.*
⁊ obest quis. de off. le. c. vlt. ⁊ ſm Inno. de locato. c. nostra. de testa. requisisti. de hereti. ad abolendā. An epi possint restituere famam: ⁊ absoluere a iuramentis: vide quod dixi. ſ. in pri. parte de dispen. §. quia eps. ver. lxiij. cum ver. sequen. in. l. c. votis ⁊ fidelitatibus de re iudi. cum te. per Inno. ij. q. iij. §. hinc autem. in glos. facti. ⁊ per Archid. de elec. licet canon. li. vj. An omnes clerici se possunt opponere pro iuribus epi. ex̄ de confir. vti. cum dilecta. per Inno. An licet epo laico vel clerico alterius epi ecclesiastica sacramenta conferre: vel eos sine literis commendatitijs proprij epi ad ordines vel ad beneficia recipere ⁊ an in clericis notis sicut in ignotis litere commēdatitie requirantur: ⁊ que sit differētia inter literas commendatitias ⁊ dimissorias: ⁊ an clericum alienigenam possit eps ordinare sine literis commēdatitijs sui epi si habet beneficium in diocesi sua: vel alias est ei subdit⁹: ⁊ an quis possit esse clericus pluriū eporum. extra de preben. cum iam dudum. per Inno, ⁊ in c. cum nullus. ⁊ c. si. de tempo. ord. lib. vj. ⁊ de cleri. pere. c. j. per Inno. ⁊. lxxi. dist. per totum. ⁊ lxxij. dist. per totum. ⁊. lxxiij. dist. per totum. xxj. q. ij. per totum. xcviij. dist. per totum. Cum epi seruare debeant canones: non debent contra facere: nisi expresse concedatur eisdem ex̄ de tempo. or. dilectus. p̄ Inno. An archiepm eps aliquo casu iudicare potest. Quia eps habet dispositionem omniū de sua diocesi ac in maioribus semper sit ad epm recurrendum. extra de maio. ⁊ obe. cum inferior. ſm Innoc. ex̄ de rap. c. j. in fi. magne glos. xcii. distin. si qui epi. l. glos. j. in quo. in fi. iij. q. vj. c. j. in glos. sed quid. Non potest eps inuito ⁊ irrequisito papa fieri religiosus. vij. q. j. scias. ex̄ de regu. licet. An vnus eps in alterius epatu possit prescribere iura episcopalia. Et q̄ ius quod habetur in canone de liminibus non prescribendis: locum habet in prouinciis: episcopatib⁹ ⁊ parochijs. de prescrip. si diligenti. per Innoc. ⁊ ex̄ de paroch. super eo. An de iure cōi ecclesie ⁊ decime ad epm pertinent: ⁊ an potest agere eps pro ecclesijs sibi debitis ad decimas. extra de deci. ductuz. ſm Inno. Quia ecclesia inferior potest prescribere aliqua iura episcopalia ⁊ aliqua non. ex̄ de capel. mo. c. ij. An sufficiat testimonium epi ne promouendus examinetur. xvi. q. j. si quis. ix. q. ii. epm. An episcopus possit excommunicare, absoluere, delegare, iudicare, vel beneficia conferre extra suum episcopatuz: extra de of. le. nouie. An abbas iura episcopalia possit prescribere: ⁊ que ⁊ qn̄. extra de prescrip. auditis: ⁊ cap. veniens. ⁊ cap. cum olim. maxime per Inno. Non potest eps sine licentia pape votum longe peregrinationis emittere. extra de vo. ⁊ vo. re. magne. de reg. licet. Et an possit peregrinari eps sine licentia capituli. vel modicam peregrinationem facere sine licentia pape. pre. c. magne. per Innoc. An eps fundet suam intentionem de iure communi in monasterijs sui episcopatus: ⁊ an possit cognoscere inuito prelato inferiori de causis ad eius iurisdictionē spectantibus: ⁊ de similibus loquentibus de iurisdictione epi in loco ad suam iurisdictionem non pertinente. ex̄ de of. archid. dilecto. per Innocē. An eps possit facere constitutionem ligantem non suos subditos. ex̄. de sen. ex. a nobis. de constitu. vt animarū. lib. vj. An eps possit esse iudex in causa ecclesie sue ⁊ suorum: vel ecclesie sue iniuriam vindicare. xxiij. q. iiij. inter querelas. ex̄ de iud. cum venissent. An eo ipso q̄ aliqua ecclesia est in alicuius episcopatu vel diocesi constituta: per consequens sit illi subiecta. ex̄ de rescrip. cum non liceat. de except. venerabilis. per Inno. ⁊ de reli. do. cum venerabilis. per eundem. Quum eps de aliqua causa cognoscit: an tunc quilibet canonicorū erit iudex. de of. or. irrefragabili. xv. q. vii. eps. In casu non punit eps excessus suorum canonicorū. de of. or. irrefragabili. Qualiter ⁊ quando vnus eps qui facit alium epm suos subditos excommunicare: ⁊ in eos iura episcopalia exercere: perdit possessionem horū iurium. de resti. spo. olim. ii. p Innoc. An decimas vel ecclesiam quam tenet vel ius patronat⁹ possit dare laicus sine authoritate epi. de iure pa. nullus. ⁊ c. t. c. j. lib. vj. An eps possit excōmunicare, vel interdicere, vel suspendere, sine consilio capituli sui. extra de ex. pre. c. j. Eps habet iura episcopalia: non solum in bonis a principio ecclesie assignatis: sed etiam postmoduz acquisitis. extra de resti. spo. cum ad sedem. per Inno. An partem fabrice potest eps in vsus suos conuertere. x. q. iij. vnio. An eps potest corrigere subditos subditorum suorū eis pretermissis: ⁊ quando potestas iudicandi vel eligendi de capitulo ad epm deuoluatur. de of. or. irrefragabili. ſm Inno. An eps potest agere sine cōsensu capituli vel econtrario vel etiaz conuentu. An potest agere vel respondere pro ecclesijs sibi subditis. An ipse alijs preferatur. Quia eps est precordinator in cunctis. Quia ipsius est omnis cura ecclesiarum. Et q̄ eps per se vel per alium debet interesse constructioni ecclesiarum de resti. spo. olim causam. ſm Innocen. An eps potest pro suis necessitatib⁹ fructus ecclesiarum sibi subditarum accipere. extra de censi. cum apostol⁹. ſm eundem. Quia eps generaliter ecclesiam eximendo nihilominus tria vel q̄tuor ibi intelligitur retinere. ex̄ de censi. cum venerabil. per Ber. ⁊ Innoc. ⁊ ex̄ de dona. pastoral. in glos. si ita. An loc⁹ possit ethici facer sine authoritate epi. An episcopus habet iura parochialia in hospitalibus: ⁊ possint construi sine eo. ex̄ de reli. do. de xenodochijs. extra de do. inter dilectos. ſm Innocē. De potestate episcopi in monasterijs ⁊ ecclesijs sue diocesis. An exempti ratione populi non exempti subsint episcopo. extra de sta. mo. ca. per Inno. Priores ⁊ rectores ecclesiarum curam animarum habētium perpetui non possunt ab illis amoueri sine cōsilio epi. c. t. monachi. ſm eundez. Nihil debet eps exigere de temporalibus in ecclesijs sibi subiectis preter iura sua. extra de reli. do. de xenodochijs. per Inno. An priuatus sine authoritate episcopi locum religiosum vel hospitale vel oratorium ad celebrandum, vel domum ad recipiendum pauperes deputare potest. eodem ti. ad hoc. p Inno. An episcop⁹ possit ecclesiam in emphiteosim dare. An abbatem ⁊ conuentum alicuius monasterij potest ad iura episcopalia exercenda suos vicarios constituere. extra de reli. do. constitutus. per Inno. An solus eps potest cognoscere de crimine vbi agitur ad priuationē officij vel beneficij. xvj. q. vlt. inuentum. An prescribens vnum ius epale vel plura, videatur etiā aliud possidere vel prescribere. de p̄scrip. auditis. ⁊ de capel. mo. dilectus. ſz Inno. ⁊ alios. Cum potius monachus epo an abbati debeat obedire: ⁊ ad quem principaliter spectet correctio eius. xi. q. iii. omni resistit. xviij. q. ii. c. j. xj. q. j. de persona. extra de of. or. quāta. maxime per Inno. ⁊ Ostien. De potestate epi in ecclesijs sibi subiectis quoad alienationes ⁊ alia. extra vt ec. bene. vt nostrū. ⁊ ſm Inno. de elec. vt pre-

terite. Qualiter ⁊ in quo patri episcopus vel ecclesia filio comparatur. lxviij. dist. quorum. An eps possit remittere de penitentia pape. xxxiij. q. ij. latorem. An episcopus possit fructus alicuius ecclesie in suas vtilitatem conuertere. ex. vt ec. bene. vt nostrum fm Inno. Licet episcopi sine authoritate pape non possunt aliquem sanctoruz catalogo aggregare: possunt tamen statuere aliquem sanctum solenniter venerari. de ferijs. capit. fin. secundum Innocen. Et adde quod not. de consecratione distin. iij. cap. pri. in glos. sed de quibus.

Aliud repertorium de materia episcoporum. Cap. 22.

DE officio episcopi: nunc tractemus. Episcopi officium est virgines altaria, ecclesias consecrare. Chrisma conficere ⁊ cum ipso confirmare. lxviij. dist. quis. Ideo inungitur episcopus: vt procurator animaruz ⁊ distributor spiritualium existat. xj. q. j. §. ex his omnibus. Nō sufficit epo innocens vita: nisi adsit doctrina. xliij. dist. §. j. ⁊ c. j. Eps debet docere populū sacram scripturam non grammaticam vel physicā. lxxxvj. dist. cum multa. xxxviij. dist. ignorantia. Officium epi est discordantes concordare: ⁊ ad pacem cogere. xc. di. per totum. Debet sibi cōmissos solicite regere. c. di. rationis. vij. q. j. suggestum. ⁊ c. sequen. Nō licet sibi aliquē proprijs manibꝰ cedere. lxxxvj. distī. non liceat. Epi est locum assignare degradato in quo peniteat. lxxxj. dist. sacerdos. Qr eps in ordinatione clericoꝝ statuta consilioꝝ debet ordinandis pronunciare. xxxviij. dist. placuit. Epi est ordinare ꝙ in ecclesijs baptismalibꝰ sint doctores ⁊ magistri qui pueros in liberalibus artibus ⁊ in alijs vtilibus doceant. xxxvij. dist. de quibusdaz. Inter epm ⁊ ecclesiam est spirituale matrimonium. vij. q. pri. sicut alterꝰ. Eps possideat res ecclesie ad dispēsandum non ad dissipandum. xij. q. j. eps. ⁊ c. expedit. c. res ecclesie. cum. ij. c. seq. Debet abijcere curas seculares. xj. q. j. te quidem. Non debet esse aduocatus vel tutor. lxxxviij. dist. eps tuitionē. ⁊ iij. c. sequ. Non per se sed per Oeconomum clericum, dz proprija ecclesie gerere. xvj. q. vij. qm̄ in quibusdam. ⁊ c. sequen. lxxxviij. dist. eps nullam. xxxix. di. volumus. ⁊ ij. c. sequen. viij. q. j. si petrus. Officia ecclesiastica nō debet propinquis committere. lxxxix. dist. decenter. cum. §. prece. Unde super hoc. ver. prece. quod notatur. ē. eodem. §. sed vt sciant. ff. xx. in. c. xx. De rebus ecclesie primū sibi: postea ministris: demū alijs fidelibus debet prouidere. xij. q. j. §. si ergo. Non debet in suam vel suoꝝ proprietatem res ecclesie conuertere. xij. q. j. eps. ⁊ c. res ecclesie. Raptores rerum epi debent excommunicari. xvꝭ. q. j. similiter. Ratio redditur epo de tertia deputata fabrice cuiuslibet ecclesie. x. q. iij. c. j. Debet eps pauperibus ⁊ oppressis solicite prouidere: ⁊ eos defendere. lxxxij. distin. episcopus. lxxxiiij. dist. peruenit. lxxxvj. di. fratrem. lxxxvij. di. per totum. xij. q. j. videntes. ⁊ c. ex ijs. ⁊ ij. c. sequē. Epi est prouidere de personis idoneis que predicēt ipsius subditis. ex. de of. or. inter cetera. Que iura cōsequatur eps in electione. ⁊ que in consecratione. ex. de elec. transmissam de consec. ec. aqua. An ad episcopum spectet causarum matrimonialium ⁊ criminalium cognitio. clericorum perpetua depositio. diutina suspensio ecclesiarum vnio vel diuisio. extra de offi. archidia. ad hec per Innocen. De iurisdictione multiplici episcopi. de verb. signi. abbate. fm eundem. de of. or. ad reprimendam. fm eundem. An episcopus diuersarum linguarum ⁊ rituuz habens populum, debeat habere vicarium nationibus illis cōformem: ⁊ an in vna ciuitate plures possint esse episcopi. Et an vnus sub se alium habere potest. de off. ord. quoniam. fm Innocen. An defensio ⁊ executio testamentorum quoad pias causas vel alias: ⁊ an publicatio testamentorum ad episcopum pertineant. ex. de testa. c. iij. fm eundez. An episcopo vel rectori ecclesie competat defensio super ecclesie libertate. ex. de prescrip. auditis. fm eundem. Quando legata pijs causis incerta dispositioni episcopi cōmittantur. ex. de verb. sign. cum tibi. Que sunt que soli sunt episcopis reseruata. Et an papa possit prohibere eis ne chrisment in fronte: ⁊ episcopi presbyteris ne baptizent. lxviij. distin. quis. ⁊ extra de consuetu. quanto. fm Inno. ⁊ alios. An que sunt ordinis, possint episcopi demādare. ex. de conse. ec. aqua. De solennitate dedicationis episcoporum annuatim facienda. de conse. dist. j. solennitates. j. Hoc non obseruatur hodie nisi a papa. fm glos. in hoc. e. An episcopus qui renunciauit ordini episcopali, minores conferat ordines. ex. de sup. ne. pre. c. j. fm Inno. Et an semel consecratus episcopus possit in aliquo casu reconsecrari. dic quod no. extra de renunci. post transla. in glos. sed quid. Quando ⁊ qualiter episcopus in capitulo vocem canonici habeat. ⁊ quando capitulo negligente deuoluatur ad eum potestas beneficia conferendi. extra de preben. postulasti. maxime per Innocen. ⁊ ex. de ap. a collusione. lib. vj. De duobus episcopis contendentibus super iurisdictione alicuius monasterij. ex. de sen. ⁊ re. iu. quis. per Innocen. An eo ipso ꝙ episcopus recipit prepositura vel aliquam dignitatem: vacet episcopatus: ⁊ an decre. de multa. in episcopatibus locum habet. An episcopatibus renunciari possit tacite vel expresse sine licentia pape. An episcopo possint dari alia beneficia si est pauper. An episcopatui propter paupertatem possint vniri alie dignitates: ⁊ per quem. de concess. pre. cum nostris. per Innocen. Si aliquaruz ecclesiarum episcopi cum toto suo populo labuntur in heresim vel schisma: an nihilominus ecclesie ille honorem suum retineant: ⁊ ecclesias sibi subiectas quoad proprietatem ⁊ possessionem. de ma. ⁊ obe. inter quatuor, per Innocen. De duobus episcopis in eadem ecclesia. vij. quest. pri. non autem. An inuitis detur episcopatus. lxj. distinc. nullus. An in vna ciuitate possint plures pontifices similes esse: ⁊ quid videtur si vnus excommunicat ⁊ alter absoluit: vel contrarias ferunt sententias: in quibus locis episcopi sint instituendi: ⁊ ꝙ parua vel magna ciuitas nō facit maiorem episcopum vel minorem: ⁊ an plures Romani pontifices possint esse simul. lxx. distinc. per totum. xciij. distin. legimus. vij. quest. pri. non autem. vbi de hoc in glos. cap. in epibus. xxiiij. quest. j. didicimus. de offi. ordi. quoniam. de priuile. cap. pri. An propter excommunicationem episcopi iurisdictio eius ad Archiepiscopum deuoluatur. de sup. ne. pre. romana. libro. vj. De modo procedendi contra episcopum: ⁊ que requirantur: ⁊ qui. de preben. graue per Innocen. Que res intelligantur de mensa episcopi. ⁊ ad que bona iuramentum de non aliēando, extendatur. de re. ec. non alie. vt super Innocen

De quarta decimarum ⁊ mortuariorum quam habet episcopus in ecclesijs sue dioce. an prescribi valeat. q episcopus pro omnibus ecclesijs suis agere potest q locationes ⁊ venditiones non possunt facere clerici de rebus ecclesiarum sine authoritate episcopi. de testa. requisisti. fm Innocen. Quia iure primitiuo omnia que ecclesijs relinquuntur ad episcopi manus debent venire: ⁊ ad eius voluntatem expendi. de sepultu. relatum. fm eundem. An portio decimaruz ⁊ perceptio canonice portionis quas recipit episcopus ab ecclesijs sue diocesis sint de iure episcopali. extra de parochijs. in rubrica per Innocen. Quot dnt epm consecrare: ⁊ quibus dieb⁹ lxvi. dist. porro. cum. §. prece. lxxv. distin. q dic dominico. extra de tempo. ordi. nec episcopi. An per installationem: vel per quem modum apprehendit quis possessionem episcopatus. ex de resti. spo. in literis. fm Inno. An ⁊ quando criminosus ad episcopatum promotus sit deponendus. de iureiu. sicut nostris. fm Innoc. Multa de iurisdictione episcopali vtilia no. Innocē. ex de excep. cum venerabilis: ⁊ de prescrip. de quarta. fm eundem. Quia pontificalia non sunt de sua substantia ordinis vel officij episcopalis quia sine ipsis quodlibet officium fieri potest. Et ideo si episcopus a pontificalibus suspensus, nihilominus celebret in pontificalibus: non incurrit irregularitatem. de senten. excom. cum medicinalis, lib. vj per Inno. de consue. cum dilectus. Quid iuris quum se intromittit Archiepiscopus de subditis epi. de of. or. duo simul. fm eundem. Quis dabit expensas pro epo visitanti. eo. ti. inter cetera. fm eundem. ⁊ c. si epo. lib. vj. Et an episcopus debeat habere aliquid ab ecclesijs quas per alium visitat. ibidē. De iure multiplici episcopi. de of. or. conquerente. fz Inno. de ma. ⁊ obe. inter cum. ⁊ eodez ti. dilecti. per eundem. Quantum episcopus ⁊ qualiter de bonis ecclesie sue vel reditibus religiosis dare potest. xij. q. ij. si episcopus. ⁊ ex de his que fin. a pre. sine con. c. pastoralis. Inter ea que in. j. parte istius operis. sup. in. §. qr eps. in. c. I. posui de potentia episcoporum in dispensando: ⁊ que in superioribus addidi de eoruz iurisdictione ⁊ officio: ⁊ in quibus cōmuniter transgrediuntur: plene episcoporum materiam explicaui. Neminem tamen episcoporuz reprehendi in speciali: quum sint patres: sed vt a delictis abstineant admonui: ⁊ me cum eis: ⁊ deliberata ⁊ examinata conscientia conueniat vniuquēq3. vj. q. j. oues. viij. q. j. qui vos ⁊. c. qualis. ⁊. c. sequen. ad fi. ⁊. c. quid autem. Fateor autem q locum tenent apostolorum. xcii. dist. legimus: sed coram deo nullum cognoui: qui exerceret opera eoꝝ. xl. dist. c. ij. Omnes presunt ⁊ desiderant preesse: perpauci prodesse. viij. q. j. qui episcopatum: ⁊ ideo vere non omnes episcopi consecrati, sunt episcopi sanctitate. ij. q. vij. nō omnes epi. Loquar ergo sicut consueui: ⁊ dicam sancte ecclesie. Vbi sunt apostoli domini fundatores tui. lxxxv. j. §. hec itaq3. versi. deus enim. ⁊ ex de elec. fundamenta. lib. vj. Vere celos incolunt. Successores eoruz ⁊ inimici eorum nunc terram lingunt. Ve vobis qr corruunt edificia: quia fundamenta arenosa sunt ⁊ sabulo herent. Matth. vij. in fine. Et columne arundinee sunt. Matth. xi. extra de accusa. qualiter. ij. §. licet. non argentee. Can. iij. nec marmoree. Can. v. ⁊ de hoc satis.

Porro quia post episcopos singulorum officialium, prepositorum, ⁊ rectorum, ⁊ pastorum, ⁊ prelatorum in ecclesia dei specialiter defectus ponere, iurisdictionem ⁊ potentiam longum esset: ponam in genere pro potentia ⁊ sanctitate eorum aliqua originalia: deinde iuridice tangam in quadam recollectione iurisdictionem eorum: quos oēs prelatorum vel prepositoꝝ nomine comprehendo. ex de verbo. sign. ex his. Primo igitur sciendum q dum durat mundus angeli angelis presunt: demones demonibus, homines hominibus: ad vtilitatem viuentiū ⁊ deceptionem: sed omnibus collectis iam omnis prelatio cessabit. glos. j. ad Coꝛ. xv. facit. j. ad Corin. xv. ibi. Deinde finis ⁊c. ⁊ que leguntur ⁊ no. lxxxix. distin. ad hoc. Prelati mali oues fortes ⁊ pingues necant quantum in ipsis est: ⁊ si ille viuunt: de misericordia dei viuunt: tamen quantum ad malos pastores attinet malo eas exemplo occidunt. Attendens enim ouis in prepositum suum male viuentē, incipit dicere apud se. Si prepositus meus sic viuit: ego quis sum qui non faciam quod ille facit. glo. ad Titum. ij. Vitia prepositoruz subiectis sunt offendiculum glos. Leui. x. Prepositoꝝ bonitas, subiectorum salubris est regula. Grego. in Registro. ⁊ salus lxi. dist. miramur. Prelati non tantum pro suis arguuntur delictis: pro populo enim coguntur principes reddere rationem ne forte quum non docuerūt: vel solicite non arguerunt: qui primo peccauerunt, vt contagio dispergatur in populos. In ipsos enim conuertetur ira dei ⁊ cessabit a populo. Hec si cogitarent homines: principatus non ambirent. Sufficiat cuiq3 pro peccatis proprijs argui ⁊ reddere rōnē: quid necesse est p peccatis populi ostentari contra solē ante quem nihil potest abscondi? Unde Iosue principes populi contra solem suspendit: ⁊ furor dei a populo est amotus. glos. Numeri. xxv. Adde quod scripsi supra in ista secunda parte. in Thresi. in oratione Hiere. recordare. ver. principes manu. ⁊ in additione ibi posita. in. c. ij. En ergo sanguis subditoruz de manibus prelatoꝝ exquiritur. ex de of. or. irrefragabili. cum suis ibi concor. Bonus pastor egrotantia pecora visitat: dispersa perquirit: relicta recolligit: lassa sustentat: malus pastor econtrario omnia dispergit glos. Zacha. xi. O q̄ rarus est domino propter dominum seruiens: oues christi non ad lucrum sed amore christi pascens. glos. Mat. xxiij. Prelatorū fures multi qui per ostiū nō intrarunt mercenarij quasi oēs. xxiij. q. iiij. tres personas. viij. q. j. sunt in ecclesia. Duo sunt que a populis querunt pastores pascentes seipsos nō oues: lac, ⁊ lana. Lac prebet, q victū prebet. Lanā prebet, qui honorē prebet. Ista ergo duo a populis q̄runt: cōmodū supplende necessitatis, ⁊ fauorē honoris ⁊ laudis. Aug. in lib. de pastoribus. Indignus lacte ⁊ lana cōuincit: qui non pascit oues: qui non vigilat in custodia gregis iudicium autem sibi manducat ⁊ bibit. xxiij. quest. iiij. forte. Bernard. in sermone. dixit Simon Petrus. Bonus pastor non populi requirit datum: sed lucrum. Philip. iiij. Nec gloriam dei vsurpat sibi. Luce secundo. Acceptum talentum non ligat in sudario: sed partitur nummularijs: a quibus ⁊ vsuras recipit non sibi sed domino. Luce decimonono. Matthe. vigesimo quinto. Non habet foueam vt vulpes, nec habet vt volucres nidum. Matth. viij. ⁊ Luce nono. non loculos quomodo Iudas. Ioannes duodecimo. xxiij. quest. iiij. quid ergo. Non denique sicut nec Maria locum in diuersorio. Luce secundo. Sed tantum puritatis intime bono

gloriaf. Non potest veraciter loqui: nisi qui extrinsecas glorias perfecte respuerit: nec valet pure vel dei vel proximi querere lucra: qui propria non contempserit. Bern. in epla ad Henricum Senonésem archiepm: Paulus non querit que sua sunt. Phil. ii. viij. q. iij. sunt in ecclesia: sed querit que filiorum sunt quos in christo per euangeliú genuit. j. ad Cor. iiij. quod vnicuique obseruandú est singulariter his qui spiritualiter presunt populo: vt pre oibus que sunt sua negligant et contemnant pro vtilitate ceterorum. vij. q. pri. scias. Greg. super Apoca. Qui ad regimé aliorum assumitur se obligat vt quibus eterna predicat etiam in tpalibus prouidere studeat. glos. inde. ij. vt christus turbis. xxxvj. dist. §. ecce facit. lxxxvj. distin. fratrem. Quú incóparabiliter longe melior sit aia qua viuimus terrena substantia: quam exterius possidemus. xij. q. j. scimus: qui non dat pro ouibus substantiam suam: qn pro iis daturus est aiam suam. Greg. in homil. Ego sum pastor. In tribus maxime prelati christum imitari debent: qr in loco christi sunt in dignitate potestate, officio. Fuit christus sacerdos. ps. cix. Tu es sacerdos in eternum. Heb. v. vj. Rex. ps. lxxj. Deus iudicium tuum regi da. et Mat. ij. Et minister. Mat. xx. Luce. xxij. Sacerdos quum in ara crucis seipsum hostiam dedit. Phil. ij. Rex quum a ligno regnauit. ps. Minister quum pedibus Petri aquá ministrauit. Joan. xiij. Sacerdoti igitur dignitas. Regi potestas Ministro competit officium. Dignitati debetur reuerentia. j. Pe. ij. ex. de ma. et obe. solite. Potestati obediétia. Ro. xiij. xi. q. iij. qui resistit. Officio cura. xi. q. j. iure. Duo ex his, prelatis debentur: tertiú vero subiectis. Reuerentia et obedientia prelatis exhibenda est a subiectis: cura vero subiectis impendenda est a prelatis. Hugo. de claustro. li. ij. de his. xciij. distin. per totum. et ex. de of. or. per totum. Quidam amant subesse: vt possint preesse. Honores fugiunt: vt honoribus obuient. Ibidem lib. iij. Animus quietus sedet super fenum: quando carnem subijcit: super scabellum: quum mundum subijcit: super cathedram: quum proximum non despicit. Ibidem. Prelatus non habens compassionem et congratulationem aliis in bonis. Ad Rom. xij. j. ad Corint. xiij. quasi duo vbera: gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus: duo vbera sunt. sm Bern. super Cant. j. Meliora sunt vbera tua vino: aliis nó prodest: et sibi obest. Bernar. super Can. sermo. x. Quum sederem mihi ad pedes iesu merens, et offerens sacrificium cordis et spiritus contribulati in recordatione peccatorum meorum: aut certe ad caput vel raro staré: et exultarem in recordatione beneficiorum dei: audiui dicentes. Ut quid Mar. xij. perditio hec: clamantes videlicet quod mihi soli viuerem. ij. q. vij. sancta: qui, vt putabant, multis prodesse poterá: et dicebant. Potuit enim venundari multo: et dari pauperibus. Mat. xxvj. Joan. xij. Sed non bonum nunciabant mihi. Nam etsi vniuersum mundum lucrer et perdá me: quid prodest? Matth. xvj. et Luc. ix. ex. de simo. matthens. Uñ intelligés verba hec inter illas quas scriptura vocat muscas morientes que perdunt suauitatem vnguenti recordatus sum illius diuine sciencie. Esa. iij. et. ix. Popule meus: qui te beatum dicunt seducunt te. Bernard. super Can. xij. sermo. Discite prelati subditorum vos matres debere esse non dominos: ideo magis studete amari quá metui: etsi interdum seueritate est opus: paterna non tyrannica. Matres fouendo: pa

Seueritas nimia prelato vitanda.

tres vero corripiendo vos exhibeatis. Gratianus. Rectorem subditis pietas matrem. disciplina vero patrem exhibeat. xlv. dist. §. hinc etiam. Unde versus. Ubera patris habens, vbera matris habe. Ponite seueritatem: suspendite verbera: verba producite: pecora lacte pinguescant. Quid iugum vestrum super eos aggrauatis: quorum potius pondus portare debetis? Bern. super Can. sermo. xxiij. Talem te cede subditis: vt magis ameris quam timearis. Reuerentia enim ex amore procedit: odium timor offert. Isid. in synonimis. Rectorem subditis et pietas matrem: et patrem exhibeat disciplina: atque inter hec solicita circúspectione prouidendum est: ne aut districtio rigida sit: aut pietas remissa. Grego. in cura pasto. ad hoc. xlv. dist. §. hinc etiam alibi. et. c. licet j. et. ij. et cap. omnis qui. et c. disciplina. et. c. sunt nonnulli. Non est vnius meriti socialiter viuere et vtiliter preesse. Quam multi denique sub preceptore quieti viuunt: quos si iugo absoluas: videas non posse quiescere: nec se equalibus ullo modo seruare innoxios: Item innumeros cernis sine querela inter fratres conuersari: super fratres autem non solum inutiliter sed etiam insipienter et nequiter. Bern. super Can. sermone. xxiij. Prelatus autem debet habere feruorem zeli cum discretione. xlv. dist. disciplina. ibi. Sit zelus, sed non immoderate seuiens. Item Bernar. Zelum tuum regat scientia: firmet constantia. Ibidem. Tria necessaria sunt iis qui dominantur et presunt: terror: amor et ordinatio. Absque ordine ergo dominium non stat. Per beneficia ergo et affabilitatem procuret vt diligatur. Per iustas vindictas nó proprie iniurie. lxiij. di. salonitane. et. xxiij. q. iiij. si is qui sed legis diuine studeat vt metuatur. Cyprianus de xij. abusiuis. Prelato vtraque vita: contemplatiua et actiua necessaria est. xxxiij. distinctio. siquis vult. lxxxviij. distinc. cap. pri. expressum. et extra de renun. nisi cum pridem. §. nec putes. Nec dubium quin longe periculosior sit ceteris eorum administratio: tamen si bene administrauerint gradum: bonum sibi acquirunt et maiorem abundantiam et supereffluentem. Luce. vj. mensuram accipient. Bernar. in epistola. Sciant boni prelati languentium. Luce decimo. xlv. distinc. disciplina. pri. responso sibi animarum curam traditam: non pompam. Quicunque interim. Numeri. xj et. xx. xc. distin. capitu. pri. murmur. cum insipientia subditorum querule vocis iudicio deprehendunt: etiam si in ipsos vsque ad iniurias et contumelias prorumpat: medicos se et non dominos. xcv. distinc. esto agnoscentes, parent confestim aduersus phrenesim anime non vindictam sed medicinam. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Joan. x. Animam pro illis: carnem illis. Illam in precium: istam in cibum. Res mira. Ipse pastor: ipse pascua et ipse redemptor. Ibidem sermone. xxvij. Ueri pastores licet tabernacula habeant de terra in terra: corpora. ij. Pet. pri. ij. Corinth. v. videlicet: non tamen de terra: sed de celestibus greges dominicos pascere consueuerunt. Ezech. xxxiiij. Ibidem sermone. xxvj. Non otiose toties repetitur. Joannes vigesimo. vj. quest. pri. imitare. Petre amas me. in commissione ouium. Ego quidem id signatum puto: acsi dixisse illi Jesus. Nisi testimonium perhibeat tibi conscientia quod ames valde perfecte: quia hoc est plus quam tua, plus quá tuos, plus quam te. Ista triplex renunciatio in qua est perfectus amor positus. Luce. xiiij. nequaquam

suscipias curam hanc. Propterea attendite vobis quicunqʒ ministerij huius opus secuti estis: attendite inquam vobis: ⁊ precioso deposito quod vobis creditum est. Ciuitas est: vigilate ad custodiam. Luc. ij. Spōsa est: studete ornatui. xxx. q. v. femine. Oues sunt: intendite pascuis. j. Pe. v. xcv. di. esto. Porro custodia ciuitatis vt sit sufficiens: trifaria erit. A vi tyrannorum. vij. q. i. §. hoc. A fraude hereticorum. extra de pur. ca. inter. A tentationibus demonū. xvj. q. j. c. ij. Sponse vero ornatus in bonis operibus, moribus, ⁊ orationibus. j. q. j. ipsi sacerdotes: constat. Ad pastus ouiū, pascua. Ezech. xxxiiij. scripturarū: sed distinctio est in illis. Sancta sunt mandata: que duris ⁊ carnalibus imponuntur ex lege vite ⁊ discipline. lxxxij. dist. plurimos. Eccle. xlv. Et sunt onera. Ro. xiiij. dispensationum: que infirmis ⁊ pusillis corde de respectu misericordie. l. dist. ponderet apponātur. Et sunt. Mat. xix. xxiij. q. j. §. j. xiiij. q. j. §. j. consiliorū forma, que ex interna sapientia proponatur sanis: ⁊ qui exercitatos habent sensus ad discretionē boni. ad Heb. v. ⁊ mali. Ad custodiam ciuitatis opus est fortitudine: ad repellendas. Eccle. vij. ibi. Noli querere fieri iudex: nisi valeas virtute interrūpere iniquitatem, iniurias. Spirituali astutia: contra demonum astutiā. ij. Corin. x. Prouerb. xvj. xxiij. q. iiij. §. vasis: ad deprehendendum insidias. Fidelitate: vt non querat prelatus que sua sunt. viij. q. j. sunt in ecclesia. Porro ad mores honestandos vel corrigendos. ex de accusa. qualiter. ij. quod vtrūqʒ ad decorem pertinet sponse. i. ecclesie: necessaria est discipline censura. xlv. dist. disciplina. Iam ergo in pascua diuinorum quō educet greges dñicos pastor idiota. xxxvij. dist. §. si. sed etsi doctus fuerit: non autem bonus: verendum est ne non tam nutriat doctrina vberi quā noceat vita sterili. c. xxv. dist. c. vlt. Ibidem. Bernar. lxxvij. sermone. Si diligitis me: pascite Ioan. xxj. viij. q. j. in scripturis: oues meas. Si ergo dilectionis est testimonium cura pastoralis: quisquis virtutibus pollens gregem domini renuit pascere pastorem summum conuincitur non amare. Quo enim is qui proximis profuturus enitescere potest vtilitati ceterorum secretum preponit suum: quando ipse summi patris vnigenitus vt multis prodesset: de sinu egressus est patris ad publicum nostrum? Greg. in pasto. c. vj. ⁊ viij. q. j. in scripturis. Sunt nonnulli qui ex sola humilitate refugiunt: ne eis quibus se impares existimant preferantur: quorum profecto humilitas si ceteris virtutibus cingitur: tūc ante dei oculos vera est: quum ad suscipiendum hoc quod vtiliter subire precipitur pertinax non est. Nec enim vere est humilis: qui superni nutus arbitrio vt debeat preesse intelligit: ⁊ tamen prodesse contemnit: sed diuine dispositioni subditus atqʒ a vitio obstinationis alienus quum sibi regiminis culmen imperatur: ⁊ ex corde debet fugere: ⁊ inuitus obedire. ad hec. viij. q. j. sciendum. cum. c. seq. Ibidem Grego. c. vij. Uirtutibus pollēs, coactus. j. q. vj. sicut is: ad regimen veniat: virtutibus vacuus nec coactus accedat. xlix. di. §. j. xxvij. q. ij. prius qʒ. Ibidem. cap. iiij. Intuere quomodo prelati incedunt nitidi ⁊ ornati, circumamicti varietate vestium non mox. psal. xliiij. tanqʒ sponsa carnalis procedens de thalamo suo. ps. xviij. nam si repente quempiam talium procedentem aspexeris: sponsam potius putabis qʒ sponse ecclesie scilicet custodem. Unde vero hanc illis existimas exuberare, rerum affluentiam, splendorem vestium, mensarum luxuriam, congeriem vasorum argenteorum ⁊ aureorum nisi de bonis sponse? Inde est qꝫ illa ecclesia scilicet pauper inops ⁊ nuda relinquitur facie miseranda inculta hispida exāguis: propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam: sed spoliare: non est custodire: sed perdere: non defendere sed exponere: non instituere sed prostituere: non est pascere gregem: sed maculare ⁊ deuorare: de quibus dominus dicit in ps. xiij. ⁊ lij. Deuorāt plebem meam sicut escam panis. Qui mundum deserunt ad exteriora officia prouehi non debent: nisi per humilitatem diutius in eiusdem mundi contēptu solidentur: citius namqʒ bona depereunt: que hominibus ante tempus innotescunt: qr ⁊ arbusta plantata prius quā radice fixa coalescant si manus concutiens tangat arefacit: at si in altum radix figitur: tunc ⁊ hanc ⁊ manus impellit: sed non ledit: ⁊ ventorum flatus inflectendo concutit: sed non euertit. Quid pariete robustius: qui tamen si dum construitur, impellitur: statim sine labore destruitur: si autem per spacium temporis ab humore suo siccari permittitur: etiam arietum ictibus minime quassatur: faciunt. xlviij. distin. §. j. ⁊ c. si. sic bona nostra intempestiue manifestata pereunt: ⁊ diutius occultata solidantur Greg. in morali. lib. viij. Magna sacerdotis gloria rectitudo subiectorum. vnde Paul⁹. j. ad Thessa. ij. c. in fi. dicit discipulis. Que est enim spes nostra aut gaudium aut corona glorie? nonne vos ante dominum nostrum iesum christum in aduentu eius? Greg. in mora. lib. xj. Quanto altius hic aliquis exigitur: tanto casibus grauioribus occupatur. xl. dist. homo. viij. q. j. illud. cuius ipsis populis mente ⁊ cogitatione supponitur: quibus dignitate preponitur. Ibidem. lib. xvij. Omne quod hic eminet: plus meroribus afficitur: quā honoribus gaudeat. Ibidem. lib. xxxij. ⁊ est. xiij. dist. nerui. Is qui prest ea circa se mensura subditos moderetur: quatenus ⁊ arridens timeri debeat: ⁊ iratus amari: vt eū nec nimia letitia vilem reddat: nec immoderata seueritas. xlix. dist. §. j. odiosum. sepe enim subditos frangimus. xxvi. q. vij. alligant: dum plus iusto rigorem tenemus. Qui profecto iam rigor iustitie non erit: si se sub iusto moderamine non custodit ⁊ discipline metu. Resoluimus subditos: si nostro regimini hilaritatis frena laxamus: quia dum nos quasi liceat letos aspiciunt audacter: ipsi ad illicita resoluuntur. Ut autem rectoris vultus debeat timeri: necesse est vt ipse vultum dei sine cessatione timescat: illi enim merito difficile de letitia creditur: qui qꝫ se pro amore dei continue affligat: a subditis scitur: qui cum in cessanti estu spiritualis desiderij superna appetit: de eo in dubium venit hoc qꝫ aliquando ante homines hilarescit. Grego. in mora. lib. xx. Prelatus nec seuerior esse debet: nec dissolutior: ne de seueritate sit oneri ⁊ de familiaritate contemptui Unde in omnibus ijs modus est tenendus. Ille autem erit conuenientior habitus: si actu quidem seuerus sit: vultu grauis: verbo serenus. Bernar. iiij. de consideratione. Idem scripsi. supra co. cap. xv. versicu. ille vero. Prelatus modum excedens in corrigendo non debet veniam petere a subditis. Augustinus. lxxxvj. distinc. quando. dic ut tibi. Disciplina vel misericordia multum destituitur: si una sine altera teneatur. Gregorius. in morali. libro vigesimo. ⁊ est. xlv. distinc. disciplina. Ibi vide pulchram doctrinam pro prelatis. Sancti viri non preesse ap-

petunt hoibus sed prodesse. viij.q.j. qui episcopatū.
Greg.in mora.lib.xxj. Superbus rector totiens ad
culpam apostasie labitur: quotiens preesse homini-
bus delectatur: & honoris sui singularitate letatur.
Nam vnde hec vitiorum radix pullulat in corde re
gentiū? nonne ex imitatione illius qui despectis an
gelor societatibus, dixit Esa.xiiij. Ascendam super
altitudinem nubium: & ero similis altissimo? Ibi-
dem.lib.xxiij. Leuite ab anno.xxv.tabernaculo ser-
uiunt. & a.l.custodes vasorum fiunt. Numeri. viij.
Quid per.xxv.annum in quo flos iuuentutis abo-
ritur: nisi ipsa contra vnumquodq; vitium bella si-
gnantur. Et quid per quinquagenarium in quo iu
bileus. Leui.xxv. & viii.de pen.distin.j.qui domum.
sub.§.non sunt hec continetur: nisi interna requies
edomito mentis bello exprimitur? Quid vero per
vasa.xxiij.q.iiij.qui sint.& cap.vasis.sub.c.nabucho-
donosor.j. Thessa.iiij. Sciat vnusquisq; vas suum
possidere in sanctificatione & honore tabernaculi i
nisi fidelium anime designantur? Leuite ergo ab an-
no.xxv.tabernaculo seruiunt. & a.l. custodes vasorū
fiunt: q; videlicet qui adhuc impugnantium vitio
rum certamina per consensum delectationis tolerāt:
alior.curam suscipere non presumant: quum vero
tentationum bella subegerunt: tunc animarum cu-
stodiam sortiantur.xlix.dist.§.j. Sed quis hec perfe
cte subiugat? Quum paulus dicat ad Ro.vij.xxxij.
q.v.si paulus. video aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis mee. Sed aliud est bella
fortiter perpeti: aliud autem expugnari. In istis ex-
citatur virtus: ne extolli debeat vt in Paulo.ij. ad
Corin.xj.&.v.q.v.non omnibus.xxxij.q.v.si paul⁹.
In illis vero extinguitur: vt succumbant. Greg.in
mora.lib.xxiij. Arrogantium prepositor hoc pro-
prium esse solet: vt in afflictos audientes suos ma-
gis districte corripere appetant q̄ blande refouere.
Plus enim student vt mala obiurgando increpēt:
q̄ bona laudando confirment. Superiores quippe
se videri desiderant: & magis gaudent: quia ira eos
leuat: q̄ quia eos charitas exequatur. Semper in-
ueniunt quod increpando rigide feriant: q; percute
re rigide sciunt: ad hec.xlv.dist. vera. &.xlvj. dist.c.j.
sed compati humiliter nesciunt. Greg.ibidē. Po
testas accepta, non honor: sed onus.xl.dist.ante om
nia: existimanda est: nam cui esse nunc iudicem li-
bet: huic videre iudicem iratum. Apoca.j. tunc non
libet: tunc enim solum potestas bene geritur: quum
non amando sed timendo retinetur. Dixit quidam
minister sancti Francisci prouincie fratribus. Tolli
te mihi officium istud: quia mihi displicet: q; si mihi inci
piet complacere: ve vobis & mihi: que vt ministra-
ri ratione valeat: oportet vt hanc non cupiditas,
sed necessitas imponat. Percepta autem nec p for-
midinē debet deseri: nec ex libidine retineri: ne aut
peius quis ex humilitate superbiat si diuine dispen
sationis ordinem fugiendo. viij.q.j. in scripturis. &
cap. sciendum: contemneret: aut eo magis superni
pectoris humilitatem abijciat. Matth.xj.quo eum
super ceteros priuatum regimen delectet. Greg.ibi-
dem. Secundum merita subditorum tribuuntur
persone regentium: vt sepe qui videntur boni accē-
pto regimine mox permutentur: sicut Saul dignitas
mutauit.j. Reg.xv. Unde pro qualitate subditorum
disponitur vita regentium.ij.q.vij.c.j.&.§.sed quali-
ter.vj.q.j.ex merito: vt sepe pro malo gregis etiam
delinquat vita boni pastoris. Unde Dauid super-
nor mysterior conscius, tumore repētine elationis
inflatus, populū numerando peccauit.ij. Reg.vlt.j.
q.iiij.§.his ita.P.item dauid. Sed vindictam popu-
lus Dauid peccante suscepit. Cur hoc? q; sm meri-
tū plebiū, disponuntur corda rectorum. Iustus ergo
iudex peccantis vitiū ex ipsor auersione corripuit,
ex quor dauid peccauit: sed q; & ipse sua voluntate
superbiens a culpa alienus non fuit: vindictam cul
pe etiam ipse suscepit: nam ita seuiens qui populum
corporaliter pertulit: rectorem quoq; populi intimo
cordis dolore prostrauit: ibi. percussit autem cor Da
uid.ij. Reg.vlti. Certū ergo est q̄ ita sibi inuicem &
rector merita connectuntur & plebiū: vt sepe ex cul-
pa pastor deterior fiat vita plebium. Et ex vita ple
bium mutatur vita pastor. Ibidem lib.xxx. ad hoc.
viij.quest.j.audacter. Summus locus bene regitur
quū is qui preest vitiis potius q̄ fratribus dn̄atur.
Cunctos quippe equales natura genuit. Ut autem
alijs ad regimen alij cōmittantur: non eos natura,
sed culpa preponit. Grego.in mora.lib.xxvj. ad hoc.
xxij.dist.constantinopolitane. A prelato seruanda
est & in corde humilitas: & in opere disciplina: atque
inter hec solerter intuendū est, ne dū immoderatius
custoditur virtus humilitatis: soluantur iura regi-
minis: & dū prelatus quisq; plus q̄ decet deiicitur:
subditor vitā stringere sub discipline vinculo non
possit. Sed decenter quibusdā erūpentibus signis ta
les nos apud nos esse ēt ipsi qui nobis cōmissi sunt
non ignorent: vt de authoritate nostra quod formi-
dent, videant & de humilitate nostra quod imiten-
tur, agnoscant. Consideremus assidue q̄ sum⁹ equa
liter, non q̄ sumus temporaliter alijs prelati. Greg.
ibidem. Ad officium pastoris pertinet opertos fon-
tes aperire: aquam.s.sapientie salutaris. Eccle.xv.
puram innoxiam sitientibus ouibus ministrare. Au
gust.de verbis dn̄i.xliiij.c. Tres personas designa-
uit dn̄s in euangelio. Ioan.x. pastoris, mercenarij,
& furis. Diligendus est pastor: mercenarius toleran
dus: latro vitandus. Pastor autem non est qui an
nunciat deum propter commodum suum, siue pro-
pter suam pecuniam, siue propter honorem & lau-
dem humanam. Pastor ergo in veritate christum
annunciat: mercenarius occasione: fur est qui ascen
dit aliunde. Ibidem. Aug. sermone.j. Idem.xxiij.q.
iiij.tres. Adde quod scripsi. supra.e.§. ver. O q̄ ra-
rus. Non decet eum qui superior ceteris gradu: in-
feriorem esse honor gestu. Raba. super librum Nu
meri.j.q.j.vilissimus. Iusti etiam quum imperant:
seruiunt eis quibus imperare videntur. Neq; enim
dominandi cupiditate imperant.xxiij.q.j.quid cul-
patur: sed officio consulendi. Nec principandi super
bia: sed prouidendi misericordia. Nam ita deus ho
minem condidit. Dominamini inquit. Gen.j.pisci-
bus maris & volantibus celi. Hominem rationalem
noluit nisi irrationalibus dominari non hominem
homini: sed hominem pecori. Inde primi iusti pa-
stores pecorum magis quam reges hominum fue-
runt: vt sic etiam insinuaret deus quid postulet or-
do creaturarum: & quid exigat meritum peccato-
rum. Conditio quippe seruitutis iure intelligitur
imposita peccatori. Augusti.de ciuitate dei.libr.xix.
cap.xiiij.&.xv.& pri.ad Timo.v.xxij.distinc.constan
tinopolitane. Prelatus instare debet opportune
importune.xliij.distinc.cap.pri. ad fin. Opportune
volentibus: importune nolentibus: prorsus impor
tunus sum: tu vis errare: tu vis perire: ego nolo: non

vult postremo ille q me curat dicens. Ezech. xxxiiij.
xxiij. q. vj. c. ij. Quod erravit non revocastis, et quod
perijt non quesivistis. Revocabo ovem errantem.
requiram perditam. Luc. xv. Et si me inquirentem
lanient vepres sylvarum: per omnia angustata coar
ctabo: omnes sepes excutiam: quantum mihi dñs
dederit oia peragere. Aug. in li. de pasto. facit. xxiij.
q. iiij. displicet. et q. vj. quod erraverat. c. vides. Si
bonus fuerit que tibi preest: nutritor tuus est: si ma-
lus tentator tuus est. Nutrimenta tua libenter acci
pe: et in tentatione probatus esto. Jaco. j. Aurũ mũ
dandum in fornace artificis. In vno angusto loco
tria sunt. aurum. palea. ignis ad illa duo ignis appo
nitur. palea vritur. aurum purgatur. Aug. de verbis
domini sermo. vj. Sunt quidam qui sciũt possunt,
et volunt preesse. si hi volunt prodesse: charitatis est.
vij. q. j. qui episcopatum. alioquin superbie. Quidaʒ
autem sunt: qui sciunt, et possunt: et nolunt preesse,
Hoc quidem humilitatis est, q renuunt. sed inertie
est: si quum sciunt, omnino resistunt. xvj. q. j. nos au
tem. Quidam autẽ sunt: qui nec sciunt nec possunt:
sed volunt. Hoc quidem cupiẽtis videtur esse q vo-
lunt. j. q. vj. sicut. stultitie vero est q hoc volũt quod
nec sciunt nec possunt. Quidaʒ autem sunt: qui nec
sciunt nec possunt nec uolunt. qui prudenter agunt.
Hugo de claustro Extorta seu coacta licentia nõ est
licentia. sed violentia. quod ergo tua importunitate
extra de rescrip. lib. vj. victus. episcopus fecit inuitus
non fuit absoluere sed irrumpere. Bern. in epistola
ad Odonem qui importune obtinuit absolutioneʒ
a prelatura. Plerunque ĩ qui magisterium pastora
le subire cupiunt: nonnulla bona in animo propo-
nunt. et quamuis hoc elationis tentatione appetãt.
operaturos tamen se magna pertractant. Sed pen
set quisqʒ quid subditus egerit et cognoscet si prela-
tus bona agere que proposuit possit quia nequaq̃
.i. difficile. qr honor inflat superbiaʒ. xlv. distin. licet.
valet in culmine humilitateʒ discere: qui in imis po
situs didicit superbire. Nequaq̃ .i. difficile. qr augu-
mentum rerum auaritiam gignit. c. xiiij. q. iiij. quid
dicam. Auaritiam vincere potest: qui ad multorum
sustentationem tendit: is cui nec sufficere proprium
soli potuit. Hugo de claustro. Qui i regimine sunt
semper affici debent pro ijs qui ad eorum sollicitudi
nem pertinent. Et quando. ij. Corint. xj. possibile ẽ
recordari eorum debent: ex nomine. et orationis ex-
hibere Ro. j. suffragia. Neque aliud occupare illud
pectus debet q̃ animarum sicut in Moyse. xlv. di.
disciplina. et in Paulo que optabat fieri anathema
a christo pro fratribus. Ro. viij. zelus. Quia illius
officij ẽ, revocare. xxvj. q. vj. quod erraverat. devios.
Reconciliare. xxvj. q. vj. per totum. erroneos. Con-
firmare, vt deus. ps. lxvij. confirma hoc deus. eos
qui in iustitia proficiunt. et qui deficiunt hortari: nẽ
desperent de venia. de pe. di. vij. c. j. Chrys. in curã de
past. Non debet honoris ducatum suscipere: que nẽ
scit subiectos tramite vite melioris preire. xxv. di. §.
nunc autem. xlix. di. §. j. Isid. de summo bo. lib. iij. c.
xxxiiij. Nulla ars doceri presumitur: nisi prius disca
tur. lx. di. per totuʒ. Ab imperitis ergo pastorale ma
gisterium qua temeritate suscipitur: quando ars est
artium regimen animarum Greg. in pasto. c. ij. facit.
xvj. q. j. si clericatus. extra de eta. et qua. cum sit. Nul
la res absqʒ. Hiero. in prologo biblie. magistro discĩ-
tur. et muta animalia et ferarũ greges ductores suos
sequuntur. In apibus principes sunt. grues vnum

sequuntur ordine literato etc. Hierony. ad rusticum
monachum. c. vij. q. j. in apibus. Mihi videtur es
se ars artium et disciplina disciplinarum hominem
regere. quia certe est inter omnia animãlia. maxime
moribus. Quid. Pectoribus mores tot sunt: quot
in orbe figure. et voluntates hominum varie sunt. ff.
ad Tre. qr poterat. de hoc legitur et no. extra de con-
pre. qr Glos. j. varius et voluntate diuersus. Grego.
Nazanzenus in apolog. Quum homini sit perdiffi
cile scire regi. i. regenti se obtemperare. Quia secun-
dum Senecam Animus hominis naturaliter est in
potestate recalcitrans. multo difficilius est scire alios
regere. qr quanto gloria maior est: tanto periculum
grauius viij. q. j. illud. habentibus intellectum. Ibi
dem. Quum pastor per abrupta graditur: ad preci-
pitium grex sequitur. Greg. in pasto. c. iij. Nemo in
ecclesia plus nocet: q̃ qui peruerse agens nomẽ vel
ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namqʒ
hunc redarguere nullus presumit. et in exemplum
culpa vehementer extenditur: quum pro riuerentia
ordinis peccator honoratur. Greg. ibidem. et. lxxxiij.
di. nemo. Ille ad dignitatem pastoralis officij de-
bet prouehi: qui ad aliena suscipienda non ducitur:
sed propria largitur. qui per pietatem viscerum ci-
tius ad ignoscendum flectitur, sed nunq̃ plus q̃ de
beat ignoscens ab arce rectitudinis inclinatur. xlv.
di. licet. Qui nulla illicita perpetrat: sed perpetrata
ab alijs vt propria deplorat. Ro. xij. Qui ex affectu
cordis aliene infirmitati cõpatitur. ij. Corin. xi. xlv.
di. vera. sicqʒ in bonis proximi sicut in suis profecti
bus letatur. Qui ita se imitabilem ceteris in cũctis
que agit insinuat: vt inter eos non habeat quo saltẽ
de transactis erubescat. Qui sic studet viuere. vt pro
ximorum corda arentia. Ezech. xxxvij. xij. q. ij. de ui
ro. doctrine valeat fluentis irrigare. Qui orationis
vsu et experimento. xxxvj. dist. si quis. iam didicerit
quod obtinere a domino que poposcerit possit. Ibi
dem. c. xj. Tantum debet actionem populi actio
transcendere presul: quantum distare solet a grege.
xxv. distin. §. nunc autem. ibi. Cuius comparatione
oueri grex dicantur. vita pastoris. Sit ergo necesse
est cogitatione vt Maria. Luc. ij. mundus. actione
precipuus. discretus in silentio. vtilis. xliij. distin. sit
rector. in verbo singulis compassione proximus.
precunctis contemplatione. extra de renun. nisi cuʒ
pridem. §. nec putes. suspensus. Bene agentibus
per humilitatem socius. xcv. di. esto. Contra delin-
quentium vitia per zelum iustitie. xlv. distin. discipli
na. erectus. Internorum curam exteriorum occupa
tione non minuens. Exteriorum prouidentiam.
xxxix. di. pervers. internorum sollicitudine non relin
quens. Greg. ibidem. c. xiiij. Tales sese qui presunt
exhibeant: quibus subiecti sua occulta prodere non
erubescant. vt quum tentationum fluctus paruuli
tolerant: ad pastoris mentem quasi ad matris sinũ.
c. ij. q. vj. ad romanam. ij: et Joan. xiij. de ioanne recũ
bente in sinu iesu. recurrant. Grego. ibidem. Quod
pauci sunt electi culpa forsan rectorum est. quia duʒ
pastor terrenis incumbit: lupus ouile irrumpit, oues
rapit, et dispergit. Joan. x. Richar. super Apo. lib. j.
In alto positum non altum sapere. Ro. xii. difficile,
et omninõ insuetum. quia honor inflat. xlv. distin.
licet. tanto gloriosius. Bern. in epistolis. Illa so-
licitudo prepositorum vtilis est. Illa cautela lau-
dabilis est: cum qua totum ratio agit: et furor nihil
sibi vendicat. Greg. in Registro. xi. q. iij. illa. Cum

honoris

honoris augmento cura quoqz solicitudinis debet
exercere. Ibidez. Usus conuersationis humane est,
vt preesse non audeat: qui subesse non didicit.lxj.di
stin.miramur.ex de elec.cuz in magistrum:nec subie
ctis obedientiam imperet quam prelatis exhibere
nouit.ij.q.vj.qui scit se. Sunt tamen nonnulli qui
ita per mysterium spiritus docentur intrinsecus: vt
si eis exterius humanum magisterium desit: magi
stri intimi censura non desit: quoz tñ libertas vite
ab infirmis in exemplum non est trahenda. xxvj.q.
ij.non statim.z.c.non exemplo sed veneranda. ij. q.
vij.§.ijs ita.ante ca.siquis. Ne dum se quisqz simili
ter spiritusancto impletum presumit discipulus ho
minis esse despiciat z magister erroris fiat. xxiiij.q.
iij.quid autem. Mens autem que diuino spiritu im
pletur: habet euidentissima signa sua, virtutes scili
cet z humilitatem. Greg.in dialo.lib.vj. Hec sunt
que pastori conueniunt:bonitas. Joan.x. Discipli
na.xxiij. q.iiij.ita scientia.xliij.distin.c.j. Bonitas at
trahit:disciplina corripit: scientia pascat.xcv. di.esto.
Bonitas amabilem:disciplina imitabilem:scientia
docilem reddit. Bern. A prelato tria sunt necessaria
Uerbum dei.ex de of.or.inter cetera.Exemplũ.xcv.
dist.esto.ibi.Forma facti. Oratio.xxx.distin.siquis.
Nam etsi vocis virtus sit opus:tamen z operi z vo
ci efficaciam promeretur oratio. Bernar.in epistola
ad Balduinum abbatem. Inquantum prelatus
per subditos grauatur:tantum lucratur: z inquan
tum iuuatur:z tantum sibi sua premia minuuntur.
Elige ergo quos vis an qui grauando iuuent an q
iuuando grauent. Illi tibi promeritores:isti merito
rum fraudatores existunt. Nam qui socij sunt labo
ris z mercedis. Sapien.x. ex de renun.c.nisi.§.ve
rum.iii si.participes erunt. Bernard.in epistola ad
Raynaldum abbatem. Mendicantibus hono
res blandiuntur: sed onera pensantibus tedio sunt
atqz fortitudini:non autem omnes capiunt verbuz
hoc. Multi non tanta fiducia alacritateqz currerẽt
ad honores:si sentirent z onera.xl.dist.ante.viij.q.j.
clemens.vnde profecto grauari metuerent: nec cuz
tanto honore z periculo quarumlibet affectarẽt in
fulas dignitatum. Nunc vero quia sola attenditur
Expeditis superioribus dignitatibus secularibus, ad status priuatorum secularium descendamus. Peccant autem milites maxime in gallicia in qua prout communiter de rapina viuunt. Primo seculares simplices militie: quia non sunt cõtenti suis stipendiis: sed concutiunt homines cõtra sententiam Joan. bap. dicentis eis Luc. iij. Neminem concutiatis: neq; calumniam faciatis estote cõtenti stipendiis vestris. xxiij. q. j. paratus. ad fin. et c. militare. in fi. et lxxxvj. di. non satis. in fi. Secundo peccant impugnando sepe patriam: et dominum cui ex forma fidelitatis seruire tenentur. ff. de iusti. et iur. vt in. ff. de reli. et sump. fu. minime. xxiij. q. j. quid culpatur. et c. summa militie. xxij. q. v. de forma. Tertio q: fauent in illicitis manifestis alias secus. xxiij. q. j. quod culpat dñi: et seruiunt in iniustis bellis: quin potius deberent recognoscere imperatorê celestem. xj. q. iij. Julianus. et c. qui resistit. et dist. viij. q contra. Sic fecerunt illi christiani milites thebeorum dicentes Maximiano precipienti eis contra christianos seuire. Milites sumus inquiunt imperator tui: sed tũ serui quidem libere confitemur dei. tibi iustitiam debemus: illi innocentiam. a te stipendium laboris accipimus: ab illo vite exordium sumpsimus. seq in hoc imperatorem nequaq; possumus, vt authorem deum negemus si non compellimur vt offendamus: tibi vt fecimus hactenus parebimus: sin at illi pare bimus poti⁹ q̃ tibi. dextere nostre aduersus impios pugnare: ac inimicos sciunt laniare: pios et conciues nesciunt pugnauimus semp p iustitia. p pietate. pro innocentium salute. pro fide. hec fuerunt nobis hactenus pcia piculoꝝ. quo ergo pacto cõseruem⁹ tibi si hec deo nostro non exhibem⁹? Jurauimus primũ in sacramẽta diuina iurauimus deinde in sacramenta regia. nihil nobis de secundis credis esse necesse si prima prũpimus? ad hec. xj. q. iij. non. n. c. si dñs. c. q resistit. c. imparatores. c. si is q pest. ex̃ de tẽpo. ordi delectus. vbi de hoc. et c. ad aures. vbi de hoc. ij. q. vij. nõ pôt. Non pôt erga hoĩes esse fidelis: q deo extiterit infidelis. Ex dictis patet q christiani milites pñt seruire saracenis: et aliis infidelibus: sed non cõtra christianos: vel in eo quod est contra deum: vt pre. c. Julianus. et. xxiij. q. j. quid culpatur. in fi. et. xv. q. vj. iuratos. Quarto in torneamentis maxime in frãcia. ex̃ de tornea. p totũ. Quinto in duellis: q tota die offerunt et accipiũt contra id quod legit et no. ex̃ de pur. vulgari. p totũ. et cleri. pugan duello. p totũ. et. ij. q. v. monomachia. hoc ẽt pibet lex romana: C. de gladi. l. j li. xj. Sed hispani sunt homicide et dei tentatores. xxiij. q. ij. qualiter. nec de canonibus. nec de legib⁹ curantes passim duella offerunt et recipiunt ex eorum pfanis ordinationibus et cõsuetudinibus: q contra dei et ecclesie leges nõ valent. x. di. et. xj quasi p totũ.

Sexto qi accipiunt stipendium et non seruiunt. vñ ad restitutionem tenentur: vel seruiunt: sed non cuz tot equis sicut debent: et sic defraudant dñz: sicut diximus de clerico q recipit beneficium pp seruitiũ et officium. lxxxj. di. siquis sacerdotum. nec procuratio danda est nisi visitanti et laboranti. ex̃ de cẽs. cũ instã tia. j. rñso. et c. pcurationes. ex pssum. et c. cũ venerabilis. Et ppea reliquit beatus Martinus Juliani cesaris donatiuum non proponens amplius militare, vt habet in sua legenda. Septimo computant se inter milites anteq; sint inter milites trãslati: et in eorũ numero computati, contra. l. ff. de mili. testa. ex eo tpe. et no. extra de priuile. qdam. Octauo quia post militiam, et exercitium eius in bellis aliqui ad ordines promouent. quod fieri non debet: vt legit et no. lj. di. siquis post. et sup hoc vide quod no. Innoc. de postu. pre. c. vlt. et in spec. de legato. §. premisimus. v. sed quid de iudice. Nono q: non militant propter deum nec propter rem publicam: sed propter predas et diuitias augendas: quod est peccatum damnabile sm Aug. xxiij. q. j. militare. Decimo q: multi militũ maxime in lombardia, tuscia, et in patrimonio beati petri, recipiunt militiam a propriis consanguineis vel amicis: non ab imperatore vel regibus vel aliis principibus: nec characterez. de charactere isto vide Innoc. de sacra. non ite. c. vlt. de eta. et qua. cum contingat. et. j. q. j. q quidam. et extra de sen. ex. si iudex. li. vj. recipiunt militarẽ. vnde nec veri milites debẽt dici. maxime quum plures eorum sint rustici, ipsi et genus eorum. ad hec vide quod legitur et no. pre. c. j. q. j. q quidam. et in gl. q forte. Undecimo q: sepe fugiunt de bellis iustis: et dominos deserunt inter hostes. vnde et infames sunt. vj. q. j. infames. et tales rei sunt lese maiestatis. ff. ad. l. iulia ma. l. iij. et capite puniuntur: nisi dominum defendere non potuerint. ff. de re. mili. omne. §. qui in acie. et no. pre. c. infames. in gl. tales. Duodecimo quia vilificantes se ad sumũt aliquotiens officium procurationis. contra. l. C. de procura. l. militem. ff. de procura. filiusfami. §. veterani. et no. extra de postu. pre. bone. j. in gl. j. Tertiodecimo periuri sunt: q: non seruant communiter iuramentum quod prestant, non euitaturos se mortem pro salute reipublice. legitur et no. ij. q. j. prohibent. gl. j. et accusationis officium adsumunt contra. l. illã canonizatam. Decimoquarto cum absunt a seruitio reipublice commeatu non accepto: et cum in domo sunt: commeatu accepto volunt gaudere priuilegio militari: et stipendium habere contra. l. ff. ex qui. cau. maio. l. miles. et. l. qui mittuntur. et no. extra de conce. pre. quia. in gl. sic miles. Decimoquinto qi aliqui post solemnem penitentiam redeunt ad militiam contra can. xxxiij. q. ij. de his. et c. latorem. An miles qui non exercuit seua si viuat clericaliter: gaudeat priuilegio clericali: vide Inno. de apo. c. j. et qd legit et no. lj. di. siquis post. Decimosexto q: multi ex eis postq; occiderunt psbyteros: vtuntur militia contra can. concilium magũ. extra de peni. et re. c. ij. Decimoseptimo q: non vtunt militia ad id ad qd est instituta, scilicet propter iniuriam propulsandaz et propter vindictam contra impios proferendam. xxiij q. j. §. j. Decimooctauo seruãt actus et modos militares: qui ponuntur per Isi. j. di. ius militare. q: neq; vacant militie: se commessationibus, immunditiis, hastiludiis, et negotiis mercatorum, venationibus, aucupationibus: et tota eorum vita prout communiter est vane glorie et desideriis carnalibus militare cõtra apostolũ Petrũ. j. Pet. ij. vñ Bern. Carni militamus gule illecebris seruiendo: luxurie motib⁹ obsequendo. Sed arma militie christiane non sunt carnalia: sed potius deo. ij. Cor. ix. Arma ãt christi militum sunt. vj. que ponit apostolus ad Ephe. vj. s. continentia: quod est cingulum honestatis. lorica iustitie, calciamenta pedum, exempla sanctoꝝ. scutum fidei. galea spei. gladius spiritus, qd est vbũ dei. Nã

Arma militũ christi.

nedum in de milite spirituali.s.religioso vel clerico.j.q.iij.saluator.⁊.lxxiij.di.c.j.sed etiaȝ de temporali potest intelligi verbum apostoli.ij.Timoth.ij. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus. lxxxviij.dist.c.ij.xxj.q.iij.c.j.c.ij.ex. ne cleri.vel mo.c.j.⁊ de tali dicit apostolus in pre.c. ad Timoth. labora sicut bonus miles christi.⁊ aliqui eorum vsurarum voragini.ex. de vsu.vsuraruȝ voraginem.li.vj.sicut vilissimi suam militiam vituperantes. Decimonono qꝛ militant nocendi cupiditate.vlciscendi crudelitate: rebellandi feritate; dominandi cupiditate cum omni implacabilitate.q.v.precipue secundum Aug. in militia condemnantur.xxiii.q.j.quid culpatur.in prin.⁊.c.apud.nam hac intentione militia debet agi vt mali coerceantur:⁊ boni subleuentur vt ibi. Uigesimo non intendunt communem vtilitatem in militādo: sed priuate contra id.xxiii.q.j.summa.⁊.q.viij.vt pridem. Uigesimoprimo non obediunt suis superioribus in vtilibus ⁊ licitis vel in dubijs,contra id.c.summa.⁊.c.quid culpatur.in fi. Uigesimosecundo vsurpant vltra stipendia sua,contra id.xxiij.q.j.militare. Uigesimotertio sine legitima authoritate superioris occidunt homines: vel faciūt guerrā cōtra id.xxiij.q.ij.iustū.⁊.q.v.miles. Uigesimoquarto qꝛ simoniam sepe committunt.vñ magis peccāt q̄ȝ clerici ecclesie milites:quod est satis mirandum.j.q.iij.saluator.sed ibi in gl.q̄ incipit,contra pontif quare. Uigesimoquinto quidam post solennē penitentiaȝ.de solenni penitentia.l.di.penitentes.c.in capite.⁊.c.vlti.fiunt milites,contra id quod legitur ⁊ no.l.dis.siquis post. Uigesimosexto quia in sua militia non gradatim:sed precipites ⁊ indiscusse ad honores promouētur.lix.di.si officia.in prin. Uigesimoseptimo inuiti in iusto bello pugnant sicut ignaui:vñ ⁊ carēt merito:quia voluntarium militem eligit deus.xv.q.j.non est. Uigesimooctauo ante victoriaȝ dimittūt bellare:vel militiam ante tempus.extra de renun.⁊.c.j. Non enim debent solui milites nisi completis stipendijs.C.de his que non expleth.l.iij.⁊ no.pre.c.j.pri.al. Deponitur autem miles.interpositio est vsqȝ ad ℣.seq.xxviij. siue exauthoratur siue degradatur.super quo vide Innoc.de testi.spo.in literis.de penis ⁊ tes.ij.de testi.testimonium.⁊ ex. de penis.degradatio.li.vj. Est etiam duplex militia.spiritualis ⁊ secularis.lix.di.si officia.xxiii.q.viii.reprehensibile.⁊.j.q.iij.saluator.vide quod no.xxiij.q.j.militare.in gl.cum ergo. Nemo sit potest militare deo ⁊ mūdo.ij. ad Timoth.ij.xxj.q.iij.c.i.⁊.ij.vnde non debet esse aligatus alijs qui militie spirituali est aggregandus.lxij.dist.nullus. De gothis militibus.xxiij.q.viij.cōuenior. Et scias q̄ isti recuperauerant hispaniam.viij.annis cum rege Pelagio.⁊ hoc teneas q̄ a legione de hispania vsqȝ ad montem pessulanum:gothi:de qbus.xxiij.q.viij.conuenior. vnde prope nemausum illa contrata vocatur gothia:sunt,exceptis nauarris:qui fuerunt hiberici.⁊ vt quidaȝ dicunt armeniani vt dicit Priscianus in.vj.li.a legione vsqȝ ad hispaliȝ fuerunt Romani tpe Pompei ⁊ cesaris.vñ Lucanus: Ultima funesta concurrunt prelia mundi. vnde in episcopatu vlixbon.vocatur mons pompei.sm Io. de deo. Uigesimonono quia captos in bello sepe interficiunt: contra Aug.dicentem. Uictori capto misericordia iam debetur.si pacis perturbatio nō timetur.vt ibi legitur ⁊ no.xxiij.q.i.noli.i fi. Trigesimo quia hodie milites communiter sunt predones maxime in hispania contra id Aug.dicentis. Quadam

Militia duplex.

prouidentia militibus stipendia constituta sunt:ne dum sumptus queritur:predo grassetur.xxiij.q.j.militare.grassari est seuire quod proprie ad latrones in nemore pertinet.legitur ⁊ no.de peni.dis.j.aut facta.⁊ in glo.q̄ sit. Idem dixit Ambro.super lucam.li.j. Trigesimoprimo. In pace gloriantur contra id q̄d dicit Grego.in moral.xxxij.lib. Nemo vires suas in pace cognoscat. Si enim bella desunt virtutum experimenta non prodeūt. improuidus miles est que se in pace gloriatur fortem.

De militia spirituali. Uerbum incarnatuȝ rex noster est:qui in hunc mundum venit pugnaturus cū diabolo. Omnes autem sancti qui ante eius aduentum fuerunt:sunt milites ante faciem eius precedentes.qui autem postea venient vsqȝ ad finem mundi,sunt milites suum regem subsequētes.⁊ ipse rex medius est in exercitu suo hinc inde vallatus, ⁊ stipatus agminibus suis.Aug.de sacra.li.j parte.j.⁊.c.j. Christus habet multos milites qui vicerunt:sed paucos qui de fuga reuersi vincāt:qꝛ tepefacti difficile resurgunt.Apo.iij.ibi:Utinam frigidus esses aut calidus: sed qꝛ tepidus es ⁊c.⁊.c.de peni.di.j.Bern. Miles christi nec laude extollitur:nec vituperatione frangitur:nō diuitijs tumet:nec cōtrahit paupertate: leta cōtemnit:⁊ tristia.ps.cxx. Per diem sol non vret euȝ: neqȝ luna per noctem. Hiero. ad nepotianum.

De defectibus ⁊ peccatis magistrorū contra abusum scientiarum liberalium. Cap. 33.

Expeditis nobilibus:plebeiorū vita pertractemus: ⁊ incipiamus ab eorum dignioribus.scȝ doctoribus ⁊ magistris:de quibus proprie potest dici illud ad Rom.j. Dicentes se sapientes stulti facti sunt.xlix.distin.hinc etenim. ℣.albuginem.⁊ scienti bonum ⁊ non facienti peccatum supple maius est. Ja.iiij.in fi.⁊ de peni.distin.ij.si enim.vltra colum.⁊ magistri maius sibi iudicium assumunt. Jaco.iij.in prin. Peccant autem primo quia quum indoctos ⁊ minus sufficientes se sentiant:faciunt se per preces ⁊ alia munuscula ab alijs doctoribus ⁊ in magisterium promoueri.⁊ sibi licentiam dari.de hoc ex. de magistris.quanto.⁊.c.prohibeas.⁊.c.contra eos.de eta.⁊ qua.ad aureo.ff ad.l.acqui. Idem iuris: ⁊ illi qui tenentur examinare ⁊ approbare:tenentur de salario sic male accepto ad restitutionem.liiij.di.si seruus absente.xxiiij.dist.quando.extra de eta.⁊ quali.cum sit.de of.archid.ea que. Si sufficienti vel insufficienti concedatur licentia docendi pro pecunia:non committitur simonia:sed crimen concussionis.C.q̄d me.cā.si per impressionem. q.j.concussionis.xxiij.q.j.militare.sm Gof.qui sic no. ex. de magis. in summa. Doctor qui promouetur a doctoribus subornatis non habet immunitatē vt doctor.C.li.x.de athletis.l.j.vix enī erit bonus magister:qui non fuit bonus discipulus.ex. de elec.cum in magistrum.lxi.di.quid proderit faciant que leguntur ⁊ no.xxiij.q.j.cū beatissimus. sed nec antiqui pro nouis sunt deserendi. valde enī est absurdū,vt noui magistri rudes vel imperiti p̄ferant magistris antiquis ⁊ approbatis.lxj.di.statuimus. nisi forte nouo a deo sit aliquid melius reuelatum.xcv.distin.esto. Secundo peccant:quia despiciunt sufficientes subditos cathedram. ⁊ pro-

Doctores ⁊ magistri quibus laborent vitijs.

pter vitium arrogātie, ea que sciunt: recte docere nō
possunt. xlvj. dist. c. j. ꝛ tales iniuriam faciunt cathe-
dre. xl. dist. multi. Tertio: contemnunt simplices q
magis volunt vitare vitia morū q̄ȝ verboꝝ. xxxviij.
dist. sedulo. Quarto: q: conantur differentia subti-
lia non vtilia, contra id Ego dn̄s deus tuus docens
te vtilia. Esa. xlviij. vt videantur ab hominibus: ꝛ
vocentur rabi. ꝛ sic confundunt auditores. xliij. dist.
§. fi. ꝛ precipue in hoc offendunt magistri parisiēses:
ꝛ in anglia ꝛ in ausonia, tam seculares quaȝ religiosi
maxime predicatores, ꝛ minores. quorum aliquo-
rum arrogantia inexplicabilis ꝛ vsq; ad illius luci-
feri Esa. xiiij. de peni. dist. ij. principium. corruentis,
ascendit: in quorum scholis non prophe. non lex
moysi sancta. nōn christus sapientia patris. non eius
sacrosanctum euangelium. non apostoli. non sancti
doctores ecclesie audiuntur. Sed reboat ꝛ resonat
philosophus idolatra. ꝛ commentator eiusdem cuȝ
ceteris liberalium artiuȝ pedagogis adeo q̄ in scho
lis sacre theologie, non sermo sacer: sed philosophia
legatur. Immo nec iam textum sententiaruȝ catho
licum legunt lectores in scholis: nec baccalaurij ma
gistrorum sed ad questiones properant curiosas: vt
ad literā appareant: non existant, contra can. xxxvij.
di. c. ij. Isti sunt de quibus proprie dicit Hiero. ad da
masum papā. Physici, perscrutationis oculos trās
celum leuantes: ꝛ vltra profundum terrarū ꝛ abyssi
in quoddam inane demerguntur in vanitate sensus
ꝛ obscuritate mentis ingredientes. insuper diebus
ꝛ noctibus in arte dialectica se torquētes. xxxvij. di.
nonne. Innitentes dialecticoruȝ tendiculis: que nō
tam vincula sunt appellanda q̄ȝ phantasmata. i. vm
bre quedam ꝛ imagines que cito pereunt ꝛ resoluū
tur. xxxvij. di. vino Hiero. in Esa. Isti etiam sunt ma
gistri qui s̄m vrbanum papam omnem vim inuen-
torum suorum ponunt in dialectica seȝ disputatione
que philosophorum sententia definitur nō astruēdi
vim habere: sed studium destruendi. Sed non in dia
lectica placuit deo saluare populum suum. regnum
dei in simplicitate fidei est: non in cōtentione sermo
nis. xxxvij. di. omneȝ vim. Hinc etiā Hiero. sciniphes
ꝛ ranas quibus egypti sunt percussi: vanā dialecti-
corum garrulitatem ꝛ sophistica argumenta intelli
git. xxxvij. dist. §. hinc etiam. Hinc Paulus theogra
phus ꝛ doctor seraphicus ad Col. ij. Uidete ne quis
vos decipiat per philosophiam ꝛ inanem fallaciam
s̄m traditionem hominum s̄m elementa mundi: ꝛ
non s̄m christum ꝛc. De talibus ēt superbis docto
ribus ꝛ magistris Greg. in moral. li. xxiiij. parte. v. c.
ij. ꝛ transferuntur. xlvj. di. Habet hoc propriū doctrī
na arrogantiū: vt humiliter nesciāt inferre quod do
cēt. ꝛ recta que sapiunt ēt recte ministrare non p̄ūt.
In verbis enim eoruȝ proditur q̄ quū docēt quasi
in quodā sibi viūr sublimitatis culmine residere. eosq;
quos docent: vt lōge infra se positos, velut in immo
respiciunt. qbus non cōsulendo loqui: sed vix dñan-
do dignantur. ꝛ. j. At contra doctrina vera tanto ve
hementius hoc elationis vitium fugit per cognitio-
nem: quanto ardentius suoꝝ verboꝝ iaculis ipsum
magistrum elationis insequitur. Cauet enim ne cuȝ
elatis moribus predicet quē in cordibus audiētiū
sacris sermonibus insectat. hucusq; Greg. Hinc idē
Greg. in pastorali. ꝛ transfertur. xlix. di. hinc etem̄. in
v. paruo āt naso. ꝛc. Sunt nonnulli qui dum se exi-
stimari hebetes nolūt: sepe in quibusdā inquisitioni
bus se plus q̄ȝ necesse est exercētes. ꝛ nimia subtili-
tate falluntur. vn̄ hic quoq; subdit. vel grandi, vel tor
to naso. Nasus quippe grādis ꝛ tortus est discretio
nis subtilitas īmoderata: que dū plus q̄ȝ decet exer
cuerit actionis sue rectitudinem ipsa confundit. De
istis magistris quoꝝ totū mūdū est legere ꝛ disputa
re: ꝛ commenta curiosa facere: ꝛ de penitētia non cu
rare: sed carnaliter viuere: ꝛ honores appetere: loq̄t
idem Greg. in eodem. c. hinc etenim. v. lippus vo.
Lippus vero est cuius quidem ingenium ad cogni
tionem veritatis emicat sed tn̄ hoc carnalia opera
obscurāt. In lippis quideȝ oculis pupille sane sunt:
sed humore defluenti infirmantes palpebre grosse-
scunt. quorū quidē q: infusione crebra atteruntur etiā
acies pupille vitiatur. Et sunt nonnulli quorum sen
sum carnalis vite operatio sauciat: qui videre recta
subtiliter per ingenium poterant: sed vsu prauorum
actuum caligantur. Lippus itaq; est cuius sensuȝ na
tura exacuit: sed conuersationis prauitas cōfundit.
cui bene per angelum dicitur in Apocal. iij. c. Colly
rio inunge oculos tuos vt videas. Collyrio quippe
oculos vt videamus inungimus: quum ad cogno-
scendum veri luminis claritatem, intellectus nostri
aciem medicamine bone operationis adiuuamus.
hucusq; Greg. Fateor āt me nunq̄ȝ magistrum vi-
disse inquantum vt homo scire potui: maxime in sa-
cra theologia. ꝛ maxime religiosum mendicantem,
humilem, patientem, pauperem, oratorem, despectū
mundo, mortificatum: nec penitentiam agentē: nec
verum magistrum christum in virtutibus sectantē:
nec propterea magisterium appetisse: nisi magistruȝ
Gonsaluum sacre theologie professorem, hispanum,
generalem ministrum ordinis fratrum minorum: q
me assisii recepit ad ordinem. Sed propter vanam
gloriam, ꝛ appetitum honoris. vnde Matth. xxiij.
Amant eniȝ primos accubitus ꝛc. ꝛ. j. vocari ab ho
minibus rabi. vos autem nolite vocari rabi. vnus
enim est magister vester. vbi Chryso. Uocari volūt:
non esse. nomen appetunt: ꝛ officiuȝ negligunt. sicut
ad literam contingit in lectoribus communiter fra
trum predicatorum ꝛ minorum: qui magis foresta
riam carnium frequentant ꝛ hospicium, q̄ȝ lecturas
ꝛ sine re in lectoris nomine gloriantur: quum noīa
consequentia sint cum rebus. xlij. dist. in oratorio. cū
c. prc. xvj. q. j. si cupis esse quod diceris. insti. de dona.
§. est ꝛ aliud. Origen. Quidam autem machinan-
tur vt alias magistri epi vocētur ab hominibus qd̄
est rabi. vocari autem rabi: neq; ab hominibus: neq;
ab aliquo alio diligi iustus: quia vnus est magister
omnium. Item Chrys. Quod erat omnium malo
rum cā. i. thronum appetere magistraleȝ: hoc mediū
ducit ad discipulos instruendum. q. d. nolite vocari
rabi. ne quod deo debetur: vobis presumatis. nolite
vocari rabi: ne diuinum honorem hominibus dese-
ratis. vnus est enim magister omnium: qui oēs ho-
mines naturaliter docet. si enim homineȝ homo eru
dire: doēs homines discerent quot habēt doctores.
Nunc āt non homo docet: sed deus qui docet homi
nem scientiam. ps. xciij. ꝛ iterum eodem ps. Beatus
homo quem tu erudieris dñe: ꝛ de lege tua docueris
eum. ꝛ spiritus sanctus docet omnia. Joā. xiiij. ꝛ vn
ctio docet de oīb⁹. j. Jo. ij. ꝛ ex̄ de sacra. vnc. c. vnico.
§. j. Multi quidem docentur: pauci āt discūt. hō eni
intellectum non prestat homini docendo: sed a deo
prestitum per admonitionem exercet. Item Gre
gor. in prc. c. hinc etenim. ver. albuginem. Albugi-
nem vero habet in oculos qui veritatis lucem vide-

re non finitur: q₂ arrogantia sapientie seu iustitie oc
cecatur. pupilla nãq₃ oculi nigra videt: albuginem
tolerans nihil videt: q₂ sensus vez humane cogita-
tionis, si stultũ peccatorẽq₃ se intelligit: cogitationẽ
intime claritatis apprehendit. Si autẽ candorẽ iu-
stitie seu sapientie sibi attribuit: a luce superne cogi-
tationis se excludit: & eo claritatez veri luminis ne-
quaq₃ penetrat: quo se apud se per arrogantiã exal-
tat. De istis magistris verbosis & nebulosis dicitur
ij. ad Timoth. iiij. Magistros prurientes auribus,
audientibus non veritates theologas: sed fabulas:
quodammodo philosophicas predicantes honora
tos cũ suis discipulis in peccatis ductos ſm Augu.
varijs desiderijs, semp̃ discentes & docẽtes: & nũq₃
ad scientie veritatẽ puenĩẽtes. xxvi. q. v. nec mirum.
vlt. col. Itẽ de his Hiero. contra Iouinianũ de pen.
dist. ij. si enim. vltra. iij. col. ibi. Aperiunt enim quasi
fontes scientie: q₂ quũ aquã non habeant doctrina-
rũ: premittunt imbrem velut nubes prophetice ad
quas peruenit veritas dei: & turbinibus exagitan
tur demonũ atq₃ vitioꝝ: loquuntur grandia: & tot⁹
eorum sermo superbia est. De istis etiã magistris. ij.
Pet. ij. Cor exercitatũ in auaritia habentes: q₂ ſm
Grego. appetit⁹ honoris auaritia est: super illo ver-
bo Phil. ij. Non rapinã arbitratus est esse equalez
deo: maledictionis filij delinquentes. j. q. vij. quod
& cap. siqui. ex̃ de heretic. vt officium. §. si viã rectã. s.
sacre scripture. secuti viã balaã: qui interpretatur va
nus populus, siue precipitans ex boso: qui interpre-
tatur carneus: siue in tribulatione positus: qui mer
cedem iniquitatis amauit: & paulopost. Hi sunt fon
tes sine aqua non lauantes: sed inquinantes: & ne-
bule turbinibus exagite quibus caligo tenebrarũ
reseruatur. vbi Beda. & transferuntur. ij. q. vij. secuti,
sic ait. Qui enim agnitã veritatis viam sponte dese
runt: quid nisi vanus populus sunt? qui etiã in pre-
cipitiũ suos mergunt auditores: quibus non saluta
ria que corrigant: sed que illos delectent erronea p̃-
dicant? de quibus aperte subditur: hi sunt fontes
sine aqua &c. Isti sunt illi magistri habentes scien-
tiam inflatiuam sine charitate non edificatiuam: cõ
tra quos apostolus. j. ad Corin. viij. Scientia inflat:
charitas edificat. extra de renun. nisi cum pridem. §,
pro defectu. vbi Berñ. Imple mentes contente sciẽ
tia que inflat: illã que edificat nescierunt. de hac etiã
materia satis etiam tetigi in prima parte istius ope-
ris: sub epilogo hic repetita & addita ad confusionẽ
superborum sciolorum & modernorum arrogãtiam
magistrorum. adde & hic quod scripsi copiose de sciẽ
tia abutentibus. infra. ar. §. o preciosa: ver. alia eorũ
gloria. cum ver. seq. vsq₃ ad ver. alia eoꝝ gloria. in c,
xlix. Quinto offendunt magistri: q₂ docent aliqui
aliqua falsa in cathedra: vt aliquibus placeant: hi isti
sunt falsi doctores. xxij. q. ij. primum: hi mali sunt: &
eoꝝ doctrina mala. j. q. vij. conuenientibus. Mala
autem doctrina & pestifera plures occidit q₃ gladius
& venenum: sicut doctrina Arrij: cuius pena ſm Au
gustinũ indeterminata est. q. d. plurimos infecit om
nium illorum hereticorum penas participat. vnde
Hiero. Arrius in Alexãdria vna scintilla fuit: sed q₂
non statim oppressus est: totũ eius orbem flamma
depopulata est. xxiiij. q. iij. resecande. Omnia crimi-
na superat falsa doctrina propter sequelã: alia pecca-
ta perpetrantem necant: hoc peccatum male doctri-
ne cateruam pereuntium secum ducit. c. xj. q. iij. pre-
cipue. xl. dist. si papa. Impossibile est talem nequam
doctorem & pestiferum posse saluari: nisi publice re-
uocet quantum potest intoxicatam doctrinam quã
euomuit: quia non potest de hoc peccato aliter deo
satisfacere & proximo quem corrupit. Non pudeat
eum ergo si saluari desiderat: suum reuocare errorez:
ne in sua pertinacia & perfidia moriatur: & cum luci
fero impenitente accipiat portionem. ad hoc extra
de accusa. qualiter. j. §. ideoq₃. vj. q. j. ex merito. ibi de
teriores. & c. op. j. q. vij. quod. & c. siqui. extra de here
ticis. vt officium. §. si vero. lib. vj. de peni. & re. c. j.
Sexto tacent veritatem ne vitia quibus vacant: &
seipsos reprehendere videantur. j. q. j. vilissimus. iij.
q. vii. in grauibus. & proditor est veritatis: qui pro
veritate mendacium loquitur: vel qui veritatem di
cendam celat. xj. q. iij. nolite. Septimo in falsis con
silijs que dant pro pecunia: quamuis iustum vende
re possunt. xj. q. iij. non licet. que ergo male extorse-
runt per immoderatum salarium: pauperibus distri
buant. que per falsum consilium: illis quos damni-
ficauerunt reddant. xiiij. q. v. si habetis. & §. multipli
citer. & c. non sane. xi. ij. q. v. si res. extra de vsu. cum
tu. de homic. sicut dignum. §. eos. op. c. extra de re. iu.
cum eterni. §. siquis. in fi. cum his que ibi no. lib. vj.
per veram ergo penitentiam suo satisfaciant creato-
ri. & per restitutionem proximo quem leserunt. extra
de crimi. fal. falsidicus. alias cum diabolo perpetuis
cruciatibus punientur de peni. dist. j. §. his authori-
tatibus. Octauo cito accelerant & premature ad
cathedram obtinendam: & aliter legunt quam debe
rent: & alta: & superbe non excedunt scholares scien-
tia & facundia & vita sicut debent. ad hec extra de
ma. & obe. humilis. vij. q. j. nouatianus. viij. q. j. qua
lis. xvj. q. j. sic viue. xliij. dist. §. pariter. viij. q. j. opor-
tet. & c. licet. C. de professo. & me. l. magistros. li. x. quã
autem scientiam debet preferre addiscens. de sum.
tri. c. j. ſm Innoc. preferat scientiam canonicaz: que
est mista & media inter theologiam & legalez. c. extra
de of. deleg. querenti. ſm Ostien. sic consulentem in.
pre decre. de sum. tri. c. j. Nono offendunt magistri:
q₂ preferunt se antiquis iuuenes. erubescant & con-
fundantur & vix peniteant: q₂ vix de hoc penitent.
Quidam fratres minores eunt es de gratia parisius
vt fiant lectores: & pro duobus annis contra eoruz
regulã & declarationes. lx. flo. soluentes: & ibi p qua-
tuor vel sex menses morantes: & inde cum vacuo no
mine sine scientia reuertentes: & postmodum nomẽ
lectoris habentes: & exinde ventres implentes. Cõ
fundantur etiam: redeant tales florenos recipiẽtes
& rapientes: & expensas dantibus non facientes: q̃
non facerent publici stabularij aut caupones solu-
tionem recipientes de expensis: quas non fecerunt.
c. extra de censi. procurationes. & de immu. ec. q₂ ple
riq₃. vnde & tales fraudulenter & indebite recipiẽtes
vltra quam fratres expenderunt: ad restitutionem
tenentur illis a quibus fratres eleemosynas habue
runt per iura pre. & extra de elec. commissa. li. vj. nec
fratres possunt hoc conuentui parisien. remittere:
quia pecunia non est eorum nec ordinis: sed dantiũ:
vt extra de verbor. signific. exijt. lib. vi. & in clemen.
e. ti. exiui. & in modico tempore addiscentes volunt
magistrari. de hoc legitur & no. in pre. c. sic viue. &
lxxvj. distin. ieiunium. in glos. collige. & xxiiij. quest. j.
cum beatissimus. propter insufficientiam autem re-
mouendi sunt magistri. extra de renun. c. si legitur &
no. de of. custo. c. j. vbi autem sunt iura docẽda & pro
quesit studio competit priuilegium. ex̃ de cleri. non

resi.

resi.tue. Decimo: quia quidam eorum volunt legere decretũ & decretales quũ neutrũ possint perficere. xvj.q.j.presbyteros.no.de cõse.dist.v.an die. De opinionib⁹ magistroꝝ de deci.c.j de resti.spo.literas.de celebr.mis.cũ marthe.§.quesiuisti.& fm Inno.de cõst.necessitatis. Undecimo recipiunt precium a pauperibus pro doctrina contra ex magistris.c.j.&.c. q2. ex de censi licet.a diuitibus possunt vt ibi no.de materia magistroꝝ & de eoꝝ collectis.xviij.di. de eulogijs xxxvij.di.de quibusdã.j.q.iij.vendentes.&.c.se. sic & medicus gratis curabit pauperẽ:secus de diuite.no.lxxxiij.dist.§.j.glos.sile. Duodecimo: q2 imoderate & indiscrete percuciẽdo corrigũt discipulos cõtra id de homic.presbyter.de sen.ex.cũ voluntate.xlv.dist. cum beatus. An magistri & scho. habeant ius vniuersitatis de procur.q2 in causis. de hac materia magistrorũ & scientia eoꝝ extra de elec.cũ in magistrũ. xxxvij.& lxxxvj.dist.per totũ.lxvj.dist. quis dubitet.&.viij.q.j.oportet.xvj.q.j.si clericatus.xlviij. dist. §.j. Decimotertio peiores sunt discipulis vnde magistri sunt erroris.ij.q.vij.nos si. Decimoquarto admittũt religiosos sine habitu in scholis: vñ cũ ipsis excommunicationem incurrũt.extra ne cleri.vel mo.vt periculosa.lib.vj. Decimoquinto: quidã eoꝝ errores aliorũ defendunt: vñ & ipsi magis errant:& aliis erroris offendicula preparant. vnde quia magistri erroris sunt: non tantum heretici: sed heresiarche dicendi sunt.xxiiij.quest.iij.qui aliorum.

De offensionibus & delictis a discipulorum & scholarium. Cap. 34.

Discipuli & scholastici qbus subiaceãt vitijs.

DE offensione discipuloꝝ & scholariũ subsequẽter tãgendũ est. Peccant aũt primo: q2 volũt esse supra magistros contra id. Nõ est discipulus supra magistrũ.vj.q.j.sacerdotes.&.c.seq. & Luc.vj. & Mat.x. Secundo: q2 volũt fieri magistri qui discipuli legitimi non fuerunt.pre.c.miserũ si clericatus.als.in proxi.§.ã.Ꝟ.an magistri. xxiij. dist. his.in fi.xxxvij.dist.relatum. Tertio vadunt ad scholas & nõ student: vel discere negligunt:vel cõtemnunt:vide qd legitur & no.extra de elec.cũ ex eo.lib.vj.super verbo,literarũ studio insistẽtes:q2 nõ Bononie fuisse:sed ibi bene vixisse & studuisse laudandũ est.xij q.ij.gloria.de quo peccato confitet Augu.in.ix.li.cõfessionũ, & talis magis mẽbrum diaboli q̃ christi esse ostenditur.xxxviij.dist.nullus.contra qd Aug.dicit. Senex enim a iuuene & eps tot annorum a collega necdũ anniculo paratus sum doceri.xxiiij.q.iij.si habes,& vide ibi glos.reprehensibilis. Isti autẽ tales qui vadunt ad studiũ & nõ student:nõ gaudent priuilegio habendoꝝ fructuũ beneficiorũ in studio de quo loquit de clericis non resi.tue.& extra de magistris c.vlt.ꝙ si eos receperint: ad restitutionẽ eoꝝ tenent:q2 fraudulenter eos receperũt.ad hoc extra de elec.cũ ex eo. ibi, Cupiẽtibus in scia dei proficere vt fructũ in dei ecclesia suo tpe afferre valeãt opportunu.& infra ibi,literarũ studio insistẽtes: & in pre.c.si. de magistris.ibi,aliqui docibiles destinentur. & ibi, qui cum docti fuerint &c. & infra ibi, & studentes in ipsa.extra de elec commissa.§. ceterũ.ibi, teneberis ad restitutionem fructuum eorundem quum eos receperis fraudulenter.op.c.immo expressum.xvj.q.j. generaliter.ibi.Eos autẽ clericos & monachos huiusmodi beneficium habere sancimus:qui ad sacrosanctas ecclesias vel monasteria permanẽt: non deuagantes:neq2 circa ministeria desides: quum propter hoc ipsum beneficiũ eis indulgemus: vt aliis oibus derelictis oĩpotẽtis dei inhercãt ministerijs: & in glos.c.&.xxxvij.dis.de quibusdã.ibi,assidue.& in glo.i.horis cõpetẽtibus.& pre.c.tue.quasi expressũ. Quarto: q2 discunt ea que melius est nescire q̃ scire xxxvij.dist.q̃uis.& in glos.hic vz.& discunt illas sciẽtias que nõ sunt scientie pietatis, sicut sunt geometria,arithmetica,musica, & astronomia, legit & no. xxxvij.dist.siquis. Quinto: q2 tunc volunt discere quũ ex officio alios debeant docere.xxxvij.dist.§.ecce.in autẽ.de sanc.epis.§.damus.col.ix.sed postq̃ male promoti sunt q2 ignorãtes:cõsulte agunt si discũt: vt pre.c.nullus.&.c.si habes: vel renũcient. extra de renũcia. nisi cum prudẽ.§.pro defectu. Sexto: q2 ad seipsos in obscuris recurrunt dimissa scriptura: & iõ magistri erroris existunt: q2 veritatis discipuli non fuerũt.xxiij.q.iij.qd autẽ.xxxvij.dist.relatũ. Septimo: q2 stulti sunt & peccant: q2 contẽnunt discere q̃ ignorãt.xxij.dist.de constantinopolitana.lxxxiij.di. peruenit. Octauo defraudant magistros salarijs quũ sint diuites.vñ ad restitutionẽ tenent: q2 dign⁹ est mercenarius mercede sua.ij.ad Timoth. v. Luc. x. Mat.ix.xij.q ij.charitatẽ.&.c quicũq2.in fi. Nono: q2 inter se malas societates habẽt maxime iuniores ex eis:& maxime quũ iacent in scholis turpitudinẽ operãtes.xxxij.q.vij.flagitia.vñ sup hoc precipue & sup aliis vitijs magistri eoꝝ curã debent habere solicitã custodiendi eos & rũpendi feda federa.sicut alĩ quotiens eos docui maxime magistros in grãmaticis & logicis: qui discipulos habẽt qui iacent in domibus eoꝝ:quibus presunt non tm̃ scia quantũ moribus: sicut dicit lex de preceptoribus pupillorũ.ff.de admini.tuto.cum plures.§.cum tutor.& no.extra de magistris.cap.j. Decimo: quia magistris inobedientes sunt & eis frequenter resistunt. vnde & verberibus virgarum subijciendi sunt: que tamen ad vindictaz sanguinis non procedant: nec propterea incidunt in excõmunicationem magistri taliter verberantes.extra de senten.excommu.super eo. & vide quod legitur & no.xxiij.q.v.cap.pri.ibi. Sed virgarum verberibus erudisti: qui modus coertionis & a magistris liberalium artium, & ab ipsis parentibus adhibetur.extra de rap.in archiepiscopatu. Undecimo: quia in festiuitatibus potius vadunt ad ecclesiam vt videant dominas:q̃ vt audiant diuinuz officium.no.xxiiij.quest.pri.odi. in glos. cap.contra. Duodecimo: quia quum in diebus festiuis deberẽt ire ad ecclesias & dominicis diebus ad audiendum missas complete vt tenentur, & predicationem: vel vagantur per terram: vel student: quum in spiritualibus solum sint principaliter festa precipua occupanda. Non improbo ꝙ missa audita, studeant in domibus suis: quia opus spirituale est studere:quia scientia donuz spiritussancti est. Esa.vndecimo. Sapientie pri. Eccle.pri. & paulus.pri.ad Timoth.iiij. attende lectioni.xxxvj.distin.§.ecce.in fin. Sine precio etiam librum corrigere & ipsum apostillare in festo non est peccatum: quia ad scientiam facit.cap.extra de offi.delega.preterea.& cap.prudentiam.in fin. & cap.suspicionis.ff. de iure.omnium iud.l.ij.ff. de re iud. quedam. xvj. quest.prima. si Monachus. pro precio vero corrigere vel scribere vel notare in fe-

fie,peccatum est: q2 opus seruile est vt.c.ieiunia infra alle.& extra de fer.c.vlt,& de conse.di.iij.rogationes.& de conse.di.j.missas. Missas die dñico secularibus totas audire spirituali ordine precipimus.& c.sacerdote.c.cum ad celebrãdas.c.qui die. Qui die solenni pretermisso ecclesie conuentu ad spectacula vadit:excõmunicetur,& dist.iij.ieiunia fane,ibi.Die aũt dñica, nihil aliud agendum nisi deo vacandum. nulla operatio in illa die agatur: nisi tñ hymnis & psalmis & canticis spiritualibus,dies illa transigat.

Decimotertio q2 clerici curati quũ vadunt ad studium de licentia prelatorum,non dimittunt in ecclesijs vicarios bonos & sufficientes: p quos animarũ cura diligenter exerceatur.extra de elec.cum ex eo.§. fi.li.vj.alias credo eos teneri ad restitutionẽ fructuũ quos interim perceperint ecclesiam debito seruitio defraudando.c.extra de elec.commissa.§. pen, & vlt. xvj.q.j.generaliter.ex de rescrip.c.fi. Decimoquarto:q2 religiosi quidã & presbyteri & alij prelati scholas sequuntur legales: propter quod excõicati sunt: & q2 habitum dimittunt in scholis. ex ne clerici vel mo.non magno,& c.fi.& c.vt periculosa.lib.vj. Decimoquinto:q2 expensas quas habent a suis parentibus vel ecclesijs expendunt in tabernis & taxillis & commessationibus & malis societatibus & meretricibus & vacui ad domum redeunt sine cõsciẽtia & pecunia vel scientia.cõtra quos dicitur: non Bononie vel parisius fuisse:sed bene vixisse.iugo & studuisse laudandum est.xij.q.ij. gloria. ℣. socrates. in fi. Decimosexto:q2 quedam eorum simoniace recipiunt magisterium.non credo tales executionẽ habere talis magisterij sine dispensatione si communicatur.c.j.q.j.reperiuntur.c.siquis neq3.q.iij.saluator.q. vij.requiritis.Secus si esset occultum.c.ex de simo, ex tue.& hoc per pecuniam,preces,carnales,vel seruitia,maxime quum sint indigni.j.q.j.sunt nonnulli.extra de magistris.c.ij. Decimoseptimo:q2 debita contrahunt:& recedunt de studio debitis non solutis:& ideo excommunicantur: & non curant. & sic triplici vinculo,debitorum, & excommunicationũ, & peccatorum,remanent vinculati: que vincula per eos difficile rũpuntur. sicut experientia manifestat. extra de treu.& pa.c.j. & in gl.primus est. Multũ ergo & precipue scholares debent attendere vt eligant bonum magistrum vita & scientia: quia a bono magistro bonus scholaris procedit cõmuniter, xxiiij.q.j.cum beatissimus. Nam magister appellat qui bonũ regimen habet pre ceteris.ff.de exerci.ac.l, j.§.magistrum.Et preceptor cuiuslibet discipline magister vocari potest a mouendo,siue monstrando. ff. de verbo.signi.quibus. Debet autem magister esse idoneus.scilicet honestus & discretus in sciẽtia quã docere intendit.extra de magistris.c.j.ij.& iij. magister enim primum moribus: deinum facundia illos quos docet precellere,debet.C.de professo.magistros li.x.imperitus ergo matheseos nisi patebit. xxxvij, dist.q de mensa.Nam qui alios docere debet: nõ debet querere ab alijs edoceri. in autẽ.de sanc. epil.§, damus.coll.ix.j.q.vij.conuenientibus. Ideo neophytus ad hoc onus assumi nõ debet:q̃uis ingeniosus sit:sed is qui scientiam a maioribus suis traditam sibi seruat:& eo modo quo audiuit docet.xxxvij, di, relatum, Quod de theologia potissimum intelligendum est,& seruandum: q2 ibi contra dicta sanctorũ patrum non est dicendum.xvj.di.sancta.nisi authoritate pape aliud fieret in quibusdam.xx.di.§.j.q2 & si papa contra fidem scribere vellet:non est ei credẽdum.xxv.q.j sunt quidam.cum.c.seq.& prec.xv. dist. sicut. vbi de hoc. in alijs autem scientijs possumus discere contra maiores.ix.dist. ego solis. & c.noli,

Utrum autem idoneus sit magister de facili potest cognosci in lectionibus & disputationibus & bone fame odore.extra de eta.& qua.c.pen.& vlti. a quolibet tamen debemus addiscere sine indignatione. xxxviij.dist.nullus.& xxiiij.q.iij.si habes.& d. ℣.vera dixi. Sed hic quero vtrum religiosus monachus: vel de ordine mendicantium possit & debeat in magistrum assumi. & videtur q̃ non: q2 vocem habet plangentis:non docentis.secundum Hiero.xvj.q.j. monachus. cum.c. ibi seq, & synodus constantinpol. dicit.vij,q.j.precepit ibi. Monachorum enim vita subiectionis habet verbum & discipulatus:non docendi vel presidendi vel pascendi alios Sed contra q2 secundum Hiero.ad rusticum monachum. Multo tempore debet discere monachus que postea doceat:ne tyro vsurpet & ne prius sit magister q̃ discipulus.xvj.q.j.sic viue,& c.si clericatus. Item si religiosus idoneus est pre ceteris : q2 eminentis sciẽtie & vite sanctissime:nunquid est melius talem ponere in cathedra q̃ non honestum: vel non tam honestũ & literatum clericum secularem? sic secundum Joã. Chrysosto.c.xl.dist.multi.& Ambro.xvj.q.j.doctos. & c.sequentibus . maxime quum cõmuniter gratis doceant: & sic in hoc ecclesie valeant releuari. vñ nõ sunt prohibendi.extra de magistris.c.j.& pen.nec.n. sunt idonei prohibendi.vt.eo.ti.quanto. Idoneus aũt dicitur qui moribus & scientia alios antecellit vt.l.pre.C.de profes.magistros. Solutio si talis se ingerit:sicut hodie communiter predicatores & minores.& alij mendicantes:nedum hoc in ordine:sed ẽt per seculares potentes & prelatos & cardinales ecclesie hoc magisterium procurantes:repellatur. j. q. vj.sicut.viij.q.j.in scripturis.& in primis cõcor.Aut a suo superiore mittatur : & ab illo ad quem pertinet licentiatur,& sic est admittendus.vt.xvj.q. i. moderamine.c.ex authoritate.c.sunt nonnulli.c. si clericatus.c.monachos.c.nos autem.c.in parochia.& c.sequenti.dum tamen a scientijs prohibitis abstineat. extra ne cleri.vel mo.non magno. Quum enim specialiter prohibeatur ibi de quibusdam scientijs religiosis:de alijs hoc concessum videtur. extra de presum.nonne.maxime de theologia.ad quam indistincte admittendi sunt tam seculares q̃ regulares: q2 generaliter & indistincte Honorius. iij. hoc indicat extra de magistris. c. vlti. Hoc etiam requirit salus animarum & publica vtilitas.extra ne cleri.vel mo. c.vlti.que preferenda est priuate.extra de renun. nisi.§. nec putes, vj. In hoc potissime obedire debet abbati monachus quum non solum vtilitas proprij monasterij vel ordinis hoc requirat:sed generalis ecclesie hoc exposcat.c.xvj.q.j monachi.& c. vos autem.de postu.ex parte.de postu.pre.bone.j.§. nos igitur.& de cleri.non resi.ad audientiam.secundum Ostien.qui ita no.in summa de magistris.§.qualis debeat. ℣. sed nunquid. cum his que addidi. Ego autem raro audiui:nec vidi in aliquo ordine iniunctam alicui religioso talem obedientiam per prelatum. Nam non cum obedientia quicquid dicunt eorum litere :sed extorta & procurata : & frequenter empta licentia : currunt quidam religiosi cum suis loculis et pecunijs parisius pro magisterio & lectoratu. tanta est quorundam ambitio. extra de elect,

An religiosus in magistrum possit assumi.

quorundam.li.vj.tota die. Item scias quod si magistri quibus promissum est competenter: nihilominus a clericis ecclesiarum in quibus beneficiati sunt: et ab aliis pauperibus taleas exigant: simoniam committunt. nam in templo vendentes sunt qui hoc quod dari quibusdam competit, ad precium largiuntur .j.q.iij.vendentes. Item non solum venditores columbarum sunt, et domum dei domum negotiationis faciunt: qui sacros ordines largiendo precium pecunie vel laudis vel honoris inquirunt: verum hi quoque qui gradum vel gratiam in ecclesia spiritualem deo dante largiente perceperunt non simplici intentione, sed cuiuslibet humane retributionis causa exercent .j.q.iij.non solum: secundum Gof. et Ostien. qui ita no. in pre.ti.de magistris. §.vtrum.versi. quid si magistri.in fi.in summa. hoc non admitto: quia sic pro mercede legentes incurrent simoniam: quod non est verum per ea que no.xxxvij.di.de quibusdam, c.ij.§.proximo.versi.xj.sed committunt crimen concussionis sicut in casu qui sequitur.versi.j.sequen. Si autem is ad quem de consuetudine vel priuilegio vel de iure, pertinet licentiam dare docendi: propter hoc pecuniam exegerit: licet simoniam proprie non committat: quia non venditur vel emitur spirituali annexum: crimen tamen concussionis committit: quum pretextu officii per impressionem exigit quod non debet: de qua concussione .j.q.j.concussionis lege et no.xxiij.q.j.paratus.in fi. et ideo: qui exigit est dignitate et officio spoliandus: extra de magistris.c.j. et c.quanto.in fi. et in hoc casu promittenti succurritur et soluenti vt pre.ti.prouideas. Nec videtur hic versari turpitudo ex parte soluentis: quia ex quo idoneus est suam redimit vexationem. extra de simo. dilectus. secundum Gof. et Ostie. qui hoc no.in summa extra de magistris. §.quid iuris.versi.sed nunquid. Male hoc seruatur Bononie vbi a quolibet conuentuando vel licentiando archid. Bono. qui dat licentias: exigit et recipit pro licentia xxv.lib. Bon. ergo etiam peccasti: licet ego ei non soluerim nisi.xv.ex gratia speciali. Quilibet etiam doctor qui interest examinationi in priuata recipit tres libras quasi pro suo labore.c.xij. q.ij.charitatem.extra de prescrip.cum ex officii: de simo. cum sit Romana. Decimooctauo: quia studentes Bononie in iure communiter sunt periuri: quia iurant rectoribus obedire in licitis et honestis: et non faciunt, maxime quum vocantur ad vniuersitatem non veniunt, et ideo priuandi sunt beneficiis: extra de iureiu.querelam. Decimonono meretricatores et litigiosi sunt. xlvj. dist. seditionarios substantiam paternam cum meretricibus dissipantes sicut filii prodigi. Luc.xv. et Eccli.ix. Ne des fornicariis animam tuam: ne perdas te et hereditatem tuam. Prouerb.xxix. Qui nutrit scortum perdet substantiam. Prouerb.vlt. Ne dederis mulieribus substantiam tuam. Uigesimo. Nimis se grauant et suos in expensis quum recipiunt doctoratum, et ideo expense hodie sunt taxate extra de magistris: cum sit nimis clericu.

De peccatis aduocatorum et qui prohibentur aduocare. Cap. 36.

Aduocati in quibus offendant.

Expeditis magistrorum et scholarium defectibus et peccatis: de Aduocatis dicendum est. Peccant autem multipliciter. Primo quia subdole fouent causas prodendo propriam clientulum: et tales preuaricatores sunt, et proditores, et infames .ij.q.iij.§.notandum.ij.versi. preuaricator. Est autem preuaricator quasi varicator: qui diuersam causam adiuuat prodita causa sua. nam qui preuaricatur ex vtraque parte consistit quin immo ex aduersa.vt.ff.de his qui nota.athletas.§.preuaricator. et ff.de preuarica.l.j.quo puniatur in foro contentioso, vide.l.illam canonizatam.l.preuaricator. et vide quod no. et legitur.l.xxvij.di.in religiosum.glo. et ita. Secundo: quia causas desperatas fouent contra conscientiam, et in hoc eorum aliqui gloriantur quasi magis subtiles aduocati: et tamen scriptum est, improbum non defendas.xj.q.iij.siquis vero. et c.qui consentit. xxiij.q.iiij. ne analso. Tertio: quia dilationes superfluas nituntur obtinere ad hoc tamen vt fugiant, et negotium protrahatur. extra vt li.non con.c.j.de dol. et con. prout.iij.q.iij.§. tria.versi.preterea non licet aduocato.ibi, nec ex industria iurgium protrahere: in quo casu pena duarum librarum afficiendus est per iudicem. C.de iudic.properandum.§.illo proculdubio. et no.in pre.versi.non licet in gl.quod si fecerit. Quarto recipiendo nimis magnum salarium: vel paciscendo super certa parte litis cum graui damno litigatoris. propter quod debent aduocatione remoueri.iij.q.vij.§.tria.versi.arcetur. vbi etiam de hoc no. Quinto: quia ignorantes iura quum nesciunt quid dicant aliud opprobriis certant in pre.§.tria versi.siquis adeo procax. Sexto: quia vbi est copia aduocatorum sicut Bononie: vt aliis lucrum subtrahant qui boni sunt, paruissimo salario sunt contenti tanquam viles et abiecti.pre.§. tria versi. apud vrbem.ibi. Nam si lucro pecuniaque glo.modica capiantur: veluti abiecti atque degeneres inter vilissimos numerabuntur: secus si facerent pro clientuli paupertate.c.lxxxvj.dist.non satis.extra de rescrip. statutum.§.prouisurus.lib.vj. Septimo: quia recipiunt salarium nimis magnum inspecta sua facundia et labore quem subeunt quantitate cause et fori consuetudine.ff.de variis et extraor.cog.l.j.§.in honorariis. taxabit iudex salarium aduocatis et adsessoribus: extra de rescrip.statutum adsessorem li.vj. Octauo informant testes falsos: et querunt et faciunt positiones cauillosas vt aduersam partem decipiant. vide extra de iureiu.cum impositionibus.li.vj. et inducunt clientulum ad deierandum ponendo et respondendo: et ideo tanquam homicide tenentur: et infamia perpetua notantur. xxij.q.v.ille qui hominem. et c.siquis conuictus. Nono: quia recepto salario non curant de causa: nec student nec vigilant circa eam. et sic propter eorum negligentiam aliquotiens amittit clientulus bonam causam: et ideo ipsi obligantur.c.bo.extra de eta. et qua.ad aures.ff.loca. et con.sed addes.§.illud. Decimo: quia sciunt aliqui se idiotas et insufficientes: et nihilhominus recipiunt salarium: et propter insufficientiam suam amittunt causam vnde in culpa sunt, et ad restitutionem tenentur c.ff.ad l.acqui.idem iuris.ff.de of.presi.illicitas.§.sicut institutum.ad l.acqui.§.imperitia.ff.de var. et extraor.cog.l.vlt. et vide quod no.extra de re.iu.cum eterni. li.vj.in glo.C.de penis fisc. Undecimo: quia vbi sufficientes sunt alii insufficientibus vices suas committunt: vnde et ipsi de lesione clientuli tenentur.c.ff.de prescrip.verbis.l.apud labeonem.ff.fi.nisi forte clientulus sciens et prudens contentus fuisset: quia eo inuito non potest alii hoc committere. quia differentia est inter artifices.extra de of.dele.c.fi. et si eo inscio hoc fecit: debuit preuidere hoc ipsum non permissurum si sciret.c.ff.de furtis: quia re sibi commodata.respon.j.ad fi. Duodecimo falsam.l.allegando: vnde crimen falsi incurrit.C.de veteri iure enucle.l.ij.§.hoc autem. et extra

in prohem. decretal. Rex pacificus.§. fi. & no. extra de iudic. nouit. in glo. sed cum: vel falso legem inducendo & eius intellectum peruertendo mentiētes, & a veritate recedētes & ad sensuz suū, & pro parte sua .l. interpretantes i contra .l. C. de iudic. rem non nouā.§. patroni. C. manda. ab Anastasio. respon. j. in auten. constitutio: que ex ascriptitio: & libera matre. in prin. col. v. xxxvij. dist. relatum. possunt tn̄ aduocati varijs modis iura exponere. no .l. dist. quid est. in gl. hic stans. & contra conscientiam facientes edificant ad gehennā: ex̄ de sta. mo. c. j. de resti. spo. literas: vide qd̄ no. de iureiu. breui. in glo. ij. Lucrant totum mūdum: & animaruz detrimenta patiuntur Mat. xvj. & Luc. viij. ex̄ de simo. Mattheus. & nō minus peccatum est in offensione lingue: q̄z in effusione sanguinis. xj. q. iij. quisquis. Inde Dauid. ps. xiij. Quoruz os maledictione plenum est: veloces pedes eoz ad effudendum sanguinem. de peni. dist. j. periculose. & si causam desperatam accipiant oīno salarium debent restituere sm̄ Gof. sicut tutori imputat si causam pupilli desperatam ducat: vel superuacuaz. C. de admi. tu. si bonaz. ff. de admi. tu. quotiens.§. sicut. & ideo aduocatus nequam tenet clientulo ad interesse in tali casu. c. C. de admi. tu. non est ignotuz. Tenetur etiā aduocatus nedum si causam desperatā consulat prosequendam: vt dictum est proxime: sed et si per imprudentiā ipsam amittat: vel per negligentiā vt .l. predicta. &. e. versi. x. Idem iuris. ff. loca. & conduc. cum in plures.§. locator. & .l. pre. illicitas. & pre. e. ad aures. multo fortius si causam prodiderit: quia tunc maior pena debet. ff. de penis: siquis aliquod.§. siquis instam. ff. ad .l. cor. de fal. l. j.§. is qui. ff. de extraor. crimi. sacculari j.§. j. & breuiter tenet qualitercunq̄z vitio suo causam ammittat. ca. ff. de euictio. si ideo. C. de euic. emptor. ff. de tabu. exhi. locuz.§. condemnatio. secus si ex qualitate cause: vel ob defectuz probationis: q2 vitium est materie: non artificio. ff. ad .l. acqui. si seruus seruum.§. si calicem. ff. loca. Itē quare.§. si gēma. naz ignoscendū est illi qui bonam fidem agnouit. ff. manda. quintus. adde hic quod no. j. in. c. xlviij. in.§. sed vt de hoc. versi. quod de aduocatis. cum. iiij. versi. sequen. Decimotertio: quia

Aduocare prohibiti.

di.ad hec. Nullum.n.tale sacrificium sicut obedientia: que omni sacrificio antefertur. vt dixit Samuel Sauli.j.Reg.xx.qd Grego.exponit in moralibus: & est.viij.q j.sciendum.dicens. Per victimam aliena caro: per obedientiam vero voluntas ppria mactat. Quanto aut quis magis est obediens homini pp deum: tanto amplius est deus sibi obediens. vt apparet in Josue filio Nun discipulo Moysi obedientissimo: cui propterea dns obediuit stāte sole ad verbum eius. Josue.x. hoc idem contigit in abbate patremucio precipiente soli stare & non occumbere quovsq; perueniret ad vicum ad quē ibat infirmuz visitare. Et sm Aug. Quanto caro amplius subiecta est spūi tanto spūs deo. Et qz sacer Franciscus obedientissimus fuit homini pp deum: etiam socio suo: quum obedientiaz promittebat & seruabat: quū esset iam perfectus: ideo obediebant ei insensibiles & irrationales creature: vt in sua legenda scribitur. Nullus etiā status est in hac vita ita altus sicut status obedientie: qui in collo circulū aureum hz vt vidit in ectasi quidā frater: vt legit in vitis patrū. Nec Christo sic similis: nec sic sibi est cū fiducia adsistens: sicut ipse obediens pr̄i vsq; ad mortez. Phi.ij. sicut alius abbas dixit. Et hic iungendū est qd scripsi.ij. in.§. Ex quo. versi. Sed si cū aliquo religioso. in.c.lj. &.j. in statum religiosoz. in.§. & sm coz vitium, in.c. lxviij. de istis & aliis qui sine obediētia viuunt: subtile est vitiū istam sanctam obedientiā enumerans: & vocat sm grecos idiorithimia.i. proprie voluntatis motus, ordo, regula, forma, amor, & cōplacentia sub specie spūs que istos Begardos decipit & alios fraticellos. Qui.n.istam idiorithimiā ex toto penitus abnegauit: in iis etiā que arbitrat bona & spūalia & deo placētia ante transuadere peruenit sm Climaca. in. iiij. gradu de obedientia. Dicebat.n. almus Franciscus q si subditus videat meliora anime sue, qz ea que sibi prelatus precipit: suam voluntatē deo sacrificet, que aut sunt prelati studeat adimplere: nā hec est charitatiua obediētia de qua Petrus in prima epistola.j.ca. Animas vestras castigantes in obedientia charitatis: que deo & proximo satisfacit: vn̄ pulchre Daniel in collatione sua de concupiscentia carnis & spūs ait, Unum sane atq; idem inobedientie genus est vel pp operationis instantiā vel pp otii desiderium, senioris violare mandatū. tāq; dispendiū est pro vigilia qz pro somno statuta monasterij conuellere. Tantū deniq; est abbatis transire precepta vt legas: quantū si ptēnas: & dormias, nec alius superbie fomes est pro ieiunio fratrē qz pro refectione negligere: nisi q perniciosiora & a remediis longiora sunt vitia que sub specie virtutum & imagine spūalium reruz videntur emergere: qz illa que ex aperto pro carnali voluptate gignuntur. Hec.n. velut expositi & manifesti languores & arguuntur cōmuniter & sanantur: illa vero dum sub specie. xlj. dist. sepe virtutū teguntur incurata perdurant: & deceptos quosq; periculosius faciunt ac desperatius egrotare. Tandem ptra istuz errorē dicebat frater Egidius socius sancti Francisci: q qui posuit caput sub iugo obediē ne: & postea vt sequatur viā perfectionis: extrahit caput de sub iugo obedientie: hoc est signū magne latentis superbie. Propter oia bona predicta obediētie abbas Joannes anachorita dimissa eremo & pfessione anachoretarum: conuolauit ad monasteriuz: vt bono obediētie frueret: & se sub obedientia humiliaret: vt narrat. Jo. cas. in li. coll. in collatione eiusdē Jo. de fine cenobite & eremite. Begardi vero superbi non deo sicut dicunt obediunt: ex quo nolunt pp ipsum prelatis mūdi rectoribus obedire. Et hic est iungendum quod dixi latius de obedientia.j. in mā in qua de oibus religiosis tracto in.§. & secundum. lxviij.c. Quod vero dicunt dicti Begardi q postqz perfectus est quis: ad multa precepta ecclesie obligatur: certum est esse erroneuz manifeste: sicut apparet xviij.q.j. quod precipitur. Item canones ab ecclesia editi spūsancto dictante editi sunt.l.di. siquis diaconus.xxv.c.j. violatores.ij. ad Timo.iij. ibi. Omnis scriptura diuinitus inspirata &c. & .ij. Pe.j.c. in fi. ibi sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines: ergo quilibet est obligatus ad eos seruādos sicut precepta dei: ad hoc.xxv.q.j. nulli fas. & .ca. prima salus. & .c. generali decreto.c. oia decretalia. & .ca. hec consona.xix.di. si Romanoz. Quod.n. ecclesia mandat: si expresse ptra deū non mandat: Christus & Petrus mandat.xix di. sic oēs.xxiij.q.j. manet.c. quodcūq;. Mat.xvj xix.di. enimuero.xxv.q.ij. institutionis.xj.di. hoc vestre.xij.di. non decet. & .c. preceptis. Unde transgrediens precepta ecclesie infamis est iij.q.iiij. siquis vero, & deponi meretur.iij. dist.§. hoc etiam si legibus: ad hec.xx.di. si decreta.lxxxj.di. siqui sunt presbyteri.xij.di. illud.xix.di. nulli fas.xvj. di. quod dicitis. Itē sicut precepta diuina principaliter ordinant hominem ad amorem dei: ita precepta ecclesie & statuta ordinant ad amorem proximi conseruandum: vterq; aut amor dei & proximi imperatur. Mat.xxij. Mar.xij. & Luce.x. Diliges dominum deū tuum & proximum sicut teipsum: de pe. di.ij. charitas.ij. Preterea quod precipit ecclesia, aut est contra deum: & tunc non tenemur obedire: vt ij. versi. preterea: probatum est: aut est sm deū: & tunc deus precipit: quia deus per ecclesiam nobis loquitur: sm illud Matth.x. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et Hierem.j. ego ero in ore tuo: & si separaueris preciosum a vili: quasi os meum eris Hier.xv.

Rursus quod dicunt Begardi & allegant pro se verbuz Pauli.ij. ad Corint.iij. Ubi spiritus dni: ibi libertas. Et Gala.v. ibi. Quia si spiritu dei ducimini: non estis sub lege. & .xix.q.ij. due sunt. & extra de regula: licet sed contra eos est. Sed ipsi ceci & carnales equiuocant libertatem Isti enim carnales tota liter, qui sunt proprie de illis hereticis: de spiritu libertatis de peccato sibi conscientiam non faciunt dicunt enim, modo est tempus tertium spiritussancti. Distinguunt enim totum tps a creatione mundi vsq; ad consumationem seculi in tria tempora: & dicunt q primum tempus creationis vsq; ad Christum, fuit tempus patris. Secundum tempus ab incarnatione Christi vsq; ad aduentum spiritus sancti, fuit tempus filij: & tempus redemptionis amissione spiritussancti, vsq; ad finem mundi, est tempus spiritussancti, & tps libertatis ad faciendū quicquid homini libet, nec reputant hic aliquid malum esse. Sed iste error eoz est periculosior omnium: quia omnium errorem includit: ab antiquis hereticis originem traxit & in istis temporibus nouissimis propinquis perditionis filio Antichristo multum inualuit & inualescat & inualescet. Unus.n. ex eis dixit: non est dui g erat ex epatu Ludertino: sicut fuit probatū per testes me ibi existente: q nihil aliud erat infernus: nisi non facere propriam voluntatem: & paradisus non erat aliud: nisi facere in oibus propriā voluntatem

Sacris canonibus est obsequendū.

τ vti in oībus propria libertate. De peccato ergo a-
liquo conscientiā aliquam sibi non faciunt: maxime
de peccato carnis: sicut patet. ex̄ de hereti. ad nostrū
in. vij. errore. τ dicam. j. in. §. septimo. pp qđ oēs sunt
immundi: sicut mani festum est per eoꝝ proprias cō
fessiones, τ fideles attestationes habitas in diebus
meis, maxime in partibus Lombardie: τ in prouin
cia ducatana que est prouincia beati Francisci. Ca-
put aūt istius secte, spiritus libertatis istis tpibus fuit
Dulchinus Lōbardus: qui fuit cōbustus cuꝫ qua-
dam sua meretrice in Lombardia prope vercelleñ.
ciuitatē. Isti sunt quos litera sacre scripture occidit.
ij. Cor. iij. male τ carnaliter per eos intellecta: τ spiri
tus cuius libertatē allegant: non viuificat q2 ad lite
ram intelligere volunt verba scripture de libertate
loquentia ad suas feditates nefarias confouendas.
Contra hos igit: primo Petrus aploꝝ prim° pre-
dixit τ scripsit. j. Pet. ij. ibi. Quasi liberi: τ nō quasi
habētes malitie libertatē, sed sicut serui dei. q. d. nul
la vera libertas simpliciter sine seruitute sancta iu-
stitie vt inferius declarabit. Itē. ij. Pe. ij. de istis pre
dixit ibi Hi vero velut irrationabilia pecora τ. j. ibi.
Superbia. n. vanitatis loquentes: pelliciunt in desi
derijs carnis luxurie eos qui paululum effugiunt q
in errore conuersati libertatē illis promittētes quū
ipsi sint serui corruptionis. A quo. n. quis superatus
est: eius τ seruus effectus est: facit ad hec. ij. q. vij. secu
ti sunt. τ de pe. di. ij. si. n. vltra quatuor col. versi. Pe
trus. Item vera libertas est vbi peccatum non est:
vnde Jo. viij. Oīs qui facit peccatū seruus est pecca
ti. τ. j. ibi. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi
eritis. Item Paulus ad Rom. vj. Liberati autē a
peccato, serui facti estis iustitie. τ. j. in eodē. c. Nunc
vero liberati a peccato: serui autē facti deo. habetis
fructum vestrum τc. De libertate a peccato loquit
aplo. j. ad Corin. ix. in prin. Non sum liber. non suꝫ
aplo. ad Gala. v. Uos. n. in libertatem vocati estis
fratres: tm̄ ne libertatem detis in occasioneꝫ carnis
sed per charitateꝫ spiritus seruite inuicē. Hic paulus
istum errorem destruit: quem longe ante preuidit.
Contra istum errorem longe disputat August. super
Jo. in homi. supra euangelium. Dicebat Jesus ad
eos. Joan. viij. Circa istum errorem sciendum est.
Seruitus duplex. q̄ꝫ duplex seruitus in scriptura inuenitur. Una est
seruitus legis que ex timore pene operatur. de qua
Gala. iiij. in fine. Itaque fratres iam non sumus
filij ancille: sed libere. Est alia seruitus peccati de qua
in pre. c. Jo. viij. dicit dn̄s. Qui facit peccatū: seruus
est peccati. Et Mat. vj. Non potestis seruire deo τ
māmone. Quicū q3. n. passioni obedit: seruus est pas
sionis, q2 cuꝫ gratia precedente potest homo passio
nibus dominari τ subijcere obedientie rationis: vn
de Gene. iiij. Sup te erit appetitus: τ tu dominabe-
ris illius. τ Actu. xx. Non facio animam meam. id
est animalitatem. i. sensualitatem: de qua extra de he
reticis ad nostrum. in Clemen. preciosiorem q̄ꝫ me.
scilicet rationem τ intellectum. q. d. possum per ra-
tionem sensualitati dn̄ari. Uera ergo τ prima liber-
tas est s̄m Aug. carere criminibus: verus liber quē
dei filius liberauit. ps. lxxxvij. quia inter mortuos. s.
peccato, liber Christus a peccato liberos facit: quod
peccatuꝫ ipse portauit super lignum crucis. j. Pet.
ij. vt peccatis mortui iustitie viuamus: τ liberando
nos a pctō, seruos fecit iustitie τ virtutis. serui era-
mus cupiditatis: liberati serui efficimur charitatis.
Nō ergo: vt dicit Aug. in dicta homi. dicat christia-
nus liber sum. in libertatē vocat° sum: seruus eram:
sed redemptus sum, τ in ipsa redēptione liber fact°
sum: faciam quod volo: nemo me prohibeat a volun
tate mea. si liber sum, sed si ista voluntate τ libertate
peccatum facio: seruus es peccati: noli ergo libertate
vti ad peccandum libere: sed vtere ad non peccan-
dum. Erit. n. voluntas tua libera: si fuerit pia: eris li
ber: si fueris seruus. liber peccati: seruus iustitie: dicē
te Aplo. ad Ro. vj. Cū serui essetis τc. vt. s. versi.
Iteꝫ vera: hucusq3 Aug. In ista ergo vita vera liber
tas incipit: q2 incipimus carere peccatis: τ detestari
crimen: qđ mortale sonat. xxv. di. §. criminis q2 nul-
lus liber ab omni peccato veniali, vt. s. §. τ vnus: in
principio istius articuli probatum est: nisi Chrs so-
lus cum matre. libertas ista ibi cōpleta erit. versi pec
catum non erit. Et ideo dicit aplo. Galat. iiij. Que
aūt desursum est Hierlm que est mater nostra: libera
est. In hac aūt vita partim sumus, inquantum su-
mus virtuosi, τ in gratia Partum serui, inquantuꝫ
peccato saltē veniali: obnoxij: dei. n. electi declaran-
tur in hac vita legi dei s̄m interiorem hominem. id
est spiritū. Ro. viij. Ista est libertas appetens deo si
ne offensione seruire, vident aūt aliam legem in mē
bris eoꝝ repugnātem legi mentis eoꝝ. τ captiuos
eos ducentem in lege peccati que est in mēbris eoꝝ
Ro. vij. de con. di. iiij. ca. ij. Si captiui: ergo serui: vbi
ergo delectamur legi dei: non sumus captiui: s3 legis
amici τ ideo liberi: q2 amici vbi aūt trahimur a le-
ge peccati: qđ est in carne: ibi serui per peccatuꝫ ergo
primus Adā maledictus. Gen. iij. Maledicta terra
in ope tuo. τ. j. Spinas τ tribulos germinabit tibi.
terra corporis germinat tētationes τ pūctiones car
nales ante peccatum liberi. vnde τ Chanaan filius
Cham pro peccato patris a Noe auo maledicitur,
τ in seruitutem redigit. Gen. ix. j. q. iiij. §. ijs ita ver.
Itē Cham. Secundus Adā Christus a peccato li-
ber dignitatem nobis tribuit: τ restituit libertati: vt
peccatis mortui τ liberi iustitie viuamus in gratia,
τ tādē in gloria passione peccati liberi. Et ideo Jo.
viij. dicit dn̄s. Si filius liberauerit vos: vere liberi e-
ritis. Totū hoc fuit figuratum in filijs Sare libere.
Ex Sara enim libera que interpretatur domina:
natus est Isaac, qui interpretatur risus Gene. xxj.
xxxij. q. iiij. recurrat. Ex hoc nascunt filij liberi: qui
ex letitia τ libere ex charitate absq3 timore bonum
operant. xxiij. q. vj. §. ex ijs, τ cauent a malo amore
iustitie. Ex Agar serua ancilla de egypto nascit Hi-
smael homo serus. manus eius contra oēs τ man°
omniū ꝯtra eum. Gen. xvj. Ex isto nascunt serui pec
cati: qui etsi aliqđ bonuꝫ agunt: agunt ex timore po
tius q̄ꝫ amore extra de regn. iuris: qui ex timore: τ
tales se vendunt diabolo peccatoꝝ ere. xv. q. j. non
est. Isti non manent in domo dei in eternuꝫ. Joan.
viij. sed in ista vita habet munera, dedit Isaac filio
legitimo hereditateꝫ. Gen. xxv. q2 liberi a peccato τ
ex amore filiali non timore seruili bonū operantes
habent hereditateꝫ immarcessibilē conseruatam in
celis custoditi per fidem. ij. Pe. j. c. heredes dei: co-
heredes aūt Christi. Ro. viij. tales vocant filij τ nō
serui qualiter heredes. ad Galat. iiij. Hismahel aūt
τ ab eo descendentes, τ ipsum imitātes: non erunt
heredes cum filijs Sare: sed eijciuntur cum ancilla.
Gen. xx. matre. i. carne serua in tenebras exteriores.
Mat. viij. xxv. τ. xxij. libertatem seruantes: q̄ꝫ Chri
stus filius dei liber dedit eis. i. peccatum odiētes ex
amore patrie τ cauentes: cuꝫ Christo libero regna-

bunt

bunt in libertate perpetua:in illa celesti Hierusalem
matre libera. Gala.iiij. libera inq̃ȝ a necessitate reruȝ
huius mundi:ab impugnatione demonuȝ & vitioꝝ
a miseria corpoꝝ & seruitute que corrumpunt quo-
tidie. vnde precatur. ps cxlj. Educ de custodia aiam
meam: alia litera hȝ carcere. Job. xiij. Posuisti in
neruo pedem meuȝ & Esa. xiiij. In die illa quum re
quiem dederit tibi deus a labore tuo: & a concussio-
ne tua, & a seruitute dura qua ante seruiuisti: sumes
(Seruitu-tē innocē-tia.) parabolā istaȝ: & dices: Quo cessauit exactor .s. diabo
lus tyrannus extortor: quieuit tributum vitiorum?
Tria aūt sunt que captiuitatē & seruitutē inducunt
.s. voluntas, quum quis voluntarie hosti subijcitur:
sicut Judei Antiocho .j. Macha .j. & hic vide qd̃ le-
git & no. xxix. q. ii. c. perlatum. Hostilitas: quuȝ quis
ab hoste in iusto bello capit .j. di. iusgentiū: vbi ð hoc
Natiuitas: quū quis in seruitute nascit. extra de ser
uis non or. c. ii. Huic triplici seruituti & captiuitati
subiacebat humana nā ante q̃ȝ eam dei filius libera
ret. Adam nāqȝ propria voluntate hosti se subdidit.
vt pȝ e. c. non est. xv. q. j. c. Vn̄ Anselmus ait in libro
cur deus homo. In paradiso sine peccato fact⁹ quasi
positus est pro deo inter deū & diabolū: vt vinceret
diabolum non consentiendo suadenti peccatum ad
excusationem & honorem dei & ad confusionem dia
boli quum ille infirmior non peccaret in terra eodē
diabolo suadente qui fortior peccauit in celo nullo
suadente. Et quum hoc facile posset efficere: nulla vi
coactus sola suasione se vinci sponte permisit ad vo
luntatem diaboli contra voluntatē & honorem dei
Propter hoc congrue illi traditus est puniendus⁹
cui sponte consensit vt peccaret. Filij vero sunt pec-
cato illius addicti: qꝛ in captiuitate nati. vn̄ Ephes.
ij. & de cō. di. iiij. firmissime Eramus enim nā filij ire
scilicet captiuitatis & miserie? Nam sicut si Adam
vixisset in illa libertate iustitie qua erat creatus: fuis
set cum tota sua propagine confirmatus ita victus
seipsum & posteros cupiditati & miserie obligauit.
Propter hoc sciebat tyrannus cui nemo poterat
resistere: vt seruitutis iugum excuteret a ceruice: qꝛ
non est potestas super terram: que comparet ei, qui
factus est vt nullum timeret. Job. xlj. De his tribus
modis captiuitatis humane dn̄s ait Esa. lij. In E-
gyptum descendit populus meus a principio: idest
in carcerem tenebrosum: idest in Adam qui sponte
in merorem captiuitatis deuenit: ecce captiuitas vo
luntatis: vt colonus esset ibi. qd̃ secutum est quoad
posteros eius: ecce captiuitas natiuitatis. & Assur .s.
diabolus qui interpretat tollens robustum .s. Adaȝ.
absqȝ causa calumniatus est eū: qꝛ non habebat cau
sam quare hominem punire deberet: quāuis homo
merito puniret: ecce captiuitas hostilitatis. Sed qꝛ
non congruebat diuine bonitati: vt dignissima crea
turaruȝ .s. homo propter quem omnia fecerat: totali
ter deperiret: quia deceptus fuerat & incitatorem ha
buerat: vide qd̃ no. de peni. di. j. §. ex his verbi. demqȝ
in glo. quia irremediabile: & de tali vili materia con
ditus fuerat: ideo dei filius eum proposuit liberare:
quia ad eius qui est imago patris. Ad Colos. j. de
peni. di. j. §. quod aūt. c. deus qui simulo imagineȝ
creatus fuerat: de pe. di. ij. §. Romanos. c. ille animā
qꝛ dei filius patris imago est homo ad imaginem
creatus. & se seruum fecit: quuȝ esset filius: vt seruum
ingratum redimeret: & liberaret formam serui acci-
piens. Phi. ij. Erat filius: & factus est tanq̃ȝ seruus,
vnde Esa. lix. Hec dicit dn̄s .s. deus pater ad seruum

dnoꝝ .s. Christum: qui ante Pilatū & Cayphaȝ. tanq̃ȝ
seruus iudicatus est: nec solū formam serui accepit:
vt subesset, sed etiam mali serui: vt vapularet. & serui
peccati. vt penam solueret quū culpā non haberet:
vnde. ps. lxviij in eius persona. Que nō rapui tunc
exoluebam: & hoc est ergo qd̃ dicit apl̄s ꝙ filius nos
liberauit a seruitute diaboli & peccati. Non ergo re-
deamus in seruitutē iterū per peccatū: sed liberati a
corpore mortis huius per grām dei sicut dicit apl̄s
ad Roma. viij. seruiamus Christus liberatori no-
stro ꝯtra corpus peccati pugnando & diabolum qui
tanq̃ȝ faber sufflat prunas ardentes contra ipsum
incendij: vn̄ Esa. liiij. Ego creaui fabrum sufflanteȝ
in igne prunas: habentes aūt spūm dei liberi erim⁹
qꝛ vbi spūs dei. ij. Cor. iij. ibi libertas vera a peccato.
Fructus aūt spūs vt dicit apl̄s ad Gala. v. duodeciȝ
sunt: charitas, gaudium &c. aduersus hec non est lex
qꝛ qui spiritu dei aguntur: non sunt sub lege. Galat. v.
xix. q. ij. due: qꝛ supra legē operantur: que sunt perfe
ctionis euangelice: ꝯtra .n. impios & scelestos & alios
criminosos posita est lex ad eos puniendos. di. iiij.
facte. xxiij. q. v. non frustra. Quia ergo spūales quan
tum est possibile peccata cauent: non sunt sub lege
puniente scelera: sed sub grā eos vt virtuosos coro-
nante. Adde ad istum. versi. quod scripsi .j. in. §. offen
dunt. versi. Itē cū priuilegia. cum versi. sc. in. c. lxvij.
Sic etiam intelligit illud apl̄i .j. Timot. j. Justo non
est lex posita. & Gala. v. Quia si spiritu dei ducimini
non estis sub lege: idest sub timore legis: qꝛ sicut dr̄
Gala. iij. Lex posita est ꝯtra transgressionem prohi-
bendā & etiam puniendā. Justus vero potius seruit
amore iustitie quaȝ timore pene. Unde super pred.
verbo. Justo non est lex posita. dicit. Bern. Alia est
lex promulgata a spiritu seruitutis in timore: alia a
spiritu libertatis data in suauitate: nec sub illa cogū
tur filij: nec sine ista viuere patiuntur. Uis audire qꝛ
iustis non est lex posita? Non accepistis ais spirituȝ
seruitutis iterum in timore. Ro. viij. Uis audire ꝙ
sine charitatis lege non sunt: sed accepistis inquit
spiritum adoptionis filioꝝ dei. xxiij. q. iiij. §. ex his.
Aperte non dicitur, iusti non habent legem: aut iusti
sunt sine lege: sed iustis non est posita lex. hoc est nō
tanq̃ȝ inuitis posita: sed voluntarijs eo liberaliter
dat a quo suauiter inspirata: quia ipsi habentes legē
nālem & euangelicā in cordibus coꝝ scriptā. Rom.
ij. precepta dn̄i & consilia obseruant. & de hoc tangit
in collatione. ij. Sereni de principatib⁹ in libro col-
lationū. Jo. cassi. Ubi ergo Christi seruitus: ibi vera
libertas: vn̄ dicebat sancta Agatha. Summa inge-
nuitas hec est in qua Chr̄i seruitus cōprobat & im-
perator Cōstantinus ait. Qui conat perpetrare qd̃
malum est: captiuare studet vtiqȝ bonitatē: oium .n.
se verum dn̄m comprobat: qui se verum seruum dn̄i
dic. Lex aūt euangelica vocat ab apl̄o lex perfecte li
bertatis. Jaco. j. qꝛ nedum peccata sed etiaȝ semina
ria interimit pctoꝝ: & gratia euangelij. nō ramos tm̄
malitie amputat: sed ipsas penit⁹ radices noxie volū
tatis euellit. Et hoc est qd̃ dicit apl̄s ad Roma. vj.
Peccatum .n. vobis non dn̄abitur: non .n. sub lege
estis: sed sub gratia. Lex enim vetus ad plenum oc-
casiones & seminaria peccatoꝝ non euellebat: qꝛ ste
rili maledicebat. Deu. vij. Bona propria retinebat.
Talionē cōcedebat. Inimicū odiebat. Leui. xxiiij. &
xxiiij. xix. q. iij. lex dile. & q. iiij. cū in lege. & §. p. ex his.
Lex euāgelica castitatē suadet: & Vginitatē exaltat
dicēs Ga. iiij. beē steriles q̄ nō lactauerūt. Mat. xix.

xxxi ii.q.v.tūc saluabit.x.c.qui fuit. alr est sub.c.tūc saluabit. Paupertatē ꝯsuluit. Mat.v.vñ Mat xix. Luc.xviii. Mar.x.Si vis perfectus esse ꝛc.xiiii.q.j.§.j.Inimicos esse diligendos decernit. Matth.v.ꝛ Luc vj.ꝛ prece.ca.lex differentie. ꝛ.c.cum in lege.ꝛ.§.ex iis.Et talionē ꝓhibet dicēs.Qui percusserit te ī vna maxilla:prebe ei ꝛc.Luc.vj.Mat.v.xxiii.q.j.§ j.xxiij.q.j.qḋ debet. Porro etsi matrimoniū bonuz sit ꝛ a dño institutū.Gen.ii.Eph.v.factum in paradiso ex̄ de diuoꝛ.gaudemus.xxxj.di.in cena. raro tñ torus immaculatus est etsi in lege oīs fornicatio sit prohibita noīe mechie.Exo.xxii.Deut.v.xxxii.q.iiij. meretrices.difficile tñ est vt ignis cui in matrimonio etiā studiose pabula suggerunt:ita prefixis terminis includat:vt non etiā extra euagatus adurat quicquid attigerit:ꝛ ipsa voluptas culpabilis est ꝛ ad velocissimos adulterioꝝ ꝛ immunditiarū multaruz captatur excessus:ad hec.xxxiii.q.iii.vir cū ꝓpria.xxxii.q.ij.connubia.ꝛ.q.iiii.dixit Sara.ꝛ c.origo.di.vj.ī palea.sꝫ pensandū.Secus est in discipulis euāgelij sctō incorruptionis ꝛ castitatis amore inflāmatis.Legis ergo famuli ex occasione liciti vsus ad illicita ꝓlabunt.vñ.j.ad Cor.vj.Oīa mihi licent:sed ego sub nullius redigar ptāte.xiiii.q.j.§ j.vbi de hoc.Gre par ticipes dū licita ꝯtemnunt:illicita non nouerunt.vñ Gre.Sancti viri vt illicita non perpetrent, a licitis abstinent.Sic etiā est in retinentibus bona sua:qui etsi decimas soluant:ꝛ eleemosynas faciunt:tñ in retentione bonoꝝ ꝛ desiderio hñdi ꝛ tarde ꝛ negligēter ꝛ diminute dādo philargyrie laqueos non euadunt.c.ad hec de peni.di.v.qualitas.ꝛ.c.se.ꝛ.c.negotium.vñ Mat.xix.Mar.x. Luc.xviij. Difficile diues intrabit in regnū celoꝝ.vbi Hilarius. Periculosa.n.cura est velle ditescere:ꝛ graue onus innocentia subit incrementis opum occupata. Rē.n.seculi famulatus dei non sine seculi vitiis assequet. Hinc difficile est diuitē regnum celoꝝ adire.Sed euangelij filius q: amore dei oīa dedit:auaritiam abijcit certus existens se multomagis a deo: ꝙ volucrem celi esse pascendum. Mat.vj. Pari modo nō potest seruus legis odiū ꝛ furorez repellere quum talione vtitur:sed grē filius in pace ꝛ charitate quiescit liber ab omni furore ꝛ indignatione paratus repercuti. xxiij.q.j.paratus:ꝛ semper diligens inimicos.Qui ergo nec sub grā est:q: nequaꝙ ad dñice doctrine culmē ascendit:nec sub lege:q: etiaz ipsa paruula legis mādata non suscipit,maxime a peccato non cauendo: qḋ etiam lex prohibet:hic duplici peccatoꝝ oppressus imperio,ad hoc solummodo grām Christi percepisse se credit:vt per noxiam libertatē ab eo alienus existat:in illud incidit:qḋ Petrus nec incurremus enuntiat.Quasi liberi ꝛc.vt supra dictū est versi.cōtra hos. Hec vero sancta libertas ꝙ nusquā sit:nisi ibi tm̄ vbi dñs commorat: Paulus docet Dñs inquiens.ij.Corin.iij.spiritus est vbi aūt spiritus dñi ibi libertas:vt superius declaraui:de hoc etiā latius tangitur in collatione.Theone de remissione quinquagesime.in.ij.parte eius in libro colla. Joā. cassi. Begardi ergo isti ꝯtra quos superius disputaui,redeant ad spiritum dñi ꝛ non carnis:si verā habere desiderāt libertatē.sed spiritu fornicationis decepti sunt ipsi ꝛ eoꝝ ꝯsimiles:sicut expresse dr̄ Osee.vj.spiritus fornicationis in medio eoꝝ ꝛ dñz non cognouerunt:q: sicut experti sumus,his tpibus,sicut talis spiritus libertatis qui hodie currit caro est.ꝛ nō spiritus.Tempore meo in prouincia beati Francisci multi seculares ꝛ fratres minores pro isto carnali spiritu libertatis per inquisitores heretice prauitatis incarcerati fuerunt,inter quos fuit quidā frater noster:qui ꝑp perfectionem ꝙ ostentabat.Apls dicebat:qui ibi caput fuit istius erroris:qui quum essem nouitius,ꝛ consulerē eum,credens eū viruz perfectum,super quadā mea tribulatione subridens dixit mihi ꝙ ipse tribulari non poterat.qḋ verbuz nō intelligens,ipsum mirabilē hominem reputaui: sed quum captus esset pro isto spiritu libertatis intellexi verbū suuz occultum:ꝙ ideo non poterat tribulari: q: faciebat quicquid sibi caro ꝛ sensualitas suggerebat seruus carnis libera iustitia.Iste in carcere fratrum mortuus fuit Florentie:si vere penitēs nescio tales valde spūales videbant in lucis angelū transformati.ii Cor.xj.xxvj.q.v.epi.ꝛ.c.nec miruz.vltra ij.col.versi.porro.xxix.q.j.§.j.ex̄ de reg.licet.§ si vero cognoscunt per opa carnis.Gala.v Vñ secure assero:ꝙ si etiā interrogarent in eoꝝ cōscientijs etiam cauteriatis.lxxiij.di.in nomine:qñ talia perpetrant an eoꝝ conscientie sint libere pacifice ꝛ secure:si verum dicerent,responderent,ꝙ non q: omne peccatū secum tormentū ꝛ penalitatē ꝛ pauorē trahit ꝛ non libertatē.Funiculis nāqꝫ peccatoꝝ suoꝝ vnusquisqꝫ constringit.vt dicit Salo. Prouer.v.ꝛ Esa.l. Ecce vos oēs accendentes ignē accincti flammis ambulate in igne luminis vestri,ꝛ in flammis quas succendistis. Ipse.n.nobis tormento sunt quibus vtimur voluptates ꝛ oblectamenta huius carnis atqꝫ delicie carnificum vice in suum retorquentur authorem:vt dicit Abraam in vltima colla.li.colla. Jo.cassi.ꝛ Seneca Maximū supplicium scelerum est que statim puniunt dū facta sunt:imo dū fiūt.ꝛ Poeta

Ex templo quod cumqꝫ mali committitur:ipsi
Displicet authori:prima hec est vltio:ꝙ se.
Judice nemo nocens absoluitur.

Nā punctio ꝯscientie semper contradicit petō etiā in diabolo: ꝛ punit hoiez.nā sensualitas impellit hominē ad peccatum:proponendo carnalē delectationē seu tpalez vtilitatem:sed ratio retrahit a peccato,proponendo diuinam offensionem ꝛ eternam damnationez. Sapientie.xvij.Quum sit timida conscientia:dat testimonium condemnationis:semper.n.presumit seua turbata conscientia:adest anticipat futura supplicia. Prouerb. x. Pauor his qui operantur malum.

Quartus error istoꝝ Begardoꝝ est ꝙ homo potest finalē beatitudinē sm̄ oēm gradū perfectionis in presenti vita ꝯsequi:sicut eā in vita obtinebit beata.Error iste nullum colorē habens a scriptura diuina destruit expresse a dño:quū dicit Mat. xj. Amē dico vobis:non surrexit inter natus mulierū maior Joāne baptista:q aūt minor est in regno celoꝝ:maior est illo.vbi Aug. Regnū celoꝝ appellauit hic qḋ nondū accepimus:de quo in fine dicturus est Mat. xxv.Venite benedicti patris mei percipite regnum q: ibi sunt angeli quoꝝ minor maior est quolibet in isto portante corpus:qḋ corrumpit ꝛ aggrauat aīaz ꝛ deprimit terrena inhabitatio sensuz multa cogitātē.Sapie.ix.Itē ibi Hieronymus. Nos aūt simplr intelligamus ꝙ oīs sanctus qui iā est cū dño:maior sit illo qui adhuc consistit in prelio:aliud est.n.coronam victorie possidere:aliud adhuc in acie dimicare. Non potest ergo clarius quam per hec verba tertius ꝛ Aug.ꝛ Hierony.tolli iste error:quia quuz Joannes perfectissimus esset etiam ab vtero spiritu sancto repletus.Luce.j.non tamen beatitudinē mi- An possit quis hac ī vita beatus effici.

nimi beati in patria potuit attingere. Tota aũt ꝑ-
fectio hoīs in hac vita in charitate est q̄ est vinculuȝ
ꝑfectionis.ſm Apl̃m Coloſ.iij.vt tāto q̄s dicat̃ ma
ior quanto pl⁹ deū ⁊ proximū diligit. vñ Ber. Quā
titas aīe ex amore existimanda est:vt qui magnā hȝ
charitatē:magnus est qui modicā:paruus:qui non
charitatē,nihil:ſm Apl̃m.j.ad Cor.xiij. Charitateȝ
aũt non habuero:nihil ſum ſȝ ſicut ſuperius proba-
ui in primo errore iſtorum in.§.⁊ vnus.in iſto.c.ſm
Hieronymū. In iſta vita perfectiſſima charitas nō
poteſt haberi ſicut in patria:de pe.di.ij.§.hinc etiam
c.itē Hieronymus. Charitas in quibuſdā:ergo ma-
nifeſte falſum dicunt:q: ignis in ſion.i.in eccl̃ia mili
tanti:in qua Chr̄m ſpeculamur p ꝯtemplationeȝ in
qua modic⁹ reſpectiue eſt ignis charitatis:⁊ animus
ideſt magnus ignis charitatis.in Hieruſalem:ideſt
in patria beata ⁊ pacifica:ſic.n.interpretat̃ Hier̃lm.
Eſa.xxxj. Preterea ſm Apl̃m.j.ad Cor.xiij. Vide-
mus nunc p ſpeculū ⁊ in enigmate.i.in obſcuritate.
enigma eſt veſtigiū trinitatis in creaturis. Ro.j. In-
uiſibilia.n.ipſi⁹ a creature mūdi p ea que facta ſunt
intellecta ꝯſpiciunt̃. alia glo.i.in hac vita:tunc.ſ.i pa
tria facie ad faciē.ſȝ ſm Gre. etiam ipſa dei cognitio
amor eſt:q aũt clarius videt:puri⁹ diligit quē purius
cognoſcit. Merces aũt ſm Aug. tota viſio eſt Jo.
xvij. Hec eſt autē vita eterna:vt cognoſcant te verū
deum:⁊ quem miſiſti ieſum chr̄m. Nunq̄ȝ ergo tali
beatitudine pōt ꝑfrui ⁊ tanta qui in enigmate deuȝ
videt ſicut qui facie ad faciem, vnde dñs ad Moy-
ſen. Exo. xxxiij. Poſteriora mea videbis,ſcȝ in hac
vita.i.in enigmate me cognoſces : q: qui retro ſtat :
nō plene hominē cognoſcit: ſȝ faciem meā non vide
bis:per quā cognoſcit̃ quiſq: clare:q: nō clare me cō
tēplaberis ſicut in patria:ſicut dixit ei.xxxiij.c.Exo.
Ego oſtendā tibi omne bonū. i.me in quo eſt omne
bonū tibi oſtēdam. Non eñ videbit me homo ⁊ vi-
uet,homo, in hac carne mortali: vt clare me videat:
carnis pariete prepediente. Videamus igitur eum
hic per cancellos vt dr̄ in Canti.ij.i.per obſcuraȝ cō
templationē:ſed qui dilexerit Chr̄m diliget a p̄re ⁊
filio: ⁊ manifeſtabit ſeipſuȝ ſibi:vt ipſe dicit in Joā.
Jo.xiiij.⁊ de con.di.ij.ſpecies.i.clare euȝ in patria vi
debit:de qua manifeſta viſione Jo.iij. Similes ei
erimus:q: videbim⁹ eū ſicut eſt. Hanc viſionē opta
bat Moyſes.p̄e.c.Exo.xxxiij. Si inueni grām in
conſpectu tuo:oſtēde mihi faciē tuaȝ. Cui dixit dñs
qđ predictū eſt. Non videbit me homo ⁊ viuet. Vñ
tenent doctores q Paulus raptus vſq: ad tertiū
celū empyreū.ij.Cor.xij.nō ita clare vidit deū ſicut
angeli:propter impedimentū carnis corruptibilis.
Tenet tñ Aug.xij.ſuper Gen.ad literā.⁊ in libro de
videndo deum ad Paulinā dicens q Moyſes ex
dei priuilegio ſpeciali adhuc mortalem vitaȝ agens
deum per eſſentiā vidit:tanq̄ȝ futurus Judeoꝝ do
ctor vñ Numeri.xij. Nō per enigmata, ſed facie ad
faciem allocutus eſt deuȝ. Exo.xxxiij.viij.q.j. Moy
ſes,vbi de hoc.⁊ Paulus idē priuilegiū habuit:tā
quā futurus doctor gentiuȝ:vñ dicit.ij. ad Cor. xij
ſe raptum vſq: ad tertium celum. Tertium celuȝ vo
cat empyreum:vbi angeli ⁊ anime ſancte fruuntur
dei viſione manifeſta:ibi intellectuali viſione vidēt
deum facie ad faciem:eo modo quo videtur ab an-
gelis qui ſunt de ſuperiori tertia Hierarchia ſecun-
dum Dionyſium : in qua ſunt Cherubin ⁊ Sera-
phin ⁊ throni:qui proxime ⁊ immediate deo ſerun
tur ad quoꝝ ſimilitudinem vidit deum Apl̃s.⁊ iſtā
tertiā Hierarchiam vocat ⁊ tertium celum. Ad hāc
viſionis manifeſtationem non aſcenſoriis gradib⁹:
ſed inopinatis exceſſibus aduolauit Apl̃s. non.n.
aſcendiſſe ſed raptum fuiſſe ſe perhibet: ſicut ⁊ Adā
raptus legitur de pe.di.ij.§.Romanos:verſi.Adaȝ
⁊ Gen.ij. Immiſit dñs ſoporē in Adā.i.contempla
tionem:ſm Bern.vt in ſenſibus obdormiret,⁊ aīm
ma in viſione dicta vigilaret:qđ apparet:q: redie͡s
prophetans dixit. Hoc nunc os ⁊c.extra de biga.de
bitum:de viſione dei vide qđ no.xiij.q.ſi.qui diuina
glo.ij. Item Bern.contra iſtos. Non.n.nos ad hoc
de paradiſo voluptatis animi aduerſio diuina eie-
cit vt hic alterum paradiſum humana adinuentio
prepararet. Si.n.ad tantam beatitudinem quis in
hac vita poſſet peruenire,quāta eſt in patria: fruſtra
deſideraret quis alium paradiſuȝ: ⁊ pro nihilo eſſet
ei qđ vere hereticum eſt ſentire:⁊ fruſtra concupiſce
ret Apl̃s diſſolui:⁊ eſſe cum Chriſto qui cum Chr̄o
erat per grām.ad Phi.j.c.⁊ extra de renun.niſi cuȝ
pridem.§.porro. Fruſtra etiā idem lamentaret̃ ⁊ di
ceret vt ſuperius eſt probatum, Infelix ego homo ⁊c.
Ro.vij.videns ſe pp carnis impedimentuȝ ⁊ men
tis varios motus extra ſuum conſenſum non poſſe
ſicut optabat dñm contemplari. Fruſtra etiam dice
ret Dauid.ps.xlj.⁊ deſideraret. Qñ veniam ⁊ ap-
parebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachryme
mee panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie
vbi eſt deus tuus.ps.xlj. Et iterum. Quemadmo-
dū deſiderat ceruus ad fontes aquarum:ita deſide-
rat aīa mea ad te deus. Et iterum.ps.lxxxiij. Quia
melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia.ſ.in hac
vita. Et Paulus. Potens eſt depoſitum meū ſer-
uare in illum dieȝ.ij.ad Timo.iiij.⁊.j.c. Fruſtra etiā
iſta eccleſia militans congauderet letitie ⁊ paci ⁊ li
bertati eccleſie triumphantis, dicēs Letare Hieru-
ſalē ⁊c. Eſa.vltimo:ſi tantā letitiam ipſa poſſet con-
ſequi in hac vita. vñ Bern. Quouſq: adoramus ⁊
nō guſtamus proſpiciētes p̄riam:⁊ non apprehen-
dētes:ſuſpirātes ⁊ de lōge ſalutātes? O vera exuluȝ
p̄ria exilij finitio:video te:ſȝ nō ſinor intrare:carne re-
tēt⁹,nec adhuc dign⁹. Hec deſiderabilis p̄ria celeſtis
non terreſtris,nec manufacta,figurata eſt.iij.Re.x.
vbi dr̄ q Regina hauſtri.ſ.habitatrix ⁊ dña calide
regionis.i.amore inflāmata venit audire ſapientiā
Salomonis. Hec eſt quelibet aīa fidelis deſiderio
videndi verū Salomonē Chr̄m qui eſt pl⁹ q̄ȝ Salo
mon. Mat.xij.ſuccenſa:que videns oēm ſapientiā.
Salomonis.ſ.magnitudinē,pulchritudinē,⁊ diſpo
ſitionē creaturarū,⁊ domuȝ q̄ȝ edificauerat.ſ.p̄riam
celeſtem de qua Baruch.iij. O Iſrael:q̄ȝ magna eſt
dom⁹ dei ⁊c.⁊ cibos menſe ei⁹:qui ſunt viſio,delecta
tio,⁊ fruitio,q̄bus paſcit bonos in regno:⁊ habitacu
la ſuoꝝ:adeſt diuerſitates celeſtium manſionum : de
quibus Jo.xiiij. In domo patris mei manſiones
multe ſunt:de pe.di.iiij.in domo:⁊ veſtes coꝝ.ſ.dotes
corporis,agilitatem,ſubtilitatem,claritatem,impaſ
ſibilitatem:que ſunt proprietates ſolis:ad cuius cō-
parationem fulgebunt iuſti. Mat.xiii.⁊c. Eſa.xxx.
Erit claritas ſolis ſeptempliciter ſicut lux ſepteȝ die
rum:non habuit vltra ſpiritū:vñ Bern. Quantus
putas tunc ſplendor erit animarum : qñ ſplendo-
rem ſolis habebunt corpora. Mat.xiij. Fulgebunt
iuſti ⁊c. Non inquam habuit vltra ſpiritum.ſ.pre
nimia admiratione ad ſpiritus ſui defectum deuene
rat:quia ſicut ait Grego. Niſi quis a ſemetipſo defe
cerit:ad deū qui ſupra ipſuȝ eſt,non appropinquat.

Preterea sicut dicunt doctores duplex est beatitu-
do vna per gr̃az, altera per gloriam: vna in via, alia
in patria. De beatitudine patrie dic̃ ps. lxxxiii. Bea
ti qui habitant in domo tua in secula seculoꝝ lauda
bunt te. Et hec beatitudo consistit in duplici stola. s.
anime ⁊ corporis. Apoca. vj. Date sunt illis singu-
le stole albe. s. glorificatio ale que est in visione dei i
celo: ⁊ dictuz est eis vt requiescerent tp̃s adhuc mo
dicum: quia tunc alia stola dabitur eis. s. glorificatio
corporis: qđ est ꝯtra quosdaz grecoꝝ qui dicunt aĩas
sanctoꝝ non esse adhuc in celo: nec dñatoꝝ in infer-
no. c. xiii. q. ij. tp̃oꝛu prim. sed ibi soluit in prima ⁊ ij.
glo. ⁊ hoc asserere hereticum est. ſm Tho. ⁊ alios
doctores. vñ Paulus ad Phil. j. Cupio dissolui: ⁊
esse cũ Christo. ex̃ de renun. nisi. §. porro. ⁊ Greg. iiij.
dialogoꝝ post. c. in prouincia. versi. nosse velim. hoc
clare determinat dicens. Qui Chr̃m in celo esse nõ
dubitat: nec Pauli animaz in celo esse negat: abi vi
de. Non ergo tanta põt esse beatitudo simpla in aĩa
quanta est dupla in aĩa ⁊ in corpore. Sed certum
est contra istos ꝙ in hac vita corpora etiã perfectoꝝ
hoĩum non hñt dotes suas: ergo non pñt tñ esse btĩ
in aĩa: esto pro impossibili ꝙ tñ essent beati perfecti
in hac vita: quantũ in illa: quantuz sunt beati in aĩa
⁊ in corpore. Preterea ſm Augu. laus diuina inci-
pit in hac vita: sed perficietur in eterna gloria. Quũ
ergo in patria hoc sit totum negotium sanctoꝝ. s. lau
dare deum: vt dic̃. glos. super illum. versi. ps. lxxxiij.
Beati qui habitant ⁊c̃. ergo vbi non est tanta laus:
non est tanta beatitudo: q: qui plus laudabit: plus
honorabitur: iuxta illud Sacrificium laudis hono
rificabit me. De beatitudine aũt vie dicit ps. lxxxiij.
Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones
in corde suo disposuit. Iste ascensiones sunt octo bea
titudines huius vie: de quibus Mat. v. Beati pau
peres spiritu ⁊c. Ex istis octo gradibus ascendebat
in templum. Ezech. vltimo. Ista aũt beatitudo vie
⁊ gratie est via ad beatitudinem patrie ⁊ glorie: si-
cut dicit. ps. lxxxiij. Ibunt de virtute in virtutẽ vsq;
quo videatur deus deoꝝ in Syon: adest in ecclesia
triumphanti ⁊ deum speculanti. ⁊ vtraq; surgit a vi
sione dei: illa a visione per speciem: ista a visione per
fidem sicut dr̃. Luc. x. Beati oculi qui vidẽt que vos
videtis. De visione vtraq; satis supra proxime. Est
ergo iste error coniunctus cum primo errore istoꝝ
Begardoꝝ contra quem. s̃. Ianus disputauit: ⁊ quic
quid contra illum errorem dictum est ibi: põt etiam
dici ꝯtra istuz: q: connexi sunt. Isti ergo miserabiles
nec in vita sua habent beatitudinez gratie nec in il-
la beatitudinem glorie nisi reuocent hos errores ⁊c.

Quintus error istoꝝ Begardoꝝ est ꝙ quelibet
intellectualis natura seipsa nãliter est beata: quod q;
anima non indiget lumine glorie ipsaz eleuante ad
deum videndum ⁊ eo beate fruendum. Error autẽ
iste connexus est illi alteri errori Pelagianorum de
quo. xxiiij. q. iij. quidam versi. pelagiani: dicentium
sufficere voluntatem hominis sine aliqua gratia ad
adimplenda iussa diuina: contra illud Jo. xv. Sine
me nihil potestis facere: ⁊ illud Jaco. j. Omne da-
tum optimũ ⁊c. j. q. ij. q̃z pio. ⁊ j. ad Cor. xiij. Gratia
dei sum id qđ suz: ⁊ illud. ij. ad Cor. iij. Nõ ꝙ sufficiẽ
tes simus ex nobis ⁊ c. ⁊ illud ad Roman. ix. Non
est currentis neq; volentis: de pe. dist. ij. si. n. ⁊ illud
Esa. xxvj. Omnia opera nostra operatus es in no-
bis dñe. Si aũt isti Begardi intelligunt de nã intel
Solꝰ deꝰ vere bonꝰ. lectuali angelica: ꝙ seipsa nãliter est beata: falsum est
quia nullus nãliter est bonus essentialiter ⁊ beatus
nisi solus deus: qui essentialiter ⁊ originaliter ⁊ per
fecte ⁊ effectiue ⁊ nãliter est beatus. Jo. x. Ego sum
pastor bonꝰ. ⁊ Matth. xix. illud Mar. x. Luc. xviij.
Quid me interrogas de bono? vnus est bonus deꝰ:
vbi Orige. Quñ. n. declinamus a malo ⁊ facimꝰ bo-
num, quantum ad comparationem ceteroꝝ bonum
dicitur bonũ qđ facimus: quantum aũt ad verita-
tem ſm ꝙ hic dicitur vnus est bonus: bonum nr̃m
non est bonum. Beatus aũt quisq; esse non potest
nisi sit bonus: vnde Boetius. Beatitudo est status
omnium bonoꝝ aggregatione perfectus. Est aũt
deus solus essentialiter bonus: quia bonitas sua est
sua essentia. Originaliter: quia bonitatem suam nõ
habet ab alio: sed a seipso: quia ipse non est ab alio,
sed a se. vnde ps. cj. Tu aũt idem ipse es. Perfecte,
q: nil mali vel defectus aut diminutionis consistit
in illo. Effectiue: q: omne bonum deriuatur ab eo:
quum sit ipse fons indeficiens omnis boni. de pen.
di. j. §. hoc idem: versi. Item Joannes. omnis qui
non diligit ⁊c. ex̃ de regu. licet. in si. Jaco. j. omne da
tum ⁊c. Naturaliter: quia natura eius summe ⁊ plꝰ
q̃z potest intelligi: bona incommutabiliter ⁊ incor-
rupta. Nulla aũt creatura potest habere nec habet
quinque predictas bonitatis conditiones: i etiam
angelica creatura nedum humana: non est essentia-
liter bona sicut nã diuina: licet inquantum sit crea-
tura dei sicut ⁊ cetere, sit bona quia creata a bono
ſm illud Gen. j. vidit cuncta que fecerat: ⁊ erant val
de bona. xxiiij. q. iij. quidam. versi. floriani. Est ergo
bona creatura suo modo: sꝫ non perfecto modo q: si
essentialiter esset bona vt dei nã: nunq̃z illud suum
bonum esse posset perdere: nec peccare sicut angeli
reprobi ceciderunt: de pe. di. ij. precipuũ. ⁊ c. si. n. xvj.
q. ij. visis. Esa. xiiij. Item nec bona est nã quelibet
creatura nec originaliter: quia nõ a se sed a deo crea-
tore. vnde. ps. lxxxix. Quoniam ipse fecit nos. Itez
nec perfecte: q: oĩs creatura defectuosa: ⁊ ex se in ni-
hilum tendẽs: q: de nihilo creata. Luc. xj. Si ergo
vos quũ sitis mali ⁊c. Itẽ nec effectiue, q: creatura
de se nõ dat aliqđ bonũ: nec facit: sꝫ deꝰ in ipsa operãs
⁊ ipsa cooperante. Item nec nãliter: q: tunc peccare
non posset. sꝫ peccauit primꝰ angelus ⁊ sui sequaces.
Esa. xiiij. Eze. xxviij. ⁊ de pe. di. ij. §. de his ita scribit.
⁊. c. principiũ. extra de sum. tri. c. j. §. diabolus. xxiij.
di. qui ep̃s. xvj. q. ij. visis. xxvij. q. ij. §. ex his oĩbꝰ ver.
sic ⁊ diabolus. Si aũt isti Begardi intelligunt de
nã intellectuali hoĩs. s. aĩa: ꝙ seipsa nãliter est beata:
multo amplius falsum est: q: si creatus btũs fuisset
Adã a deo ⁊ nãliter, esset beatus sicut deus: vt supra
dixi: ⁊ nunq̃z peccare posset: nec mori: q: beatitudo
pfecta nõ est subiecta morti nec peccato: ⁊ ideo pro-
prie solus deꝰ vocat beatꝰ. j. ad Timo. j. ⁊ ideo illi q
querunt btũdinez in rebꝰ creatis: decepti sunt: q: qđ
a se beatũ non est beatitudinẽ dare nõ põt. c. j. q. vij.
Dalbertuz. Et ideo abusiue dñr beati hñtes multa
promptuaria in hoc mundo ⁊ boues crassos. ps.
cxliij. beatum dixerũt populũ ⁊c. ⁊ querentes beati
tudinẽ in delitijs. sicut epicurei vel i honoribꝰ: sicut
superbi. Adã aũt creatꝰ fuit potẽs mori ⁊ non mori
⁊ potẽs peccare ⁊ nõ peccare: q: arbitrij liberi crea
tus fuit. de con. di. iiij. placuit oĩbus. Item si nãliter
Adã fuisset beatus: quo illum a quo habebat beati
tudinẽ offendere potuisset sicut offendit? de pe. di. ij.
§. Romanos. Fuit ergo Adã creatꝰ bonꝰ suo modo
sicut angelus: sed non ꝯfirmatus in bono virtutis:

nec inseparabiliter habens bonum essentialia.n.⁊ nalia inseparabilia sunt:accidentalia vero secus.di.vi.§.his ita. Ceterum qd dicunt secundario in isto errore ꝙ aia non indiget lumine glorie ipsam eleuāte ad deum videndū:⁊ eo beate fruenduz falsuz est: ⁊ contra illud expresse. ps.xxv. Et in lumine tuo.s. filij:ergo non nostro:videbimus lumen.s.pris. Preterea esto ꝙ anima habeat lumen gratie:non tñ habet lumen glorie:q2 tunc lumine glorie non egeret: sȝ lumen glorie Chri est:non aia cuiuscȝ sancti. Apo.xxi. Et ciuitas non eget sole neqȝ luna vt luceāt in ea:naȝ claritas dei illuminat eaȝ: ⁊ lucerna eius est agnus:⁊ ambulabunt gentes per lumen eius.ergo non per lumen propriuȝ:vñ ⁊ dicit dñs Jo.viij. Ego sum lux mundi:subaudi inuisibilis:habitat.n. lucem inaccessibileȝ.j.ad Timo.vltimo. Sed isti miseri ⁊ ceci Begardi dicunt.Quō.n.fieri potest ꝙ videaf deus in sua luce inaccessibili per creaturam sine deo luce:quum inter deum qui est lux increata:⁊ suam lucem non sit differentia:q2 illa lux qua deus videtur,deus est.non.n.potest videri quin videatur sua lux in qua videf:⁊ ipse Chrs illa lux de qua Jo. j.Erat lux vera que illuminat oēm hoiem venientē in hunc mundum.xxj.di.cleros:ad fi. Non erat ille lux,ergo nec alius quishomo:vñ dicit Apls Ephe.v. Eratis aliqñ tenebre:nunc aūt lux in dño.ergo non a se.Sed ⁊ angelus qui est nobilior creatura homine:qui secundum Dionysiuȝ est manifestatio occulti luminis:speculum puruȝ clarissimum:non ī suo lumine videt deuȝ:sed videndo faciem eius in lumine eius qui est filius videt patrem. Matth.xviij.Angeli eoꝝ semper vident faciem patris mei:qui est ipse qui est splendor ⁊ imago ⁊ figura patris.ad Heb. j.de pe.di.j.deꝰ quis similis. In lumine isto filij ambulabunt sancti in patria.vñ ps.lxxxviij.Dñe in lumine vultus tui qui est filius ambulabūt:⁊ ista erit dei fruitio.Quis.n.deo fruitur plene:nisi qui ipsum videt?Quis aūt eum,vt dixi,nisi in suo lumine videt? q2 extra deum qui lux infinita est: nemo deum videt:nec aliquā creaturam: vñ in visione ectatica beatus Benedictus videndo deum quasi punctaliter mundum recollectum vidit:vt narrat Grego.in ij.libro dialogoꝝ:qui ⁊ ait.Qui intus claritatē dei vident:nullo modo credendum est ꝙ sit foris aliqd qd ignoret.no.xiij.q.ij.q diuina.Iste etiā error coniunctus est cum precedenti:⁊ que ibi dixi contra illum: contra istuȝ pñt hic dici:maxime illud ꝙ in hac vita non potest ita clara contemplatio haberi de deo:sicut in patria:nisi ex priuilegio speciali:vt in Moyse ⁊ Paulo:sicut ibi pleniter est probatum.Vñ ⁊ in hac vita ⁊ in illa ois anima indiget lumino diuino ipsaȝ eleuāte ad deū videndū: quū de se sit ois creatura tenebrosa : ⁊ obfuscata per peccatū originale ⁊ alis que cōmittit:que peccata Apls appellat tenebras Ro.xiij. Vñ ⁊ ignorantia ⁊ obliuio pena est peccati originalis.xv.q.j.§.vt itaqȝ:vñ.Gre. in principio.iiij.libri dialogoꝝ ait. Postqȝ a paradisi gaudijs expulsus humani gñis parens: in huius exilij atqȝ cecitatis qȝ patimur erumnam venit peccādo: extra semetipsum fusus iam illa celestis patrie gaudia que prius cōtemplabitur:videre non potuit. In paradiso quippe homo assueuerat verbis dei perfrui beatoꝝ angeloꝝ spiritibus,cordis munditia,⁊ celsitudine visionis interesse:sed postqȝ huc cecidit:ab illo quo implebatur mētis lumine recessit.⁊ Tobie v.Quod mihi gaudium qui in tenebris sedeo:⁊ lumen celi non video.Et beatꝰ Gre.de illo ceco mendico qui stabat secus viam. Luc.xviij. loquens ad genus humanum reducit.Adam.n.antequȝ peccaret triplici radio lucis illustrabaf:habuit.n.cognitionē oīum creaturarum que facte sunt per Chrm:vnde ⁊ singulis nomina imposuit.Gen.ij.ad fi.Habuit etiā cognitionem creatoris:non tñ plenam:inter enigmaticam ⁊ comprehensiuam:quia non ita contemplabatur clare sicut in patria videtur ab angelis:nec ita obscure sicut in hac videf a nobis.Item accepit cognitionē sui:⁊ quid sibi cauendū ⁊ agendum foret. Primā scientiam de creaturis non amisit:sed secundā ⁊ tertiā,per peccatum vñ ⁊ nos de eo propagati ceci naturaliter nascimur:peccante homine primo ⁊ per peccatum occecato inoleuit vitiuȝ pro natura:vnde Apocal.iij:Dicis quia diues sum, ⁊ nullius egeo:⁊ nescis quia tu es miser ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudus.Et hoc etiam destruit hunc errorem. Ad istum etiā erroreȝ extirpandū addendum est qd legitur ⁊ nota de con.di.iiij.gratia:⁊ tribus.ca.vltimis.

Sextus error istoꝝ Begardoꝝ est ꝙ se exercere in actibus virtutū,est hominis imperfecti,⁊ perfecta anima licentiat a se virtutes. Istum erroreȝ qui etiam surgit de spiritu libertatis:reprobat ⁊ confundit tota vita Christi ⁊ sanctorum omniuȝ perfectorum:qui se in actibus virtuosis continue exercitarunt:sicut ieiunando,genuflectendo, etiam vocaliter orando,paupertatem corporalem seruando,predicando, operibus mie ⁊ discipline intendendo: sicut apparet in sylua euangelica:⁊ actibus Aploꝝ: vitis patrum, ⁊ legendis,⁊ historijs ecclesiastica ⁊ tripertita.Item iste error tollitur Matth.iiij.supra illud.Venite post me:faciam vos fieri piscatores hominum dicit glos. Omnia que de vsu veniunt:non fatigant. virtus exercitio perseuerat. Item quomodo vir perfectus charitatem habet: nisi pro tempore opus exerceat charitatis quum dicatur.j.Jo.iij. Qui habuerit substantiam huius mundi:⁊ viderit fratrem suum necessitatem habere:⁊ clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet in eo? vnde ⁊ Greg.Sic mens per compassionem doleat: vt etiaȝ larga manus affectuȝ doloris ostendat. Itē Greg. in homil. penteco. Si amor est: magna operatur. Si autem operari negligit: amor non est. mathematica enim est virtus: nisi sit practicata. Impossibile enim est virtutē veram non exerceri pro tempore in operibus virtuosis. vnde Greg. de charitate. Plerunqȝ charitas quibusdam occupationibus prepedita mouetur in corde:⁊ tñ nō monstratur in corpore:sicut sol nube tectus ardet in celo:⁊ non videtur in terra. vnde propter hoc quosdam excusat Apostolus Phi.iiij.Occupati eratis. Et in vitijs patrum. Cuidam anachorite aduenienti ad cellaȝ alterius indignato quia ei non occurrerat ille de cella que tunc peccata sua plangebat ipse respondit. Non vacat plangenti charitas. Item Apls.j.ad Timoth.iiij.hortatur Timoth.virum perfectuȝ ad exercitium virtutis,dicens.Exerce teipsum ad pietatem ⁊c.xlij.di.§.j.⁊.j.in.c.c.vt profectus tuus manifestus sit omnibus.Nunquid Paulus perfectus erat qui dicebat ad Phil.iiij. Quecūqȝ sunt vera: quecūqȝ pudica : quecunqȝ iusta:quecūqȝ amabilia: quecūqȝ bone fame.siqua virtus siqua laus disciplinę.hec cogitate q̄ accepistis ⁊ audistis ⁊ vidistis in me ⁊c. quis enim scit se esse perfectum vt licentiare possit virtutum actus? certe nullus.j. Coꝛ.iiij.

ꝙ renuntiare conuenit omnibus q̄ ita licite vtunt mundanis q̄ possident: vt tñ mente tendant ad eterna. ps. lxi. iuxta illud. Diuitie si affluant: nolite cor apponere. & xxxiij. q. v. scḋm. Relinquere aūt tm̄ perfector: qui omnia tēporalia postponunt: & solis eternis inhiant. hec glos. Et ita scḋm glos. or. licet renūtiare sit quoad affectionem & curaꝫ superfluam, qḋ est imperfector: tñ relinquere est quoad proprietatē & dn̄iū: quod est perfector. Item ad hoc est beatus Greg. primo moral. libro de beato Job sic dicens. Consideremus cuius sanctitatis vir iste fuerit: qui ad tam sedula dei obsequia sic occupatus vacauit. Necdū p̄cepti virtus emicuerat q̄ omnia relinqui p̄ceperat. Mat. xix. sed tñ beatus Job eiusdē p̄ceptoris vim in corde seruabat, qa nimirum substantiam suā mente reliquerat: quā sine dilectione possidebat. hec Greg. Ex qua authoritate colligit duplex medium. Primū mediuꝫ est quia virtus p̄cepti omnia relinquendi quoad affectionem & curam superfluā iam emicuerat. vñ & in ps. lxi. Diuitie si affluāt: nolite cor apponere. & Prouer. vlti. c. Mēdicitatem & diuitias ne dederis mihi: sed tm̄ victui meo tribue necessaria. & ita iā emicuerat virtus p̄cepti omnia relinquendi quoad affectionē & curā superfluam: & tñ nondū emicuerat virtus p̄cepti oia relinquendi in totum scḋm beatū Greg. ergo intelligit de p̄cepto relinquendi quoad abdicationē proprietatis & dominij. & ita apl'i reliquerunt oia quoad p̄prietatem & dn̄ium. Secunduꝫ mediū quia si apostoli non reliquerunt omnia nisi quoad affectionem & curam superfluam: & isto modo reliquit omnia beatus Job. qa vt dictū est, dicit Greg. Nimirum substantiam suā mente reliquerat quā sine dilectione possidebat. Et in eo. c. de ipso dicit. Nūqꝫ quippe sine dolore amittit: nisi qḋ sine amore possidetur. Itaqꝫ dum substantia magna describit: & tñ paulopost patienter amissa perhibet: qḋ sine dolore perdidit, cōstat ꝙ sine amore possedit. Igit paupertas apostolica seu euangelica nō esset alia a paupertate Moysaica & sanctor patrum veteris testamēti. qḋ est erroneum. qa hoc esset conuertere euangelium in legē: qḋ est contra illud Pauli ad Heb. vij. quia translata est lex in euangelium. vt legit & no. extra de consti. translato. Itē ad hoc Greg. sup euāge. parte prima homil. v. de Petro & Andrea sic dicens. Multū reliquit: q nihil sibi retinuit. Multū reliquit: qui quātūlibet parū totū deseruit. Multū dimisit: qui cū re possessa ēt concupiscentiis habēdi renuntiauit. A sequētibus ergo tanta dimissa sunt: quanta a non sequentibus cōcupisci potuerunt. hec Greg. Idem scripsi. §. eo. §. nunc vero. ℣. & primo. liiij. arti. Et ꝙ intelligit Greg. quantū ad abdicationem p̄prietatis & dominij: & non solū quantū ad affectionem & curam: patet aperte ex eo maxime ꝙ dicit quia cum re possessa ēt concupiscentijs habendi renuntiauit. & ita apostoli non solū reliquerunt affectionē & desideria seu concupiscentias. habēdi tēporalia: sed ēt reliquerunt scḋm Greg. rem possessam tā habitā q̄ꝫ habendā. Item ad hoc est ratio. qm̄ aut relinquere tēporalia quoad affectionē & p̄prietatē simul est perfectius q̄ꝫ relinquere ipsa solum quoad affectionem: aut non. Si non est p̄fectius: ergo religiosi sine p̄prio viuere profitentes q figuram tenēt apostolor in renuntiatione propriorum. vt legit & no. in pre. c. xvj. q. j. ex authoritate. frustra superflue & inutiliter reliquerunt in specialia proprietatē omniū temporalium: ex quo talis expropriatio ad p̄fectionem non pertinet: nec p̄fectioni aliquid addit. quia frustra & inutiliter quis obligat se ad gradū vel modum viuendi arctiorem & difficiliorem sine maiori gradu p̄fectionis & meriti. qḋ est erroneum & absurdum: & contra omnium patrum instituta & religionum vota: & cōtra illud. xiiij. q. j. §. j. & extra de renū. nisi in prin. ibi. frugem melioris vite &c. & de sta. mona. qḋ dei timorem. in prin. de conuersi. coniu. gaudemus. de cleri. percu. c. vlti. de regu. licet. j. rn̄. &. §. fi. & exponit frugē. i. fruitionē scḋm Gof. vel retributionem vel plenitudinem & libertatē scḋm Egidium. facit ad hoc ēt. xix. q. ij. due. Si aūt relinquere rerū p̄prietatem cum affectione, est p̄fectius q̄ꝫ relinquere res solū quantū ad affectionē: & paupertas apostolica p̄fectior est ex genere: ergo apl'i reliquerūt omnia temporalia non solum quantum ad affectū & curā: sed ēt quoad p̄prietatem & dn̄ium. Item circa res temporales: vt supra. ℣. aliud est. tactū est: sunt quatuor modi differentie: duo mali & duo boni. & bon⁹ opponit malo: & peiori melior. Primus modus circa res temporales est ipsas inordinate amare sed non habere. qui modus malus est. de tali dicit Jo. cassi. in li. collationuꝫ in. iiij. coll. Danielis. ꝙ habet sensuꝫ pauperis, & diuitis voluntatem. & tali nō deest animus: sed facultas. facit ad hoc a sensu contrario. j. q. ij. si quis. ibi. aut q̄ nihil habuit nec habere desiderat. Scḋs modus est ipsas inordinate amare & habere. q modus est peior primo. qm̄ delectatio potior est in bono quā in malo: rei p̄sentis & in actu quā rei absentis in potentia. qa vnumquēqꝫ magis mouet res scḋm ꝙ est p̄sens in actu: quā scḋm ꝙ est absens in potētia. Ideo Prouer. xiij. Desideriū si cōpleat delectat animā. Et Aug. ix. de tri. Desideriū inhiantis fit amor fruentis. Sed delectatio inordinata rei amate & habite est delectatio obiecti p̄sentis & in actu. delectatio vero inordinate rei amate: sed nō habite est delectatio rei absentis & in potētia. ergo amor inordinatus seu delectatio inordinata rer tēporaliū amatarū & habitarū, peior est moraliter ex genere suo amore inordinato seu delectatione inordinata earū rerū amatarū & non habitaruꝫ: sicut finis mal⁹ est peior iis q̄ sunt ad finē. amare aūt intendit pp̄ habere. Tertius mod⁹ est ordinate habere ipsas: sed nō amare. q bon⁹ est mod⁹. xxxiij. q. v. scḋm.

Circa tēporalia duo sunt differētie modi.

Quartus mod⁹ est ordinate nec habere nec amare. qui modus melior est. tū qa in disparatis & non subordinatis. Cuius mod⁹ oppositus peior est: ipse quoqꝫ melior. sed inordinate amare & habere peius est quam inordinate amare & nō habere vt declaratū est. ergo ordinate nō amare nec habere: qḋ opponit directe ad inordinate amare & habere: meli⁹ & p̄fectius est quā ordinate habere & nō amare: qḋ opponit directe ad inordinate amare & nō habere. Tū qa finis bonus melior est iis q̄ sunt ad finē. nō amare aūt tēporalia est finaliter pp̄ non habere. ad hoc. n. non amant: vt non habeant. sicut econuerso amare temporalia est finaliter pp̄ habere ipsa: quia ideo amantur vt qn̄qꝫ habeātur: & non econuerso. ergo nec habere nec amare ipsa p̄fectius & melius est ex genere ceteris paribus quā habere & nō amare. Sed apl'i elegerūt modū p̄fectiorem & meliorē: non est dubiū. ergo ipsi reliquerunt tēporalia non solū quantuꝫ ad affectum & curā inordinatam: sed etiam quantū ad possessionem p̄prietariam & dn̄iū p̄priū. Unde Hieronymus ad demetriadem. Apo-

stolici fastigii perfecteq́ʒ virtutis est oia vendere: ⁊ pauperibus distribuere: ⁊ sic leuē atq́ʒ expeditū cū christo ad celestia subleuari. Et licet Petrus nō dixerit Mat. xix. Ecce nos vendidimus oia ⁊ dedimus pauperibus: q2 pro maiori parte pauperes fuerunt: ⁊ ea que habuerunt, suis egenis necessarijs necesse dimittere habuerunt. c. bo. lxxxvj. di. nō satis. xij. q. j. expedit. tñ non minus perfecte oia quoad ꝓprietatem reliquerunt: q̄ʒ si vēdita pauperibus erogassent. Itē apli reliquerunt oia que christus consuluit esse relinquenda: sed christus consuluit cuidam principi de sua salute petenti vt oia relinqueret vniuersaliter: tā preter necessaria q̄ʒ etiā necessaria vite: quia vt Lucas refert. xviij. c. christus dixit illi. Oia quecūq́ʒ habes, geminato termino vniuersali, vende: ⁊ da paupib⁹. ⁊ veni, sequere me. ⁊ ita ille si seruasset christi cōsiliū: fuisset vniuersaliter oia relictur⁹ quia oia illa erat vniuersaliter relicturus: que secūʒ ad christi ⁊ aploꝝ collegiuʒ ferre nō poterat seu ferre non debebat. sed ad collegiuʒ christi ⁊ aploꝝ nec in speciali nec in cōmuni debebat secum aliqd ferre fm formā cōsilij sibi dati: nec ꝑter necessaria nec ēt necessaria vite. qa dixit. Oia quecūq́ʒ habes vende ⁊ da pauperibus: ⁊ veni, sequere me. Nisi forte qs cōtendat de vestimentis ꝙ ea relinquere nō debuerit: de quibus etiā non est dubium ꝙ ipsa relinquere debebat. qa sicut oēs apostoli postq̄ʒ fuerunt missi ad predicandū: fuerunt vniformiter semicalciati in pedibus: q2 oēs extunc fuerunt semicalciati sandalijs. vt habetur Mar. vj. Ita oēs apli extunc fuerūt vniformiter induti in corpe. s. palliolo ⁊ vna tunica: vt narrat Clemens de Petro. ⁊ idē dicit in legenda beati Joannis euāgeliste. Ideo aūt eadē regula vestimentoꝝ dat oibus sicut ⁊ calciamentoꝝ ⁊ oium alioꝝ ꝓceptoꝝ: vt nulla in eis diuersitas sed i oibus religionis cōformitas appareret. Et ita nullus eis dissimilis seu difformis habitu iungi vel associari in apostolatu debebat: nisi prius propriū habitum mutando relinqueret: ⁊ nouum habitū assumendo, noue religioni cōformis fieret. sicut eis nullus in apostolatu iungi debebat: nisi in semicalciamētis ⁊ alijs obseruantijs consilijs fieret: sicut in religionibus intrantes mutāt vestes: ⁊ frēs minores etiā calciamēta ad hoc. xxiij. dist. scrimonial. ⁊. xx. q. j. vidua q̄ ibi. apta religionis ⁊ ꝓfessionis veste. ⁊. q. ij. c. j. ibi. vel religioni debitam vestē ⁊ ibi. ad secularem reuerti habitū. ⁊ ibi: aut religiosam vestē aliqñ habuerunt. ⁊ ibi. mox ad religionis cultū habitūq́ʒ reuocent. ⁊ ibi. vel secularis vestis. ⁊. q. iij. ꝓclinis. ⁊ c. presens. ⁊. xxvij. q. j. c. j. ⁊. ij. ⁊. c. de viduis. ⁊. c. sequē. ⁊. c. si custos. ⁊. c. si homo. ⁊. c. siquis rapuerit. ex̄ de regu. ad nr̄am. ⁊. c. sequē. cum multis si. ⁊ facit optime ex̄ de vi. ⁊ ho. cle. de⁹ qui. xvj q. vij. i noua. xxxij. q. v. qd̄ deo. Et ita christo ⁊ apostolis copulādus in ꝑfectione euāgelica, vniuersaliter tā ꝑter necessaria q̄ʒ vite necessaria relinquere debebat: ⁊ cibo alieno ↄcesso pasci. Mat. x. vel de labore manuū vt Paulus. ij. Thessa. vltimo. de cō. dis. v. nunq̄ʒ. ⁊. j. q. ij sacerdos. Similiter verba Petri ꝑmissa Ecce nos reliquimus oia, cōprehendunt similiter oia tā superflua q̄ʒ etiā necessaria quoad ꝓprietatē ⁊ vsum in speciali ⁊ in communi quātum ad cōmunitatē apostoloꝝ ꝓpriā. Itē verba Petri ꝑdicta se extēdunt ad oia illa de qbus christus ibi loqbat. sed christus loqbat ibi vniuersaliter de oibus tēporalibus tā superfluis q̄ʒ necessarijs: q2 nomine diuitiarum de quibus ibi expresse loquebatur, ꝓ se ⁊ primo intelligunt tā sufficientia vite q̄ʒ superflua. Similiter nomine pecuniaꝝ que ibi a christo specialiter specificātur intelligunt oia que pecunia mēsurant. vnde inuenis. ille debebat possessiones ⁊ substantias relinquere eo ꝙ pecunia erant mensurabilia. licet non esset pecunia. vnde. j. q. iij. totuʒ. Totuʒ quicquid homines habent in terra oia quoꝝ dñi sunt i pecunia vocat. seruus, vas, ager, arbor, pecus: quicquid hoꝝ est pecunia dicit. ideo aūt pecunia vocata est q2 antiqui qd̄ habebāt in pecoribus habebant. ⁊. ff. de lega. iij. qsquis. vt patet in Job. Job. j. ⁊ vltimo. c. ergo verba Petri ꝑdicta se extendunt ad oia q̄ pecunia mensurant. Pecunia autē mensurant oia tēporalia siue suꝑflua siue necessaria vite: q2 pecunie obediunt oia. Eccle. x. Verba inquā Petri verisimiliter ad oia se extendunt sine aliqua exceptione: q2 dixit omnia. extra de ma. ⁊ obe. solite. §. penul. j. Coꝝ. xvj. ⁊ Heb. ij. xix. di. si romanoꝝ. ⁊ de priuil. q2 circa. de elec. vt circa. lib. vj. vbi de hoc in glo. omnium. Joan. an. pp qd̄ Greg. in homi. vt supra dictuʒ est. Tāta a sequētibus dimissa sunt: quāta a non sequētibus concupisci potuerunt. Ecce ergo terminus siue limes apostolice professionis ⁊ perfectionis. s. oē tēporale concupiscibile relinquere. Necessaria autē vite non minus sunt concupiscibilia, q̄ʒ ꝑter necessaria vite: ⁊ nō minus comprehendunt sub verbis Petri q̄ʒ non necessaria. vnde magister in historia scho. exponens ꝑdicta v̄ba Petri dicit sic. Omnia illa reliquerat Petrus de quibus dictuʒ est Eccles. j. Omnia vanitas. Oia illa retinuerat sibi de qbus dictuʒ est. j. Corin. xv. Deus est omnia in omnib⁹. ecce ergo quid reliquerat ⁊ qd sibi retinuerat. Itē non minus est vniuersalis de aplis ista. Ecce nos reliquimus seu dimisimus omnia: q̄ʒ sit vniuersalis de multitudine credentium illa: Erant eis oia communia. quia abdicatio apostoloꝝ non extendebat se ad pauciora q̄ʒ abdicatio prioꝝ credentiuʒ. sed illa Erant illis oia cōmunia cōpꝫhendit vniuersaliter quecūq́ʒ vite necessaria siue alimenta siue tegumenta: vt pꝫ per scripturā: ergo similiter ista Ecce nos reliquimus oia. cōprehendit similiter quecūq́ʒ vite necessaria. Similiter non minus vniuersalis est ista Ecce nos reliquim⁹ oia. Mat. xix. Act. iiij. quā illa: Nec qsquā eoꝝ q̄ possidebat aliqd suuʒ esse dicebat. xij. q. j. c. ij. sed illa, Nec quisquā eoꝝ que possidebat aliqd suuʒ esse dicebat, comprehēdit vite necessaria: ergo ⁊ ista comprehendit vite necessaria. Item non minus est vniuersalis ista de apostolis Ecce nos reliqmus oia quā sit illa de discipulis. Sic omnis q ex vobis non renunciauerit omnibus q̄ possidet: non pōt meus esse discipulus. Luce. xiiij. c. sed illa de discipulis cōpꝫhendit vite necessaria: qa comprehēdit oīa q̄ cadunt sub possessione humana: inter q̄ ↄtinent vite necessaria: quomodocūq́ʒ illa cōprehēdit siue quoad renūtiationē ꝓprietatis, siue quoad renunciationē volūtatis ⁊ dilectionis inordinate: etiā omnia cōpꝫhēdit. ergo similiter ista de aplis cōpꝫhendit vite necessaria quomodocunq́ʒ ipa cōpꝫhendat. Itē non min⁹ sub verbis Petri ꝑdictis cōpꝫhendunt vite necessaria: quā sub voto religiosoꝝ sine ꝓprio viuere ꝓfitentiuʒ: q in paupertate imitant vitā apostoloꝝ. sed sub voto religiosorum sine proprio viuere absolute profitentium cadunt vite necessaria sicut alia tēporalia. sicut patet. xii. q. j. scimus. c. nolo. c. non dicatis. Non

dicans vos ħre aliquid ꝓprium: sed sunt vobis oia
cōmunia. vnde ⁊ de malis de qbus minus videt,
scribit Prouer.c.j. Sortem mitte nobiscū. marsu-
pium vnū sit oium nr̄m. Nomine aūt marsupij in-
telligunt oia que pecunia mensurant. vnde glos. in
terlinearis. Marsupiū vnū cōmunia oia. Si ergo
inter malos possunt esse cōmunia oia: siue preter ne
cessaria, siue necessaria vite: multomagis inter bo-
nos possunt esse oia cōmunia. Jdeo de prima mul-
titudine scribit Actuū.iiij.ꝙ erant illis oia cōmunia.
quod de necessariis etiam vite negari non pōt: ⁊ ne
cesse est hoc intelligi: Sed votū religiosoꝝ sine pro-
prio viuere ꝓfitentiū se extendit ad oia illa que pos
sunt esse cōmunia: ⁊ nulli in speciali propria: sed oia
quecūqꝫ sint, siue necessaria siue non necessaria vite:
possunt esse cōmunia alicui multitudini: ⁊ nulli eo-
rū ꝓpria. alioquin falsum esset qd̄ scribit de prima
cōmunitate siue multitudine credentiū, ꝙ erant il-
lis oia cōmunia: ergo votū religiosorū absolute sine
ꝓprio viuere ꝓfitentium ad alimēta vite necessaria
se extendit. ⁊ verba Petri scꝫ Ecce nos reliquimus
oia. nō extendunt se ad pauciora ꝙ̄ votum religio-
soꝝ absqꝫ ꝓprio viuere ꝓfitentium paupertatē euā
gelicam ⁊ apostolicā imitantiū: ⁊ votuꝫ religiosoꝝ
se extendit ad quecūqꝫ minima: ergo verba Petri
predicta se extendunt ad quecūqꝫ etiā vite necessa-
ria. Jtem regula beati Francisci ab ecclia data, con
firmata ⁊ approbata, ⁊ declarata, ⁊ corpore iuris
clausa, sic incipit. Regula ⁊ vita fratrum minorum
hec est. scꝫ sanctū euangeliū obseruare: viuēdo in o-
bedientia, sine ꝓprio ⁊ in castitate ⁊c. ergo viuere si
ne ꝓprio fuit paupertas euangelica. sed viuere sine
ꝓprio in nullo loco euangelij conuenientius expri-
mitur ꝙ̄ in verbis Petri predictis. Ecce nos reli-
quimus oia. ergo verba ꝑdicta debēt intelligi quā-
tum ad abdicationem proprietatis oium rerū tem
poralium quarū religiosi voto a se proprietatē abij
ciunt. sed religiosi abiciunt a se spāli voto proprie-
tatis proprietatē oiuꝫ rerum que possunt esse cōmu
nes ⁊ nulli proprie. quia votum abdicationis abso
lute ⁊ cadens super oia ex forma ⁊ natura sua cadit
sup omnia vniuersaliter que possunt esse cōmunia
⁊ nulli propria. talia autem sunt vniuersaliter que-
cūqꝫ temporalia absqꝫ exceptione aliqua. vt sepe di
ctum est. qꝛ illud qd̄ scribit de multitudine creden-
tium ꝙ erant illis oia cōmunia: intelligit vniuersa-
liter de quibuscūqꝫ rebus tēporalibus. ergo verba
Petri predicta intelligunt quantum ad abdicatio
nē proprietatis oium reruꝫ quarumcūqꝫ. Nisi hoc
diceret, sequeretur ꝙ abdicatio apostoloꝝ fuisset mi
nor ꝙ̄ abdicatio religiosoꝝ absqꝫ ꝓprio viuere pro
fitentiuꝫ. qd̄ est absurduꝫ. vn̄ Hiero. ad Exuberan-
tium dicit. Nemo apostolis pauperior fuit. nemo
tanta ꝓ dn̄o dereliquit. Ceteruꝫ ꝙ pōt argui de illo
qd̄ dicit angelus ad Petruꝫ. Actuū. xij. Circunda
tibi vestimentū tuum. Et illud christi ad Petrum.
Cōuerte gladium tuuꝫ. Mat.xxvj. ⁊ illud. Uenit
Jesus in domuꝫ Petri. Luce.iiij. Et illud Qui ha
bet sacculuꝫ tollat: similiter ⁊ perā. ⁊ qui nō habet:
vendat tunicā suā ⁊ emat gladiū. Luce.xxij. qd̄ fuit
dictum singulis aplis in speciali. non obstat. qꝛ hec
arguunt ꝙ hec fuerūt singula ⁊ in speciali apostolo
rum quoad proprietatē ⁊ dn̄ium. ⁊ s̄m hoc semper
⁊ ante ꝑdicationem ⁊ post ⁊ post aduētum spūs san
cti quilibet apostoloꝝ fuisset proprietarius ēt in spe
ciali: quum quilibet ipsoꝝ ⁊ vestibus ⁊ cibis neces-
sarius vsus fuerit. Qd̄ est aperte cōtra scripturā. A-
ctuum.ij. ⁊.iiij. ꝙ nec quisqꝫ eoꝝ que possidebat ali-
quid suum esse dicebat: sed erant illis oia ⁊ commu
nia. ⁊ j. protunc nullus eorum fuit in speciali pro-
prietarius in vestibus nec in aliis quibus vtebat.
ergo nec post nec ante. quiꝫ nullus ipsoꝝ fuerit ma
gis vsus speciali veste post ꝙ̄ ante: nec imperfectior
post ecclesiam primitiuam ꝙ̄ erat in ea. Est ēt hoc
expresse cōtra Clementem. xij. q. j. dilectissimis. vbi
dicit ꝙ communis vsus oium que sunt in hoc mun
do oibus hominibus esse debuit. sed per iniquitatē
alius dixit hoc esse suū: ⁊ alius istud. ⁊ sic inter mor
tales facta est diuisio. ⁊ sicut non pōt diuidi aer nec
splendor solis: ita nec reliqua que data sunt ho-
minibus ad habēdum diuidi debere: sed habenda
oia esse communia. Jstius consuetudinis more re-
tēto, apl'i eorūqꝫ discipuli vna nobiscū ⁊ vobiscū cō
munē vitā duxerunt ⁊c. Sexto s̄m Clementē sicut
null⁹ apostoloꝝ vel discipuloꝝ habuit in aere vel in
sole spāle dn̄ium proprietatis: nec fuit in spāli in ae-
re proprietarius ⁊ sole: ita s̄m ipm̄ null⁹ fuit in spe-
ciali proprietarius in aliqua re huius mundi. ⁊ ita
predicta opposita non intelligunt quoad proprieta
tem ⁊ dominium: sed quoad vsum. Et ita non exci-
piunt ab ista vniuersali. Ecce nos reliquimus oia.
que intelligunt quoad proprietatem ⁊ dn̄ium vt su
perius est ostensum. Jtē contra hoc est expresse Re
migius doctor eximius super illo ꝟbo Apoc.xj. in
ꝑn. Metire templum ⁊ adorantes in eo. vbi sic di-
cit. Dicito. n. seculo renunciantibus. Beati estis q
euāgelici ꝑcepti memores, cuncta terrena pro chri-
sto reliquistis: sequentes eum a quo thesauruꝫ in ce
lo indeficiētē percipietis. hec Remigius. Jtē glos.
accepta ab Ambro. sup illud ij. ad Coꝛ. vj. c. Tāꝙ̄
nihil habentes ⁊ oia possidentes. glos. Hec fuit glo-
ria apl'oꝝ: nihil oino possidere: sine solicitudine esse:
⁊ tam res ꝙ̄ dn̄os earum possidere. ideo oia pone-
bantur ad pedes apl'oꝝ: sicut in actibus apl'oꝝ legi
tur. hec glos. Jtē Nicolaus.iij. in decre. exijt. posita
ex de ꝟbo. sig. li.vj. dicit sic. Dicimus ꝙ abdicatio
proprietatis hmōi oium reruꝫ tā in speciali ꝙ̄ ēt in
cōmuni ꝓp deum meritoria est sancta: ꝙ̄ ⁊ christus
viam perfectionis ostendens, verbo docuit: ⁊ exem
plo firmauit: quāqꝫ primi fundatores militantis ec
clesie prout ab ipso fonte hauserant, in volentes ꝑfe
cte viuere per doctrine ac vite ipsoꝝ alueos deriua-
rūt. hec Nicolaus. Ex qbus sequunt duo principa
liter. Primuꝫ ꝙ vsus quarūcūqꝫ reꝝ ꝯsumptibiliū — Et prius
⁊ non consumptibiliuꝫ vsu est separabilis a proprie — dictis qua
tate ⁊ dn̄io in speciali ⁊ in cōi. qd̄ patet ex eo qd̄ di- — tuor hec
cit, dicimus ꝙ abdicatio ꝓprietatis oium rerum in — inferunt.
speciali ⁊ in cōmuni ꝓp deuꝫ meritoria est ⁊ sancta.
sed non esset meritoria ⁊ sancta: nisi esset possibilis.
ergo vsus in oibus rebus est separabilis a proprie-
tate ⁊ dn̄io. Scd̄m qd̄ sequit est: ꝙ christus ⁊ apl'i
habuerunt vsuꝫ reruꝫ oiuꝫ separatum a ꝓprietate ⁊
dn̄io speciali ⁊ cōi. quātum ad cōitatē ipsoꝝ spālem
⁊ propriā. qd̄ patet ex eo ꝙ dicit. ꝙ̄ ⁊ christus vitā
ꝑfectionis ostendens verbo docuit: ⁊ exēplo firma
uit. quāqꝫ primi fundatores militantis ecclie scꝫ a-
postoli prout ab ipso fonte hauserāt, in volētes ꝑfe-
cte viuere per doctrine vite ipsoꝝ alueos deriuarūt.
Tertium qd̄ sequitur est ꝙ sepe dicta verba Petri.
Ecce nos reliquimus oia. sunt intelligenda in spe-
ciali ⁊ in cōmuni quantum ad propietatē ⁊ dn̄iū.
qꝛ in nullo alio euāgelio cōuenientius ⁊ perfectius

docuerunt abdicationem propietatis oĩum rerũ in speciali & in cõi q̃ in verbis istis. Quartum qḋ sequitur ex premissis est: q apli non potuerunt licite retinere predia & agros: vñ in legenda sanctoꝝ apostoloꝝ Simonis & Jude accepta ex libris Aphricani doctoris & epĩ precipui scribit̃ de ipsis aplis sic. Non nobis licet aliquid possidere super terram: qꝛ possessio nostra in celis est: que est eterna vbi immortalitas regnat: & ideo nulla rõne possumus accipere aurum, aut argentum, aut vestes, aut domos, aut predia, aut seruos, aut ancillas. ista oĩa terrena sunt: & morientem hoĩem non sequunt̃: quibus quoꝫ diceret̃: vel aliquantulum accipite qꝛ pauperes & peregrini estis, dixerunt. Non sumus pauperes: qꝛ diuitias celestes habemus. Hec ibi. Nec obstat si dicat̃ q Nicolaus tertius loquit̃ de Chr̃o & aplis inquãtũ prebuerunt exẽplũ perfectis: non ꝯdescendẽdo infirmis & impfectis: qꝛ infirmis imperfectis ꝯdescendẽdo bene habuerunt propietatẽ & dñium aliquarũ rerum. Jstud non obuiat: sed confirmat ꝓpositum: quia saltem ſm hoc ostendendo viam perfectionis perfectis, habuerunt vsum taliũ rerum separatũ & propietate & dñio in speciali & in cõi. Similiter quocunqꝫ abdicauerint proprietatem oĩum rerum in speciali & in cõi ista verba Petri. Ecce nos reliquimus oĩa intelligenda sunt quantum ad abdicationem proprietatis & dominij oĩum rerum vniuersaliter pro tpe quo dicta sunt in speciali & in cõi: ita pro illo tpe habuerunt vsum oĩum rerum quibus vsi sunt, separatũ a proprietate & dñio in speciali & in cõi. Nec est verisimile aut aliquo modo credibile q vlis ecclesia que predictam decre. dñi Nicolai. iij. absqꝫ ꝯtradictione aliqua iam sunt quinquaginta anni & amplius recepit approbauit corpore iuris clausit: publice in scholis per vniuersitates lecta est & vbiqꝫ predicta: per Bonifacium. viij. in. vj. lib. inserta: per Clementẽ etiã. v. in constitutione Exiui de paradiso: in concilio Vienensi edita. Approbata p dñm papam Jo. xxij. in quadam sua extrauaganti que incipit. Quorũdã: corroborata, circa vitã Chr̃i & aploꝝ vsqꝫ nunc fuerit in errore: quum vlis ecclesia in fide vel moribus errare non possit. xxiiij. q. j. hec est. & c. a recta. Ad solutionem etiaꝫ contrarioꝝ que possunt fieri, sciendum est q contingit relinquere aliqua dupliciter. l. simplr & perfecte cum intentione non amplius resumendi: & conuenit relinquere ſm quid tñ & imperfecte: quantũ ad tp̃s cũ intentione iterum resumendi. Petrus aũt in verbis premissis. Ecce nos reliquimus oĩa: loquebat̃ de modo relinquendi oĩa perfecte cuꝫ intentione non amplius resumendi: qḋ patet ex eo q ante ibi premittitur. Si vis perfectus esse & c. occasione cuius Petrꝰ dixit verba predicta. Jnstantie aũt que possunt fieri: loquunt̃ de modo relinquendi imperfecte ad tp̃s cum intentione iterum resumendi: sicut patet Luc. v. Subductis ad terram nauibus relictis oĩbus secuti sunt eum: vbi apli Petrus & Andreas non reliquerunt tunc oĩa simplr & perfecte: sed tñ imperfecte & ad tp̃s cum intentione iterum resumendi: qḋ expresse dicit glo. ordi. super verbis predictis Subductis ad terram nauibus & c. glo. qꝛ adhuc habent voluntatem redeundi: & magister in historia schola. Subductis ad terram nauibus: idest locatis animo redeundi ad eas: secuti sunt aliquantulum: & iterum redierunt ad sua: ad hec magr̃ ibi. Sexto tunc apli non dimiserunt oĩa simplr & vltimate: sed tñ ad tp̃s

Bifariã potest qd relinqui.

cum intentione redeundi: qḋ etiam patet ex glo. sup illo verbo Luce. v. Jam eris ex hoc hoĩes capiens. glo. Nondum eligitur in aplm, sed predicatur et q aliqñ sit eligendus. hec glo. Et super illud Matth. iiij. Relictis retibus secuti sunt eum. glo. Amplius ad propria non reuersi. vbi glosa supponit q prius fuerant post primaꝫ vocationeꝫ ad propria reuersi. Quia potest obijci de Mattheo: qui postq̃ euãgelista dixit. Relictis oĩbus secutus est eum: postea fecit sibi conuiuium magnum in domo sua. Matth. ix. & Luce. v. dicendum q illud vel dictum per anticipationem, sicut sepe scriptura accelerans anticipat tp̃s facti: & postea explicat modũ, & ordinẽ rei geste: vt superius est oñsuꝫ. Vel relictis oĩbus tunc inchoatiue: qꝛ tunc incepit oĩa dimittere: sꝫ nõ cõpletiue: qꝛ cõpletiue postea: sicut de eo scribitur. Surgens secutus est eum: sed inchoatiue & non completiue: qꝛ tũc non Christum secutus cõpletiue: sed postea. Vel relictis oĩbus non simplr & vniuersaliter, sed illis de quibus illi premittit̃. s. negotijs & lucris telonei. de quibus ibi immediate premittit̃: Vidit leui sedentẽ ad teloneum. & ait illi. Sequere me: & relictis oĩbus secutus est eum. Relictis ergo negotijs & lucris telonei secutus est euꝫ. Alia vero facto reliquit postea. licet etiam tunc oĩa reliquerit proposito & animo dimittendi. Quia potest obijci de Jacobo & Joanne q relictis retibus & pr̃e Zebedeo secuti sunt Chr̃m tñ & Matth. iiij. non renuntiauerunt patri vt postea non hẽrent eum pro patre: hoc ideo est qꝛ pater non põt renuntiari quoad gñationem: quin homo natus sit de proprio patre & matre: sed potest sibi renuntiari quantum ad obedientiam q̃ debet filius patri & curam seculi tpalem: sic intelligit̃ xciij. di. diacon. v. in prin. ibi. Dicentes pater & mater non noui vos. Deute. c. penul. Non obstat etiaꝫ qḋ legitur. Mat. viij. q venit Jesus in domum Petri: & tñ iã Petrus reliquerat oĩa post vltimam vocationem. Matth. iiij. & Luce. iiij. qꝛ domus illa non erat sua quoad proprietatem & dominium. sed quoad habitationeꝫ: alὸs sui fuisset dñij ciuitas Bethsaida. quia legitur Jo. j. Erat aũt Philippus de Bethsaida ciuitate Andree & Petri: quod friuolum est. Et eadẽ rõne Nazareth fuisset quod dñium Marie & Joseph: qꝛ legitur Luce. ij. Reuersi sunt in Galileaꝫ ciuitatem suam Nazareth. Et eadem rõne crux in q̇ passus fuit Christus fuisset Christi quoad proprietatem & dominium. qꝛ legitur Matth. xxvij. Angariauerunt vt tolleret crucem eius. Eadem etiam ratione sepulcra in quibus iacebant prophete, fuissent quoad proprietatem corpoꝝ mortuoꝝ: quia legitur Matth. xxiij. Ve vobis: qꝛ edificastis sepulcra prophetarum, que oĩa sunt ridicula: & plura alia in scripturis similia. Jdeo dicendum q sicut ciuitas natiuitatis eoꝝ dicebat̃ esse ipsoꝝ, quantum ad originẽ & habitationem qua ibi habitauerãt prius vel nũc vel quoad dñium quo prius fuerunt dñi eius: non: q tunc essent actu dñi. Sicut Syon dicebatur ciuitas Dauid post mortem suam. j. Machab. j. non q tunc esset eius: sed qꝛ fuerat. Et similiter porticus Salomonis. Jo. x. dicebat̃ post mortem Salomonis: non q tunc esset, sed quia fuerat eius quoquomodo, vel qꝛ fecerat illam construi. Sic etiam dicit̃ Matth. ix. Ascẽdens Jesus in nauiculam transfretauit: & venit in ciuitatem suam. que fuit ad literam Capharnaum. Mat. ii. vnde Aug. Quis dubitat Capharnaum fuisse ciuitatem dñi: q̃ non nascendo

sed miraculis illustrando suam, sed tñ non proprias
fecit? Quia aũt domus illa nõ esset actu Petri vel
Andree quoad dominium: patet per illud quod di-
cit beatus Grego. exponens verba illa Matth. iiii.
dicta de Petro et Andrea. Relictis retibus secuti
sunt eum. vbi dicit. Tanta a sequentib⁹ dimissa sunt,
quanta a non sequentibus concupisci potuerunt. et
ita extunc non videtur ꝙ retinuerunt sibi domum
quoad dominiũ. Ad hoc etiam est glo. super eisdem
verbis: que dicit super verbo sequenti: incessu ſʒ ma
gis obedientia et affectu amplius ad propria non re
uersi: hec glo. et per consequens extunc non retinue-
runt sibi aliquid proprium maxime in reb⁹ immo-
bilibus. Adde quod scripsi. j. in. c. lviii. in. §. sed ↄtra.
versi. quod vero obiicitur. Licet etiã fortassis pos-
set dici ꝙ vocatio Petri et Andree fuit postꝗʒ Chri
stus venit in domũ Petri et Andree: quãuis Mat-
theus prius narret factuʒ vocationis ꝗʒ factum de
domo: tñ Lucas euangelista qui magis in hoc vide
tur texere ordinem rei geste: prius narrat. iiii. c. qũo
Jesus venit in domum Simonis: et post. v. c. narrat
qũo vocauit eos: vbi dicit glo. et accipitur ab origi-
ne: qñ hoc factum sit ignoraſ: qꝛ non semper quod
posterius narratur, est posterius in re. Quomodo
cũqʒ aũt dicatur sic vel sic: postꝗʒ vltimate oĩa reli-
querunt: amplius simpliciter proprium non habue
runt. Quod potest iterum obiici de caligis. Calcia
te caligas tuas. Actuum. xii. et de vestimento. Circũ
da tibi vestimentum tuuʒ. et de tunica. Qui non hʒ
vendat tunicam suam. Luce. xxii. et de gladio. Con-
uerte gladium tuum in vaginam. Mat. xxvi. et Jo.
xviii. xxiii. q. j. §. j. mouere non dʒ: qꝛ non aliter ve-
stimentum Petri fuit suum post aduentum spũssan
cti: ꝗʒ ante: qꝛ vniformiter Petrus vtebaſ suo ve-
stimento: ex quo fuit ad aplãtum assumptus. et cali-
gis et tunica: sed vestimentum quo vtebaſ Petrus
existens in multitudine credentium: non erat Pe-
tri quoad proprietatem et dominium: qꝛ dꝛ Actuũ.
iiii. et. xii. et. j. ca ii. Nec quisqʒ eoruʒ que possidebat
aliquid suuʒ esse dicebat: sed erant illis oĩa cõia, ergo
nec post nec ante fuit proprietarius: nec suuʒ quoad
proprietatem et dominium fuit vestimentuʒ: et si po
stea vniformiter vsus fuerit suo vestimento sicut añ
et post: non fuit magis proprietarius in speciali ꝗʒ
ante. Si ergo vestimentum quo vtebatur in multi-
tudine credentium: non fuit suum quoad proprieta
tem: sed tñ quoad vsum: eadem rõne et fortiori tu-
nica qua vtebaſ in collegio aplorꝫ añ Christi passio
nem, non fuit sua quoad proprietatem: sed solum
quoad vsum: et tñ non fuit magis proprietarius in
collegio Christi et aplorꝫ. ꝗʒ in cõitate credentium:
nec aliter in speciali fuit vsus tunica ante ꝗʒ post. et
eodẽ de gladio. Item si ideo vestimentũ fuit quoad
proprietatem petri: qꝛ scriptuʒ est. Circunda tibi ve
stimentum tuum etc. Eadem rõne panis quẽ come-
derunt filii Israel in deserto. Josue. v. Sap. xvi. fuit
quoad proprietatem et dominium angelorꝫ: qꝛ dici-
citur in ps. lxxvii. Paneʒ angelorꝫ manducauit ho
mo: de conse. di. ii. reuera. et. c. oĩa. et per consequens
homo habuit vsum panis separatum a proprietate
et dominio. Itẽ si ideo vestimentum quo vtebatur
Petrus fuit in speciali quoad proprietatem ipsius:
qꝛ scribitur. Circunda tibi vestimentum tuuʒ. Ea-
dem ratione panis de quo dicitur in ps. xl. Qui ede-
bat panes meos magnificauit aduersuʒ (alã super)
me supplantationem: fuit quoad proprietatem ho-
minis supplantati et comedentis. et ita supplantator
habuit vsum panis separatum a proprietate et do-
minio. Et eadem rõne panis de quo dixit Christus
Jo. xiii. Qui manducat panem meum: leuabit cal-
caneuʒ suum ↄtra me. fuit quoad proprietatẽ Chri:
et non Jude: nisi quoad vsum: et ita Judas habuit
vsum separatum a proprietate panis: et ita vere hoc
pronomen suum tuum et meum vel similia vt res il
lius, in scripturis et modo loquendi cõi est equiuo-
cũ et multiplex ad suuʒ tuuʒ et meum quoad domi-
nium vel quoad vsum ſm quod diuerse requirunt
mẽ. Item qꝛ supra allegatũ est. c. Clementis. dilectis
simis. xii. q. j. ꝙ vsus põt in consumptibus a dñio se
parari: et ↄtra hoc posset dici ꝙ debeat intelligi illud
c. ꝙ rerum diuisio facta est per iniquitatem quoad
dominium: non quoad vsum: et sic non faceret pro
hac parte: dicendũ est ꝙ hac stare non põt et contra
decretum predictum. Clementis est dicentis. Cõis
vsus oĩum etc. Et non dicit Clemens. Cõe dñium
oĩum oĩbus hoĩbus esse debuit: qꝛ in statu innocen
tie fuissent cõia oĩa oĩbus: non solum quoad dñium
rerũ ſʒ etiaʒ quoad vsuʒ siue iuris siue facti. Quoad
vsum iuris: qꝛ ius vtendi quodcunqʒ eis conueniẽs
fuisset cõe oĩbus: et nulli proprium: ideo sicut primis
parentibus fuit traditum dñium cõe, et indiuisum
oĩum inferiorum, ita fuit eis tradita potestas vten-
di oĩbus alimentis cõis et indiuisa: vt patet Gen. j.
c. Et ita vsus iuris nãlis fuisset cõis oĩbus hoĩbus
magis ꝗʒ dñium: vel eque: qꝛ vsus iuris magis erat
intentus pp se in suo ordine: ꝗʒ dñium sicut finis ex
trinsecus eius. qꝛ dñium taliuʒ est aliquo modo pp
vsum magis ꝗʒ econuerso: et diuisio facta fuit ei⁹ rei
cuius prius erat cõio: et prius erat cõio reruʒ quoad
vsum iuris nãlis, ergo postea facta est diuisio rerum
quoad vsum, et non solum quoad dñium. Similiter
vsus facti fuisset cõis oĩbus hoĩbus non in diuisio-
ne entitatis nãlis actus: sed in diuisione volunta-
tis socialis: qꝛ licet idem actus vtendi numero fuis-
set singulorꝫ, quantum ad essentiam entitatis: tamẽ
idem actus vtendi numero fuisset singulorꝫ: quan-
tum complacentiam voluntatis: qꝛ licet idem actus
numero non potuisset esse cõis oĩbus, quantum ad
exercitium operis effectiue: tñ idem actus numero
fuisset cõis oĩbus: quantum ad participium ↄsola-
tionis conglutinatiue: pro quanto quilibet gaude-
bat de commodo alterius sicut de suo: et solatiũ vni⁹
redundasset in singulos: et ita gaudium cuiuslibet
rei fuisset cõe oĩbus per participationem mutue cõ-
solationis, iuxta illud ps. cxxxii. Ecce ꝗʒ bonum et
ꝗʒ iocundum. et pre. c. dilectissimis. vnde super illud
iiii. c. Actu. Multitudinis aũt credentium erat cor
vnum et aĩa vna. glo. or. ex dictis sctõrꝫ collecta. Sic
qui mundum perfecte reliquerant: non de nobilita-
te gñis gloriantes, se aliis preferebant: sed sicut vni⁹
eiusdemqʒ matris ecclesie visceribus editi: iata codeʒ
amore fraternitatis gaudebant. Et ita si homo nõ
peccasset: oĩa fuissent cõia tripliciter. s. quoad dñium
quoad ptãtem vtendi: et quoad cõe solatium reruʒ.
Et post peccatum per oppositum tripliciter facta est
diuisio: quoad proprietateʒ dominii: quoad appro
priationeʒ iuris vtendi: et quoad appropriationem
solatii et gaudii priuati qd hoĩes malis affectati no-
lunt alteri cõicare. Nec obſ. de eo quod dꝛ in pre. c.
dilectissimis: data sunt oĩbus ad habendum: qꝛ nõ
quicquid daſ ad habendum ab eo qui dare potest
datur quoad dñium: qꝛ sepe datur quoad vsuʒ, et nõ

quoad dñium. sicut deus dedit leuitis vrbes ad habendum quoad habitationem: non quoad dñium. vt patet numeroꝝ.xxxv.ca.xiij.q.j.§.his ita. ⁊ sicut etiam dedit Aaron ⁊ filijs eius ad habendū vestes sacerdotales quoad vsum: ⁊ nō quoad dñium. Vñ Exo.xxix.ca. Vestem aūt sanctam qua vtet Aaron, habebunt filij eius post eū.vij.diebus vtet illa: qui pontifex pro eo fuerit constitutus. Et ita dominiuz vestium sacerdotalium erat dei: ⁊ non sacerdotum: q: sacerdotes non poterant ipsas vendere vel alienare: ⁊ ita sacerdotes habuerunt vsum dictarum vestium separatuz a proprietate ⁊ dñio. ⁊ facit ad hoc. xij.q.ij.nulli. Et ibi. Sanctum sanctoꝝ erit. glo. idest ad vsum sanctoꝝ sacerdotum pertinet. ⁊.c. predia diuinis vsibus tradita. ⁊.e can.q.j.eps.ibi.vsibus. ⁊ d con.di.j.vestimenta.ibi.in alijs vsibus. Sed qua ratione vsus illarum vestium fuit separatus a proprietate ⁊ dñio earum: eadez ratione vsus vestimentoꝝ quotidianoꝝ erit separabilis a proprietate ⁊ dñio: q: quecūq: sunt separabilia ad tps eadem ratione sunt separabilia pro semper: quantum est ex nā rerū separabilium. Nec valet quod sepe dictuz est per alios q̧ vsus facti haberi non potest: q: hoc falsuz est, q̄m licet vsus facti non possit haberi permanenter: quo habent entia permanentia: tū bene pōt haberi successiue in fieri: sicut suum esse consistit in fieri: q: vsus facti non est magis fluens q̃ tps: quod tñ fm scripturam dz haberi. vñ Joan.v. Erat aūt ibi homo.xxxviij.annos in infirmitate sua hñs. ⁊ ad Gal. vltimo. Dum tps habemus: operemur bonum ad oēs. ⁊ Joan.ix. Etatem habet: ipsum interrogate. Item non obstat quod posset opponi de pre.c.dilectissimis.ibi. Nec quisq̃ eoꝝ que possidebat aliquid suum ⁊c. ergo apl̄i ante illam conuersionem illorum Judeoꝝ aliqua possidebant ⁊ habebant: ⁊ illa communicauerant conuersis: q: vt supra probatum est ⁊ post suam renuntiationem Apl̄i nihil proprium habebant vel possedebant. Nec Clemens mentionez facit in toto illo passu de proprietate ⁊ dominio proprietatis. ⁊ hoc apparet per primum exemplum de statu innocentie: quū dicit. Communis vsus omnium ⁊c. sed per iniquitatē ⁊c. Constat aūt q̧ in statu innocentie non fuissent oia communia quoad ꝓprietatem ⁊ dñium introductum per iniquitatē: q: illud dñium fuit alterius conditionis ⁊ nature a dominio introducto per iniquitatem: q: illud dñium fuit mere libertatis ⁊ perfectionis nālis: istud vero est dñiuz seruilis necessitatis ⁊ coacte ptātis, q: nisi homines cōactiua ptāte prohiberentur: quilibet vt plurimum vellet si posset, totū vsurpare. Ideo istud dñium distat ab illo dñio sicut violentum a nāli: ⁊ coactum a libero. Similiter ꝑ secundū exēplum ei⁹ patet hoc idē. q: dicit ibi. Deniq: grecoꝝ quidā ⁊c. debere esse amicoꝝ oia communia. Sed bona amicoꝝ non debēt communiter esse communia quoad proprietatem ⁊ dñium: s: quod commodū necessitatis. vnde.j.Machab.xij. Spartiate velut Romani amici Judeoꝝ scripserūt Judeis in hec verba. Pecora nr̄a ⁊ possessiones nr̄e vr̄e sunt ⁊ vr̄e nr̄e: quod non intelligendum quoad proprietatem: sed quoad vite necessitatem. Hoc etiaz patet per tertium exemplum eius. Et sicut non potest diuidi aer nec splendor solis: Ita nec reliqua que data sunt hoībus ad habendum diuidi debere: sed habenda esse oia communia. Constat autez q̧ in aere ⁊ in splendore solis nullus de communi lege vendicat sibi proprietatez

Amicoꝝ oia q̃uodi ci debeāt cōmunia.

nec dominium proprietatis: sed dñium tm̄ nāle: qđ est alterius gñis ab isto dominio qđ est per iniquitatem: vt dictum est: quare Clemens nō loquitur nec intendit inferre q̧ apl̄i habuerunt in speciali nec in cōi quantuz ad cōitatē ipsoꝝ apl̄oꝝ singulare aliqđ dominium proprietatis: quicquid sit de cōitate credentiuz gñali: q: non est verisimile nec probabile q̧ aliquis sapiens intendat inferre in conclusione: qđ nullo modo prelibauit in premissis. quum conclusio in nulla scientia excedat virtutē mediū. Quum ergo Clemens in toto suo processu nihil fuerit de ꝓprietate ⁊ proprietatis dominio preloquutus: sicut patet per oia exempla eius prius adducta: non est verisimile nec probabile q̧ voluerit inferre de apl̄is, q̧ habuissent aliqua quoad proprietatem ⁊ dominium proprietatis: nisi specialiter expressisset: qđ nō fecit, vñ q̧ dz ibi. Nec quisq̃ eoꝝ q̄ possidebat aliquid suum esse dicebat. verbum possidebat accipit ꝓ simpliciter habere absq: proprietate ⁊ dominio. q: aliter esse repugnantia ⁊ contradictio manifesta in dicto: si possidere acciperet ibi iure proprietatis ⁊ dominij: q: tunc esset sensus: nec quisquam eoꝝ que possidebat quoad proprietatem ⁊ dominium: suum esse dicebat quoad proprietatē ⁊ dominiū: qui sensus implicat apertā contradictionē. ergo possidere accipit ibi pro simpliciter habere seu detinere absq: iure proprietatis ⁊ dominij ⁊ titulo possidendi ꝓprio noīe ⁊ hoc clare gl. posita in pre.c.dilectissimis que incipit: ergo aliquis, determinat dicens. Sic ergo aliquis potest possidere rem cuius non potest habere proprietatē ⁊ hec est possessio nālis: non ciuilis. Sed dic possidebat: idest detinebat: sicut seruus dz possidere. ff. de acqui.pos. q̧ seruus ad idem facit qđ no.xij.q.j. non dicatis in glo. nunquid. Ex quo vlterius patet propositum: q: abdicatio apl̄oꝝ in cōitate gñali credentiuz non fuit altior ⁊ perfectior abdicatione ipsoꝝ extra illam cōitatem cum Christo: sed apl̄i in cōitate gñali omnium credentium non possiderunt quoad ꝓprietatē ⁊ dominium aliquid in speciali: nec in cōi quoad cōitatem ipsoꝝ specialē ⁊ propriam: q: illud quodcunq: fuisset, non fuisset cōe toti multitudini credentium, sicut quod est proprium cōitatis specialis, non potest esse cōe toti cōitati gñali: q: ꝓprium partis, non est cōe toti: scriptura aūt Actuum.iiij. dicit. q̧ nec quisquā eorum qui pos.⁊c. ergo apl̄i nec ex̄ illam cōitatem vna cū Chr̄o aliquid possederunt in speciali: nec in cōi quoad proprietatem ⁊ dominiuz. Aliter sequeretur q̧ apl̄i fuissent magis proprietarij in ꝓpria cōitate cuz Chr̄o: q̃ fuerunt in cōitate gñali credentium: quum in cōitate gñali credentium non ponantur fuisse proprietarij nec in speciali nec in cōi quantum ad ipsoꝝ cōitatem specialem ⁊ ꝓpriam. Item cōitas apl̄oꝝ in illa multitudine credentium quoad abdicationez ꝓprietatis tenuit locum vnius persone specialis seu singularis. q: sicut nulla persona specialis retinuit sibi aliquam ꝓprietatem in speciali in illa multitudine: ita nec tota cōitas apl̄oꝝ ꝓpria retinuit sibi aliquam ꝓprietatem in illa multitudine credentiuz. Sed cōitas apl̄oꝝ non retinuit quoad abdicationē ꝓprietatis locū vnius persone specialis in illa multitudine: nisi quia abdicatio proprietatis in speciali ⁊ in cōi quacūq: cōitate speciali citra cōitatem generalem totius ecclesie: cuius typum ⁊ figuram gerebat illa ecclesia primitiua: est perfectior. ⁊ maioris excellentie: q̃. abdicatio ꝓprietatis omnium tm̄ in

speciali: & non in communi. aliter. n. frustra & inutiliter ac ociose communitas apl'orum renunciasset proprietati omnium in illa multitudine: nisi abdicatio proprietatis omnium in speciali & in com̄i quacunque cõitate speciali esset perfectior & altior: q̄ abdicatio proprietatis omnium tm̄ in speciali & non in cõi. Aliter. n. frustra & inutiliter ac ociose communitas apl'orum renunciasset proprietati omnium in illa multitudine: nisi abdicatio proprietatis omnium in speciali & in communi quacunque cõmunitate speciali esset perfectior & altior, q̄ abdicatio & proprietatis omniũ tm̄ in spāli & non in communi: quia frustra & inutiliter quis se obligat ad gradum abdicationis arctiorem & maiorem, nisi consequatur inde perfectionem aliquam maiorem: vt supra dictum est. versi. Item ad hoc est ratio. Et sicut in ecclesia primitiua, que gerebat typum & figuram presentis ecclesie: fuit perfectionis vl'r apud oẽs illius ecclesie abdicare proprietatem cuiuslibet rei in spāli & in communi quacunque communitate spāli citra communitatẽ gñalez illius ecclesie. Ita nunc in ecclesia presenti est perfectionis saltem in aliquo statu spāli apud aliquos viros perfectos abdicare proprietatem cuiuslibet rei tã in speciali q̄ in communi quacunque communitate speciali citra communitatem gñalem totius ecclesie: quia dicere q illud quod tunc fuit perfectionis simpl'r apud oẽs: nunc non possit esse perfectionis in aliquo statu speciali: est ridiculum: quum nã rerum non sit immutata nunc plus q̄ tunc. Et talis status si ponatur: quicunque fuerit habebit vsum omnium reruz separatum a proprietate & dominio in speciali & in communi. sicut habuit quilibet status seu ordo specialis ecclesie primitiue. Et talem statũ abdicationis omnium rerum in speciali & in communi: elegit beatus Franciscus pro se & ordine suo sicut patet per declarationes multorũ summorũ pontificum, vt est supra in. c. lv. in. §. porro. in prin. est euidentius declaratũ. Quem statum stulte & fatue elegisset & ecclesia approbasset: nisi abdicatio proprietatis omnium reruz in speciali & in communi esset maioris meriti: q̄ abdicatio proprietatis omnium rerũ in spāli & nõ in cõmuni: quia frustra & stulte quis se obligaret ad gradum vite arctiorem & difficiliorez sicut est iste: vt patet ex de verb. sig. exiit. li. vj. §. vnde vos ibi, tenent plus q̄ ceteri christiani &c. & j. ver. ceterorũ. ibi, christi semitas arctius elegerunt: nisi ex hoc ordinaret ad gradum perfectiorem altiorẽ & maiorem: vt dictuz est. Quod aũt talem statum elegerit beatus Francisc9, patet per declarationes Romanorũ pontificũ. Gre. ix familiaris beati Francisci. Innocen. iiij. Ianuen. de dodo de fliseo, luminis iuris: qui fecit apparatuz. Innocen. Alexandri. iiij. Nicolai. iij. Clementis. v. Jo. xxij. in sua extraua. que incipit. Quorundã. Ex quibus declarationibus luce clarius constat q abdicatio proprietatis omnium rerum in speciali & in cõmuni sit maioris perfectionis & meriti quã abdicatio proprietatis omnium rerum in speciali: & non in cõi vt supra dictum est. Et q vsus potest in consumptibilibus a dominio separari. Nam sicut dictum est: frustra & fatue se beatus Franciscus pro se & ordine suo ad talem expropriationem in spāli & in communi s'm determinationem predictorũ Romanorũ pontificum obligasset: nisi talis abdicatio esset perfectior & altior seu maioris meriti ex gñe operis operati: q̄ abdicatio proprietatis tm̄ in spāli & non in communi. Frustra etiam & fatue ecclesia Romana talem expropriationem approbasset & priuilegijs innumeris dotasset: nisi talis expropriatio esset ex gñe operis operati perfectior expropriatione rerum tm̄ in spāli, & non in communi. Quod non est dicendum d' sctõ Francisco nec de Romana ecclesia matre omniuz & magistra. ex de priuil. antiqua. de sum. tri. c. ij. in fi. xxij. dist. c. j. quia frustra & inutiliter Romana ecclesia exponeret aliquez ordinem ad modum viuendi difficiliorem & laboriosorem: nisi per hec exponeret & intenderet exponere eum ad gradum perfectionis & meriti ex gñe operis perfectiorem & altiorem etsi in tali ordine sic multipliciter ab ecclesia cõfirmato & declarato: in quo nihil potest etiam in cõi propriuz possideri non separaret in cõsumptibilib9 vsus a dominio: ecclesia periculosum statum approbasset. & in eo professis perplexitatem & laqueum iniecisset contra apl'm. j. ad Corin. vij. ibi. Porro hoc ad vtilitatem vestram dico: non vt laqueum vobis iniiciam: sed ad id quod honestum est. & q facultatem prebeant sine impedimento dñm obsecrãdi. & xxvij. q. j. de viduis. ij. xiij. di. nerui testiculorũ: ex de resti. spo. literas §. porro. versi. sicque. Quare manifeste sequit' & aperte ex oĩbus supradictis, q abdicatio proprietatis omnium in spāli & in communi est perfectior & eminentior ex gñe operis operati, abdicatione omnium tm̄ in spāli & non in communi: & abdicatio apl'orũ fuit perfecta ex genere operis operati: non minus abdicatione fratrum minorũ: immo fratrum minorũ est illa abdicatio & professio que & apl'orũ: vt ex de verb. sig. exiit. §. porro. li. vj. ergo apl'i oĩa quoad proprietatez & dñium reliquerunt in spāli & in communi. Quod etiam patet ratione euidenti necessarij: quia cuius causa proxima & immediata non stat cum summa perfectione: nec ipsum potest stare cum summa perfectione: sed diuisio quecunque dominiorũ personalis vel collegialis venit causaliter & immediate ex nonnulla diuisione animorũ: sicut per oppositum communio dominiorũ venit per se et immediate ex communione & indiuisione animorũ: vnde quia in statu innocentie nulla fuisset animorũ diuisio: ideo nulla fuisset diuisio dominiorũ. sicut aperte colligit'. viij. di. §. j. & quia corda amicorũ sunt aliquo modo connexa in dilectione: ideo bona ipsorũ sunt aliquo modo communia participatione & s'm gradum connexionis amicorũ adinuicem in dilectione, sic est proportionaliter gradus communitatis bonorũ eorũ in cõmunicatione: Et propter hoc scriptura Actuuz. iiij. volens reddere rationem & causam propriam quare bona primitiue ecclesie fuerunt communia oĩb9 credentibus: assignat pro ratione & causa propria ac immediata communionem & indiuisionem eorum perfectam inter se, dicens. Multitudinis aũt credentium erat cor vnum & aĩa vna: nec quisq̄ eoruz que possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis oĩa communia. Ecce quare nullus eorũ dicebat aliquid esse suum: sed erant illis oĩa communia: q: erat cor illis vnum & anima vna. ista fuit causa per se cõmunis bonorũ ipsorũ: ideo scriptura prius premittit perfectam communionem & indiuisionem cordiuz eorũ inter se sicut causam propriam, & secundo consequenter subiungit communitatem bonorũ sicut effectum proprium ex propria causa: ergo sicut communio bonorũ venit vl'iter ex communione animoruz, ita per oppositum diuisio dñiorũ venit vl'r ex aliqua seu nonnulla disiunctione aut certe imperfecta vnione animorũ: que non stat cuz perfecta charitate: que

Diuisionis dominiorũ rã.

est vni-

ad predicandum, non interdixit eis simplr pro omni tpe ne portarent pecuniam, ⁊ ne haberent duas tunicas:⁊ ne portarent calciamenta:sed soluȝ in via pro tempore predicationis:qꝛ post reditum a predicatione poterant licite talia hẽre aliquando vt opponitur talia habuerunt. Quod non põt stare cum veritate euangelica:qꝛ vt scribit Joan.xij.⁊.xiij.c. chrũs commiserat Jude dispensationem loculoꝝ in quibus mittebantur ea que portabant. Sed si aplis fuisset licitum cõiter portare post reditũ a predicatione pecuniã:tunc pecunia eis necessaria non fuisset posita:nec missa in loculis post reditum a predicatione:sed solum pro tpe predicationis: quia nõ est verisimile ꝙ tantam habuerint pecuniam:ꝙ nõ potuerint eam secum portare:hoc aũt est falsum: qꝛ ꝑ tempore illo quo Judas dixit Joan.xij. poterat hoc vnguentum venundari plus ꝙ̃ trecentis denarijs ⁊ dari pauperibus:iam tunc redierant a predicatione:⁊ nõ ibant tunc ad predicanduȝ:qꝛ hoc dixit in Bethania qñ Martha ministrabat ⁊ effudit vnguentum sup pedes christi:⁊ pro tunc dixit euangelista ꝙ hoc dixit Judas eo ꝙ loculos habebat in quibus mittebant ea que portabantur ergo ea que mittebant christo ⁊ aplis post rediuȝ a predicatione:mittebantur in eis ⁊ in seruabantur. Simlr qñ christus dixit Joan.xiij. Jude: qd facis fac citius: tunc apli non ibant ad predicandũ, sed redierant a predicatione:qꝛ hoc dixit christus in Hierusalem tẽpore cene:sed tunc putauerunt apli aliqui: vt refert euangelista:ꝙ christus dixisset Jude:eme ea q̃ sunt opus nobis ad diem festuȝ:aut vt egenis aliquid daret.eo ꝙ Judas loculos habebat:ergo post redituȝ a predicatione pecunia in loculis mittebat ⁊ conseruabat:alioquin discipuli non putassent ꝙ chrũs post reditum a predicatione dixisset Jude:eo ꝙ loculos habebat. Eme nobis necessaria pro die festo, aut egenis aliquid daret:ergo post reditum a predicatione, pecunia que portabat in loculis mittebatur ⁊ cõseruabat:⁊ per consequens post reditum a predicatione apli cõiter non portabant pecuniam:nec portare poterant:nisi fortassis in casu necessitatis extreme ab omni lege accepte:de con.di.v.discipulos. Et hoc est qd dicit Joan Chrysostomus sup illud Joã. xiij. Quidam aũt putabat qꝛ loculos habebat Judas ⁊c.vbi sic dicit. Et nimirũ nullus discipuloꝝ pecunias afferebat: sed per hoc ꝙ hic dicit occulte insinuat:ꝙ quedã mulieres eum de suis facultatibꝫ nutriebant.hec Chrysostomus. Et ita sm Chrysostomũ, nullus discipuloꝝ tunc pecunias afferebat:⁊ tñ tunc apli ad predicandum non ibant. Et proptꝫ rea si talia fuerunt eis interdicta solum pro tempore predicationis:⁊ non post rediuȝ a predicatione: tunc fuisset visa quedam simulatio ⁊ spiritus hypocresis maiorem paupertatẽ pretendendo exterius coꝛãdo coram hoĩbus:ꝙ̃ interius seruarent apud seipsos:qd de Christo ⁊ aplis sentire nefas est.c. bonum xij.q.j.nolo.⁊ profanum mendacium est exterius more pauperuȝ mendicare:⁊ interius more diuitum abundare ⁊ vita sanctoꝝ paupertatem vniformiter seruat.xij.q.j.clericus. Itẽ apli minus indigebant calciamentis ⁊ duabus tunicis in domo qñ stabant sub tecto:ꝙ̃ indigẽbant extra domuȝ, qñ ibãt ad predicandum:si ergo tunc fuit eis inhibitũ multo potius in domo. Itẽ predicatores veritatis dñt oñdere vitã exemplarẽ:⁊ nõ solũ quuȝ vadũt ad predicandũ:sȝ ẽt ante ⁊ post reuersioneȝ:alioquin deficiens añ vel post magis predicationeȝ infirmaret ꝙ̃ ꝯfirmaret.c.op.xliij.di.sit recto.xxxvj.di.§.ecce.viij.q.vij.§.Item testat. Sed christus interdixit talia apostolis:vt ex eoꝝ vita mirabili ⁊ venerabili eoruȝ doctrina testimoniuȝ acciperet:⁊ veritati rerum facta non verba sola fidẽ darent:vñ dñs in Joan.x.c. Si mihi non creditis opibꝫ credite:vbi Aug. Ut Chrũs non verba:sed facta testimonium darent. ⁊ Grego. Plus mouent facta ꝙ̃ verba.ergo talia interdixit non solũ pro tpe predicationis sed ẽt ꝑ quolibet tẽpore. Et hoc est qd dicit Chrysostomꝫ sup Matth. Homil.xxij.sic: Neq.n. a signis volebat apparere clarus solum:sed ẽt añ signa a propria virtute:nihil enim sic monstrat pħiam sicut non superfluis vti.⁊ sm qd possibile est in nullo indigere: hoc ⁊ pseudo apli nouerant:pp qd Paulus dicebat.ij.ad Cor.x. vt in eo in quo gloriantur inueniantur sicut ⁊ nos. Si aũt in aliena patria existentes, ⁊ ad ignotos abeuntes nihilominus amplius opꝫ petere quotidiano cibo:quantomagis domi manentes.hec Chrysostomus. Et ita sm Chrysostomũ:si talia non licebant aplis tpe predicationis:multominus licebant eis post reditũ a predicatione qñ erant domi. Item talia fuerunt aplis interdicta.non solum pp doctrinam euangelij ne.s.ipsam venalem facerent:sed etiã pp grãm curationum:⁊ potentiam signoꝝ: ne ipsa vendere viderentur:vñ christus de vtrisqꝫ.s.de verbis doctrine:⁊ signis potentie precepit aplis Mat. x. Gratis accepistis gratis date.j.q.j quicquid:extra de magistris.c.ij.sed apli habebant grãm curationũ ⁊ efficaciam signoꝝ seu miraculoꝝ, non solum quando exibant ad predicandum.sed etiam postꝙ̃ reuertebantur a predicatione ⁊ anteꝙ̃ exirent ad predicandum:qꝛ potestas miraculoꝝ fuit data aplis permansiue ⁊ stabiter:⁊ non transitiue ⁊ instabiliter ꝑ interualla temporꝫ:propter quod Act.v. legitur de aplis: Per manus aũt aploꝝ fiebant signa ⁊ prodigia multa in plebe. Et sequitur ibi: Magis autẽ augebatur in dño credentium multitudo viroꝝ ac mulierum:ita vt in plateis eijcerent infirmos:⁊ ponerent in lectulis ac grabatis:vt veniẽte Petro saltem vmbra illius obumbraret quẽquam illoꝝ: ⁊ liberarentur oẽs ab infirmitatibꝫ suis. Currebat aũt ⁊ multitudo vicinaꝝ ciuitatum in Hierusalem afferentes egros ⁊ vexatos a spiritibus immundis:qui curabant omnes. Ergo talia fuerunt interdicta apostolis:non solũ pro tpe predicationis: sed etiam pro quolibet tpe:siue post predicationem: siue ante sicut gratia signoꝝ fuit eis collata pro quolibet tempore opportuno:siue tpe predicationis:siue tpe alio. Item illud quod non licet nisi in casu necessitatis dispensatiue ex speciali dispensatione: simpliciter ⁊ absolute non licet:qꝛ cessante casu ⁊ dispensatione speciali, non licet.j.q.vij.quod pro remedio.sed predicta non licuerunt aplis post reditum a predicatione si eis licuerunt nisi in casu necessitatis dispensatiue ex speciali dispensatione:ergo talia simpliciter ⁊ absolute nõ licuerũt eis post reditũ a predicatione. Minor propositio patet per illud qd ipse saluator legitur dixisse aplis post redituȝ a predicatione Luce.xxij. Quãdo misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil Jesus vero ait illis: Nunc aũt qui habet sacculũ tollat. similiter ⁊ perã ⁊ qui non hꝫ vendat tunicã suaȝ ⁊ emat gladiuȝ. In quibꝫ verbis saluator itelligẽdo ipsuȝ ad literã manifestẽ dispẽsauit

rum aplis tpe mortis sue pp instante necessitatem psecutionis, ꝙ possent talia hẽre que ab ipso eis aĩs fuerant interdicta qđ pꝫ ex eo qđ dixit: Sed non q hꝫ sacculum tollat: similiter ⁊ peram: ergo antea apłis cõiter post reditum a predicatione talia non licebant, sꝫ fuerant eis regulariter interdicta: vñ sup predictis verbis Luce.xxij. Beda, ⁊ glo.ordi. sic dicunt. Non.n.eadem viuendi regula persecutionis, que pacis tpe discipulos informat. Missis quidem discipulis ad predicandum: ne quid tollerent in via precepit, ordinans.s. vt qui euangelium annunciãt de euangelio viuant. Instãte vero mortis articulo, ⁊ tota illa gente pastorẽ simul ⁊ gregem persequente, congruã tpi regulam decreuit: permittens vt tollat victui necessaria, donec sopita persecutoꝝ insania tps euangelizandi redeat. In hoc quoqꝫ nobis daf exẽplum, iusta nonnunq̃ causa instante quedam de nostri rigoris proposito posse sine culpa intermitti. ad hoc idem facit qđ dicit Chrysostomus super eisdem verbis sic, Et quidem qñ nec calciamenta: nec zonam habebant baculum: nec ex nullius sunt passi penuriam: vt aũt marsupium eis concessit ⁊ perã. esurire videntur ⁊ sitire ⁊ nuditatem pati: ac si eis diceret: hactenus cuncta vobis vberrime affluebant: nunc aũt volo vos ⁊ inopiam experiri. Ideoqꝫ non addico necessitati pristine legis: sed mando loculum hẽe ⁊ peram: poterat.n. dñs vsque in finem in tantum constituere copiã, sed noluit ob multas causas: primo quidem vt nihil sibi tribuerent: sed recognoscerent totum sibi emanasse: secundo vt moderari sibi sciant. tertio ne maiora de se opinentur. Hoꝝ triũ causa permittens eos incurrere multa inopinatoꝝ relaxauit prioris legis rigorem: ne grauis ⁊ intolerabilis fieret eis vita: hec Chrysostomus. Et ita fm Bedam Chrysostomum ⁊ glo. christus dispensatiue relaxauit ad tps prioris precepti rigorem. Et si nunq̃ aliquis dixisset hoc, pꝫ euidenter ex eo qđ dixit. Et qui non hꝫ: vendat tunicam suã, ⁊ emat gladium. Certũ est aũt ꝙ apłis non licuit ante vel post portare arma ad offendendum nec ad defendendũ: qꝛ vt dicitur.ij.ad Cor.x. Arma nostre militie nõ carnalia: sed potentia dñi ad destructionem inimicoꝝ. ⁊ Matt.v. Chꝛs dixit discipulis: Ego aũt dico vobis non resistere malo. ⁊.j.ad Cor.xij. ⁊ Roma.xij. Nõ vos defendentes charissimi: sed date locũ ire: ⁊ q̃ hic satis.xxiij.q.j.§.j.⁊.q.iij.§.j.⁊.q.viij.§.j. Ergo Chꝛs tpe passionis pp imminentem timorem dispensatiue concessit apłis ꝙ possent portare gladios vnde nunq̃ nec ante nec post leguntur gladios portasse: nec habuisse. Et eadem ratione dispensatiue cõcessit eis tunc sacculum ⁊ peram pro seipsis. Ex quibus pꝫ etiam ꝙ illi duo gladij non fuerunt apłoꝝ quoad proprietatem ⁊ dñium: qm̃ vt dictum est apłi ante christi passionem non portabant gladios: nec arma alia: nec tunc illos gladios emerant seu alio modo acquisierant: qꝛ statim quam christus dixit: Qui non hꝫ: vẽdat tunicã suã ⁊ emat gladium: Petrus immediate rñdit dño: Ecce gladij duo hic. Et infra inter verba christi ⁊ responsionem Petri non potuissent apłi illos gladios emere: nec alio modo acquirere, ergo predicti gladij non fuerunt apłoꝝ quoad dñium, sed solum dispensatiue quoad vsum: fuerunt aũt vel illius hospitis vbi cenauerant: vel alicuius alterius persone que eos adduxerat: vñ nec Petrus dixit: Nos habemus duos gladios: sed dixit, Ecce duo gladij hic. que non fuerant verba proprij: sed plus alieni dñij. Nec obstat ꝙ christus dixit Petro: Cõuerte gladiũ tuum in locũ suum: vt Mat.xxvj. qꝛ sicut Christus dixit Petro: Cõuerte gladiũ tuum: ita dixit, sibi in locum suum: ⁊ tñ locus gladij non fuit gladij quoad dñium. sed quoad repositionem ⁊ receptaculum. Ita gladius fuit dictus Petri non quoad dñium: sed quoad dispensationem ⁊ ministerium. Item non est verisimile, ꝙ Chꝛs dei filius iret discalciatus ⁊ nudis pedibꝰ: ⁊ apłi hoĩes plebei incederẽt calciati: hoc.n. fuisset valde reprehẽsibile ⁊ ↄfusibile ſ apłis: maxime postq̃ fuerũt missi ad predicandũ. Quia.n. dñs ⁊ magister incederet discalciatus: ⁊ discipulus ⁊ seruus incederet calciatus fuisset monstrosum ⁊ irrationabile: sed christus omni tempore postq̃ incepit predicare: incessit discalciatus siue eundo ad predicandum: siue redeundo a predicatione: ergo ⁊ apłi similiter: ⁊ per consequens preceptum de non portando calciamenta: nõ fuit ad tps: sed pro semper. Et eadem ratione preceptum de non portando pecuniam: non fuit ad tps: sed pro semper ⁊ continuo: nisi forte in casu necessitatis. Maior propositio est clara. Minor propositio pꝫ: qm̃ christus qñ iuit ad domum Pharisei vt mãducaret, cum illo: sicut legif Luce.vij. tunc non iuit ad predicandum: sed ad conuiuandum: sed tunc mulier que erat in ciuitate peccatrix: lachrymis rigauit pedes christi: ⁊ capillis capitis sui tersit: ⁊ osculata fuit pedes eius ⁊ vnguẽto vnxit pedes eius: vt Lucas refert: sed tunc commode ⁊ conuenienter predicta mulier non potuisset lachrymis pedes eius rigare: nec capillis tergere: nec osculo pedes eius osculari: nec vnguento pedes eius vngere: si christus calciatus fuisset: nec legitur ꝙ se tunc discalciauerit: aut mulier (qđ fuisset indecens) aut alius quis: ergo tũc erat discalciatus. Similiter in Bethania ante sex dies pasce, qñ discũbebat cũ Lazaro ⁊ Martha ministrabat: sicut legif Joan.xij. tunc Chꝛs nõ iuerat ad predicandum: sed ad cenandũ: sed tunc Maria effudit vnguentũ super pedes Jesu: ⁊ capillis suis tersit, que silr conuenienter facere non potuisset: nisi christus pro tunc discalciatus fuisset: ergo tunc christus discalciatus erat. Silr in cena: qñ lauit pedes discipuloꝝ: tũc non ibat ad pdicandũ: sed tunc legif Joan.xiij. deposuisse vestimenta sua: ⁊ iterũ reassumpsisse ea: non aũt calciamenta: ⁊ tñ nõ est dubium, ꝙ erat discalciatus: sicut erant apłi quoꝝ pedes lauit: vt se eis conformiter coaptaret: ex̃ de vi. ⁊ hon. cleri. deus: nec etiã tunc apłi leguntur deposuisse nec reassumpsisse calciamenta. In passione etiã legif Joan.xviij. ꝙ milites diuiserunt vestimenta christi: ⁊ super tunicam inconsutilem miserunt sortem. de calciamentis aũt chꝛi nihil legif fuisse factũ: vñ Hieronymus ad Eustochium: Discipuli sine calciamentoꝝ onere ⁊ vinculis pellium ad predicationẽ noui euangelii destinanf. Et milites vestimentis Jesu sorte diuisis caligas non deuiserunt: qꝛ caligas nõ habebat quas tollerẽt. nec.n. poterat habere dñs quod prohibuerat in seruo. Ex quibus oĩbus euidenter colligif: ꝙ chꝛs dei filius exceptis sandalijs: de quibꝰ Mar.vj. ⁊ que Rome in sanctasanctoꝝ: cũ capitibꝰ apłoꝝ Petri ⁊ Pauli, ⁊ alijs ibi reliquijs ↄseruantur: ⁊ q̃ Papa Nicolaus.iij. Romano populo cũ predictis capitibus ostẽdit. Calciamenta alia non habuit: nec portauit: ⁊ per consequens nec apłi eum sequentes: qꝛ valde dissonum fuisset, ꝙ christus discalciatus: ⁊ apostoli calciati incessissent: vnde in preceden. cap. Caligas, ⁊ calciamenta neque chꝛs: neqꝫ apłi habuerũt

Luc.xxii. Quñ misi vos sine sacculo & sine pera & calciamentis. Hieronymus li.ij. cõtra Jouinianum ait: Nunquid oĩbus preceptum est ne duas tunicas habeant: ne cibos in peris: ne in zonis: calciaméta in pedibus: vt vendant vniuersa que habent & dent pauperibus & sequantur Jesum: sed his qui volunt esse perfecti. Alioquin aliquid militibus a Joanne baptista perciperet Luc.iij. xxiij.q.j. paratus in fi. & c. ea. militare in fi. publicanis, hucusq; Hieronymus. Itẽ idẽ ad Heruncia: apli toto orbe peregrini: nec es in zonis: nec virgã in manu: nec caligas habuere in pedibus. Itẽ Ambrosius de fuga seculi. Jesus discipulos sine calciamentis misit: ne secũ terrena portarẽt. Item Hieronymus ad Eustochiũ: Moyses: Exo.iij. & Jesus naue. Josue.v. in fi. nudis in terra pedibus iubent incedere: & discipuli xp̃i sine calciamentoꝝ onere: & vinculis pelliũ, nudi ad predicationẽ euãgelij destinant. Mat.x. Itẽ Chrysostom⁹. Una tunica induti: & discalciati circuierunt & oẽs superauerunt apli: vltima Homil. sup Mat. Eusebius ẽt in laudẽ Origeñ. vij. libro ecclesiastice historie ait: Ante oĩa vero precepta euangelica & voces saluatoris summo amore & studio implendas esse censebat quibus precipit Mat. x. Luc. ix. duas tunicas non habendas: nec calciamentis vtendũ: nec de crastino cogitandũ. Mat.vj. Item Greg. Nazãzenus, Desiderabã inquit & intentis ac pendentib⁹ oculis requirebã videre cupiens sanctũ illũ psallentẽ choꝝ laudem & gl̃iam offerentẽ dño: qui in lege dñi meditant die ac nocte. ps j. Qui ad exẽpla & cõmonitionem melioris vite oĩbus viuunt, legis dei atq; euãgelij taciti predicatores: in quibus quoq; ipse habitus prefert virtutis insignia: hirsutũ caput: incultis & horrentibus comis: pedes nudi & aplicis similes indumenti vtilitas: arrogantiã seculi superbiamq; condẽnans, zona ipso suo neglectu preciosior parũ quid cohibens vestimenti. Nec etiã primi parentes nostri post peccatum calciati: sed discalciati incessisse creduntur: qd̕ pꝫ ex eo qd̕ legitur Gen.iij. sic Fecit quoq; deus ade & vxori sue tunicas pelliceas: & induit eos. de peni. di.j. Adã. non aũt legitur ꝙ fecerit eis calciamenta. vñ & dñs dixit de muliere ad serpẽtem ibi: Tu insidiaberis calcaneo illius: & ipsa conteret caput tuum. Si aũt mulier calciata incessisset: serpens eius calcaneo ad literam insidiari non potuisset: vel insidiando nocere non potuisset. Deus ẽt mandauit Moysi: vt patet Exo.xxviij. ꝙ faceret vestes sacerdotales Aaron & filijs ei⁹: de calciamentis nihil dixit. Similiter filij Israel obtulerunt deo vestes sacerdotales Aaron, sed non calciamenta. Exo.xxxviij. Similiter deus mandauit Moysi ꝙ spoliaret Aaron fratrem suum in morte: & indueret Eleazarum filium eius pro eode calciamentis non dicit Num.xx.c. Precipui etiam prophete, vt Helias & Joan. baptista percursores dñi: legunt habuisse vestimenta & zonam pelliceam: non aũt calciamenta. iiij. Reg.j. & Mat.iij. & Mar.j. & Luce.iij. & Esaias discalciatus incessit tribus annis. Esa.xx. Angeli quoq; in nouo & veteri testamento in forma & specie humana apparentes vestiti & non calciati apparuisse legunt. Mat. & Mar. vltimo & Luce & Joã. penult. & Act.j Daniel.x. & xij c. Tobie.v. & vsq; ad xij. Angeli quoq; qui apparuerunt Abrae, & Loth nudi pedes apparuisse creduntur: pp qd̕ eoꝝ pedes lauare rogauerunt. Gene.xviij. & xix.c. In transfiguratione quoq; dñs vestitus: non calciatus apparuisse describitur Mat.xvij. & Mar.ix. & Luce.ix. Nec obuiat ꝙ Joan. baptista dicit: Non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Mat.iij. Marc.j. Luce.iij. & Joan.j. qm̃ calciamenta quantum ad literam accipiuntur pro sandalijs: vt pꝫ Marc.vj. licet Joannes magis mystice ſm Grego. in Homil.s. ꝙ non erat dignus Joan. soluere i. explicare mysterium incarnationis christi: quã literaliter de christi calciamentis loqueretur: hoc idẽ dicitur in Petro Act.xij. Calcia te caligas tuas: qꝛ calige ſm ꝙ ibi dicit Beda accipiuntur p sandalijs vel soleis: qꝛ calige dicuntur a calo pedis, eo ꝙ ligentur ad calũ. vñ ſm eundem Bedam pro caligis vel caligulis grec⁹ habet sandalia: hoc. n. genus calciamentoꝝ legitur in euangelio Mar.vj.c. aplis fuisse concessum. Cui consonat Papias dicens, Calige vel caligule: idest sandalia dicta sunt a calo pedum vel quasi a colligẽdo: qꝛ ad pedes ligentur. Sic etiã intelligit caligas Petri ṽ calligulis vel soleis: id est sandalijs Joã. cassia in primo libro institutionũ monachoꝝ egyptiorum in.c. calciamenta dicens de monachis egyptijs Calciamẽta vero velut interdicta euãgelico Mat. x. precepto recusantes: quñ infirmitas corporis vel hyemis rigor, seu meridiani estus feruor exegerit, tantummodo caligis suos muniunt pedes: hoc significantes vsu eaꝝ permissione dñica concessaꝝ. Mar. vj. vt. si in hoc mundo constituti cura & solicitudine carnis huiõi oĩmodis exuti esse non possumus: saltẽ occupatione leui necessitatẽ corpis expleam⁹: ne vestre pedes. i. affectus ſm Aug. qui expediti ad spiritualem cursum & predicationem. euangelij pacis semp debent esse parati. Esa.lij. viij.q.j. olim, quib⁹ post odorẽ vnguẽtoꝝ chr̃i currimus. Can.j. de qbus David in ps. lxj. currũ in siti: morticinis seculi huius curis patiamur inuolui: de his. s. cogitantes que non ad supplendam necessitatem nr̃ã, sed ad superfluam noxiamq; pertinent voluptatẽ: qd̕ ita implebimus si ſm aplm, carnis curam non fecerimus in desiderijs, de cõ. di.v. nõ mediocriter. in fi. & Rom. xiij. hucusq; Joã cassia. Et sic pꝫ ꝙ preceptũ de nõ portãdo calciamẽta: fuit datũ aplis simplr & absolute p quocũq; tpe: & nõ pro tpe predicationis tm̃. vñ ſm ꝙ refert Mat.x. p̃cepit christus apostolis simpliciter & absolute ne portarent pecuniã, dicẽs: Nolite possidere auꝝ & argentũ: neq; pecuniã in zonis vr̃is: in qua parte p̃cepti nihil ponit de via: sꝫ absolute fuerunt eis inhibita: licet Marcus.vj.c. & Luc.x.c. dicant ꝙ p̃cepit eis. Ne quid tollerent in via: neq; perã: neq; pecuniã &c. qꝛ illa que interdicunt aliquibus simplr & absolute: interdicunt eis p via & in via c. eoꝝ q̃ legunt & no. ex̃ de trasla. inter corpalia §. sed nec illud & in glo. c. qd̕. & de priuil. qꝛ circa. licet etiã dñs vtroq; mõ potuerit eis talia interdicere. Ideo Mattheus refert vnum modum. Marcus vero & Lucas aliũ modũ interdicendi. Sꝫ Matthe⁹ magis videt referre distinctẽ seriẽ & ordinẽ p̃cepti ſm formã & modũ eis datũ: ideo post verba p̃missa subiungit dicens. Nõ perã in via: neq; duas tunicas: neq; calciamenta: neq; virgã. Et ita ſm Mattheũ auꝝ & argentũ & pecunia fuerunt eis interdicta simpliciter & absolute. Pera vero fuit eis inhibita per se & directe in via: qꝛ perã ꝯsueuit homo portare maxime in via ideo perã inhibuit eis p se & primo i via. Ex ꝯsequenti aũt inhibuit eis in domo. qꝛ si inhibuit eis p tpe p quo magis indigebãt: & quo ꝯsueuerũt eã maxime hoĩes portare: multomagis inhibuit

eis p tpe quo minus indigebant, ⁊ quo ꝯsueuerũt hoīes minus ipsam portare. Aurũ vero argentuꝫ ⁊ pecuniā ꝯsueuerunt hoīes querere simplr̃ ⁊ absolute siue in via siue in termino: ideo simplr̃ interdixit eis. Silr̃ calciamentis pp̄ itineris asperitatem magis indiget homo in via, q̄ȝ in termino. Tunicis ēt vt se possit mutare magis indiget viator: q̄ȝ quiescēs domi. virga quoqȝ defensionis vel sustentationis tā magis homo indiget in via, q̄ȝ termino. Ideo prima tria. s. aurum argentum ⁊ pecunia, s̄m Matth. fuerunt aplīs interdicta simplr̃ ⁊ absolute: reliqua vero quatuor, pera calciamenta ⁊ due tunice in via fuerunt s̄m Mat. eis inhibita p se ⁊ primo in via. Ex consequēti aūt ⁊ per locū a minori constructiue fuerūt eis inhibita ēt in domo: vñ ⁊ post ascensionē manens Petrus Hierosolymis ait claude Act. iij. qñ ad orandū non ad predicādū ibat: Argētū ⁊ auruȝ non est mihi. supl. nec Joanni, q: pro vtroqȝ loquebaf Petrus: vnde ait ibi, Respice in nos. Qđ verbum ptractās aug. in libro de mirabilibus sacre scripture, dicit sic. In excusatione eleemosyne: paupertatis professione: Petrus paralytico dixit: argentum ⁊ aurū non est mihi: in noīe Jesu Chri Nazareni surge ⁊ ambula. Illud magistri preceptū seruās Nolite possidere aurū ⁊c. Qui. n. soli deo seruiens ⁊ de iniquo māmona expeditus fuerit, verbo impū morbo ligatū cito soluebat. ⁊ Amb. sup illud Math. x. Nihil tuleritis ⁊c. dicit sic: Si prohibemur aurū possidere: qđ eripere aplīs Petrus prius dñice executor sententie: nō in vacuū effusa dei precepta custodiens, quū posceref a paupere: vt ei aliquid pecunie largiref: ait. Argentū ⁊ aurū non habeo: nō tñ in hoc gliaf Petr⁹: ꝙ aurū ⁊ argentū non habeat quā ꝙ seruet dei mandatū qui precepit. Nolite possidere argentū ⁊ auruȝ ⁊c. hec Amb. ⁊ facit. xij. q. iij. ara. Et si queraf, quō apli qui ibāt per personas inhospitales poterant transire sine pecunia ⁊ sine pera? Dicendū ꝙ lex siue preceptum daf p loco ⁊ tpe possibili: q: casus necessitatis nō subiacet legi: sed est s. legē: vt pȝ Mat. xij. Mar. ij. ⁊ Luc. xiiij. ⁊ de cō. di. v. discipulos: ⁊ ex̄ de reg. iur. qđ nō est: ideo p loco ⁊ tpe necessitatis: quo aliter aplis subueniri non poterat: ad hoc preceptū non astringebanf. Sȝ ex hoc non sequif ꝙ tunc ppietatem ⁊ dñium talium habuissent: qm̄ necessitas taliuȝ non respicit proprietatē ⁊ dñium: sed vsum ⁊ modū vtēdi: portare. n. pecuniā p viā ⁊ ipsam expendere p se vel alio loco, ⁊ tpe necessitatis nō includit necessario hēe proprietatem ⁊ dñiuȝ ei⁹: q: vsus pecunie est separabilis a ppietate ⁊ dñio ei⁹: vt. s. ostensum est: ⁊ s̄m modum quem dant Nicolaus. iij. ⁊ clemens. v. fratribus minoribus: quum deponif pecunia apud nuntiuȝ vel depositariū presentatur a fratribus p necessitatibus eoꝝ: vel p dante: vt pȝ ex̄ de verb. signi. exiij. lib. vj. ⁊ de verb. signi. exiui. in Clemē. Silr̃ de alimētis quibuscunqȝ: q: vsus alimentoꝝ est separabilis a proprietate ⁊ dñio in spāli ⁊ in cōi quecūqȝ cōitate speciali: vt. s. ostensum est: ideo ex hoc ꝙ apli legantur habuisse panes ⁊ pisciculos in deserto, non sequitur ꝙ tunc habuerint in eis proprietatē ⁊ dñium aliqđ quuȝ vt multiplex modus habendi. ff. de verb. sign. l. hēe duobus modis. ⁊. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. hēe dupliciter accipitur. ff de pie. c. seruus. ⁊. s. id vestimentum: ⁊ no. xij. q. j c. ij. in glo. ergo: ⁊. c. nō dicans: in glo. nunquid: ⁊ legitur ⁊ no. xxiij. q. vij. qđ aūt in glo. non intelligas: quia Judas dr̄ habuisse loculos: vt patet Joan. xij. ⁊ xiij. ⁊ tñ iudas non dr̄ habuisse in loculis proprietatem: licet loculi illi essent de rebus que vsu consumuntur: quia homo potest consumere dñium rei aliene: sicut pōt consumere dñiuȝ rei proprie. Silr̃ homo pōt transferre in alium authoritate alterius dñium rei aliene sicut dominium rei proprie: nec semper meuȝ ⁊ tuuȝ ⁊ suuȝ accipiuntur quoad ppietatem ⁊ dñium ēt in reb⁹ que vsu consumunf: sed sepe accipiunf quoad vsum vel quoad meritum laboris: quō accipitur illud Mat. x. Dignus est operarius cibo suo: vel mercede sua. xij. q. ij. quicūqȝ. cibo inq̄ȝ suo, non quoad proprietatem dominij: sed quoad proprietatem meriti ⁊ equitateȝ debiti: vnde glo. dicit ibi dignus est operarius cibo suo. glo. q: oīa eis debentur: isto modo oīa sunt iustoꝝ. j. ad Cor. iij. ⁊. xxiij. q. vij. quod aūt ⁊ tñ non oīa sunt iustoꝝ quoad proprietatem ⁊ dominiū. Et ita nō sequif ꝙ apli habuerūt ppietatē ⁊ dñiuȝ in predictis: sicut de hoc satis in superioribus dictum est: vñ sicut legitur de aplīs Matt. xiiij. non habemus nisi quinque panes ⁊ duos pisces. Ita legitur Joan. vj. de quodā puero. Est puer vnus hic qui hȝ quinque panes hordeaceos ⁊ duos pisces, si ergo illi panes ⁊ illi pisces fuerunt quoad proprietatē dominij aploꝝ, eo ꝙ apli dr̄ eos habuisse, eadeȝ ratione ⁊ fortiori fuerunt quoad proprietatem ⁊ dominium illius pueri: quia legif ille puer habuisse ⁊ apli non habuerunt nisi mediante illo puero: quum vnā ⁊ eādem rem ⁊ eodem modo insimul ⁊ in solidum duo nequeant possidere: ex̄ de proba. licet. Hec premissis. Secundo dicendū ꝙ sicut legitur Mat. xxvij. ⁊ Mar. xv. ⁊ Luc. viij. quedā mulieres fideles sequebantur Christū ⁊ aplos: que ipsos de suis facultatib⁹ sustentabant: ⁊ nutriebant: ⁊ p ꝯsequēs vt plurimuȝ illa que p Chrō ⁊ aplīs emebantur p tales personas intermedias procurabanf: adeo ⁊ loculos tales vel consimiles persone custodiebant: pp qđ apli nec predicationis tpe: nec tpe alio de cōi lege pecunias portabant. Nā postq̄ȝ a dño sunt electi ⁊ ad predicanduȝ missi: semper vsqȝ ad mortē ⁊ coruȝ martyria predicauerunt maxime post ascensionem Chri: ⁊ in prouincijs sibi decretis: q: ita Chrs eis mandauerat. Mar. vlt. Euntes in mundū vniuersum predicate euangelium. Licet non essent in actu continuo predicandi: qđ fuisset impossibile: sed horis ⁊ tpibus ⁊ locis congruentibus. ca. eoꝝ que leguntur ⁊ no. de con. di. v. nunq̄ȝ: in glo. j. ⁊ xxx. l. di. c. vltimo. Nā ⁊ aqua quotidiana est ⁊ assidue duci dr̄ etiam si interdum nō ducaf ff de aqua quoti. ⁊ esti. l. j. §. j. ⁊. l. sequen. cuȝ si. immo ēt qñ discipuli iuerant in Samariā cibos emere Joan. iiij. nō habetur: nec haberi pōt: ꝙ ipsi pecuniam portabāt: q: potuit fieri illa emptio mediante aliqua persona idonea alia sicut: in deserto legif ꝙ ipsi mediante ministerio illi⁹ pueri habebāt quinque panes ⁊ duos pisces. Quāuis ēt si tunc pecuniā portassent: pp casum necessitatis fuissent excusati: q: Samaritani non erant de gēte Judeoꝝ, sed erant Judeis inhospitales nō comedentes cū eis. Joan. iiij. vñ Luc. ix. legitur ꝙ quum ipse misisset i Samariā vt preparēt sibi: ⁊ nō receperunt eū. xxiij. q. iiij. qđ chrs. ⁊. c. ea vindicta: apli etiā post dñi ascensionē leganf habuisse in suo comitatu honestas mulieres que ipsis ministrabant, sicut pȝ. j. ad Cor. ix. exceptis Paulo ⁊ Barnaba: qui pro parte ne offendiculuȝ. j. ad Cor. viij. darēt euāgelio, de labore manuum suarum viuebant. j. q. ij. sacer-

dos.de con.di.v.nunq̄. In parte vero vel p tpe de pdicatione euangelii ducebāt vitā suā: vt patet.j.ad Cor.ix. ad Philippē.vltimo.ii.ad Timot.j.ac aliis locis: nō tamen propter hoc Paulus & Barnabas pecuniam cōiter portabant tpe predicationis: nec alio tpe. Nec credo posse inueniri, q̄ vnq̄ p seipsis pecunias portauerunt: nec ēt pro aliis. Quātū saluo iudicio meliori: preceptū de non portando pecuniam: videat datum aplis pro seipsis: non pro aliis: ne.s.ipsi pro semetipsis cupiditatis vel pusillanimitatis intuitu pecuniā deferrēt: non aūt vr̄ eis fuisse interdictū, q̄ nō possent aliquotiens pietatis intuitu necessitate interueniente p aliis maxime sctis pauperib⁹ pecuniam deferre qd̄ innuitur vel.ca. ad hec j.ad Cor.viii.ibi: Quia & si dignum fuerit vt ego eā mecum ibunt. & ad Rom.xv.c.ibi. Nunc igitur proficiscar Hierusalē ministrare sanctis. Probauerūt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctoz: qui sunt in Hierusalem.

Bona vsu cōsumptibilia quibus chrūs & apli vtebant, quorū erāt immediate quoad dominium.

Si aūt querat quoz erant immediate quoad dominium bona vsu consumptibilia: quibus christus & apli vtebant, Dicendum q̄ in parte erant (vt vr̄) dantiū & offerentium. Qn̄ Christus & apli inuitabantur ad comedendum et bibendū ab aliquo fideli & deuoto: tunc vt plurimum dn̄ium cibi & potus remanebat apud inuitantem & concedentē: vsus vero erat Christi & aploz. Et hoc est qd̄ dicit Hieronymus, q̄ chrūs alieno cibo vescebatur. Illa vero que fideles deuoti dabant christo & aplis libere & absolute absq̄ aliqua retentione dominii videnf fuisse ōiure cōi vniuersitatis fideliū pro quibus seipsum dare venerat & offerre: hinc est q̄ in deserto de quinq̄ panibus & duobus piscibus ei oblatis: satiauit turbas vniuersitatis credentiū in eum. Joan.vj.xxxvj.di.§.ecce Mat.xiiij. & sīlr de vij.panibus & paucis pisciculis. Mar.vj. Mat.xv. Hinc est etiā q̄ vestes christi per milites diuise sunt in quatuor partes significantes quatuor partes orbis: de quibus.xcvj.di.Constantinus.versi.ecclesiis. Et in tunica inconsutili significante vniuersitatē orbis.c.xxiiii.q.j.qm̄.in prin.ad q̄ & quos pertinet de iure cōi dn̄ium rerū tpalium christo & aplis oblataꝝ, eo q̄ per vestes corpales substantia seu suppellex rerū tpalium designat, de iure vero speciali vr̄ fuisse vniuersitatis pauperum: quoz christus ex apli spālem curā assumpserant. Et eis ex primaria abdicatione oīa erogenda decreuerant: iuxta illud ps.cxj. Dispersit dedit pauperibus: hinc est q̄ christus cum aplis loculos aliquoties spāliter ad inopū ministerium: xii.q.j.habebat.arg.lxxxij.di.epus.e.xvj.q.j.qm̄, vel semper remanebat dn̄iuz apud dantē vsq̄ ad ꝯsumptionē rei q: nō potuit a se dn̄iū abdicare & illud in incapaces transferre: vt est expressum ex̄ de ver.sig.exiit.lib.vj. Item querendū est de domo Philippi vnius de septem diaconibus de qua dī Act.xxj. Et intrantes domum Philippi euangeliste qui erat vnus de septem: mansimus apud eum: quō dicebat Philippi post missionem spūssancti, quūz esset discipulus precipuus ab aplis ꝯstitutus. Aut dicebatur sua q: tūc erat quoad dn̄ium sua, aut q: prius fuerat sua si erat sua propria. Et sm̄ opponentem non fuit alia lex discipuloz & aploz quoad contemptum tpalium: vt opponit ergo quibet aploz īspāli poterat sibi retinere domum in speciali & in proprio: qd̄ est expresse cōtra christi consilium. Mat.xix. & contra id quod dī Act.iiij. & .xij.q.j.c.ij. Si aūt domus illa dicebat ei⁹ quia fuerat eius: licet tunc non erat: eadē ratione domus Petri dicebat eius q: fuerat quoad dn̄iuz ei⁹. Mat.viij. Idem dicendūz est de domo Marie matris Joānis: qui cognominabat Marcus: que erat vna de precipuis credentibus que erat Hierosolymis: de qua Act.xij. Considerans q̄ venit ad domū Marie matris Joannis: q̄ dicebat sua q: fuerat, vel q: inhabitabat eā: q: aliis credentibus cōicauerat: sua & quātū ad vsūz & quātū ad ad dn̄iuz: vt p.c.xij.q.j.c.ii. Inter alia opponit q̄ ēt apli licet non litigasse in iudicio legant: tñ q̄ eis litigare licuerit: q: verba illa Mat.v.e Luc.vj. Qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium, intelligunt sm̄ opponentem de his qui in proprio tpalia possi debent: loquitur.n. dn̄s illi qui tunicam habebat & pallium: quūz dicit: Siquis voluerit tunicā tuam tollere: dimitte ei & pallium: sic ēt sequit ibi: Qui petit a te da eis volenti mutuare a te: ne auertaris: Ex quib⁹ patet q̄ habentibus tpalia est locutus quūz dixerit: q̄ det ei qui a se petit: qd̄ non posset facere quū dare sit accipientis facere.j.q.j.qui studet, nisi dn̄ium ēt quoad tpalia obtineret. nec ēt mutuare posset: nisi eius qd̄ mutuare esset dn̄s quum in mutuo a mutuāte in eū qui mutuū recipit rei mutuate dn̄ium transferat.lxxxviij.dist.in palea: eiciens.vn̄ dī mutuū quasi de meo tuū. Sed ad hoc dicendū est q̄ predicta verba fuerunt dicta ēt aplis in sermone sancto de monte: ante quē sermonē apli fuerunt electi: vt pz Luc.vj. Factum est aūt in dieb⁹ illis exiit in mōte orare: Et quū dies factus esset vocauit discipulos suos & elegit.xii.ex ipsis. quos & aplos nominauit Petrū &c. Et sequit ibi. Et descendens de monte cū illis &c. Et sequit ibi: Et ipse eleuatis oculis suis in discipulos, dicebat. Beati pauperes spiritu &c. Et sequit ibi, Et ab eo qui aufert tibi vestimentum etiā tunicam noli prohibere. Et.j. & sequit ibi. Et q aufert que tua sunt ne repetas &c. hec ibi. Item super illud Mat.v. Accesserunt ad eū discipuli eius &c. dicit glo. quos ibi ꝯstituit.xij Itez alia glo. dicit ibi.s. Mat.v. sic aplos preeminentius abducit vt a monte prius.ps.lxxj. Mōtes.s.apli suscipiunt pacē populo.ex̄ de elec.fundamenta.lib.vj. Itē super illud Mat.ix. Vidit hoiem sedentē in teloneo: Mattheum noie: dicit sic glo. Hinc probabilius vr̄ q̄ pretermissa memorat quū.xij. elegerit añ sermonē. vn̄ verba de non repetēdo sua, fuerant data aplis vt viris perfectis p modū precepti: aliis vero gn̄aliter p modū consilii: vn̄ & signanter dicit ibi Mat.v c. Et accesserūt ad eū discipuli ei⁹, q: aliud est accedere ad chrm̄ p obedientiā pcepti: aliud p obedientiā ꝯsilii: vn̄ Aug.sup hom.ibi. Et accesserunt ad eum discipuli ei⁹: dicit. Vt audiēdis verbis illis hi essent ēt corpe viciniores: que preceptis implēdis aio appropinquabant. Vn̄ qd̄ dicit opponēs q̄ talia verba fuerunt dicta habentibus tpalia p verba illa: Qui voluerit tunicā tuā tollere: dimitte ei & pallīū. & ei q aufert q̄ tua sunt: ne repetas: & q petit a te da ei. Dicendū q̄ tuū est equiuocum. & cōe ad tuum quoad dn̄iuz & tuuz quoad vsūz: vn̄ ad Phil.j. Eo q̄ habeaz vos in vinculis meis &.j. Ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo. &.j. Vinculis meis abundantius auderent. &.j. Existimamantes pressuram se suscitare vinculis meis. Et.j. aplis quantū in eodem.c. asserit vincula sua: que tñ non erant sua quoad proprietatem & dn̄iuz: sed quoad seruitutem & suppliciū. Itē Colos.vlt. Memores esto te vincu

lorum meorum. & .ij. ad Timot. j. Et catenã meã nõ erubuit. Et illud ps. cxv. Dirupisti dñe vincula mea. Etsi vincula nobis incõmoda dñr nra absqȝ omni nra proprietate & dñio multo magis vestimenta nobis cõmoda sepe dñr nra absqȝ omni nra proprietate & dñio. xxiij. q. vij. qđ aũt. & .xo. xij. q. j. non dicatis. Sfr qđ arguunt ð mutuo non valet: qȝ sicut meũ est equiuocũ vt dixiata & mutuũ qđ descẽdit ad hoc pronomine meorũ equiuocũ & cõe ad mutuũ quoad dñiuȝ: & ad mutuum quoad cõmoduȝ. Et isto scđo modo accipit mutuũ. iiij. Reg. iiij. Vade & pete mutuuȝ ab oĩbus vicinis tuis vasa vacua: & non pauca vbi mutuũ non fuit factum quoad dñium accipientes: sed solũ quoad commodũ necessitatis. Sfr eodẽ li. c. vj. quidã de filiis prophetarum de ferro securis qđ sibi acciderat in Jordane, dixit heu heu heu dñe mi, & hoc mutuo acceperã: vbi mutuuȝ non fuit effectuȝ quoad dñiuȝ passiue mutuantis, sȝ solũ quoad cõmodum. Et ita in mutuo non semp transfert dominiũ rei mutuate in accipientem. Nec semp locuȝ hȝ in pecunia: nec in aliis que vsu consumunt. Et per consequens non opȝ qȝ ille qui mutuat actiue, ex hoc qȝ mutuat: sit dñs rei mutuate: qȝ homo potest authoritate alterius mutare rem alienaȝ sicut procuratorem: licet mutuans rem aliquam authoritate propria sit dñs eius: tñ mutuans reȝ aliquam quacũqȝ authoritate & noie alterius & non suo: non oportet qȝ sit dñs eius, & maxime quoad res que non consumunt vsu sicut sunt vasa & instrumenta ferrea & bona mobilia quecũqȝ: vnde & religiosi sine proprio viuere profitentes, tota die mutuant seu commodant sibi libros suis vsibus deputatos quorum tñ librorum adinuicem mutuatorum neuter. s. nec dñs nec accipiẽs hȝ dñium ipsorum, quiȝ neuter ipsorum sit capax in spãli alicuius proprietatis. Et si dicat qȝ in talib⁹ non reperit mutuũ, qȝ mutuũ est in solis rebus que vsu ꝯsumunt. Dicendum qȝ mutuum fm qȝ de ipso loquit scriptura sacra: reperitur in quibuscumqȝ rebus siue vsu ꝯsumptibilibus siue non: vt patet ex premissis authoritatibus: vnde scriptura accipit distincte mutuuȝ pro commodato: et econuerso accipit accommodatũ indistincte pro mutuo: & sic accipit mutuo. Mat. v. & Luc. vj. put mutuuȝ est equiuocuȝ & cõe ad mutuum quoad dñium: & ad mutuum quoad cõmodum: vñ super illud Mat. v. &. volenti mutuare ne auertaris, dicit glo. duo gña prestandi complectitur: vel. s. beneuole damus: vel redditurо cõmodamus. Et super illud Luce. vj. Et si mutuũ dederitis his a quibus separatis accipere: que vobis grã: dicit glo. sic: Duo sunt gña bñficij: vel quum beneuole damus qđ damus: vel quũ redditurо commodamus. Et super illud Luc. vj. Mutuuȝ date nihil inde sperantes, dicit glo. sic non in hoie spẽ mercedis figentes: qui si non reddat qđ commodastis, reddet deus quo iubente fecistis: siue non reddat hereditas nra in eternum erit. Item arguit oppositor qȝ apli potuerunt in iudicio petere. qȝ Mat. xviij. dixit Chřs discipulis vbi erat Petrus vt sequit ibi: Tunc accedens Petrus &c. Si peccauerit in te fratres tu⁹ &c. &. f. dic ecclesie. ergo &c. Item illud apli. j. ad Cor. vj. Jã quidẽ delictũ est in vobis qȝ iudicia habetis &c. Intelligit dictũ fm oppositorẽ non talibus personis qui a se dñium oĩum tpaliuȝ abdicarunt: loquebat. n. aplus Corinthijs: qui non renunciauerunt bonis suis: vt patet. j. ad Cor. viij. de collectis quas faciebant. Et Aug. etiam dicit, qȝ nõ legit qȝ cõuersi ex gentibus communicauerint sua. Unde dicit oppositor qȝ precepta illa data Mat. v. Si quis te percusserit &c. Et qui vult tecum in iudicio contendere & tunicaȝ tuã tollere: dimitte ei & pallium: & quicũqȝ angariauerit te mille passus &c. non sunt seruanda in executione operis fm August. in libro de sermone domini in monte: sed semper in preparatione animi sunt habenda: vt. s. simus parati hec facere & sustinere, qñ charitas hoc requiret, & ad hoc allegat. xxiij. q. j. paratus: cuȝ. §. precedenti: & pp hoc fm eũ non dicit aplus. j. ad Cor. vj. Quare non iniuriam accipitis: sed dixit quare non magis iniuriam accipitis. Recipit etiam oppositor de aplis: qȝ non fuerant electi ante sermonem factum in monte, Mat. v. Ad hoc dicendum, qȝ sicut supra dictum est apli electi fuerunt ante sermonem: sicut patet. Luc. vj. & ex his que colliguntur ex sermone illo. Matt. v. Et primo ex eo quod dicitur: Accesserunt ad eum discipuli ei⁹ scilicet. xij. vñ glos. ibi: Quos constituit ibi. xij. ergo: discipuli qui dicuntur proprius ad Christum accessisse: fuerunt. xij. apli iaȝ ab ipso preelecti: propter qđ dicit Aug. ibi, Ut hi etiam essent corpore viciniores qui preceptis adimplendis animo appropinquabant. Secundo patet ex eo qȝ Chřs dixit ibi: Uos estis sal terre, quod de solis. xij. intelligitur ad literã esse dictum: quia ceteri alij discipuli erant per. xij. apostolos postea spiritualiter sale sapientie condiendi: sal. n. sapientia est. xliij. dist. sit rector. apli vero a solo Christo fuerunt sale sapientie celestis conditi. Et hoc est quod dicit ibi glo. tracta a Hiero. sic: Sal facit terram sterilem: vnde irati victores destruentes vrbes salem seminabant: ne quod in eis germen oriretur. ita & apostoli destructo peccati regno, germen vitiorum compescunt: hec glos. Et alia glo. dicit sic. Ut enim non est cibus aptus nisi sale conditus, ita sermo non est vtilis sine documento apostolice sapientie: vnde in Leuitico. j. ca. In omni sacrificio sal offeres. i. in omni qđ facis vel dicis aplicã sapientiã habe: hec gl. Itẽ Chryso. ibi in quo monstrat, qȝ necessario hoc iniungit: non. n. pro vestra vita: aut pro vna gente: sȝ pro vniuerso orbe vos merito etsi alios mordentes mala audiatis: gaudete: hoc. n. est opus salis mollia mordicare: qre aliorum maledictio nihil vob, o nocet. xj. q. iij. fm. & c. temerarium. & §. Item Salomon. xxiiij. q. iij. cũ sancti: sȝ est testis vře virtutis. Itẽ Hilarius ibi. Est aũt hic pprietas querẽda verborum aĩs dictorum: qȝ & aplorum offm, & ipsius salis nã monstrabit: hoc igitur in oẽȝ vsuȝ humani gñis effectum: ancorruptionem corporibus quibus fuerit aspersum impertit: & ad oẽm sensum conditi saporis aptissimum est. Apli aũt sunt rerum celestiuȝ predicatores & eternitatis velut satores merito sal terre nuncupati: qȝ per virtutem doctrine quasi salientes eternitati corpora seruant. Iteȝ ibi Remigius: Sal etiã per aqȝ & ardorẽ solis, & per flatum venti in nãm alteram commutat: sic & aplici viri per aquam baptismi & ardorem dilectionis: & flatu spiritussancti, in spũalem regenerationem cõiteri sunt. Sapientia etiã celestis per aplos predicata exiccat humores carnalium operum: aufert fetorẽ & putredinẽ male conuersationis, & vermem libidinose cogitationis. & illũ de quo dicit pha Esa. viij. in fi. Uermis eorum non morietur. Sunt etiam apli sal terre. i. hoium terrenorum: qui amando terram: terra vocant. Uel fm Hieronymũ: apli sal terre nuncupant: qȝ per illos vniuersum hominum conditur genus. Petrus tamen

apostolus hoc verbum, Vos estis sal terre: ad omnes sacerdotes extendit. xxiiij. dist. sacerdotes. Adde hic qd scripsi. s. de sale in. §. O gloriosa ciuitas. Psi. cũ em. in c. iiij. Tertio hoc patet ex eo quod ibi subiungit. Qui si sal euanuerit in quo salietur: ad nihilũ valet vltra nisi vt mittitur foras: qd de solis apostolis intelligendum est ad literã: qr ceteri discipuli si euanuissent: vel infatuati fuissent: potuissent per apl'os sicut per superiores saliri et reparari. Apostoli vero qui erant supremi: nõ habebant alios superiores p quos potuissent saliri: et ad statum pristinum reparari: ideo et hoc est qd dicit ibi glos. sic. Si vos per quos alij condiendi sunt: a- uersis vel prosperis cesseritis: per quos vobis error auferetur quũ vos de' elegerit tollere aliis? Quarto patet ex eo quod ibi sequitur: Vos estis lux mundi: qd de solis apostolis intelligitur per quos alij erant illuminandi: et hoc est qd dicit ibi glos. sic: Hic ostendit officiũ apostolicum: quia scilz sunt sal terre et lux mundi. Itẽ ibi Chrysostomus: Apli dicti sunt prius sal pp iudeos vel propter populũ christianũ: a quibus deus cognoscitur: quos seruant in dei scientia. lux aũt propter gentes quas ad scientie lumẽ perducunt. Item ibi Hilari'. Natura em̃ luminis est: vt lucẽ quocunqz circunferat emittat: illatũqz edibus tenebras interimat luce dominante. Igit mundus extra cognitionẽ dei positus obscure tenebrat ignorantie tenebris: cui p apostolos lumẽ scientie inuehitur: et cognitio dei claret: et de paruis eorũ corpusculis quocunque incesserint lux tenebris ministrabatur. Itẽ ibi Remigius. Sicut aũt dirigit radios suos ad effugandas humani cordis tenebras. Quinto patet per id quod dr ibi. Non põt ciuitas abscondi s' montẽ posita. vsqz ibi coram hominibus et c. Que quidẽ verba principaliter et precipue de apostolis: qui supra montem vniuersalis ecclesie constituti: ceteris alijs discipulis prefecti sunt. xxi. dist. in nouo. dicta intelligunt vnde ipsi soli velut lucerne celestis fulgoris super candelabrũ militantis ecclesie positi: ceteris prestant lumẽ grane multiformis. vñ glos. ibi dicit sic. Quia apli fundamenta sunt apte ciuitas dicuntur: probatur ex̃ de elec. fundamenta in prin. li. vj. Et super illo verbo. Sic luceat lux vestra glos. Lux tenebras soluit et postea illustrat: sic apostoli expulsis vitijs deducuntur ad lumẽ fidei et cognitionis. Item Hieronymus. Ne aũt apostoli abscondant: sed tota libertate se prodãt: docet eos fiduciam predicandi: quum dicit: Nõ põt ciuitas abscondi et c. Sexto apparet ex eo qd ibi sequit: Qui aũt soluerit et c. vsqz ibi: regno celorum. Ex quibus aperte insinuatur qz erant iam apostoli a christo constituti predicatores veritatis quũ dicit: et docuerit sic hoies et c. et. j. qui fecerit et docuerit et c. Tunc autem fuerunt apostoli electi ad apostolatum: qñ fuerunt constituti predicatores veritatis a christo: sicut patet Mar. iij. c. Et ita nõ est dubium qn apostoli in sermone dñi in mõte: essent iam ante ipsum sermonẽ electi. Aliud qd opponit: est qz preceptum de non litigando: et de nõ contendendo in iudicio datum Mat. v. et Luc. vj. et. j. ad Cor. vj. nõ semper est seruandum a viris perfectis quãtum ad operis executionẽ: sed solum quãtum ad animi preparationẽ. Et qz hoc dicat. Aug. vt supra dictum est xxiij. q. j. paratus: qd est manifeste contra intentionẽ sacre scripture: et Augustinum ac doctrinã sacrorũ doctorũ. Nã in isto precepto siue consilio dato Mat. v. Ei qui vult tecum in iudicio contendere: et tunicã tuam tollere: dimitte ei et pallium. Et in illo dato Luce. vj. ab eo Qui aufert tibi vestimẽtum: et tunicam noli prohibere: et qui aufert q̃ tua sunt: ne repetas. Continent duo. vnuz affirmatiue: et aliud negatiue. Illud qd cõtinetur affirmatiue est: vt auferẽti tunicam dimittamus ei et pallium: et econuerso: auferenti vestimentum dimittamus ei et tunicaz: et istud absqz dubio non est semper seruandum exterius in opere: sed semper tenendum est in animo preparato: qr preceptuz affirmatiuum non obliget p semper vt est ẽt illud: Si quis percusserit te in vnam maxillam pbe ei et alteram. Luc. vj. Et sic intelligit Augu. et sic intelligit eum Gratianus. xxiij. q. j. §. his ita respondet: quãz dicit ibi precepta patientie: et sic loquit expresse c. sequẽs: paratus. Aliud qd continet seu implicatur negatiue in illo precepto seu consilio est: qz nõ contẽdamus in iudicio p pallio seu tunica nec quacunqz re tpali nec nobis ablata iudicialiter repetamus: nec ẽt auferenda iudicialiter prohibeamus. Et istud semp est seruandum a viris perfectis quoad opis executionem: et non solũ quantum ad animi pparationem. Sic et in illo precepto. Qui percussit te in vna maxilla et c. includunt duo. vnum affirmatiue: scz qz percutiẽti vnã maxillam: ei alteram pbeamus: et istud non semper tenẽdum est in ope exteriori: sicut probat Augu. de christo et paulo: quoz neuter in maxilla percussus prebuit corporaliter alteram: vt pre. c. paratus. Aliud qd includitur in illo precepto negatiue: qz percutientẽ nos in quacunqz parte corporis non repercutiamus: et istud seruandum est in opere exteriori maxime a viris perfectis: nisi in casu quãz quis tenet locum presidentie: vt pater percutit filiũ et dñs seruum corrigẽdo: iudex reuz puniendo. xxiij. q. iiij. qui peccat. ad fi. ideo christus nunq̃ percussit: sed petro percutienti dixit. Conuerte gladium tuuz in locuz suum. Mat. xxvj. et. xxiij. q. j. §. j. et. q. iij. §. j. demonstrans facto et exemplo malo non esse corporaliter resistendum: vnde in predicto loco: Conuerte gladiuz et c. Raban' dicit sic: Oportuit etiam vt author gratie fideles patientiam doceret: vt potius ad sustinendum aduersa instrueret: q̃ ad vindicandum prouocaret. Item ibi Augu. contra faustum. Nam vtiqz dñs iusserat vt ferrum discipuli eius ferrent: sed non iusserat vt ferirent, quid ergo indignũ si petrus post hoc peccatum factus est pastor ecclesie: sicut moyses post percussum egyptium factuz est rector synagoge vterqz em̃ non detestabili immanitate: sed emendabili animositate regulam excessit: vterqz odio iprobitatis aliene: sed ille fraterno: iste dñico: licet adhuc carnali tamen amore peccauit. vñ et Christus arguit Jacobum et Joannem petentes vindictã ignis contra samaritanos. Luc. ix. et. xxiij. q. iiij. ca vindicta. Et Christus docuit Mat. v non resistere malo: vbi Chrysostomus. Sine enim hoc mãdato legis mandatum stare non põt: qr si fm legis mandata Leuitici. xxiiij. xxiij. q. iiij. §. ex his cuz ca. seq. oibus reddere malum pro malo ceperimus: oẽs efficiemur mali: eo qz persequentes abundant. Si autem fm Christi mandatum Mat. v. non resistit malo: et si mali nõ leniuntur: tñ boni permanebunt boni. Itez ibi Hieronymus. Dñs ergo noster vicissitudinem tollens truncat initia peccatorum. In lege nãqz culpa emendatur: hic peccatorum auferuntur exordia: vñ et Ambrosi' de sancto Joseph dicit: qz ppea Christus prohibuit discipulos non

portare virgam:vt instrumenta eriperet vitiosis.xj.
q.iij. ira.⁊ Aug. super prece.verbo, nō resistere ma
lo,dicit sic:Non sit non reddere malū pro malo:sed
non resistere versus malum:vt non solū nō repēdat
quod tibi fuerat irrogatum.sed etiā non resistas qn
aliqd irrogef. hoc est quod consequenter exponit,
sed siquis te percusserit in dexterā maxillam : prebe
ei ⁊ alterā:vbi discipuli eoꝝ quoꝝ saluti cōsulere vel
lēt,imbecillitates equo aīo tolerarent. omnis nāqꝫ
improbitas ex imbecillitate animi venit:qꝛ nihil in
nocentius est ab eo qui in virtute pfectus est. Ibi ēt
Aug. Oia autem in quibus improbitatem aliquā
patimur: in duo genera diuiduntur, quoꝝ alterum
est quod restitui non potest:alterum qd̄ potest,sed in
illo qd̄ restitui non potest:alteꝝ qd̄ potest: sed in illo
quod restitui non potest vindicte solatium queri
solet.Quid enī prodest ꝙ percussus repercutis?num
quid propterea illud quod in corpore lesum est: resti
tuitur?sed timidus ⁊ vilis aīus talia fomenta desi
derat. Item ibi Chrisostomus. Nunqd autem si te
percusseris eum cōpescuisti eum vt te non percutiat:
sed magis excitasti eum vt adhuc percutiat: naꝫ ira
cundia per iracundiam non compescit:sed amplius
irritatur. Item ibi Aug. Tenebitur ergo in hoc iniu
iuriaꝝ gñe iste modus a christianis: vt accepta iniu
ria non surgat odium:sed paratus sit animus plura
ppeti:nec correctioneꝫ negligat.xxiij.q.iiij.quisquis.
cum.c.seq.que vel cōsilio vel authoritate vti potest.
pp quod etiaꝫ apłus ad Rom.xij.c.christi preceptū
sequens scribit. Non nos defendētes charissimi:sed
date locum ire.xxiij.q.j.§.j.vbi dicit glos. Ille dat lo
cum ire : qui aduersarium permittit facere qd̄ vult.
Et si viris perfectis non licet se corporaliter defen
dere:vt tot originalia probant pp virtutem patien
tie cōmendandam ⁊ dilectionē proximi, queꝫ debe
mus in amore christi cunctis rebus tpalibus prefer
re,etiam vite corporali,extollendā.Eadem rōne nō
licet viris perfectis iudicialiter defendere ⁊ conten
tiose res suas tpales propter virtutem paupertatis
cōmendandam ⁊ dilectionem proximi: quem debe
mus in amore christi cunctis rebus tpalibus prefer
re ⁊ anteponere ad hec xxiij.q.j.§.c.nisi bella.⁊.q.
iij.§.j ⁊ legif ⁊ no.ex̄ de homici. suscepim⁹. Et ideo
sicut christus ⁊ apłi:nunqꝫ repercusserunt excepto
Petro:qui in hoc peccauit:vt.ē.ꝟ. Item ibi Aug.
dixit cui ilico dictum est:Converte gladium in va
ginam:Ita christus ⁊ apłi pro rebus tpalibus:qui
bus pax fraterna preferenda est: nunqꝫ in iudicio li
tigauerunt:nec contenderūt:nec eorum statui com
petit. Et ideo sicut christus dixit non esse conten
dendum malo ita dixit non esse contendendum in
iudicio.⁊ sub eadē lege precepti interdixit vtrunqꝫ
immo vnum comprehenditur sub alio:qꝛ non con
tendere in iudicio,est quoddam non resistere malo.
Similiter sicut apostolus dixit Rom.xij. Non vos
defendētes charissimi sed date locuꝫ ire. Ita dixit.j.
Cor.vj. Iam quidem delictū est in vobis ꝙ iudicia
habetis inter vos. Quare non magis iniuriam ac
cipitis?quare non magis fraudem patimini? Ideo
sm̄ preceptum christi percussi in vna maxilla,citi⁹ de
bemus sustinere ꝙ percutiamur in alia maxilla : qꝫ
repercutiamus Item secundum preceptum eius spo
liati tunica citius debemus pmittere ꝙ spolliemur
pallio,qꝫ iudicio contendamus. Et eadem ratio est
vtrobiqꝫ:qꝛ sicut minus:immo nec maluꝫ est ex par
te patientis,nisi malum pene.de quo malo Esa.xlv.

ibi,Creans malū.⁊.xxiiij.q.iij.quidem.ꝟ.colliciani.
malū est pati in altera maxilla,qꝫ repercutere, ideo
citius debemus esse parati ad sustinenduꝫ in altera
maxilla:qꝫ repercutiamus.ita minus malū est dimit
tere pallium qꝫ ɔtendere in iudicio p qd̄ abijcif vel
remittitur pax cum proximo:adeo dimissio pallij in
telligenda est quoad pparationem animi, sed decli
natio iudicij contentiosi ⁊ litigij intelligēda est sim
pliciter quoad executionē opis. Et ideo sicut corpo
ralis defensio permittif sm̄ veniam infirmis ⁊ im
perfectis:prout patet Luce. xxij.vbi christus conces
sit apłis sm̄ veniam,ꝙ possent circa tempus sue pas
sionis pp ipsoꝝ infirmitatem sumere gladios ad eo
rum defensionē:ita in iudicio ɔtēdere ⁊ litigare pro
tpalibus rebus permittif sm̄ veniaꝫ infirmis ⁊ im
perfectis:ideo apłs.j ad Cor. vj.⁊.xj.q.j.§.ex hit om
nibus.secularia igitur iudicia si habuentis:ɔtempti
biles qui sunt in ecclesia cōstituite ad iudicandum.
que verba pertractans Grego.xix.li.moral. sic di
cit. Quia spūalia dona non caperēt si terrena eos ne
gotia deperissent.longe autem permisit dicens. Con
temptibiles qui sunt in ecclesia illos ɔstituite ad iu
dicandum.ac si aperte dicat:qui minoris sunt meriti
in ecclesia:⁊ nullis magnoꝝ donoꝝ virtutibus pol
lent:ipsi de terrenis negotijs iudicent : quatenus p
quos magna nequeūt bona:suppleanf minora.quos
⁊ contemptibiles nominat:⁊ tñ sapientes nominat
quū dicit sic. Non est sapiens quisqꝫ inter vos qui
possit iudicare fratrem suum. Qua ex re quid colligi
tur,nisi vt hi terrenas causas examinent:qui exterio
rum rerum sapientiā pceperunt.q autem spūalibus
donis vitan sunt:pfecto non debent negotijs impli
cari : vt dum non cogunf inferiora bona disponere
exercitati valeant bonis superioribus deseruire:hec
Grego. Et si iudices immediati rerum temporaliū
siue secularium:qꝫ ad hoc constituuntur, vt dirimāt
lites ⁊ litigia ac contentionū certaminis finem po
nāt.vt. C. de agrico.⁊ cen.litibus.ex̄ de re iud.iurgā
tium:⁊ de do.⁊ con. finem : vbi de hoc.⁊.c.si.ex̄. de
transac.c. vltimo. vbi de hoc. ⁊.v. q.ij.si primates.
non debent esse supremi ⁊ honorabiles: sed infirmi
⁊ contēptibiles in ecclesia: quāto magis supremi ⁊
perfecti in ecclesia non debent contēdere ⁊ litigare :
vtriqꝫ quantomagis distrahit a perfectione conten
dere in iudicio ⁊ litigare qꝫ contemptionē ⁊ litigiū
dirimere ⁊ interimere.iudices enī pacem ⁊ concor
diam serunt procurant ⁊ nutriunt.xc.di.c.penul.⁊
vlti.ex̄ de treu.⁊ pa.c.j.litigantes vero ac cōtenden
tes rixas ⁊ discordias pariunt ⁊ accendunt.illi enī
omne bonū prospectant: isti bona propria affectant
⁊ querunt. Item Aug. ptractans pdicta verba apo
stoli in enchiridion.xliiij.c.dicit sic. Nā ⁊ hic posset
putari iudicium habere aduersus alteꝝ non esse pec
catum:sed tantūmodo si extra ecclesiam vellet iudi
cari:nisi secutus adiungeret. Iam quidem omnino
delictum est in vobis:quia iudicia habetis vobiscū:
⁊ ne quit ita excusaret ⁊ diceret se iustum habere ne
gotium:sed iniquitatem pati: qꝫ velit a se iudicij sen
tentia remoueri:continuo talibus cogitationibus
vel excusationibus occurrit atqꝫ ait. Quare nō ma
gis iniquitatem patimini? quare non potius frau
damini? vt ad illud redeaf qd̄ dñs ait Mat.v.xiiij.
q.j.§.j. Si quis voluerit tunicā tuam tollere:⁊ in iu
dicio tecū contendere:dimitte ei ⁊ pallium:⁊ alio lo
co Luc.vj. Qui abstulerit inquit tua:noli repetere.
Prohibuit itaqꝫ suos de secularibus cū alijs habe

re iudiciū. Ex qua doctrina aplus dicit esse delictū: tū quū finit in ecclesia talia iudicia: finiri inter fratres fratribus iudicantibus: ex ecclesiā vero terribiliter vetat. Manifestū est etiam hic quid sm veniā concedatur infirmis: pp hoc itaqz atqz huiusmodi petam & aliā: licet his minora: oportet vt quondie crebroqz oremus dnm, atqz dicamus Mat.vj. de pe ni. dist.j. in actione. & dist.iij. de quotidianis. Dimitte nobis debita nra: hec Aug. Et ita sm Augustinum nō licet perfectis litigare: infirmis aūt concedit sm veniā: sed non fraudulenter & cū scādalo. vnde.j. ad Thessalo.iiij. Neqz circumueniat fratrez in negocio. & Mat.xviij. Ue illi per quē scandalum venit. ex de noui oper. nunt. cum ex iniuncto. & Luc.xix. Si qd aliquē defraudari: reddo quadruplum. xij.q.ij. cū de uotissimaz. & c. in antiquis. & c. in legibus. Item ad hoc est glos. sequēs intentionē beati Augustini q sic dicit super illud.j. ad Co.vj. Jam oīno delictū est in vobis &c. Glos. interlinearis. Ex hoc solo q iudicia habetis. pctm est enim litigare quū pax esse debeat. Item glos. continua. Peccatū est iudicia habere cōtra alios: sed ne excuses q hoc iuste agis: occurrit: qre nō magis iniuriā accipitis? vnde dns Luc.vj. Qui abstulerit tua noli repetere: sed tū hic sm veniam infirmis cōcedit aplus. hec glos. & sic in fi. determinat. Ut autē predicta verba August. in quibus ait peccatum est iudiciū habere cōtra fratres, sane intelligantur: dicendū quid in huiusmodi liceat perfectis, & quid non: & quid infirmis: & quid non perfectis. Igit licet repetere sua simpliciter, sine causa, sine lite sine iudicio: sed nō conuenit eis inde mouere causaz ante iudicē. Infirmis vero licet repetere sua mouendo causam ante iudicē & iudicium habendo contra fratrem: sed nō contentiose vel fraudolent: nec apud infideles iudices. hec glos. Nec obstat glos. per opponentez allegata sup uerbo apli, Omnia mihi licent. j. ad Cor.x. i. oīa mea licet repetere: qz vt pmissis apparet: glos. loquit ibi de modo repetendi sua simpliciter sine litigio iudicio & cōtentione. Itē ad hoc est Remigius super dictis verbis apli sic dicens Dupliciter peccatum: & q litigant: & q in presentia infidelium litigant: a quibus blasphemat nomen christianitatis. Jam quidē ostensum peccatuz est in vobis, q iudicia habetis inter vos accusatio litē: lis discordiā: discordia odiū generat. ne forte illi dicerent omnino pctm est si mea regro: adeo aplus dixit. In veritate oīno delictuz est in vobis, qui ɔtra preceptū dni agitis: qui dixit Luc.vj. Si quis aufert que tua sunt ne repetas. & q vobis pacē suam cōmendauit: quare nō magis damnum sustinetis? vt preceptū dni custodiatis. hec Remigius. Itē ad hoc est Chrysostomus sup Mattheuz dicens. Indigna res est vt hō fidelis stet in iudicio ante cōspectum iudicis infidelis. vel si fidelis certe secularis & q te venerari debuerat propter dignitatē fidei: iudicat te propter necessitatem cause: & perdes dignitatē christi ppter negotiū mundi. Deinde omne iudiciū irritatio cordis est: & cogitationum malaz. nam si videris q causa tua fraudibus aut pecunijs expugnet: & tu similiter cause tue adesse festinas: & si ab initio hoc ɔsiliuz nō habuisti. Item ibidem. Si semel iudiciuz cōgressus fueris: iam non cogitas vt veritas cause appereat: sed vt quocunqz victor existas. vnde & in Prouerbio.xij.c. Qui negligit dānum propter amicum, iustus est. Iter autē impioz decipiet eos. ergo a sensu cōtrario, qui nō negligit dānum propter proximuz: sicut ille qui iudicialiter sua repetit: non est pfectus perfecta iustitia. vnde glos. inter. dicit ibi. ppter amicum. i. pp christum, q dixit Joan.xv. vos amici mei estis. Iter autē impioz. glos. interlinearis: q vel sua retinere: vel aliena rapere gaudent. Item glos. dicit ibi sic. Si hoc ad literā accipit: quantomagis est dignus corona iustitie q propter deum, q dixit Lu.xij. & Matth.x. dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus: vel q vendens oia dat pauperibus, Matth.xix. vel rapinam bonoz suoz cum gaudio, Heb.x. patitur: vel carnē suaz morti tradit. Joā.xij. Hoc etiam apparet in Abraā qui prius elegit ius suū propriū, qd in preda de manibus hostium erepta tēporaliter acqsierat. xxiij.q.v. dicat. j. dist. ius militare. totaliter dimittere: qz honorē sui nois quoquo mō vellet tēporali commodo inclinare seu humiliare. Gen.xiiij. vbi dicit: Leuo manum meam ad dnm meuz excelsuz possessorē celi & terre: q a filo subtegminis vsqz ad corrigiā calige non accipiam ex oībus que tua sunt: ne dicas ego ditaui Abram. Isaac etiā patriarcha maluit iuri putei q ex paterna successione. & propria acqsitione ei debebatur cedere: qz contentioni deseruire. Gen.xxvj. vbi et puteū pro quo non accidit cōtentio merito appellat latitudo. quia plena latitudo iustitie non possidetur nisi in māsuetudine pacis foras dimissa temporaliū cōtentione vnde & ps. cxviij. Latum mandatū tuū. i. charitatis pacis & nimis. i. ad amicos & inimicos nostra tollētes. ex vt li. non con. accedens. ij. & ij. ad Cor.vj. Cor nostruz dilatatum est. & j. dilatamini & vos. Hinc etiam ve prima multitudine credentium scribit Act.iiij. & xij. q.j. c.ij. q erat eis cor vnū & aia vna: & omnia cōmunia. nec erat litigiū nec cōtentio inter eos &c. sed plena concordia, & pacis tranquillitas. & implebat ps.cxxxij. Ecce qz bonū & qz iocundum habitare fratres in vnū. vt pre.c.ij. Nimirum supra modū est iocundum & delectabile absqz omni tēporalium qstione litigio & contentione vnanimiter & pacifice viuere: nihil in hac vita felici: adeo merito ciuitas in qua hec iocunda quies & vnitas precessit hierusalē. i. visio pacis dicta est: hic aplus. j. ad Cor.xiij. Charitas non querit q sua sunt. Et si perfecta charitas de qua aplus ibi loquit: nō querit q sua sunt: quantomagis pfecta charitas non repetit iudicialiter que sua sunt: quū nihil maxime propriū habeat. vt. s. probatum est. Si em perfecta charitas sua nō querit: quō sua litigādo requirit? hinc Phil.ij. Non q sua sunt singuli considerātes: sed q alioz. facit. lxiij. dist. nosse. Omnis enim lis & cōtentio per iniquitatez exnut introducta: si. n. hō non peccasset: nulla de talib' fuisset qstio litigiū nec ɔtētio. Christus autē reduxit aplos & aplicos viros: quantū ad contemptū tpalium. ad rectitudinis prime statuz: vt expressum est. xij.q.j.c.ij. quare sicut in statu innocētie nulla fuisset qstio de tēporalibus: ita nec aplis ac viris apostolicis ad statū innocentie quoad hoc restitutis, licuit in iudicio contendere: aut pro talibus litigare. vnde christus licet in maxilla percussus ostēderit non fuisse percutiendū: cum bis in passione spoliatus nihil reclamauit. Joan.xix. Quā graue sit cōtendere ex hoc apparet. q per illud donū concordie amittitur: qd in vobis spūsanctus precipue diligit. xxiiij.q.j.§. si autē. vnde & in colūba apparuit. Joā.j. de cō. dist.iiij. aliquid. Iracundi. n. suscitant lites & contētiones. Eccli.xxviij. Phil.ij. Nihil per contētionem. j. ad Cor.xj. Si quis videt cotentiosus esse

nos talē consuetudinē non habemus: nec ecclesia dei. ij. Timoth. ij. Seruum dei litigare non oportet. ex. de sindico. c. unico. Prouerb. xvj. Homo peruersus suscitat lites. Omnis lis etiā iudicialis ex aliqua radice auaritie est. Jaco. iiij. Unde bella et lites in vobis: nōne ex concupiscentijs vestris? unde et Seneca. Quietissimā vitam ducerent homines: si hec duo tollerentur de medio. meum et tuum. pro hoc faciunt. xij. q. j. te quidē: et. §. ex his. xiiij. q. j. §. j. et. §. qz erga. xvj. q. j. de presentium. Item apostolus ad Ephe. v. Redimētes tempus: quoniam dies mali sunt etc. vbi Aug. Tempus redimit q perdit. i. dat de suo vt vacet deo: quasi det nummum vt habeat vinum. et ista est quedā temporis redemptio: vt siquis vult tecum in iudicio contendere post tunicā dimitte pallium: vt habeas cor quietum. Quis vero obijcitur quod ista precepta fuerunt data generaliter in monte Matt. v. et omnibus perfectis et imperfectis: verū est: sed non vniformiter: quia apostolis et viris perfectis fuerunt iniuncta simpliciter et absolute: alijs uero fuerunt iniuncta quodāmodo secundum quid et sub conditione: scilicet si vellēt absqz peccatō viuere: et ad perfectionem virtutis attingere. unde alijs magis fuerunt consilia quam precepta. appetētibus perfectionem precepta. unde Aug. Sed tu longe es a peccato iniusti exactoris: quo omnino non exigis debitum. ideoqz bonus magister ait. Qui percusserit te in unam maxillam: prebe ei et alteram Matth. v. xiiij. q. j. quod debet. Item Aug. Quisquis preceptis nō obtemperat: reus est; consilio. si vti volueris minus boni adipisceris: non mali aliquid perpetrabis. xiiij. q. j. quisquis. Item quod opponitur de verbo dn̄i loquētibus sibi discipulis. Matth. xviij. Si peccauerit in te frater tuus. et. j. dic ecclesie. ergo apostolici viri et apostoli possunt conqueri ecclesie de sibi iniuriantibus et suas res auferentibus. Dicēdum quod istud est potius contra opponētem: quia dn̄s loquitur ibi de modo et ordine correctionis fraterne: que est fienda intuitu fraterne charitatis: et nō intuitu proprie vtilitatis. ij. q. j. si peccauerit. vbi de hoc. xlv. dist. secundum illud. ex. de iudic. nouit. et legitur et no. ex. de hereti. cum ex iniuncto. in glos. ad hanc. Nec enim admonendus est secreto frater et postmodum denunciandus ecclesie propter aliquod cōmodum tēporale: vt opponēs in suo medio implicat: sed propter lucrum anime spūale. unde dicitur ibi: Si te audierit lucratus eris fratrē tuum. non recuperes vestem tibi ablatā: vel aliam rem temporalem. vnde Aug. ibi. Si propter te id facis: nihil facis. si autē amore illius facis: optime facis. Deinde quod instat quod apostolus. j. ad Cor. vj. quum dicit. Jam omnino delictū est in vobis: quod iudicia habetis inter vos. non loquitur viris perfectis: sed loquitur Corinthijs: qui nō reliquerant: sed sibi retinuerant bona propria temporalia: nō facit pro ipso: sed magis contra: quoniā si habere iudicia de rebus temporalibus est peccatum aliquod infirmis et imperfectis: nec eis licet nisi secundum veniam: multomagis est peccatum perfectis: nec eis licet. quod est contra opponentem. Quia autē apostolus loquitur ibi de iudicio rerum tēporalium vniuersaliter et absolute: siue cum fraude siue absqz fraude, patet: quia de tali iudicio loquitur ibi apostolus: quale concedit seu permittit ibidem ipsis Corinthijs: sed apostolus concedit seu permittit ibi Corinthijs iudiciā sine fraude: et nō iudicia cum fraude. quod patet in eo quod dicit: Judicia igitur secularia si habueritis: contēptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandū. quod manifestū ē intelligere de iudicijs bona fide absqz fraude: quia iudicia cum fraude non concedit dicens ibi: An nescitis quia iniqui regnum dei nō possidebunt? et ita omne iudiciū litigiosum siue cum fraude: siue sine fraude, implicat ad peccatum: et per consequēs repugnat viris perfectis: vnde directe reprehendit in iudicio contentionē quum dicit: Sed frater cum fratre in iudicio contendit ex qua contentione continua subiungit. Jam omnino delictum est in vobis: quod iudicia habetis inter vos. nulla de fraude et dolo: sed solum de cōtentione prehabita mentione. Ideo dicit. Jam delictum omnino est in vobis etc. quasi diceret, habere iudicia fraudulēta hoc est vituperabile apud omnes gētes etiā infideles: sed apud nos est vituperabile habere quecunqz de temporalibus iudicia siue fraudulenta siue non fraudulenta ideo citius deberetis pati iniuriā vel fraudē. quam pro temporalibus in iudicio contendere. Istam perfectionis doctrinā sequētes olim sancti anachorite egyptij nedum illud pauperculū modicum quod habebant eis subtractum in iudicio non repetebant: sed nec furibus eis subtrahentibus et scientibus ipsis aliquid dicebant. vnde de Machario legitur, quod quum semel ad cellam suam reuerteretur: et ibi inuenisset furē tollentem quod in cella habebat: stetit tanqz peregrinus carricans animal cum illo latrone de rebus suis cum multa patiētia: et perduxit eum dicēs. Nihil in hunc mundum intulimus. j. Timoth. vj. Dn̄s dedit: dn̄s abstulit: sicut ipse voluit ita factum est. benedictus deus in omnibus. Job. j. De quodam alio sene legitur, quod quum quidam alius frater vicinus suus sepe sibi furaretur de his que in cella habebat: et ipse videret illum: non arguebat senex: sed amplius operabatur dicens: puto frater ille necessarium ē habebat ergo senex magnā tribulationē et penuriā panis. Quum autē moreretur et circundedissent eum fratres senex vidit illum fratrē q solebat ei furari: et dicit ei: Accede ad me frater: et apprehendit eius manus et osculabatur dicens: Gratias ago manibus istis fratres: quia propter eas arbitror me iturum in regnum celorum. Ille autē frater compunctus corde et agens penitentiam, factus est et ipse strenuus monachus. Alius frater requisiuit senē dicens. si mihi debet paucos nummos frater: iubes vt repetam eum? Cui senex. semel tantum dic ei cum humilitate. at ille: quod si semel ei dixero et nihil mihi respondeat: quid faciam? Tunc senex. vlterius nihil dicas ei. At ille. Et quid faciam quia nō possum uincere cogitationes meas nisi illi fuero importunus. Cui senex: dimitte cogitationem tuā crepare tantummodo fratrem tuum ne cōtristes quia monachus es. Ergo viris perfectis pro re aliqua tēporali litigare non licet. Legitur etiam in vitis patrum, quod quum tres anachorite iuissent ad metendum sub certa mercede: et vnus eorum fuisset infirmatus: alij duo inuitabant eum recipere partē mercedis: ipse vero dicebat quod non debebat habere partem, qui non laborauerat. Alius anachorita determinauit hac questionē charitatiue. quod reciperet partem. quā cum placitu recepit ille infirmus. Item Luc. vj. Et ab eo q aufert tibi vestimentū etiam tunicam noli prohibere. vbi Cyrillus. Hec est enim virtus anime que omnino auersa est a passione cupiditatis diuitiarum decet enim eum qui pius est oblivisci malorum: vt et ea quibus charos amicos iuuamus: persequentibus conferamus. Item ibi. Luce. vj. Et qui aufert que tua sunt ne repetas. Chrysostomus. Adeo percipimus omnia: quod autē dicimus meū et tuum, nuda tantum sunt verba. Si nāqz domum tuam asseris: emisti vel bū

carens substentacione rei. Nam et aer et solum et cemẽtum creatoris sunt cu etiã ipse qui domum cõstruxisti:sed etsi tuus sit vsus:nõ solum pp mortẽ: sed etiã propter rerum euẽtus aĩa tua non possidetur a te: et quo pacto tue reputabunt opes? vult autẽ de⁹ tua fore q̃ tibi p fratribus credita sunt:que possideo tua non sunt nisi pro alijs dispensaueris. fiunt autẽ tua: si pro alijs dispensaueris. Si vero tibi affluent expenderis:que sunt tua iam facta sunt aliena. Sed propter nefandas opus cupidinem homines in curijs contingunt:contra qd̃ chr̃us dicit. Et q aufert q̃ tua sunt ne repetas, vbi etiam Aug. Quod de vestimento domo iumẽto fundo et q̃aliter ol pecunia dicit. hec Aug. Perfectus ergo pauper sicut erant apl̃i q omnia propter deũ dimiserunt:non litigat super re sibi ablata. et si litigat:iam cupiditate aliq̃ ligatus est. et ideo pfectus pauper non est:qa perfectus pauper nihil sibi appropriat:sed oib⁹ omnia cõmunicat:et semper ad tẽpus innocentie:quo omnia erant cõmunia se reducit. dist. viij. §.j. et xij. q.j. c. ij. hoc enĩ est pprium proprie veri et pfecti et euangelici et aplici paupertatis nihil super terram habere propriũ:nec in vsu rerum qbus vtitur proprium facere. vñ et malus religiosus quum pprium habere nõ possit:vt. xij. q.j nolo. et c. non dicatis contra naturã visus in vsu sibi proprius constituit:et ideo contra statũ regularẽ viuit:cui annexa est olo proprietatis abdicatio. extra de sta. mona. cum ad monasteriũ. §. fi. Nec gloriet se vacuo nomine non habere:si qd̃ habet pro solo vsu: alijs non cõmunicat quum nõ vtitur:qa factis verbis contrarius est:et ideo realiter proprietarius est. xij. q.j. c. ij. et c. quis tua. et c. scimus. vnde de eo proprie dicit ad Titũ. j. Confitet se nosse deum:subaudi in obseruantia regulari:factis aũt negat:qz proprietarius est nõ cõmunicando qd̃ habet quum necessario non vtit. hoc optime probat. xxij. q. v. cauete. et. xij. q.j. nolo. vñ verum et pfectum pauperẽ euangelicum: quales erant apl̃i:describens Climacus in gradu. xvj. de victoria auaritie dicit, qd̃ pauper operator non habet affectum ad aliqd vitiose qd̃ habet: et ei aduenientia quasi nõ essent reputás. si vero in aliquo contristat:nondũ pauper est factus. Qui contẽnit malos liberabitur a contradictione verboꝝ et litigatione: amator possidendi pro actu vsqz ad mortẽ pugnat. Nõ erat in Job vestigium auaritie. hinc oibus priuat⁹ imperturbatus mansit. Job. j. hucusqz Climacus. Item in vitis patrum legit, q quum duo patres simul manerẽt:dixit vnus alteri:faciam⁹ et nos vnam litẽ sicut et alij hoies faciũt. Dixit alter:nescio quem admodũ fit lis. dixit ille. Ecce ego pono vnum laterem in medio:et dico, qa meus est:et tu qa non est dic tuus:sed meus. Et ex hoc fit cõtentio et rixa. Et dũ posuissent laterem in medio:dicente uno qz meus ẽ. ille alter primũ respondit:ego meum esse spero. quũ ille alter iterum diceret:non est tuus sed meus: tunc ille respondit:et si tuus ẽ tolle eũ: quo dicto nõ inuenerunt quemadmodũ litigarent. Item in vitis patrum. Venerunt latrones in cella cuiusdã senis dicẽtes:oĩa que in cella tua sunt:venimus tollere. Respõdit senex q̃ntum vobis placet filij tollite. Tollentes ergo qcquid inuenerunt abierunt. Remansit autem sacellus in abscondito:quem tollẽs senex insecutus est eos:clamans filij tollite qd̃ obliti estis. Illi vero admirantes patientiã senis, reuocauerunt eum: et penitentiã egerunt, restituentes q̃ abstulerant: dicẽtes hic hõ dei est. Vñ pulchre clemens dicit in canone.

q. x. j. c. ij. sed p iniquitatem alius dixit hoc esse suũ, et alius illud. et sic inter mortales facta est diuisio. Item apl̃i quum missi fuerunt a dño specialiter ad pdicandum pacem iuxta Esa. lij. Quam pulchri sup montes pedes annuntiantis et pdicantis pacẽ. viij. q.j. olim. quõ in iudicio contendissent et alios ad impatientiã infirmos incitassent:et contra illud qd̃ pdicabant fecissent. hoc de eis credere indignũ est: qz magni non fuissent in regno celoꝝ, sicut sunt si dixissent et nõ fecissent et se non pacificos:et se nõn mundi contẽptores verissimos ostendissent. Mat. v. Ad eos enĩ potissime qui erant capita ecclesie: et totius perfectionis exẽplar:ptinebat non litigarent:nõ alios ad eos odiẽdos puocare. Gala. v. sed ad concordiã reuocare et pacificare. xc. dist. per totum. ex̃ de treu. et pa. c. ij. §. fi. Quis enĩ videret eos p tpalibus q̃ sunt stercora. Phil. iij. litigare, et eis de contẽptu mundi crederet? ca. xxv. dist. primũ. immo nedũ solus paulus dixit, Phi. iij. sed et oẽs alij apl̃i omnia arbitrati sumus vt stercora:vt chr̃um et proximum lucrifaciamus. Nam et simplex laicus frater Egidius socius beati Francisci dicebat. Si vis saluari nõ petas tibi fieri iustitiã ab aliquo. Preterea si apl̃i cum aliquo in iudicio litigassent:supponendũ est q semper iuste petissent:et rei contra quos egissent se cõtra iustitiam defendissent. In iudicio autẽ vterqz subit tam reus q̃ actor calũnie iuramentũ. C. de iura. calũ. aut. principales. et ex̃ de iura. cal. c. j. et vlt. sed dñs dixit Mat. v. Sit sermo vester est est non non. ex̃. de iureiu. et si chr̃us. Iurare autem et si pctm̃ non sit:nõ tñ debet fieri nisi qn necessitate cogat, videlicet quum videt pigros esse hoies ad credendũ:qd̃ eis est vtile sicut dicit Aug. in sermone dñi:et ponit. xxij. q.j. ita ergo: sed nulla necessitas erat aplis ad repetendum aliqd in iudicio:ex quo extra iudicium eoꝝ debitores nolebãt eis reddere:ergo iurare non licite poterãt:qz per hoc debitores ad salutẽ non reducebãt: immo fuisset eis occasio peierandi ex quo alr̃ eis satisfacere debitores nolebant qui enĩ scit aliũm velle falsum iurare:et a tali recipit iuramentum vincit homicidã: qz homicida corpus occisurus est: ille alam: immo duas animas:et eius quem iurare prouocauit:et suã: sic dicit Augustinus in sermone de decollatione beati Ioannis:et trãsfertur. xxij. q. v. ille. Item. Matt. v. Videns Iesus turbas:dicit Augustinus super illum sermonem, quod apostoli in hac vita illas. viij. beatitudines ibi descriptas habuerunt. Sed inter alias secunda beatitudo est, beati mites etc. vbi Augustini. Mites sunt qui cedunt improbitatibus: et non resistunt malo:sed vincunt in bono malum. Et idem super lucam. Mitiga ergo affectum tuum: vt irascaris:aut certe iratus ne peccaueris. Preclarum est enim motum temperare consilio, nec minoris virtutis dicitur cohibere iracundiam: quam omnino non irasci:quum plerumqz illud leuius:hoc forti⁹ existimetur. Rixentur igitur immites et dimicent pro terrenis et temporalibus rebus:sed beati mites: quoniam ipsi possidebunt terrã de qua euelli
nõ possunt:illam inquam terram de qua in
psalm⁹. cxlj. dicit: Portio mea in terra vi
uentium. Ergo et apostoli pro terrenis
nõ litigauerunt in iudicio nec extra:
quod si fecissent:mititatis beatitu
dinem non habuissent: qd̃
est contra August.
vt. s. dixi.

De concordia inter decretalem exiit extra de verb.
sig. ⁊ constitutionem D. Pape Joā. C. 59.

Restat inter hec querere q̄ possit es-
se concordia inter decre. exijt. ex̄ de
v.signi.lib.vj.⁊ extrauagantē dñi
Pape Joan.xxij. que incipit, Ad
conditorē.⁊ aliam q̄ incipit, Cū in
ter.cuiꝰ tenor talis est de verbo ad
verbū extractus de bulla appensa hic ponit̄,extraua
ganti Joan.xxij.Cum inter nōnullos viros scolasti
cos,sepe contingat in dubiū reuocari:vtrum ptina-
citer affirmare redemptorē ⁊ dñm nostrum Jesum
Christum,eiusq̄ aplos in speciali non habuisse ali-
qua nec in cōmuni,hereticum sit censendum,diuer-
sis diuersa ⁊ aduersa etiam sentientibus circa illud.
Nos huic cōtrectationi finez imponere cupientes.
assertionem huiusmodi ptinacem:vide qd̄ legitur ⁊
no.ex̄ de sum.trini.c.j.li.vj,in.§.si.super verbo assere
re.in vltima glos.Joan.an.cum scripture sacre que i
plerisq̄ locis ipsos nonnulla habuisse asserit ꝯdicat
expresse ipsamq̄ scripturā sanctam, p quam vtiq̄ fi
dei orthodoxe probant̄ articuli: quoad premissa fer
mentū aperte supponat ꝯtinere mēdaciū: ac per cōse
quens quantū in ea est:eius in totū euacuans fidez
catholicā reddat eius pbationem adimens dubiā
⁊ incertā,deinceps erroneā fore censendam ac here
ticam de fratrum nostroꝝ consilio hoc ppetuo decla
ramus edicto. Rursumq̄ imposterum pertinaciter
affirmare,q̄ redemptori nostro eiusq̄ aplis his que
ipsos habuisse sacra scriptura testat̄: nequaq̄ ius ip
sis vtendi seu ꝯsumendi cōpetierit:nec illa vendēdi
seu donandi ius habuerint:aut ex ipsis alia acquirē
di:que tn̄ ipsos de premissis fecisse scriptura sacra q̄
dicere mentiri nefas est.xxxij.q.v.quid ergo.ix.dist.
ego.c.si ad sacras.cuz.c.seq.xxv.q.j.sunt quidā:testa
tur seu ipsos potuisse facere supponit expresse:quum
talis assertio ipsoꝝ vsum ⁊ gesta euident̄ includat in
pmissis non iusta. Qd̄ vtiq̄ de gestis vsu seu factis
redēptoris nostri dei filij sentire nefas est scripture
sacre ꝯtrarium,⁊ doctrine catholice inimicū:assertio
nem ipsam.extra de sum.trini.⁊ fide ca.§.porro.ibi,
ptinaciter.in Clemen.⁊ de vsur.ex graui.§.si ptina-
citer.in Clem.legit̄ ⁊ no.xxiiij.q.iij.dixit aplus.ibi,p-
tinaci aiositate.⁊ glos.si ibi,pertinacē de fratrū eorū
dem cōsilio deinceps erroneā fore censendā merito
ac hereticam iudicamus hucusq̄ verba constitutio
nis dñi Pape Joan.xxij.Videt̄ ergo saluo iudicio
Romane eccl'ie sacrosancte,q̄ verba dicte ꝯstitutio
nis contradicant determinationi ecclesie posite ex̄
de verbo.signi.exijt qui seminat.in.§.porro.nec alijs
ibi ꝯtentiis,nec a sentētijs reuerendoꝝ patrum ⁊ do
ctorum in sacre pagina famosoꝝ fratrū bonauentu
re in sua apologia ⁊ Joan.de pechano in libro de p
fectione euāgelica traditis discrepet. Nec a determi
nationibus capituli gn̄alis ordinis fratrum minoꝝ
Habet̄ aliquid trifariā capit. pusij celebrati. Nā hr̄e aliquid quantū ad p̄sentez
materiam ptine:accipit̄ tripliciter.Uno mō quantū
ad vsum facti simplicē ⁊ tn̄ iustuz.⁊ hoc modo serui
⁊ religiosi qui serui dicunt̄.liiij.di.multos:⁊ qui pro
mortuis reputant̄.C.de epis.⁊ cleri.deo nobis.§.j.in
fi.i tex.⁊ in glo.⁊.xvj.q.j.placuit.vbi de hoc.⁊.c.sunt
nōnulli.in prin.vno modo dicunt̄ hr̄ q̄ntuz ad vsuz
facti.ff.de pecu.l.nec seruus.⁊.l.id vestimentū . ⁊ no.
xij.q.j.nō dicatis.in glos.nunqd.⁊.c.dilectissimis in
glos ergo aliquis.⁊ sic accipitur vno modo hr̄e.ff.de
v.signi.habere.legit̄ ⁊ no.xxiij.q.vij.qd̄ autem ibi.
non solū que habebant ⁊c.⁊ in glos.non intelligas.
Et hoc modo hr̄e accipitur in regula beati Frācisci
ab eccl'ia approbata,in.c.siqui.ibi,habeāt vnā tuni-
cam cū capitio:⁊ aliā sine capitio q̄ voluerint hr̄e. ⁊
in.c.clerici.ibi.ex quo hr̄e poterunt breuiaria.⁊ in.c.
fratres nihil.ibi.habere velitis:Et isto mō habendi
religiosi dicunt̄ hr̄e:qui tn̄ quantū ad propriū nihil
habent:vt.xij.q.j.non dicatis.in prin.⁊.xviij.q.ij. ab
bates.ibi.aut peculiare aliquid habere.⁊.liiij.distin.
abbati.ibi,qui enim nihil proprium habet.⁊.C.de
episco.⁊ cleri.aut.ingressi.⁊.xix.q.vlt.q: ingredienti
bus.⁊ extra de of.or.quāto.⁊.xij.q.j.nolo.ibi,Nulli
licet in societate nostra habere aliquid ppriuz.extra
de regu.ex parte.de ꝯuer ꝯiu.dudum.§. vetum.⁊ de
sta.mona.c.ij.⁊.c.sup eo.⁊.c.cum ad monasteriuz.§.
fi.vbi de hoc.⁊ no.de cuz.dist.j.iubemus. Apocal.c.
vlti.in.j.glos.in fi.⁊ q̄ cleri.vel vo.c.vlt. in glos. ergo.
Et de hoc modo habēdi simplici loqtur pre. decre.
exijt.⁊ decre.Clemen.exiui de paradiso.posita in tit.
de v.signi. In q̄bus dicitur q̄ fratres minores fm̄
regulā beati Francisci habere possunt vnā tunicam
cum capitio ⁊ aliā sine capitio Et tn̄ in eiusdem di
q̄ fratres nihil sibi appropriēt:vel appropriare sibi
nihil possunt vel in cōi etiā: q: hoc expresse in regu-
la continet̄ in.c.fratres nihil sibi approprient . per q̄
liquido apparet,q̄ habere ibi sumit̄ quantū ad sim
plicem facti vsum.Et fm̄ hunc modū chr̄us ⁊ apo-
stoli habuerunt in cōmuni ⁊ in speciali ⁊ iuste ⁊ etiā
aliq̄n loculos.Quoꝝ aplorum locum ⁊ vitā tenent
monachi quantū ad abdicationem ꝓprietatis ⁊ do
miniū oium reruz in speciali: vt no.xvj.q.j.ex autho
ritate.q.j.vidētes. in glos.Epi ⁊ fratres quātum ad
abdicationē proprietatis ⁊ dñium oium rerum taz
in speciali,q̄ in cōmuni vt habet̄ i dicta decre.exijt.
§.porro. Alio mō accipit̄ habere quantū ad ius ad
ministrationis ⁊ dispensationis.Et hoc modo pre-
lati siue episcopi q̄ in locum aplorum succedūt quo-
ad prelationem ⁊ dispensationē reꝝ eccl'ie,vt pre.c.
videntes.in textu ⁊ in glos.⁊.lxviij.dist.quoꝝ vices.
⁊.xxj.di. in nouo. dicuntur hr̄e ⁊ habētius admini
strationis ⁊ dispēsationis ad vtendū rebus ecclesiasti
cis.non q̄ res ecclesie dicant̄ eoꝝ esse quantum ad
dñiuz ⁊ ꝓprietatē:sed solū quantuz ad procuratio-
nem ⁊ dispensationem ⁊ administrationē.⁊ hoc pro
batur.xij.q.j.c.vltimo.in textu ⁊ in glos.xxiij.q. vij.
qd̄ autem.⁊.xxiij.q.viij.conuenior.⁊ extra de dona.
c.ij.legit̄ ⁊ no.cum si.⁊.xij.q.j.eps ecclesiasticaꝝ.x.q.
ij.eps. Et ex hoc iure cōpetit eis vendere ⁊ donare
in casibꝰ in iure concessis.xij.q.ij. sine exceptione.x.
q.ij.hoc ius. extra de re eccle.non alie.vt.ā.extra de
his que fi.a prela.cum in aplica sede.⁊ legit̄ ⁊ no.de
dona ceterū.cuz si. Tertio mō sumit̄ habere quan
tum ad dñium.Et hoc modi habendi dñium subdi
stinguitur.Uno modo dicit̄ q̄s habere scilicet quan
tum ad dñiuz qd̄ est de iure diuino: de quo iure diui
no.no.dist.j.ius naturale.i glos.j.⁊ dist.viij.quo iure
in glos.ex hoc.Et hoc modo res deo siue eccl'ie dona
te vel oblate ꝓpter deum:⁊ decime dicuntur haberi
⁊ esse in dñio christi ⁊ corporis eius qd̄ est ecclesia .
xij.q.ij.qui christi.⁊.c.nulli liceat.⁊.c.pdia.⁊.c.q ab-
stulerit.⁊.q.iij.pontifices.⁊.q.j.res ecclesie.⁊ c.vidē
tes.⁊.c.expedit. vbi de hoc no.⁊ plene per Jnnoc.
⁊ Ostiē.extra de causa.pos.cuz sup.⁊ de hoc dñio le-
gitur.xvj.q.iij.inter memoratos.vbi dicit̄ , ecclesie
cuiusest ius retentionis sic eternū dñium.⁊ habet̄

Leuit. vlti. circa fi. de hoc dñio qđ spectat ad chūz ⁊ ad corpus eius qđ est eccl'ia fidelium. xxiij. q. v. de ligmibus. dicitur. j. ad Cor. iij. Oia vestra sunt: vos autē christi. xxiij. q. vij. c. j. circa prin. ⁊ c. qđ autē. circa fi. Et ne hoc modo habendi expresse Aug. super Joā. loquēs de donatistis dicit: Ueniant ad catholicam ecclesiam: ⁊ nobiscū habeant non solum terram: sed ēt eum qui fecit celū ⁊ terram. In hmōi autem cōmunitate viuentes: ⁊ iter paupertatis altissime arripientes, ⁊ pfectionis euāgelice: non q̄runt in reb⁹ quas habent nisi vsum. xij. q. j. clericus. ⁊ c. epl'a. vij. Phil. vlti. Thessalonicā mihi misistis in vsū. glo. ibi q̄est Aug. dicit: Preter vsum in rebus nihil querendum est. ⁊. j. ad Timoth. vj. habētes alimenta ⁊c. ideo dicit ibi signāter: qbus tegamur, vt ostēderet se nō q̄rere nisi vsū. ⁊ q̄ vsus alimētoꝝ ⁊ tegumētoꝝ inter hoīes distinctus est: ⁊ habetur in speciali: ideo sepe scriptura diuina vtitur his noībus scꝫ meū tuū: iuxta illud ps. xxj. Partiti sunt vestimēta mea sibi ⁊ sup vestē meā miserunt sortē. Jo. xix. iuxta quod dictum est. j. Timot. vj. habentes alimenta ⁊c. ⁊ habebat christus loculos. xij. q. j. Timoth. vj. habētes alimenta ⁊c. ⁊ habebat chūs loculos. xij. q. j. habebat. Et q̄ hec intelligant quantum ad vsū: patꝫ per Augustinum in verbis illis apl'i. j. ad Cori. iij. in fi. Omnia vestra sunt. ⁊. xxiij. q. qđ autē. in fi. dicentē. Oia vestra sunt: scꝫ supiora equalia ⁊ inferiora. Superiora vestra sunt ad perfruendū: vt deus trinitas. Equalia ad conuiuendū: vt angeli qui ⁊ nostri sunt modo: quia ad vsū nobis sunt: sicut dñi dicunt esse famuloꝝ: non dñio: sed ad vsum eoꝝ. Inferiora ad vtendum. hec Aug. ⁊ ponit ipsa authoritas Augu. in li. questionū euangelij: ⁊ recitatur in glos. ad Ro. viij. ⁊ scdo sententiarū ibi: omnia. n. ⁊c. Ex isto etiā iure diuino viris iter pfectionis arripientibus prohibetur dicere: hoc meū: hoc tuū proprium. xiiij. q. j. in pri. dist. viij. §. j. ⁊ c. j. xij. q. j. dilectissimis. ⁊ de hoc statu pfectionis Petr⁹ in psona omniū apostoloꝝ dixit Mat. xix. Mar. x. Luc. xviij. Ecce nos reliquimus oia. Et chūs ostendēs ex hoc eos in regno celorū excellentē gloriā promereri: dixit ibi. Uos qui secuti estis me, quum se. fi. hoīs ⁊c. Ex hoc etiā iure prohibetur viris iter pfectionis arripientibus in iudicio contendere: dicente Christo. Siquis voluerit tunicam tuam tollere: ⁊ in iudicio tecum contendere: dimitte ei ⁊ pallium: ut habetur. Matth. v. ⁊. xiiij. q. j. in prin. ⁊ c. j. ⁊. xxiij. q. iij. §. j. Ex hoc etiā iure diuino apostolis ⁊ eorum vitam professis competijt ⁊ cōpetit tpe necessitatis emere ⁊ vendere. vñ dicitur Joan. iiij. Discipuli eius ierunt in ciuitatē ⁊ cibos emerent. Quia autē hoc fecerint: tempore scilicet quū eis aliter p auxiliū humanū non fuisset prouisum de victualibus patet in eodem euangelio Joan. q̄ samaritani non coutebantur iudeis. ⁊ Luce. ix. dicitur, Intrauerunt ciuitatē samaritanorum vt pararent illi: ⁊ non receperunt illū. vnde glos. Bede ibi. Non. n. coutunt iudei samaritanis: vt Joan. ostendit. Ex quo patet: q̄ samaritani erant inhospitales iudeis: vnde apl'is per humanū auxiliū non fuisset prouisum: nisi emissent. Quarto modo dicit quis hře dominium ⁊ proprietatē de iure scꝫ positiuo: de iure scilicet imperatoꝝ: qđ per iniquitatem extitit introductū: scꝫ vt homines dicant: hoc meū: hoc tuum proprium. ⁊ in iudicio cōtendant: vt dicit in pre. c. quo iure. ⁊ c. dilectissimis: ⁊ de hoc mō habendi iure proprietatis ⁊ dominij loquitur lex. ff. de

Þ. signi. l. habere duobus modis di. ⁊. ff. de. Þ. oblig. stipulatio ista, §. habere. ⁊ no. xxiij. q. vij. qđ autē. in glos. non intelligas. Et ex hoc iure habendi datur ⁊ cōpetit in iudicio actio ⁊ exceptio. ff. de acqui. re. do. l. rem in bonis: ⁊ inde litigia proueniūt: ⁊ huiusmodi dominiū ⁊ proprietatē abdicare: sicut vna psona priuata potest: ⁊ ad perfectionem ptinet: sic ⁊ vniuersum collegium singulare solum qđ obtinet uicem singularis psone. ff. de fideiu. l. mortuo. pōt a suo toto collegio abdicare: ⁊ ad culmen pfectionis pertinet. Et de tali abdicatione in speciali ⁊ in cōmuni: q̄ sit meritoria ⁊ sancta: ⁊ etiā a chřo apostolis tradita, loquitur decreta. pie. exijt. §. porro. ⁊ alie constitutiones a Romanis pōtificibus super regulā ⁊ statum fratrum minoꝝ edite: dominio aut iure ⁊ cōmunitati emanātibus a iure diuino: q̄ qđ est veritas in colūba, xxiij. q. j. loquitur. l. in vniuersali eccl'ia nō est salubre nec licitum renunciare. Ex quibus patet q̄ error est dicere simpliciter ⁊ absolute siue indefinite: q̄ christus ⁊ apl'i non habuerunt aliqua in speciali nec etiā communi. ⁊ sic oēm modum habendi excludere: ⁊ per consequens includere: q̄ ipsi non habuerunt res aliquas quantū ad vsum facti nec in speciali nec in cōmuni. Et q̄ in quantū prelati eccl'ie militantis: ⁊ ad ministratores siue dispensatores: non habuerūt ius vtendi et administrandi in rebus oblatis siue concessis eis: ⁊ vendendi ⁊ donandi eas: prout sacri canones dicunt: quum hoc cōtradicat sacre scripture ⁊ sacris canonib⁹ ⁊ dicte decre. exijt. dicēti q̄ christus loculos habuit: ⁊ cōsequenter in dicta constitutione: Cum inter nonnullos: dicit scꝫ q̄ hoc ptinaciter affirmare hereticū sit censendū. Dicere autē cū dicta determinatione eccl'ie posita in decre. exijt. §. porro. scꝫ q̄ abdicatio proprietatis oim rerum tam in speciali q̄ȝ in cōmuni pp deū sit meritoria ⁊ sancta: q̄ȝ ⁊ christus viam pfectionis ostendens. verbo docuit ⁊ exēplo firmauit: q̄ȝ quia apostoli in quantū fuerūt professores paupertatis excelse, ⁊ de qua dicit. Mat. xix. Ecce nos reliquimus oia ⁊c. in. volentes pfecte viuere p doctrine ac vite ipsoꝝ alueos deriuarūt. Et q̄ et christus inter dū loculos habuit condescendēs infirmis: ⁊ per consequens q̄ christus ei eius apl'i viā perfectionis ostēdentes: non habuerunt proprietates rerum et dominiū in speciali: vel ipsoꝝ apl'oꝝ priuato collegio appropriatum, qđ est ex iure imperatoꝝ: ⁊ implicat ad litigandum: ⁊ per iniquitatē introductū: vt dictū est, nō est hereticū nec erroneū. nec hoc dicere videtur dicta constitutio, Cum inter nonnullos. cum dicta decre. Exijt. nullā prorsus faciat mentionē: nec eam tollit: nec ei in aliquo derogare videtur: immo quū idem sctissimus př ⁊ dñs dñs Joā. Papa. xxij. pronuntiauerit de cōsilio ⁊ assensu dñorum Cardinalium decre. Exijt salubriter editā solidam claram ⁊ lucidā multaq̄ȝ maturitate digestam: prout in sua constitione q̄ incipit: Quorundā: expresse continet: ac etiā viēnense conciliū in constitutione ille, Exiui de paradiso. posita in titulo de Þ. signi. ipsam determinationē factā in illa. Exijt q̄ seminat. ⁊ tradictorio iudicio approbauerit in hac parte: nullo modo dicendū, nec credendum: nec q̄ p verba aliqua generalia posita in dicta constitutione vltima. Cum inter. noluerit subuertere p suos predecessores ⁊ seipsum cū multa maturitate definita. ex. de elec. ecclesia nřa. ij. sed promptū debet esse iura iuribus concordare. C. de inof. testa. l. si qñ. de elec. cum expectat. li. vj. constitutio. n. sequens fm precedentē

est intelligẽda. extra de of. dele. sup questionẽ: in pn. nec constitutioni pcedenti per subsequentẽ derogatur nisi in quantũ inuenitur expressum. C. de edili: pua. l. vltimo. ff. de adimẽ. l. alumne. §. qui filiusum inten. de adminis. offi. in fa. appel. ad fi. Et qd non mutatur quare stare prohibetur. C. de testa. l. sancimus. ꝛ. O. de ap. l. pcipimus. vide qd legitur ꝛ no. extra de con stitu. licet. li. vj. in glo. cõtra. Preterea post publicationẽ dicte cõstitutionis. Cuz iter nõnullos. Jdẽ dñs Papa Joã. de cõsilio sacri collegij dñorum Cardinaliuz in cõdẽnatione quã fecit iuxta supplicationẽ sibi factaz p parte ordinis fratrũ minoꝝ de postilla quã frater Petrus Joannis sup Apocal. cõscripsit. habuit consilium magistroꝝ in sacra pagina: qbus examinationẽ cõmisit appostilice: inter quos magistros fuerunt fratres Guido de landinis archiepũs viennẽ. ꝛ Petrus de palude ordinis pdicatoꝝ: ꝛ multi alij magistri ordinũ ꝛ statuum: in quo cõsilio p ipsos magistros scripto sub eoꝝ sigillis in forma publica instrumenti pfato dño pape tradito de articulo, quem dictus petrus Joan. scripsit in dicta apostilla. Cuius articuli tenor de verbo ad verbũ talis est: cõtinetur. Ex quo p Romane eccl'ie authonticã testificationẽ constat regulã minoꝝ per beatum Franciscũ editaz esse vere ꝛ pprie illam euangelicã quã Christus in se ipso seruauit ꝛ aplis imposuit ꝛ in euãgelijs conscribi fecit. Et nihilominus cõstet hoc p irrefragabilia testimonia libroꝝ euangelioꝝ ꝛ ceterarum scripturarum sanctarũ. ꝛ p sanctos expositores earum: put alibi est superabunde monstratum: dicti magistri in sacra pagina de hoc articulo suũ dant iudiciũ in hec verba. Si dictus Petrus ioã. hec verba accepit sm intellectum ꝛ declarationẽ decre. Exiit. veruz dicit. Si autẽ intelligit sicut ipse alibi declarat ꝛ sui sequaces asserunt: qꝫ regula btĩ Frãcisci sit vere ꝛ proprie idem ꝛ ipsum euangeliũ qd christi: ꝛ econuerso: ꝛ qꝫ dñs papa nõ habet potestatez sup eam sicut nec sup euangelium: uel quicquid est in regula bti Francisci totum christus ad literã seruauerit. ꝛ aplis imposuerit obseruandũ: hoc totuz simpliciter reputamus hereticum ridiculũ ꝛ insanũ, nec istud probat p aliqd testimoniuz qd iudicat. Hec verba dicti consilij siue iudicij magistroꝝ pfatus dñs papa Joã. recepit. Ex qbus patere potest cui libet intelligenti, qꝫ ipse dñs papa p predictã constitutionẽ: cum inter nõnullos non intelligit dictã determinationẽ in sepe dicta decreta. Exiit. positã in hac parte aliqualit tollere vel limitare. Jdez etiã dñs papa Joã. qñ in consistorio legebat dicta constitutio: Cuz inter nõnullos: ad dictum cuiusdã Card. dicentis eidem dño pape: qꝫ in ipsa constitutione exprimeret hereticũ fore pertinaciter affirmare christũ ꝛ aplos non habuisse pprietatem ꝛ dñium rerũ in speciali nec etiã in cõmuni. Rñdit non faciamus. Preterea nouissime pfatus dñs papa venerabilẽ doctorem fratrẽ Thomaz de aquino catalogo sctõrum adscripsit: q doctor in libello quez edidit contra dãnantem statum non habentium in cõmuni possessiones ꝛ dominia reꝝ: sed p mendicitatem victũ sibi qrentium: qui libellus incipit: Ecce inimici tui sonuerunt. v. c. expresse determinat atqꝫ pbat p authoritates euangelij ꝛ sctõrum doctoruz ecclesie: qꝫ possessiones ꝛ dñia tam in speciali quã in cõi: ꝛ diuitias relinquere: est quidã grad' altior contentus sub pfectione euangelica. Et in responsionibus qs facit ad argumenta in oppositũ: dicit sic de verbo ad verbum. Ad. xvij. ca. dicendũ est, qꝫ ecclia: qꝫ multos infirmos sustinet: qui nõ de facili sine tẽporalium possessionum solatio ecclesiasticam vitã ducere sustineret, expedit facultates cõmunes in ecclia possidere: dimissis ppriis: ꝛ pcipue propter pauperes sustentandos: non tñ propter hoc sequit: qꝫ nõ sit expediens a pdictis viris qui ppria dimiserunt: vitaz religiosam agere sine cõmunibus possessionib'. Et qm̃ pfectio euangelica ꝛ aplica non annulletur in illis q possessiones cões habentes expressius seruatur in illis q propriis dimissis etiã communib' carent. hec ibi. Et ad illud qd obijcitur p aduersarios paupertatis in speciali ꝛ in cõmuni: qꝫ christus loculos habuit. in eodẽ libello respondet in hec verba. Ad id aũt qd. vij. dicitur dicendũ: qꝫ dñus non sit preceptuz: qꝫ nihil pecunie ad usus necessarios reseruetur a fidelibus: sed tñ cõsiliũ. nec dñs habuit loculos quasi aliter et puidere nõ potuisset: sed vt in se gerẽs infirmorum psonam: vt sibi licitũ crederent qd a christo obseruari viderent. hec ibi. ꝛ probat p authoritates sctõrum doctoꝝ eccl'ie. Et iã in eodẽ libello dicit sic ꝛ in eodem c. Ad. xiiij. dicendũ est qꝫ sicut supra dictũ est: q dñs pecuniã seruari fecit in loculis in necessarios vsus: vt infirmis cõdescenderet, ꝛ ideo non est reputandum p superstitione si aliqui perfecti viri nolũt pecunias reseruare. Et qm̃ christus pecuniam sic seruari fecerit: nec eam habuerit ex aliqbus possessionibus: sed magis ei a fidelibus p modũ elemosyne ministrabatur: hec ibi. Et iã in e. c. dicit sic. Ad. xxi. dicendum est: qd qm̃ sancti patres modũ illũ habendi possessiones in cõi approbauerunt: non tamẽ hunc modum abdicationis in communi reprobauerunt: ꝛ ideo non est psumptuosum hunc modum sequi: alias nihil de nouo posset institui qd nõ fuerit antiquus obseruatum: nihilhominus tñ iste modus viuendi a multis sanctis patribus fuit antiquitus obseruatus: ꝛ etiã in eccl'ia primitiua. hec dictus doctor. Si autem huiusmodi doctrina dicti doctoris fuisset contra fidez euangelij: aut scripture diuine aduersa, ac p cõsequens erronea ꝛ heretica: non est veri simile nec credendũ: qd prefatus sanctissimus papa Joan. ipsuz sanctoꝝ catalogo adscripsisset. Nec huic obsistit qd pfatus venerabilis doctor in sua summa secunda secunde dicit qd hẽe aliqd in communi nõ diminuit de pfectione religionis: inducens ad: hoc. xvi. q. i. expedit. quia sicut colligi potest p rationes p eum ad hoc probandum adductas, intelligit qd habere in cõmuni non diminuit aliqd de illa pfectione q essentialiter est annexa religioni: q in abdicatione proprietatis ꝛ dominij oium rerum in speciali siue in singulari cõsistit: de qua loquit extra de statu. mona. cum ad monasterium. in fi. ꝛ dictum. c. expedit: quã sancti Hilarius: Aug. Benedictus, ꝛ plures alij habentes in cõmuni possessiones ꝛ rerum dominia ad sufficientiã professi sunt: non autẽ intelligit: qd nõ diminuat aliqd de illa pfectione q est supererogationis ꝛ culminis aplici: p quaz abdicant possessiones in pprio ꝛ in cõi: ꝛ status mendicitatis eligitur. alioquin si de tali intellexisset (qd absit) incurrisset sententiam qꝫ felicis recordationis dñs Alexander. iiij. de consilio dñoꝝ Card. protulit in oẽs asserentes huiusmodi abdicationẽ pprietatis ꝛ dñi oiuz rerum tam in speciali qꝫ in cõi: non esse de pfectione euangelica: ꝛ in eterna retributione pcellentem gloriã non mereri: prout in duabus constitutionibus p ipsum pontificẽ super hoc editis: quaz vna incipit: Romanus pontifex: ꝛ alia: Non sine multa cordis amaritudine.

tudine plenius continet. Et fuisset contrarius sibi & ordini suo & pcedenti determinationi sue: quaz in predicto libello conscripsit: quod de tanto doctore credenduz non est. Nec obs. quod dicitur q licet dictus doctor in dicto opusculo, Ecce inimici. dixerit q non habere possessiones in communi et per mendicitatem victuz querere, contineatur sub perfectione euangelica: nõ tamen dixit: nec intellexit, q prorsus abdicare proprietatem & dominium omniuz rerum in speciali & in communi, contineatur sub perfectione euangelica, quum habere dominiũ & proprietates aliquarum rerum necessariarum in communi ad vitaz non inducant vt dicunt solicitudinẽ charitatis impeditiuã. Et vere non obs. Nam oẽs rõnes & authoritates quas inducit ad probandum statũ mendicitatis esse licitum & sub perfectione euangelica contineri: ita arguunt statum abdicantiũ proprietatem & dñium rerum omnium in speciali & in cõi, contineri sub perfectione euangelica & eminentius, sicut statum illoruz qui in aliquibus modicis dicũt se in cõi proprietatẽ & dñium retinere, & sufficientiaz possessionũ in cõi vnde viuere possint absqz mendicitate: a se ex eorum statu asserunt abdicare, maxime quum habere in aliquibus rebus proprietatem & dñium introductum de iure gentiũ vel ciuili non sit ad vitã humanã necessarium. Nihil est. n. ad vitam humananı necessariũ conseruandam nisi vsus rerũ. Et ideo preter vsum nihil in rebus querendum est: vt superius est probatũ. Si. n. dñium & proprietates domorum & librorum & vestimentorum & pecuniarũ: ex quibus hmõi necessaria acquiruntur: foret necessarium ad vitam humanã conseruandã: sicut nullus in speciali potest licite renuntiare illis sine quibus non conseruatur esse nature: sic nec in speciali, nec in cõi posset renuntiari dñio & proprietati talium rerũ necessariarum. Retinere etiaz in cõi dñia & proprietates in rebus, ita videtur inducere solicitudinẽ suo modo, & animum ad auaritiam implicare: sicut retẽtio dñij & proprietatis in singularibus inducit. Sicut enim ex eo q quis dicit, hoc meum propriũ, hoc tuum proprium, inducitur litigium inter seculares personas: ita ex eo q vnum collegiuz quod vicẽ obtinet singularis persone: vt dictum est: hoc meum dicit, hoc tuum insurgunt litigia & contentiones inter collegia & cõitates: que a charitate plurimum distrahunt sicut experientia manifestat. Preterea ecclesia vniuersalis frequẽter determinauit q abdicatio pprietatis & dñij omnium rerum tam in speciali q̃ȝ in cõi: quam fratres minores profitẽtur: sub perfectione euangelica arctius etiam continetur: & damnat contrarium asserentes: vt in preallegata constitutione dñi Alexan. iiij. Non sine multa cordis amaritudine. continetur: quã dictus doctor non potuit ignorare: & ideo nullatenus est dicendum, q contra cõstitutionem definitionem & determinationẽ ecclesie dicere voluerit, q abdicare proprietates & dñia rerum omnium tam in speciali q̃ȝ in cõi, non contineatur sub perfectione euangelica: & per cõsequens a determinatione ecclesie deuiare. & seipsuz propria voce dãnare: & sibi cõtrarius esse: & p cõsequens minime audiẽdus. C. de muneribus. l. professio. li. x. lxxxiij. di. gesta. xxiij. q. vij. quod aũt. & extra de ap. solicitudinez. Sed & si cõtra ecclesiã diceret stabitur determinationi ecclesie & nõ sibi etsi maior Augustino fuisset. xx. dist. c. j. Et predicta semper intelligant saluo iudicio meliori & sub correctione dñi pape, & sedis eius.

Quod non est hereticuz asserere q christ⁹ & apostoli non habuerunt aliqui in speciali vel in communi per modum dñij vel proprietatis. Cap. 60.

Ex premissis patet aliqualiter, quid tenenduz sit in questione que mota fuit tempore dñi pape Jo. xxij. vtrũ asserere q christus & apli non habuerunt aliquid in cõi sit hereticũ. In qua insuper q̃stione primo explicãdus est titulus & intellũs q̃nis. Nã non queritur de christo inquantũ deus: qr hoc modo, dñi est terra & plenitudo eius. vt in ps. dicit. xxiij. & lxxxviij. & extra de deci. tua nobis. §. verum. & dist. viij. quo iure. sc. n. loquitur Joã. j. Joannes euangelista prout exponit papa Leo in sermone de circuncisione dñi. In propria inquit venit, & sui euz non receperũt. & in ps. xlix. Si esuriero non dicã tibi me⁹ est. n. orbis terre & plenitudo ei⁹. Nec enĩ intelligitur ista questio de tpe, pnt chr̃s fuit in etate puerili seu iuuenili. Nec de aplis ante q̃ȝ essent cuz christo, & a christo vocati & ad predicandũ missi: nã ante nondũ erant apli. Apls. n. interpretat missus: vt dicit Maximus in sermone de aplis. & facit. xxj. di. in nouo. Sed intelligitur de christo pro illo & ab illo tẽpore, quo ipse incipit publice predicare, & ad contẽptum mundi & penitentiã holes inuitare. Et aplos qui fuerunt propria & principalia membra corporis mystici catholice ecclesie christi, ad statuz perfectionis vocare. sic habetur Matth. iiij. q vocauit petrũ & andream fratrem eius, Jacobum & Joannez fratrem eius: quibus & dixit. Venite post me faciaz vos fieri piscatores hominuz. & de apostolis pro illo tpe, quo christus eos constituit aplos illos ad predicandũ mittens: ac eis formam perfectionis dans, dicẽs Mat. x. Nolite possidere auruz &c. Luce. x. Nolite portare sacculum neqz peram. & Luce. ix. Nihil tuleritis in via. & Mar. vj. Precepit eis ne quid tollerent in via. Nec etiam potest intelligi q̃stio de aplis prout fuerunt prelati ecclesie militãtis constituti, & cura animarum eis commissa: qr hmõi platio et cura non fuit eis commissa et tradita ante mortẽ christi: sed post mortẽ & resurrectionẽ christi: vt habetur ex p̃sle et no. l. di. considerãdũ. et extra de elec. significasti. et no. xxj. dist. in nouo. Sed intelligitur de aplis pro tpe in quo fuerunt cũ christo: et ab eo missi: et eis (vt dictũ est) imposita forma perfectionis ad huius seculi cupiditatẽ et auaritiaz extirpandam. Et ideo signanter in titulo questionis copulatiue sine coniũctim dicit. Querit vtrũ asserere q christ⁹ et apli etc. Rursus ad intellectũ dicte q̃nis attendendum est q habere aliquid quantum ad presentẽ materiam ptinet: potest itelligi dupli̇r. Vno modo iure dñij vel quasi, seu proprietatis: vt dictuz est in. §. proxime pre. Scdo dicitur quis habere quantũ ad simplicẽ facti vsuz, nihil sibi proprietatis vendicãs: nec habẽs in hoc et hoc modo dicit habere seru⁹ et religiosus vestes et res quibus vtitur. et tunc habere demonstrat potius factum q̃ȝ ius. ff. de pecu. nec seruus. qr quantũ ad ius ciuile attinet: seru⁹ p nullo habet. ff. de reg. iur. l. quod attinet. Et idem de religiosis: qui quãtũ ad ius ciuile ptinet et ad mundum, p mortuis habẽtur: vt. s. dixi in. §. proxime pre. vel dispẽsatione: sicut aliqñ hz religiosus dispensator vel executor cõstitutus a testatore ad res aliquas vel bona vel pecunias

An asserere q christ⁹ et apli nõ habuerunt aliquid in communi sit hereticum.

Habere aliquid.

pauperib⁹ vel alijs dispēsanda: extra de testa. tua. & c. Joannes. & c. si religiosus. vj. li. vñ & tales executores possunt agere ɔtra heredes. C. de epis. & cleri. nulli. Et si nullus sit heres: tñ pōt ipse executor totā hereditatē vendicare: nec detraheт falcidiam. C. d̄ epis. & cleri. si quis. & pre. c. tua. & c. Joānes. Si aūt ad alios vsus testator vellet expendi: sic nullū cōmodū ad executorē ptinere dz: puta: q2 minister tm̄ ɔstituitur: tunc nō poterit agere. ff. ad trebel. Lucius. §. menia. Si vero aliqd̄ cōmodū puta falcidiaz: ad eū voluit pertinere: tunc aget. ff. de le. ij. titulo. x. ſm Innocen. qui sic no. in pre. c. Joannes. Uel quūz quis hz res sibi per aliquē cōmodatas seu depositas seu cōmodatas: & tunc in his non hz nec dñium: nec proprietatem: nec etiā proprie possessionem iuris: quia rei commodate & deposite possessionez & dominiuz retinemus. ff. commoda: rei commodate. ff. deposi. licet: & no. extra de commoda. c. vnico. in glo. & deposito. c. in glo. j. in fi. & de sequestra. posses. & fruc. c. j. glo. in hoc ipsum. Sed aliqñ quuz possidere accipit largo modo, pro detentione facti: & hoc modo dñr prelati & depositarij possidere seu hr̄e. prout hr̄e sumitur largo modo pro detinere: vt. s̄. notatum est. §. proxime pre. Constat aūt ex preallegatis, q questio presens non pōt intelligi de vltimis duobus modis habendi. Tū q2 etsi detinere res de facto: vel vti rebus simplicis facti vsu: aut administrare res dispensare vel per modū depositi seu custodie tenere: possit cōpetere pluribus & singularibus: non pōt tñ competere collegio siue vniuersitati. Nā quāuis in his q̄ sunt iuris seu que spectant ad ius: hereditas collegium: & vniuersitas vicem psone obtineant. ff. de fideiuss. l. mortuo. & institu. de stipul. seruo. in prin. In his tñ que facti sunt: seu in quibus factū persone requirit: siue vbi sine certa persona quid fieri nō pōt: non obtinet collegiū vicem psone. ff. de acqui. re. do. l. hereditas. Tū q2 questio ꝓposita nō querit absolute vtrū asserere q chūs & apli nō habuerūt aliquid sit hereticū: sed cū determinatione. s. in cōi. Hr̄e aūt aliquid ꝓprie in cōi, intelligit prout distinguit ab hr̄e ius in spāli, vsus aūt facti rerū vtibiliū: etsi sit cōis: vt. xij. q. j. c. ij. non pōt tñ proprie dici. q habeatur ab aliquibus in cōi. Fatuuz etiā magis q̄z hereticuz foret asserere: q apli non habuissent vsuz rerū necessariorū ad vitam humanā: quū vt dicit sepe dicta decreta, exijt qui seminat. in. §. porro. nulla prorsus possit esse professio que a se vsum necessarie sustentationis excludat. Et ideo verba p̄dicte questionis, quū dr̄ q chūs & apli non habuerunt aliquid in cōi, accipienda sunt ſm illū sensuz q̄ questioni de qua agit aptior est. ff. de reg. iur. l. quotiens idē sermo: & prout sumit in prima significatione que est cū effectu haberi in cōi quoad ꝓprietatē siue dñiuz vel ius agendi seu excipiendi: vt. l. prece. stipulatio ista. §. hr̄e. & de verb. signi. l. hr̄e. & l. bonoꝝ. §. in bonis: & de acqui. re. do. l. rē in bonis: & sic qui actionē hz, rem hr̄e videtur. ff. de reg. iur. qui actionez. Sic & cui non cōpetit actio: nec exceptio ꝓ re petenda vel defendenda: nō dicit proprie & perfecte ſm iura ciuilia rem habere.

Preterea quum de facto dñi pape Joan. s. ex suspensione sententie excommunicationis prolate in dicta decre. exijt, contente: & ex his que dicta sunt in consistorio: de intentione ipsius dñi pape Joan. qui dictā proposuit questionē, pateat videlicet q intentionis eius est & fuit querere: vtrum asserere q christus, & apostoli non habuerunt aliquid in communi ꝑ modum dominij & proprietatis sine iure sit hereticuz. Et intentio proponentis sit spectanda. ff. de verb. signi. ne pos. ex̄ de preben. c. si. & ex̄ de verb. sig. intelligentia: sequit q sub hmōi intellectu verba dicte qōnis sunt accipienda. His premissis circa dicte questionis euidentiaz ad ipsaz questionē cuz correctione ecclesie Romane & capitis eius domini pape &c.

Asserere q chūs & apli non habuerit aliquid in spāli vel in cōi ꝑ modum dominij vel proprietatis, nō est hereticuz.

Respondeo q non est hereticum asserere, q christus & apli non habuerunt aliquid in speciali vel in communi per modum dominij, vel proprietatis: vt superius declaraui: quod euidenter probatur rationibus & iuribus. j. scriptis. Prima ratio est: certuz q asserere de vita christi & doctrina quod sancta Romana catholica & aplica asserit definit & sentit ecclesia: non est hereticuz: sed catholicum & fidele: hoc ꝓbat. xxiiij. q. j. hec est fides. c. alienus. c. ois qui recedit. & c. qm̄ vetus. & xx. dist. de libellis. ad fi. xix. dist. nulli fas est. c. ita dñs. xj. di. nolite. lxxxj. di. si qui sunt in fi. extra de heretic. ad abolendā in textu & in glo. ord. & Ostien. in apparatu: extra de heretic. c. firmissime: & in summa. e. ti. plene no. & extra de sum. tri. c. j. & c. ij. cum si. Et hoc ideo: q2 ecclesia Romana a tramite traditionis aplice veritatis nunq̄z errauit nec errare potest. xxiiij. q. j. a recta & c. pudenda. in fin. c. c. hoc est. Naz christus in euangelio Luc. xxij. dixit Petro in persona ecclesie: Ego autē rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua. xxj. di. §. j. di. ij. si. n. vltra duas col. versi. & ipse dñs cuius orationem ɔstat esse exauditam. ad Heb. v. & Joan. xj. Et qui aliter scripturā sacrā intelligit: q̄z docet Romana ecclesia que a spiritusancto regit: & nemo ex̄ eam spūsanctum recipit. xxiiij. q. j. audiuimus: hereticus appellari potest: etsi in ecclesia sit corpore. xxiiij. q. iij. heresis: immo in his maioris authoritatis est determinatio ecclesie, q̄z cuiuslibet alterius sancti: vñ Aug. cōtra epistolaz Fortunati circa principium dicit. Ego euangelio non crederem: nisi me ad hoc authoritas ecclesie cōmoueret. Immo concesso pro impossibili: q ecclesia Romana semel in fide errauerit: siue falsum dixerit, sequitur q in ea nulla remanet authoritas. ix. dist. si ad scripturas. Non. n. dei vicarius destruet: sed construet: que sui predecessores sancte et consulte fecerunt: et in quibus leges ecclesiasticas ediderunt. Regnum enim ecclesie diuisum non est: q2 ipsuz nunq̄z in veritate desolari continget. xxv. q. ij. si ea magna maturitate digesta circa fidei declarationem aut euangelij per successorez retractanda non sunt. xxxv. q. ix. sententiam. ibi. Non qñ ipsa que bene sunt definita retractare voluerit. et. xv. dist. sicut. vbi de hoc. xxv. q. j. confidimus. c. que ad perpetuaz: vbi de hoc et. c. sunt quidam. c. contra statuta. c. omne. et. c. prima salus. c. generaliter. c. ideo. c. iustitie. et. q. ij. cū pie c. quod vero. c. amputato. c. ecclesiastice. xix. di. si Romanoꝝ: in prin. c. sic omnes. c. enimuero. Item diuersitas personarum Romanorum pontificum et cardinaliū non facit ecclesie diuersitatez: q2 vna est ecclesia vetus et noua: q2 rota, et succedit ecclesia synagoge. xxxv. q. j. c. j. al. est. §. hac itaq3: et turbe que precedebant et que sequebant clamabant osanna. Mat. xxj. Mar. xj. ergo vna sanctio vnum dogma in sensu et sententia et ratione: etsi aliquādo fiat mutatio circa facta mutabilia: ad hec. xvj. di. habeo. vij. q. j. deniq3: et in glo. c. quod. xxiiij. q. j. loquitur maxime ibi. Episcopatum quoq3 et ipsum vnum probemus &c. et. j. Episcopatus vnus est. et. c. pudenda. Nam si ea que vnus vel plures papa determinet

de fide

de fide vel fidei adiacentibus vel de declaratione euangelii: aliter reuocet tñ ecclesia nutat: & dubia est circa fidem & adiacentia ad fidem: sed hoc dicere error est. xxiii. di. in nomine. c. iiii. q. iii. §. Item in criminali. versi. Item in testibus. Fides. n. & que circa fidem sunt certa sunt & non dubia: extra de heretic. dubius. & xxiii. q. i. aperte. & c. ff de fal. eos. & ff. de questio: de minore. & l. ex libero: extra vt ecclesiasti. bene c. vnico: de sum. trini. firmiter. nã si fidei declaratio variatur: & fides variabitur & multiplex erit fides: quod est error: qr vnus deus: vna fides. Ephe. iiii. xxiiii. q. i. loquitur: extra de sen. excommunica. c. i. in Cleme. vna ecclesia, vnam fidem declarans. Item si ad articulũ fidei pertinet: si christus & apli habuerunt dominium & proprietatẽ in rebus, an non: ergo semper fuerit articulus declaratus: qr non põt fieri nouus articulus per papã: vide qd no. ẽ in prima parte in §. ad quẽ aūtan prin. in. c. xlv. sed iste articulus declaratus est a predecessoribus dñi pape Joan. xxii. maxime a Nicolao. iii. in decre. exiit: extra de verb. sign. ergo circa eum non videtur qp alius papa possit cõtrarium declarare per ea que no. xxv. q. i. que ad perpetuam: in glo. ex hoc patet. Item si circa hoc esset dubium resuscitatũ: & inter se discordent Romani pontifices: videtur qp stari debeat sententia plurimorum: ad hec. xix. di. in canonicis. xx. di. de quibus. l. dist. domino sancto: in fi. vbi est expressum. lxv. dist. c. i. extra de tempo. or. nec epi: extra de his que fi. a ma. par. ca. c. vltim. Ecclesia aũt sacrosancta clare & aperte definit asserit atqz docet, qp christus & apostoli non habuerunt aliquid in cõi proprium nec in speciali. Et in contrarium publice & ex certa sententia docentes: seu scripturas aut libellos facientes, excommunicationis sententiam promulgauit: que hodie per dñm papam Joan. predictum est suspensa: ergo habetur propositum. Item fere omnes Romani pontifices qui fuerunt a tempore beati Francisci tã de consilio & collegio dñorum cardinalium qui illo tempore fuerunt, qz etiam in conciliis generalibus factis postmodum: approbauerunt & confirmauerunt regulaz et vitam beati Francisci que est sicut in ea continetur sanctum euangelium obseruare in altissima paupertate. s. non habendo aliquid propriuz in speciali nec in cõi: & tanqz regulaz & vitã euãgelicã a christo datam: sicut patet in approbationib⁹ & ꝯfirmationib⁹ dicte regule & vite beati Francisci: & aliis ordinationib⁹ super statum ordinis fratrũ minorum factos per dños Inno. iii. Honoriũ. iii. Grego. ix. Innocen. iiii. Alexandrum. iiii. Clementem. iiii. Grego. x. in in ꝯcilio Lugdunen. Nicolaum. iii. Clementem. v. & vltimo p papã Joã. xxii. Nicolai declaratio sup statum eorum laudata & approbata que incipit: Quorundaz, & canonizationib⁹ sctõr Francisci: Antonii & Lodoici: qui hmõi vitã & paupertatez tãquaz a chro & aplis eos doctã, & ab ecclesia (vt dictũ est) tã multipliciter approbatã vouerunt & seruauerunt. quẽ ẽt statũ altissime paupertatis tãquã statũ quẽ ipsemet tenuit chrs & seruauit miraculose ꝯfirmauit. quũ ipsuz beatũ Frãciscũ tanqz suũ spãlẽ sectatorẽ sacrorum vulnerũ stigmatibus insigniuit: prout ex plurib⁹ cõstitutionibus & statutis p Romanã ecclesiam factis sup predictis colligitur euidẽter. In quib⁹ ẽt districte oib⁹ fidelib⁹ christianis precipitur & mandatur, qp ipsa sacra stigmata tãqz veraciter ipsi sctõ Frãcisco a chro mirabiliter impressa & pbata p ipsaz Romanã ecclesiam venerentur. Et si dicatur qp nõ sequitur p eo ipso qp eccla Romana approbauit & ꝯfirmauit regulam & vitã bti Francisci, & ipsuz & alios sanctos dicti ordinis canonizauit: qp pp hoc chrs nõ habuerit aliquid in cõi & in spãli. Nec qp chrs docuerit hmõi vitaz & regulã. Rñdetur qp immo sequitur. nã quum definitio dicte regule p dictos Romanos pontifices: & ꝯcilia gñalia (vt dictũ est) approbate sit talis, Vita fratrũ minorum hec est dñi nri Jesu Chri sanctum euangeliũ obseruare, viuendo in obedientia sine pprio & in castitate. & i. Fratres nihil sibi appropriẽt: nec domũ, nec locũ: nec aliquã rẽ: & in fine dr: sanctum euãgelium qd firmiter promisimus obseruemus: sicqz p dictos dños Greg. ix. qui se intentionẽ beati Frãcisci in cõdendo regulã cognouisse testatur: & Innoc. iiii. & Alexãdrũ. iiii. expressissime declaratũ: qp hmõi expropriatio qz btũs Franciscus promisit & vouerit pmittendo euangeliũ: viuendo sine proprio, dz intelligi & seruari tã in spãli, qz in cõi & in dicta regula hmõi expropriatio vocetur celsitudo altissime paupertatis. Et quũ quis pmittit altissimã paupertatẽ illã intelligatur pmittere q̃ principalẽ hz gradũ altitudinis: ita qp nulla altior valeat reperiri. ff. de verb. obli. l. vbi aũt nõ apparet. i. rñ. Et christus in euangelio docuerit paupertatẽ vt regula & mensura non possit excedi ab aliquo, cuius ipse chrs seu doctrina eius sit regula qr si excederet regulã euãgelii siue chri potius esset regula ipsius qz ecõuerso: sequitur qp si btũs Franciscus vouit & pmisit euãgeliũ viuendo sine pprio in spãli & in cõi: qp talis fuit doctrina: & regula euangelii: & per consequens qp chrs non habuit aliquid spãli nec in cõi propriuz: qr qd christus docuit primo fecit. Act. i. facit Mat. v. ibi Qui sic fecerit & docuerit. Preterea saltem absqz dubio aliquo sequitur ex predictis ꝯfirmationib⁹ & canonizationibus sctõrum & ꝯfirmationib⁹ & declarationibus regule sancti Francisci, qp asserere qp christus & apli nõ habuerunt aliquid in cõi non est hereticũ: quum manifestissimum sit ex dictis & factis sctõrum dictorum & ex eorum legendis, qp ipsi sancti dictam expropriationem in spãli & in cõi vouerunt & seruauerunt tanqz expropriationẽ a christo & aplis doctã & seruatã: & qp ipsi sancti hoc asseruerunt. Non aũt fuissent sancti: nec ecclesia eos canonizare debuisset, si hereticuz fuisset, asserere qp chrs & apli non habuerunt aliquid in cõi immo si hoc esset hereticũ ecclesia errasset eos canonizando qd est erroneuz dicere. Secundo probatur dicta propositio euidentissime p sepe dictã decre. Nico. iii. exiit, p Bonifacium eius successorem corpe iure clausam in titu. de verb. signi. & p Clementẽ. v. approbatã in ꝯcilio vien. in alia constitutione que incipit. Exiui de paradiso: in titu. de verb. signi. & per dñm papam Joan. xxii. in sua constitutione que incipit. Quorundã. vt dictũ est. In predicta aũt ꝯstitutione, Exiit. in §. porro dr sic, Porro quũ regula ipsa ꝯtineat: qp fratres nihil sibi approprient: nec domũ: nec locũ: nec aliquem rem: sicqz declaratum per eundẽ predecessorẽ nrm Gre. ix. & nonnullos alios hoc obseruari debere tam in speciali qz etiam in cõi quam sz arctam expropriationem abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insensata dãnauit astutia: ne fratrũ eorundẽ pfectionis claritas talibus imperitis sermonibus laceretur: dicimus qp abdicatio proprietatis hmõi oium rerum taz in speciali qz in cõi propter deum meritoria est & sancta: quam & christus viam perfectionis ostendens, verbo docuit & exemplo firmauit: quam qz primi fundatores

militantis ecclesie prout ab ipso fonte hauserant: in volentes: perfecte viuere: per doctrine ac vite ipsoꝝ alueos deriuarunt. Ex quibus verbis constat manifeste, ꝙ christus ⁊ apostoli non habuerunt proprietatem vel dominium aliquarum rerum in speciali vel in communi. Alij in eadem decre. demonstrant: ꝙ professio huius regule ⁊ vite fuit a christo ⁊ apostolis verbo ⁊ exemplo docta ⁊ firmata, quum circa initium ipsius decre. dicitur sic: Hi sunt illius sancte regule professores: ⁊ euāgelico fundatur eloquio vite christi roboratur exemplo fundatoꝝ militātis ecclesie apostoloꝝ eius sermonibus actibusq; firmat. hec est apud deum ⁊ patrem munda ⁊ immaculata religio. Jacobi. j. que descendens a patre luminum per eius filium exemplariter ⁊ verbaliter apostolis tradita est: ⁊ demum scilicet per spiritumsanctum beato Francisco ⁊ eum sequentibus inspirata. hoc est cui attestante Paulo, nemo debet esse. Gala. vlt. molestus: quem christus passionis sue stigmatibus confirmauit, volens institutorem ipsius passionis sue signis notabiliter insigniri. Deinde in eadem decretali respondetur tribus obiectionibus principalibus que aduersus dictam conclusionem ⁊ determinationem fieri ab aliquibus potuissent. Prima talis est: Posset aliquis dicere dño pape: vos determinando concluditis ꝙ dicta abdicatio omniū rerum in speciali ⁊ in communi est interiora ⁊ sancta. Et pro ratione principali huius conclusionis adductis ꝙ christus ⁊ apostoli eius eam exemplo, ⁊ verbo docuerunt: quia non habuerunt aliquid proprij in speciali nec in communi. Et dicitis ꝙ dicte regule professio euangelico fundatur eloquio: vite christi roboratur exemplo ⁊ apostolorum: eius sermonibus actibusq; firmatur. Sed huic cōclusioni ⁊ rationi obstare videtur, ꝙ interdum Christus dicitur loculos habuisse in quib⁹ pecunia ⁊ ea que mittebantur pro victu portabantur: ⁊ de quibus cibaria emebantur. Ex quo videtur ꝙ huiusmodi abdicatio ⁊ professio non fuerit a christo ⁊ eius apostolis verbo docta: nec exemplo firmata: sed potius eius actio que debet esse. Joan. xiij. extra de sepul. c. j. nostra imitatio: fuerit in contrarium. Ad que respōdetur dicto §. porro: in hec verba: Nec his quisquā putet obsistere, ꝙ interdum dicitur christum loculos habuisse: nam sicut ipse Christus cuius perfecta sunt opera. Deutero. xxxij. in suis actibus viam perfectionis exercuit, ꝙ interdum infirmorum imperfectionibus condescendens: ⁊ viam perfectionis extolleret: ⁊ imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sic infirmoꝝ personas suscepit in loculis: sicut in nonnullis alijs infirma humane carnis adsumens: prout euangelica testatur historia: ꝙ non tantum carne: sed ⁊ mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, ꝙ in suis operibus perfectus existens: in nostris factus humilis, in proprijs permansit excelsus: sic ⁊ summe charitatis dignatione ad actus quosdam nostre imperfectioni conformes inducitur, ꝙ a summe perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namq; christus ⁊ docuit perfectionis opera: egit etiam infirma: sicut interdum in fuga patet: ⁊ loculis: sed vtrūq; perfecte perfectus existens: vt perfectis ⁊ imperfectis se viam salutis ostēderet: qui vtrosq; saluare venerat: q tandē mori voluit pro vtrisq;. hec ibi. Ex predicta aūt determinatione ⁊ definitione ecclesie eliciuntur tres ꝯclusiones. Prima ꝙ apli hmōi abdicationē omnium rerum tā in spāli q̄ in cōi vouerunt. Qd̄ sic probat ſm definitionē dicte decre. talē abdicationē oīuꝫ rerum tā in spāli q̄ in cōi opꝫ ꝯcedere fuisse in aplis ſm rōnem ⁊ ꝯditionem potissimam ipsius abdicationis: qualē ponimus fuisse in beato Frācisco: qd̄ pꝫ quīꝫ ipsa decre. expresse dicat: ꝙ abdicationē illaꝫ q̄ habuit beatus Franciscus. apli hauserant a chro ⁊ in alios deriuarunt. Constat aūt ꝙ in abdicatione oīum rerū in spāli ⁊ in cōi, q̄ fecit beatus Franciscus vna ꝯditio ⁊ potior fuit votuꝫ ⁊ pmissio illius abdicationis: qd̄ ꝯfirmat: q: ꝯditio potior abdicationis tpalium non attendit ſm actuꝫ exteriorē: qui est relinquere siue abijcere de facto res tēporales: ſꝫ principaliter attendit ſm actuꝫ interiorē qui est nolle hr̄e res tpales: ⁊ eis velle carere pp deū. Ex isto actu principaliter censet abdicatio meritoria: abdicare aūt tpalia ⁊ eis velle carere sic ꝙ in potestate sua sit licet velle ⁊ posse hr̄e res tpales quum sibi placuerit: est alterius rationis, q̄ abdicare pp votuꝫ ⁊ pmissioneꝫ sic, ꝙ nunq̄ eas liceat hr̄e nec velle habere, q: illa que fit ex voto est maioris meriti, q̄ illa que fit ex simplici proposito: vt supra longe probaui in §. Itē ꝙ simplex facti vsus. versic. qd̄ et sic probat. in. c. lvj. ergo si apli habuerunt illam abdicationem q̄ habuit beatus Franciscus: q̄ insinuit decre. ⁊ beatus Franciscus habuit eā ex voto: sequit ꝙ ⁊ apli eā habuerūt ex voto: alias apli nō deriuassent illam abdicationem in beatuꝫ Franciscuꝫ seu alios volentes pfecte viuere: nec ipse btūs Franciscus talē abdicationem ex voto habuisset ab aplis deriuataꝫ: cui⁹ oppositū asserit decre. Quia aūt apli habuerunt illaꝫ abdicationem ex voto: probatur p Augustinum in li. de mirabilibus scripture in fine. iij. libri vbi loquens de verbo qd̄ dixit Petr⁹. Act. iij. Paralytico: dicit sic: In eleemosyne inquit excusatione ⁊ paupertatis professione: dixit paralytico, surge ⁊ ambula: magistri preceptum seruans dicentis Mat. x. Nolite possidere aurum ⁊c. Nota ꝙ dixit paupertatis professio. Mouerant. n. apli, ꝙ ea que ex voto fiunt: sunt maioris meriti: q̄ ea que fiunt ex simplici proposito seu ppria voluntate. Et Aug. vij. li. de ciu. dei. c. x. loquens de aplis dicit sic Mat. xix. Mar. x. Luc. xviij. dixerunt inquit illi potentes. Ecce nos dimisimus oīa ⁊ secuti sumus te. Hoc votuꝫ potentissime vouerant. Sed vnde hoc votū illis: nisi ab illo de quo dictum est dās votū vouenti? Non. n. posset quisq̄ dño vouere: nisi ab illo acciperet ꝙ voueret: hec Aug. Itē glo. sup illud qd̄ dī in ps. lxxv. vouete ⁊ reddite: pmū ad consilium: ſm ad imperium refertur. sed sacra scriptura nunq̄ dat consiliū: nisi de meliori bono. xiiij. q. j. quisquis: ergo melius est bonum qd̄ fit ex voto q̄ sine voto: q: bonū additum bono est maius bonū q̄ alterū tm̄: sed votum est bonum vn̄ ꝯsulitur: ergo melius ⁊ magis meritorium est facere bonū ex voto q̄ sine voto. vn̄ Aug. super illud ps. clxxxj. votuꝫ vouit deo Jacob. Nihil inquā deo gratius offerre possumus q̄ vouere qd̄ est firme promittere. hec Aug. Et idem Augustinus in epistola ad Armentarium: qui votum fecerat continentie. Si fidem deo fregeris (quod absit) tanto miserior eris quanto beatior si persolueris. Ex quo sequitur ꝙ peior est operatio mali que fit ꝯtra votuꝫ q̄ illa que non fit contra votum. op. c. xij. q. j. nolo. ⁊. c. scimus. Sic ⁊ melior est operatio boni cum voto quam sine voto: quod latius per Ansel. supra longe probaui in §. Item quod simplex facti vsus.

versi. qd̄ etiam sic probaꝛ. in c. lvj. Uera est ergo dicta conclusio, ꝙ apl̄i dictam expropriationem oīum rerū in speciali ⁊ in communi habuerunt ex voto. Et quod ex dicte decreta. exit, ⁊ aliis predictis authoritatibus comprobatur. Secunda cōclusio que ex definitione dicte decreta. elicitur, est ꝙ christus ⁊ apostoli postquam statum perfectionis ⁊ paupertatis euangelice assumpserunt: nusquaꝫ habuerunt ꝓprietatem ⁊ dominium alicuius rei temporalis: nec aliquam rem tāquaꝫ dn̄i ⁊ proprietarij possederunt. Et ꝙ loculos quos interdum habuisse infirmis cū descendo dn̄r: habuerunt solum vt dispensatores ⁊ administratores pauperum: non vt proprietarij seu dn̄i, qd̄ ex verbis dicte decr. ⁊ multis authoritatibꝰ rōnibus ⁊ iuribus cōprobaꝛ. Ex decre. probaꝛ q: ↄclusio principalis ⁊ principaliter intēta in dicta definitione in dicta decre. est: ꝙ abdicatio oīum rerum tam in speciali ꝙ̄ in cōi: q̄ꝫ vouit beatus Franciscꝰ est meritoria ⁊ sancta: q̄ꝫ christus ⁊ apl̄i verbo docuerunt ⁊ exemplo firmarunt: ⁊ in volentes perfecte viuere, deriuarunt. Deinde ab ipsa conclusione remouet siue excludit instantiam que fiebat de loculis dicens. Nec his quispiam putet obsistere: ꝙ interdum dicitur christum loculos habuisse, exclusio autem abiectionis siue instantie solutio non infringit in aliquo principalem conclusionem: extra de transla. epi. inter corporalia: vbi ponitur conclusio principalis, ꝙ electus ⁊ confirmatus non potest sine Romanoꝝ pontificum licentiam ecclesiam derelinquere: quia post electionem ⁊ confirmationeꝫ canonicam inter personas eligentium ⁊ electi coniugium est spirituale contractum. Deinde opponitur instantia que poniꝛ cōtra dictā cōclusioneꝫ de canone, in quo legiꝛ, ꝙ si vltra sex menses per suam negligentiam tenuerit ecclesiam viduatam: nec ibi nec alibi donum consecrationis accipiat: immo metropolitani sui cedat iudicio: ⁊ dicit ꝙ hec obiectio siue instantia dictam conclusionem non infringit etiam ꝑ illud quod in dicto canone diciꝛ: vt non intelligaꝛ ecclesia viduata tanꝙ̄ sponsuꝫ non hn̄s: licet quoad quedam quasi viri maneat solatio destituta: vnde ipsa conclusio in sua primitate persistit: Sic ⁊ in proposito licet dicatur aliquando christum loculos habuisse: non propter hoc infringitur dicta conclusio supradicte abdicationis oīum reruꝫ in speciali ⁊ in cōi: sed in sua firmitate persistit: quod confirmatur per illud quod subijcitur: quum dicitur ꝙ sic habuit loculos: sicut aliquando fugit: infirmoꝝ. s. imperfectionibus condescendens: ⁊ tn̄ semper perfecte perfectus existens, perfectis ⁊ imperfectis se viam salutis ostendit. Ad quoꝝ verboꝝ intelligentiam attendendum est, ꝙ sicut in fuga infirmoꝝ duo actus cōsiderantur scilicet actus exterior: idest recessus a persequentibus: ⁊ actus interior qui est timor: sic ⁊ in loculis infirmoꝝ: siue in his que ab infirmis habentur in communi: duo actus considerantur. vnus est exterior scilicet loculos portare ⁊ res que habentur in loculis siue in communi dispensare siue contrectare. Alius est actus interior, scilicet velle habere ea in dominio speciali vel cum suo speciali collegio participato: ⁊ eas iure talis dominij possidere ⁊ contrectare: igitur sicut manifestum est christum non condescendisse infirmis in fuga quoad actum interiorē scilicet quantum ad timorem. sciebat enim vt dicit euangelista Joan. vij. viij. ⁊ x. quando fugit ꝙ nondum venerat hora eius. Oppositum docuit dicēs.

Nolite timere eos qui occidunt corpus. Matth. x. Luce. xij. xj. q. iij. nolite: vnde in eodē. c. Matt. x. sup verbo, fugite in aliam: ait Hierony. Hoc ad illud tempus referendum est quum apostoli ad predicationē mittebantur: quibus ꝓprie dictum est Matth. x. In viam gentium ne abieritis: ꝙ persecutionem timere non debeant: sed declinare: quod quidem videmus in principio fecisse credentes qn̄ horta Hierosolymis persecutione, dispersi sunt in vniuersam Judeam: vt tribulationis occasio fieret euangelij seminarium. Item ibi Augustinus contra Faustū: Neque tamen saluator non potuit tueri discipulos suos quibus fugere precepit: ⁊ huius rei exemplum prebuit: sed instruebat hominis infirmitatem: ne deuꝫ tentare audeat, quando habet quid faciat, vt quod cauere oportet: euadat. Et ad hoc est optimum. c. de Paulo: qui deponi se fecit in sporta per murum Damasci. ij. Cor. xj. qui non ex timore mortis fugit: qui paratus erat pro christo mori: sed vt alibi maiorem fructum faceret: vt dicit Greg. in dialogo: ⁊ transfertur. vij. q. j. c. vltimo. Petit etiam Paulus milites a tribuno. Act. xxiij. non timore mortis: nec sue voluntati: sed omnium vtilitati victurus. xxiij. q. iij. §. Item ab aliquo cum. c. seq. christus aūt si timuisset, tunc imperfectus fuisset: perfecta. n. charitas foras mittit timorem. j. Jo. iiij. ⁊ xxiij. q. vj. §. ex his. Pauoreꝫ autem ⁊ timorem mortis naturalem habuit, vnde incepit tedere ⁊ pauere. Mar. xiiij. vbi Theophilus. Quia. n. totum assumpserat hominem: assumpsit ⁊ naturales homines proprietates, pauere ⁊ tedere ⁊ contristari nāliter. Nam hoīes nāliter inuiti tendunt ad mortem: ⁊ Beda ibi. Qui corpus suscepit: oīa debuit suscipere que corporis sunt: vt esuriret sitiret angeretur cōtristareꝛ: diuinitas. n. per hos commutari nescit affectus. Et de hoc etiam no. xj. q. iij. non solum in glo. non remouet. Concedit ergo christus fugam infirmis quantuꝫ ad actū exteriorem. s. a persequentibus recedendo: non perfectis interius eos de timendo. Sic ⁊ in loculis dicendum est: ꝙ licet christus quantum ad actū exteriorem. in loculis deferendis contrectandis: ⁊ dispensandis his que ibidē reponebanꝛ: ↄdescenderet infirmis: vt xij. q. j. habebat: non tn̄ quantū ad volēduꝫ sibi vel collegio aplоꝝ appropriare seu appropriando dominium loculoꝝ vel eoꝝ que in loculis portabantur: nam hoc non fuit congruum sue potestati nec bonitati: q: quū de iure nāli ⁊ diuino oīum rerum spectantium ad vitam humanā cōis vsus esse debeat oībus hoībus: ⁊ per iniquitatem factum sit vt dicā hoc meū hoc tuuꝫ: vt habeꝛ. xij. q. j. c. ij. ⁊ viij. di. §. j. cum. c. seq. ⁊ ipse christus venerit ad docendū perfectissime oīum terrenoꝝ contemptum. Matt. xix. ⁊ vitam quietissimam. Matt. xj. ⁊. v. ⁊ ad oēm mām solicitudinis tp̄alium perfecte euangelium sequi volentibus amputandā. Mat. vj. ⁊ ad statū innocentie reuocandū. ps. xxiiij. Innocentes ⁊ recti adheserunt mihi ⁊c. Si christus sibi aut suo collegio speciali aplоꝝ dominio ⁊ possessiones tp̄alium rerum appropriasset. sequereꝛ ꝙ nec terrenoꝝ ↄtemptum: nec vitā quietissimā: q̄ tollit mām litigandi: q̄ surgit ex rerū appropriatione perfectissime docuisset: nec oēm mām solicitudinis a suis apl̄is ⁊ discipulis sp̄alibꝰ sectatoribus amputasset: nec statum innocentie renouasset. Preterea si Christus dominiū ⁊ proprietateꝫ loculoꝝ, ⁊ eoꝝ que in loculis ferebantur: habuisset: non dixisset nec dicere potuisset dicta decre.

Nec his quisquam putat obsistere: ꝙ interdum dicatur christum loculos habuisse: qꝛ exceptio que veritatis fit a regula: qm̄ ad ipsaꝫ exceptionem viciat siue falsificat ipsam regulā: ⁊ per consequens in hoc ipsi regule obuiat. ff. de reg. iur. l. j. Preterea: vt. s. ℟. ex predicta: cum versic. se probatum est: apl̄i de ista expropriatione in spāli votum fecerunt. vñ postmodum nullo tempore fuerunt capaces alicuius dñii siue proprietatis: qꝛ votum expropriationis hmōi: qd̄ est nec hr̄e nec velle dñium in cōi vel in spāli: quū sit negatiuuꝫ: obligat semp ⁊ ad semp ſm theologos: ⁊ si sibi in proprio vel cōi post emissum votum: appropriassent inde aliquid, mortaliter peccasset, ex̄ de sta. mona. c. ij. §. qui vero. ⁊ c. super quodam. Et sic patet primum videlicet ꝙ ex diffinitione ⁊ verbis dicte decre. Christus ⁊ apl̄i non habuerunt aliquid in loculis nec in alijs aliquibus rebus dñium in spāli nec etiam in cōi. Per authoritates etiam sanctoꝝ hoc probatur: vt etiam dixi supra longe in §. porro. ⁊ in primis chartis. in. c. lv. vñ super illud Matt. xvij. c. vade ad mare ⁊c. dicit glo. Dñs tante paupertatis fuit: vt vnde tributa solueret non haberet. Judas quidem in loculis cōia habebat: sed res pauperum in vsus suos conuertere nefas duxit: idipsum dans nobis exempluꝫ. Et Chrysostomus sup Joānem homil. lxxj. super illud Joan. xiij. Aut egenis aliquid daret: dicit sic: Qualiter inquit non peram: non virgam: non es iubens deferre marsupium habebat. Et respondens subdit: ad inopuꝫ ministeriū vt discas qm̄ valde pauperem ⁊ crucifixum huius opꝫ perfectionis multam facere procurationē. multa. n. ad nostraꝫ dispēsans doctrinaꝫ hec agebat. Ad idem. xij. q. j. habebat. Habebat dñs loculos ⁊ a fidelibus oblata conseruans: ⁊ suoꝝ necessitatibus: ⁊ alijs indigentibus tribuebat: tunc primum ecclesiastice pecunie forma est instituta: hec ibi. Forma aūt ecclesiastice pecunie instituta in loculis est: ꝙ ponit Prosper in libro de vita contemplatiua, sic dicens: Scientes viri sancti nihil aliud esse omnes res ecclesie: nisi vota fidelium: ⁊ precia peccatoꝝ: ⁊ patrimonia pauperum: non eas vendicauerunt in vsus suos: vt proprias, sed vt commendatas pauperibus erogauerunt. Et idem dicit Aug. in authoritate superius circa questionis articulum allegata: posita. xxiiij. q. vij. ꝙ autem: ⁊ in alijs iuribus ibidem allegatis. Ex quibus ⁊ alijs causa breuitatis omissis clare patet ꝙ Christus ⁊ apostoli non habuerunt Dominium nec proprietatem loculoꝝ nec eoꝝ que a fidelibus offerebantur: sed solum dispensationem: administrationem ⁊ procurationem pro necessitatibus suis ⁊ alioꝝ indigentium: ⁊ hoc idem expresse asserit Aug. super ps. ciij. qui incipit. Benedic anima mea dño: in verbis illis. Producens fenum iumentis: sic dicens. Habuit dñs loculos in vsus eoꝝ qui cū eo erant ⁊ suos: ⁊ religiosas mulieres in comitatu que ministrabant ei de substantia sua: in his personam infirmoruꝫ magis suscipiens: preuidit. n. multos futuros ⁊ ista quesituros. Futurus erat Paulus nihil tale aliquando querens: ⁊ omnia prouincialibus donans: qui etiam mori optat Act. xxj. pro Christo. Sed quia multi infirmi ista quesituri erant: magis infirmoꝝ personā suscepit, sublimius tñ egit christus: qꝛ misericordius: hec ibi. Itē idem August. de opere monachoꝝ aliquantulū post principium dicit sic. Dñs more misericordie sue infirmitatibus compatiens: quum ei possent angeli ministrare: loculos habebat in quibus mitteretur pecunia que offerebatur vtiqꝫ a bonis fidelibus eorum victui necessaria: quos loculos Jude commendauit. hec ibi. Et quibus patet clarissime ꝙ nec christus nec apostoli habuerunt loculos: nisi quantum ad dispensationem ⁊ administrationem condescendendo infirmis: ⁊ non quantum ad dominium nec proprietatem. Et vocantur infirmi: qui timore erūne talia requirunt: ⁊ sibi appropriant. vt. s. quibus licet condescenderit quantum ad actum exterioreꝫ: scilicet habendo loculos: vt dictuꝫ est supra versi. ad quoꝝ: non tñ quantum ad actuꝫ interiorem. s. amorem ⁊ appropriationem. Quia aūt christus ⁊ apl̄i postqꝫ dictum statum perfectionis ⁊ paupertatis assumpserunt: nusquaꝫ aliquas in spāli nec in cōi per modum proprietatis ⁊ dominij res possederunt: vꝫ ex dictis euangelij ⁊ sanctoꝝ exponentium ea. Naꝫ Matth. x. post vocationem apostolorum eis vitam perfectionis tradens sic dicit. Nolite possidere aurum, neqꝫ argentum: neqꝫ pecuniam in zonis: neqꝫ peram in via ⁊c. quod exponens Rabanus in originali dicit sic. Consequēter hoc precepit euangelizatoribus veritatis: quibus ante dixerat. Gratis accepistis: gratis date. si. n. sic predicant vt preciuꝫ nō accipiant: superflua est auri ⁊ argēti nummorumqꝫ possessio. Nam si habuissent aurum ⁊ argentum: viderentur non tam salutis hominum qꝫ lucri causa predicare. Ideoqꝫ subiungit. Quia diuitias detruncauerat: propemoduꝫ vite necessaria amputat. vt apostoli vere doctores religionis: qui docebant omnia gubernari dei prouidentia: seipsos ostenderent nihil cogitare de crastino: ⁊ parum post. Hec loquebatur apostolis: vt securi non possiderent: neqꝫ portarent huic vite necessaria nec magna, nec minima. hec Raba. Alia multo originalia sanctoruꝫ loquentia de hoc. s. in. §. porro. in. c. lv. in isto tractatu posui que non repeto hic. Ex quibus patet ꝙ apostoli fuerunt pauperes in summa ⁊ altissima paupertate: qua, vt dictum est, altior dari nō potest, que est: nec habere in proprio nec in communi. Certum enim est ꝙ si potuissent in communi suo collegio dominia ⁊ possessiones rerum appropriare: potuissent etiam per consequens aurum: ⁊ argentum in communi possidere, ⁊ si in cōmuni eoꝝ collegio potuissent hec recipere ⁊ possidere: frustra dixissent sancti ꝙ christus eos prohibuit ista possidere: ne viderētur causa lucri predicare: quum ita posset cogitari ꝙ predicarent ⁊ questum facerent propter diuitias acquirendas eoꝝ collegio: sicut pro lucro singularis persone ⁊ frustra dicerent sancti ꝙ per hoc christus apostolos exuit ab omni vite huius solicitudine: quū ita posset esse materia solicitudinis pro acquirendo singulari collegio: sicut pro singulari persona. Et irrationabiliter fuisset eis interdictum ne quid in via tollerent: ⁊ ne sacculum neqꝫ peram nec es in zonis portarent: ⁊ per consequens ne reciperent aurum ⁊ argentum ⁊ pecunias: immo potius debuisset eis concedi vt ista reciperent ⁊ portarent ad seruanda ⁊ possidenda ⁊ in cōmuni dominio habenda. Preterea si habere potuissent dominia ⁊ possessiones in cōi non distingueretur abdicatio apostoloꝝ ab abdicatione quam faciebat turba que sequebatur apostolos: nec ab abdicatione cenobitarum habentium dominia ⁊ possessiones in communi, quam tñ distinctionē sancti faciūt: vnde glo. Bede sup illud Actuuꝫ. iiij. Multitudinis credentium ⁊c. dicit sic.

Discernit ordinē doctoꝝ ⁊ auditoꝝ. Nam multitudo reb⁹ scriptis copula charitatis inuicē iungebat: apostoli vero virtute fulgentes mysteria christi pandebant: hec ibi. Ex quo patet ꝙ illa rerum cōmunitas erat turbe non aploꝝ. Nec huic repugnat ꝙ statim sequitur: ante pedes ipsoꝝ pecuniam fuisse positam. quia hoc fiebat vt docerent pecunias esse calcandas: vt dicit Hieronymus ad Demetriadē. Hec etiam forma tradita fuit monastice seu cenobite vite: vnde glo. Bede super illud Actuum. iiij. Multitudinis credentium, dicit sic. Qui sic viuunt vt sint communia omnia, cenobite vocantur. que vita tanto est felicior quanto statum futuri seculi imitatur vbi oīa cōia. Uel certe vt se ⁊ sua apsice dispositioni cōmitterent sicut docet Ambro. super epistolam ad Cor. Hanc tñ rerum dispositionem maluerunt committere aliis: sicut in actibus legitur. Actuum. vj. cōsequenter. Non est bonum nos derelinquere verbū dei: ⁊ ministrare mensis. Quod quidē dixerunt vt ministerij refugerent distractionem: non qr per illud aliquid possederunt: vt patet in authoritatib⁹ supra allegatis. Ex quibus ꝯstat ꝙ sancti doctores ecclesie distinguunt inter abdicationē aploꝝ, ⁊ eoꝝ qui conuertebantur per eos cenobitarum: que quidem distinctio nulla esset: si concessum fuisset aplis aurū ⁊ argentum in communi habere. Et ideo preceptū datum apostolis de non possidendo aurum nec argentum nec pecunias, intelligi debet prout stare potest pro suis suppositis distributiue ⁊ etiā collectiue: interdicendo non solum cuilibet singulari: sed etiam toti collegio aploꝝ possessionem huiusmodi. Et ideo dicit Petrus vice omnium apostoloꝝ. Ecce nos reliquimus omnia. Matth. xix. ⁊ qui dixit omnia nihil excepit: extra de maio. ⁊ obedi. solite. j. Cor. xv. Heb. ij. ff. de auro ⁊ argento leg. l. planctius: ⁊ sic omnia tā in speciali ꝙ̄ in communi conclusit. Quia autem christus hanc paupertatis formam in seipso seruauerit quam aplis seruandam mandauit: probatum est longe supra in. §. porro. in. c. lv. per authoritates Chrysosto. super Matth. homil. xxij. ⁊ per glo. super illud. Uulpes foueas habent, ⁊ alias. Quia si forte dicat quis christum habuisse hospitiū non cōmune: obuiat illud Chrysosto. in sermone de proditione Jude vbi dicit. quos preciosoꝝ delectat pompa marmorū cognoscant christum dn̄m omnium ⁊ locū in quo caput reclinaret non habuisse. Et ideo discipuli ipsum interrogant ⁊ dicunt: Ubi vis paremus tibi comedere pasca? Matth. xxvj. Mar. xiiij. Luce. xxij. Sed si christus habuisset cōmune hospitium: illud discipuli non ignorassent: nec ipse caruisset in loco in quo caput inclinaret ⁊ pasca comederet. Jtem Anselmus in libro de sacramentis dicit sic. Pauper ita fuit christus: vt veniens in mundum non sua sed aliena domo nasceretur: nat⁹ propter inopiam loci in presepi brutoꝝ animalium poneretur: ⁊ viuens in mundo non haberet vbi caput reclinaret: nec moriens vnde nuditatem suam tegeret: nec mortuus vbi inuolueretur: nec sepulcrū aut locum vbi corpus mortuum locaretur. hec Anselmus. Jtem Beda super illud Mar. xj. Circumspectis omnibus: in originali dicit sic. Jntelligendum ꝙ dn̄s tante paupertatis fuerit: vt in vrbe maxima nullum hospitem nullamq; mansionē: sed in agro paruulo apud Lazarum sororesq; eius habitaret. Constans igitur est ꝙ non hospitio solum sed ⁊ precio quo id conduceret caruerit: dum necessitate

Christus fuit holm̄ pauperrimus.

compulsus de vrbe exijt. Hoc etiam ex ratione probatur: nam si filius dei ad hoc assumpsit naturam humanam vt genus humanum quod per peccatū a statu innocentie conciderat: repararet: non perfecte reparasset nisi assumpsisset naturam: ergo talem assumpsisset: vnde August. super illud Jo. j. Ecce agnus dei. Si agnus: ergo innocens: ⁊ si assumpsit naturam innocentem: assumpsit eam sm̄ omnem perfectionē anime ꝙ̄ habuisset aliquis in statu innocentie. Sed in statu innocentie fuissent homines sine dominijs distinctis: sicut patet. di. viij. §. j. ⁊. c. j. ⁊ s. in. §. porro in. lv. ca. Dixi igitur si christus tenuit statum innocentie, non habuit dominiū distinctum in speciali vel in cōmuni alicuius rei, sed solum simplicem facti vsum licitum ⁊ concessum. Ex quibus omnibus ⁊ alijs pluribus iuribus ⁊ rōnibus propter breuitatem omissis, ⁊ ex ijs que plenius inserūtur in libro de perfectione euangelica, quē composuit frater Joannes de ordine minoꝝ archiepiscopus Cantuariensis ⁊ solennissimus magister in sacra pagina, ⁊ Apologia fratris Bonauenture cardinalis episcopi Albanensis magistri de solēnioribus mundi tēpore suo de ordine fratrum minorū, liquet manifeste ꝙ christus ⁊ apostoli non habuerūt aliquid propriū nec in speciali nec in communi. Et ꝙ ecclesia Romana que in doctrina christi ⁊ apostoloꝝ errare non potest. xxiiij. q. j. a recta: rectissime definiuit: dicendo ꝙ huiusmodi abdicationem omnium rerum tam in speciali ꝙ̄ in cōi christus ⁊ apli verbo docuerunt ⁊ exemplo firmauerunt. Et siquis dictas authoritates scripture sancte vel sanctoꝝ aliter intelligeret vel exponeret ꝙ̄ ecclesia que spiritusancto regitur, intelligit ⁊ exponit: hereticus foret censendus. vt. xxiiij. q. iij. heresis. Quinimmo siquis etiam ex sanctis doctoribus ecclesie aliter sentiret: diceret, vel doceret: potius authoritati ⁊ definitioni ecclesie standum esset, ꝙ̄ illius sancti doctoris. xxiiij. q. j. hec est ⁊. xx. di. §. j. Tertia conclusio que dicitur ex dicta determinatione decreta. exijt. est: ꝙ christus non habuit regulariter loculo: sed solum aliquando siue in casu. s. infirmis condescendendo: qđ demonstratur ex verbis dicte decre. quum dicit interdum loculos dicitur habuisse: ⁊ quum: postea subiicit ꝙ christus sicut suis actibus perfectionem exercuit: ꝙ interdum infirmoꝝ imperfectionibus condescendit. ⁊. j sicut in fuga patet ⁊ loculis. Ex quibus verbis ⁊ sana siue intellectu ex ipsis sumptis verbis demonstratur ꝙ christus regulariter loculos non habuit: sed in casu immo regulā siue legē dedit. Mat. x. apostolis suis de loculis non habendis: vt supra probatum est. quam regulam ⁊ ipse quasi semper in seipso seruauit: sed interdum habuit ⁊ in casu: sicut aliquando fugit persecutores: sed vt plurimum non fugit. Jo. xviij. sed eis se opposuit: ⁊ legem de non timendo persecutores ⁊ eos qui corpus occidunt eis dedit. Matth. x. Luce. xij. xj. q. iij. nolite: vt superius dictum est: vnde glo. super illud Matth. xxvj. Et orauit tertio ⁊c. dicit ꝙ christus trina oratione docuit timorem triplicem superare. s. timorem mortis, timorem vtilitatis, ⁊ timorem doloris. sic ⁊ lex dicit ꝙ illud quod dicitur interdum concedi quod cōceditur in aliquo casu regulariter prohibetur: vnde posita regula qua dicitur nouo iudicio agendū esse vt tollatur opus quod post litem contestatam factū est: tollitur in casu: scilicet si illud quod antecessit: tolli sine eo non potest. ff. de aqua pluuia. cap. l. ac eius.

Christus non semper loculos habuit

sn ff.⁊.l.sequenti:que incipit,sed interdū:⁊ fm Pa piam,Interdum tm̄ prestat sicut Aliquando.Attē dendum igitur est ꝙ in euangelio:aut in aliqua par te noui testamenti nihil plus legitur de loculis:nisi quod legitur Joan.xii.⁊.xiii.⁊.aiij.ideo dr̄ in pre.de cre.exiit interdum.Nam in precedenti serie euan gelica legitur ꝙ sancte mulieres, que comitaban tur dn̄m cū3 discipulis:ministrabāt ei de facultatib⁹ suis.⁊ Luc.v.⁊.viii.⁊.xiiij.Jo.xi.⁊.ij.Legitur etiā3 in alienis mensis ꝯ cibo alieno assidue manducasse: qr nunquam habuit hospitium nec mensa3 nec can delabrum nec aliquid talium:vnde super Luce.ix.ca. dicit Chrysostomus.Aspice qualiter paupertatē q̄̄ dn̄s docuerat:per opera demonstrat.Non.n.ei erat mensa:nec candelabrum:nec domus:nec quicq̄ ali quid talium.Et Hieronymus ad Nepotianum di cit:Turpe est ante fores sacerdotis dn̄i crucifixi ⁊ pauperis qui cibo alieno vescebatur:lictores ꝯsulū ⁊ milites excubare.Ecce christus pro nobis seruus factus in domibus alienis hospitabatur:⁊ cibis a lienis vescebat.Hec Hieronymus. Et Bern.super illud Luce.ij.Cum esset factus Jesus.xij.annoꝝ.di cit ꝙ christus quasi vnus in turba pauperum stipē per ostia mendicabat. Ex his igitur ⁊ aliis multis supra allegatis euidenter ostēditur ꝙ christus regula riter loculos non habuit:sed interdum:sed quia ne cessitas legem non hz:de conse.di.v.discipulos:pas sionis tpe de his loculis dispensauit:vnde Luce.xxii. dixit.Quando misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calcia mentis:nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixe runt ei.Nihil.dixit ergo eis. Sed nunc qui hz sac culum,tollat:similiter ⁊ peram. In quibus verbis dicit glo.Bede,non eadem viuendi regula persecu tionis quapacis tēpore discipulos informat.Mis sis.n.ad predicandum discipulis nequid tollerent in via precipit:ordinans vt qui euangelium annun tia de euangelio viuat.Instante vero mortis articu lo:⁊ tota illa gente pastorē simul ⁊ grege3 persequē te congruam regulam tempori decreuit,permittēs vt tollant necessaria victui donec sopita persecutoꝝ insania tempus euāgelizandi redeat.Adde hic que scripsi supra.in.§.porro.in c.lv.Quia igitur lex quā tum ad exteriorem actum illum quantum ad opus exterius aliqñ non potest seruari:ideo in casu ⁊ ex causa aliquando solet intermitti:⁊ sic christus aliqñ ⁊ dispensatiue loculos habuit:sciens non oēs posse semper in predicte districtionis semita ambulare: quia illa propositio censetur veraque regulariter est vera:etiam si aliquando fallat:vt dictum est.⁊.ca.ad hoc.ff.de aqua quoti.⁊ estiu.l.j.§.j.⁊.l.sequen.cum si.

mune, quod sibi sustentatio debita negetur? vtiqz.
sicut legitur ⁊ no. extra de rescrip. cum dilecta. non
si. xviij. q. ij. in nullo. ⁊ in specu. ti. de actore. §. j. ℣. qd
si spoliatur. Et qua actione egerunt apl̄i ⁊ alij disci-
puli domini expulsi de eorum habitaculis ⁊ spolia-
ti paucis substantijs quibus pro necessitate utebantur,
contra persequentes ⁊ expellentes de iudea vt
ad gentium populum transmigrarent? Act. xiiij. I-
nio rapinam eorum que habebant cum gaudio su-
sceperunt. Heb. x. Quid in cōi apl̄i propriū habue-
runt dispersi vnusquisqz per prouinciā sibi decretā
ad predicādū euāgeliū: quū nec tūc uiuerēt in cōi?
An forsan tūc vnusquisqz bursam habuit: perā detu
lit: es possedit: contra preceptum diuinū. Luc. x. ⁊
Matth. x. ⁊ Apostasiam incurrit? Quis hoc filius
euangelij ⁊ discipulus diceret? Nunquid pretet le-
gem euangelicam hoc phibentē eis, gesta eorū ueri
dica ⁊ sctorū originalia testimoniū perhibēt sp eos
oblatas res ⁊ pecunias respuisse: ⁊ alieno cibo vixis-
se? vide qd scripsi supra. §. Item qp simplex facti.
℣. quarto qd sequitur. in ca. lvj. Si. n. hoc dicere-
tur: iam nō in communi sed in singulari proprium
quilibet possedisset. ⁊ inter eos ⁊ alios mundi ho-
mines expropriationis differentia nō fuisset. Et pre
ceptum eis a domino indictum de non habendo pe
cuniam, frustratū fuisset. Sed super hoc caput istius
ecclesie ⁊ illius interrogetur Petrus q dicit Act.
iij. Argentū ⁊ aurum non est mihi. Sed si ipse illius
pecunie quā habebat in cōi ecclesia primitiua, dñs
fuisset: sicut ⁊ caput erat: non hoc dixisset sicut nec
hodie possunt dicere prelati ecclesiarū ⁊ monaste-
riorum bona habentium in cōi. Aurum ⁊ argentū
nō est nobis. Immo est eis tanqz dispensatoribus.
qz ecclesia aurū habet ⁊ habere pōt nō ut cōseruet:
sed ut pauperibus eroget. xij. q. ij. aurū. Manifestū
ergo uidetur qp illius pecunie Petrus dispensator
non erat. Nam ⁊ hoc dixit in eadē ciuitate ubi in
cōi illa credentium ecclesia uiuebat. Unde ⁊ ipse ⁊
alij apostoli Act. vj. Non est bonum nos derelin-
quere verbū dei: ⁊ ministrare mēsis. Licet si dispen
sator fuisset sicut esse poterat, sicut pr elatus eccle-
sie: vt supra pbaui: pprietarius propterea non fuis-
set. xij. q. j. si priuatum. xxiij. q. vij. qp autem Adde qp
scripsi supra in. §. restat inter hec ℣. alio modo acci-

pitur habere.in c. lix. Quid autem de capite nostro christo Paulus dicat audiamus. Quũ esset diues: propter nos egenus factus est.ij.ad Corin.viij.Sed in ecclesia primitiua de cõi viuente non erat aliquis inops vel egens: sed dabatur vnicuiq; prout opus erat.sicut dicit textus. Act.ij.⁊.iiij.c.⁊.xij.q.j.c.ij.⁊.c. quia tua. sicut ⁊ hodie fit inter habentes proprium in cõi.ergo ipse non habuit propriũ in cõi: nec apli quibus ⁊ hanc mandauerat paupertatẽ.Queram⁹ ⁊ vnũ inter aliquos aplos de sectatoribus eius veris Paulũ dicentẽ, Usq; in hanc horã esurimus: ⁊ sitimus:⁊ nudi sumus.j.ad Corin.iiij.⁊ alibi.Sicut egẽtes.ij.Cor.vj.Sed inter viuentes de proprio in cõi non est esuries neq; sitis neq; nuditas neq; egestas.sicut probatũ est de ecclesia primitiua, ⁊ de ista ecclesia succedente sibi bona in cõi habente.vñ glos. super illud.ij.Cor.vj.Nihil habentes ⁊ oia possidẽtes.Hec fuit gloria aplorũ: nihil oĩno possidere: sine solicitudine esse. Quũ autẽ dicit oĩno: proculdubio excludit propriũ nedũ in speciali sed etiã in cõi.alias nullo modo dixisset,oĩno:⁊ Paulus,nihil: quia cõmunitas cui hoc competit bene dicitur habere:quia in cõi hz.xxiij.q.vij.q autẽ. ⁊ illorũ bonorũ ꝓprietas apud illã cõitatem existit.vt no.xij.q.j.expedit.in gl. pri. Super hoc etiam certum est q fratres minores per regulã suã ab ecclesia multoties approbatã confirmatã ⁊ declaratã,nedũ tenetur viuere sine ꝓprio in speciali ⁊ in cõi: sicut ipsa regula clare dicit:⁊ Romani perplures pontifices declararunt:sed etiã paupertatẽ promittunt:qđ plus est. vt regula ipsa dicit. Paupertatẽ ⁊ humilitatẽ ⁊ sanctũ euangelium qđ firmiter promisimus obseruemus. vñ conciliũ Uiẽnẽse expresse declarat in decre.Exiui de paradiso.in cle.teneri dictos fratres nedũ ad paupertatẽ: sed ⁊ eiusmodi vsũ qui in regula declaratur: eo obligationis modo quo ponit regula dictũ vsum.Nullum ergo dubiũ ſm ecclesiã declarantes quin hec maior ⁊ alia sit ꝓfessio: q̃ꝫ promittere viuere sine proprio in cõi. Hec aũt est professio perfectionis euãgelice sicut regula ante dicta ⁊ mr declarat ecclesia ab aliis professionibus quibuscunq;: presertim quãtũ ad expropriationẽ ⁊ paupertatẽ penitus separata ⁊ sup alias eleuata.vñ dicit sancta dicta regula,Hec est celsitudo altissime paupertatis ⁊c.Et declaratio Nicolai,Exiit. lib.vj.de verb sig. ibi. Quo imitatores tanti patris effecti christi semitas arctius elegerunt.Itẽ si apli in cõi propriũ habebant: quare dixit eis dñs q ederẽt ⁊ biberent ea que apud illos erant quibus predicabant? Luc.x.profecto q sumptus alios non habebant.Quis enim diceret aplos suas pecunias recõderet:⁊ aliorũ victũ recipere? absuit,profitẽdũ est, ab eis talis auaritia: q̃ nedũ in eis sed in quouis catholico deũ timente sicut crimen philargyrie si communiter sic viueret, dãnaret: sed q veri pauperes non ficti erant: solũ mercedẽ victus pro labore predicationis recipiebant: q digni operarij erant. vt pre.c. Luc.x.xj.q.vij.sacerdos.⁊.xiij.q.j.§. his ita. ⁊.xij. q. ij.quicunq;.⁊ extra de sepul.c.j. Itẽ si christi apli qđ in communi vel in speciali habebant proprium: cur pre fame alieni agri spicas euellebant ⁊ comedebãt? Matth.xij.⁊ Luce.vj.xxv.q.j.§.his ita.vbi Beda. Non habentes enim discipuli spaciũ mãducãdi ꝓp importunitatẽ turbarũ,esuriebant vt holes:sed vellentes spicas inedia consolantur. qđ est indiciũ austerioris vite:non preparatas escas sed simplices q̃rere cibos sed si semper in communi pecuniã vel loculos habebant ⁊ panẽ: certũ est q ad emendũ inueniebant: aliena furantes furtũ committebant. legit ⁊ no.de elec.dudũ.ij.⁊ facientes contra preceptũ decalogi.Exo.xx. Non furaberis.xiiij.q.v.penale.mortaliter peccassent.legitur ⁊ no.xxxij.q.vii.qđ in oib⁹ sed hoc falsum est: q vox christi eos.ibi Luc.vj.excusat ⁊ lex.legit ⁊ no.de cons.di.v.discipulos. Non obstat.c.dilectissimis.xij q.j. inductũ pro alia parte: q apli cũ aliis primis credentibus de ecclesia primitiua in communi proprium habebãt.q pauco tpe cũ illa communitate tanq̃ prelati eorũ vixerunt:⁊ cum eis communẽ vitã duxerunt. Sed q non erat bonũ relinquere verbuz dei ⁊ ministrare mensis: vt supra dixi:prepositos illius communitatis elegerunt.Act. vj.Et ipsi ad seruandũ regulã strictiorẽ.Adde quod scripsi supra in.§.Itẽ q simplex facti vsus.in ꝟ.scđo rñdeo. cũ seq.in c.lvj.prohibentẽ pecunias possidere redierũt.Et dispersi per orbẽ eã seruauerunt vt superius est probatũ. Iura aũt adaptant ad ea q̃ frequẽtius accidunt:non q̃ raro ⁊ pro causa contingunt ff. de legi.nã ad ea.⁊ ex vt lit.non contesta.qm̃.in prin. sicut non dr diuertere qui statim vel cito redit.de pe. di.j diuortiũ. vbi de hoc. Nã ⁊ nedũ viris perfectis aplicis enthecã prohibet:sed ⁊ viuentibus in cõi.xij. q.j.nolo. Preterea quõ potuit esse q christus propriũ habuit cum aplis in communi.Aut enim istud propriũ in communi erat christi ⁊ aplorũ ⁊ non aliorũ de mundo. ⁊ sic dicetur q christ⁹ aliquid habuit: ⁊ habere voluit:qđ non esset commune hoim oĩum. ⁊ sic christus malignus fuit ⁊ partialis ⁊ auarus:q̃rens q̃ sua sunt ⁊ quorundã:⁊ non q̃ oĩum. qđ alias prohibet.ad Phil.ij.ex de censi. procurationes.Et sine charitate esset:q̃ non q̃rit q̃ sua sunt.j.ad Corin. xiij.quũ tñ creator ⁊ redẽptor ⁊ gubernator omniũ sit.qđ impiũ est sentire:⁊ blasphemũ dicere. Nã certũ est ⁊ esse dz cuilibet catholico q de iis q̃ erant ad suum vsum ⁊ aplorũ nunq̃ꝫ alios quoscunq; indigẽtes excludere voluisset. Uñ non est putanduz q de⁹ hõ christ⁹ de loculis quos interdum habuit Iudas: si aliquis egens petiuisset:ei vnq̃ꝫ negasset. Nã deus ipse cõis oibus creaturis, cõis etiã fuit hõ oib⁹ hoibus.q nec personã accepit.Act.x.⁊ ex de preben.venerabilis.iij.q.ix.c.vlt.Et cura est sibi de oib⁹.Sap. vj. Nã ille hõ deo vnitus in christo:non aliter egit in virtutib⁹ q̃ꝫ de⁹: nec fuit plus vni⁹ q̃ꝫ alteri⁹. j. Tim. ij. Nã oẽs saluos volebat facere in corpore ⁊ in aia. ps. xxxv. Homines et iumenta saluabis dñe. Quõ ergo sicut ꝓdixi aliquid propriũ habere voluit qđ nõ esset cõe oibus hoibus de hoc mũdo? Si autẽ illud proprium suum et aplorum fuit:et proprium totius mundi fuit,sicut superius est probatuz. ergo non debet dici proprium christi et aplorum communitatis: sed proprium communitatis totius mundi: et non alicuius collegij specialis.sed illius proprij vniuersalis nullus fuit dñs proprie,collegium, aut persona: ergo nec christus inquantuz homo.sed fuit dñs vniuersitatis mundi vt deus creator omnium. Io.j. In ꝓpria venit. Sicut etiã fuit tpe legis nature: in quo nec persona singularis extra deum nec priuatuz aliquod collegium fuit dñs:sed omnium erãt oia communia sicut aer et sol.xij.q.j.c.ij. nec tunc creditur q fuerit vsus pecunie.sicut in li.collationum Io. cassi: in collatione Serapionis continet.q nec erat necessarius. Non enim necesse erat emere vel vẽdere vel contractus alios inire quos ad veros dños pertinet celebrare.quum nullus esset dñs,vt est dictuz: sꝫ oia

essent cõia omnibus. Nam vsus pecunie adinuent⁹ est: quum mundi diuisio facta est: ⁊ p ɔño lis ⁊ contentio oborta est. xij. q. j. c. ij. Sed christus dñs pacificare venit ⁊ vnire. ad Col j. ⁊ oibus exemplũ dedit de se quiete viuere. Sed vbi tuũ ⁊ meum. ibi ẽm Senecam non est quiete viuere. Et per iniquitatẽ scm̃ ⁊ dcm̃ est meũ ⁊ tuũ. vt pre. c. xij. q. j. c. ij. Sed in dño nostro iniquitas non est: qualitercũq; glosset iniquitas. xiiij. q. v. §. sed hec. Item sicut supra sepe dcm̃ est dñs dixit illi, Si vis pfectus esse: vade ⁊ vende oia q̃ habes: ⁊ da pauperibus. Mat. xix. Sed nunquid ista forma pfectionis quam hic dat dñs, est similis illi per quã viuebat in cõi ecclesia primitiua? Absit. immo penitus alia. Nã venienti ⁊ volenti in illa congregatione viuere fideliũ q tunc oẽs in cõi viuebãt: non dicebat Uade ⁊ vẽde oia: ⁊ da pauperibus: ⁊ sequere nos nõ participãtes bona tua. sed forma erat viuendi q̃ rebus vẽditis pecunia ante pedes aploꝝ ponebat: nec alijs pauperibus dabat: ⁊ de emptis de illis sic positis pecunijs cõiter erat vita. Sed forma maioris perfectionis fuit illa data illi ⁊ consimilib⁹. Nõ. n. dixit dñs illi vẽde ⁊ da nobis p̃ciũ ⁊ viue in cõi nobiscũ: sicut erat in ecclesia primitiua. s; da pauperibus oia, nõ partem tibi retinẽs aut alicui collegio. ⁊ sequere me nihil habentẽ ppriũ p me aut cõi. Aliud dicere, est textũ euangelicũ peruertere aut negare. ⁊ de hoc satis. s. dictuz est. in. §. Itẽ q̃ simplex. in. c. lvj. Itẽ nũquid eadẽ forma viuẽdi est in cõi habere pecunias ⁊ forma data aplis q̃ non auruz aut argentũ peram aut sacculũ haberẽt? Mat. x. Luc. x. Immo penitus contraria. Habere pecunias ⁊ non hẽre licet. vtraq; bona: sed scda pfectior. nec hoc dixit dñs vni soli aplo aut discipulo: s; toti collegio aploꝝ ⁊ discipuloꝝ pfecte viuere volentiũ. Uñ dixit Petrus in psona sua ⁊ alioꝝ discipuloꝝ, Ecce nos reliquimus oia. Mat. xix. ⁊ ijs qui eũ ⁊ discipulos suos perfecte sequi volebãt vt in decre. exijt. li. vj. Qui in christo duplicem naturã negauerũt: hereses cõdiderũt. xxiiij. q. iij. qdã. ꝟ. acephalite. Nã pfectus deus pfectus hõ est. vt in symbolo Athanasij, Quicunq; vult saluꝰ. ⁊ in cõcilio gñali. ex̃ de sum. tri. c. j. Distinguam⁹ euãgeliũ: nõ negem⁹. Nõ demus ergo pecunias cũ euãgelio christo dño ⁊ aplis vt pfectis: ⁊ interdũ ⁊ raro ex cã demus sibi pecunias vt impfectis cõdescẽdat. ⁊ in hoc nõ minus impfectus existẽs. vt dr̃ in decre. exijt. ⁊ sic ẽm Aug. distinguem⁹ scripturã tpa ⁊ formas viuẽdi: ⁊ sanctũ euãgeliũ cõcordabit. ij. q. j. si peccauerit. Qui nõ distinguit se extiguit. S; ⁊ loquẽs cuz debita reuerẽtia dñi nostri pape ⁊ suarũ constitutionum Ad conditorem, ⁊ alia Quorundã, ⁊ alia Cũ inter nõnullos, cuius sp in ijs q̃ scripsi ⁊ scribo me correctioni cõmitto: ⁊ quarũ cõstitutionũ intellectibus sto; q̃ põt vera inter vsum libroruz ad studendũ ⁊ alioꝝ ad offm̃ dicendũ ⁊ paramentorũ ecclesiasticoꝝ ⁊ alioꝝ supellectiliũ fratrũ minorũ realis dñia assignari. qr ex his dñs papa in decre. Ad cõditorem canonũ, qdã sibi quantũ ad proprietatẽ reseruat q̃ vsu cõsumunt continuo: sicut ⁊ alia supellectilia consumunt. Quũ igit cã sit eadẽ vtrobiq; i cur ecclesiasticoꝝ ⁊ nõ alioꝝ a dño nr̃o dñiũ retinet: ꝯtra illud ex̃ de trãsla. inter corporalia. §. j. ꝟ. vñ cuz ijs q̃ ibi no. qd̃ op. facit. Sed ⁊ nunqd q̃cquid habẽt religiosi: siue sit ager, siue domus, siue vestis, siue qduis aliud: est dño consecratũ? xij. q. ij. nulli. vt qd ergo inter hec oia q̃ vsu consumunt ⁊ dño consecrant, sit distãtia: ⁊ hec fines faciũt diuersos q̃ sunt paria rõne? Siliõs. n. eq̃tatis rõ similia iura suadere videt. C. ad l. fal. l. vlti. ex̃ de consti. nã concupiscentia. extra de confir. vti. cũ dilecta. §. nos igit. legit ⁊ no. Sed ⁊ nũquid Nicolaus. iij. generaliter olum quoꝝ vsum fratribus licet habere dñium sibi retinuit ⁊ eccl̃ie Romane dicens in p̃. decre. exijt. ibi. olm vtẽsiliuz. Qui dixit omniũ nihil excepit. xix. di. si romanoꝝ. de priuil. qr circa. non q̃ intenderet illud vendere: sed veritatez status hmõi declarare. Uis ergo rõni ⁊ iuri sit: si res eiusdem speciei diuerso iure censent. contra id ex̃ de deci. cum in tua. cum si. Non ergo regula generalis cum iuris iniuria restringat. vt p. c. qr circa. s. q̃ certi vsus sit dñium in incerto. qd̃ fit quũ quarundã rerũ vel supellectibiliũ quarũ vsum habemus, papa sibi dñium vendicet: quarundã vero nequaq̃. Itez preter superi⁹ allegata in. §. Itẽ q̃ simplex. in c. lvj. de separatione dñij ab vsu: certũ est q̃ qlibet religiosus nedum frater minor filiofamilias constituto in potestate patrisfamilias comparat. Nam vterq; sui iuris non est. Sed certũ est s; leges q̃ in peculio p̃fecticio filiusfamilias vsuz habet: ⁊ tñ ppñetas nec ad momentũ residet penes ipsum. ff. de acq. pos. l. quidquid. ⁊ l. j. §. Item acquirimus. ⁊ ff. de reg. iur. filiusfamilias. Item non habet ẽm leges dñium sine aio. vnde hereditas solo aio acquirit ⁊ repudiat. ad qd̃ facit quod no. ex̃ de resti. spo. olim. ij. in gl. vt scias. vnde iurisconsultus Julianus ait. ff. de acq. heredi. l. pro herede. circa prin. Pro herede gerere non tã facti q̃ȝ ai est. Cui alius iurisconsultus Paulus consonat dicẽs. ff. de acq pos. l. j. §. furiosus. Furiosus ⁊ pupillus sine tutoris ⁊ curatoris authoritate non põt incipere possidere: qr affectionẽ tenendi non habẽt. licet res suo corpore contingant: sicut si dormiẽti aliquid in manu ponat. sic ⁊ religiosus qui nec animũ siue affectionem de iure habet nec habere põt. Preterea nunquid Nicolaus. iij. q est luminare maius: potuit quod potuit luminare min⁹. s. qd̃ imperator? ex̃ de ma. ⁊ obe. solite. qui supra legem immo qui est legis origo. qui etiam ea que fuerunt pro non factis sancit. sicut patet in lege postliminij, qui bello capt⁹ ⁊ seruus effectus decernitur sp fuisse liber ⁊ pñs. ff. de postli. reuer. l. retrocedit. ⁊ Insti. quibus mo. ius patri. pote. sol. §. si ab hostibus. Et ea q̃ non fuerũt p factis habẽda decernat. vt in posthumo de quo nulla fuit mentio: ⁊ tñ iudicat menno. acta. C. de inof. testa. si mater. Mutat etiam substantiã rei Imperator: ⁊ de nihilo facit aliqd ẽm iura. C. de rei vxo. acti. l. j. ⁊ no. ex̃ de sta. mo. cũ ad monasteriũ. in glo. ⁊ ita. Si ergo tñ potest Imperator: multo potius papa: quantumcunq; in rebus consumptibilib⁹ vsu nõ videat vsus posse a dño separari ẽm illam opinionez. vide. s. eo. §. ij. obiectio. ꝟ. preterea si vere. in. c. lx. in fi. Potuit tñ idem Nicolaus in rebus vsu cõsumptibilibus quibus vtunt fratres minores aliud ordinare contra omnem legem positiuam canonicam ⁊ ciuilẽ: ⁊ mutare naturã illarũ rerũ q̃ separet dñiũ inseparabile. Nã nulla lex legẽ imponit eccl̃ie Romane: s; ipsa oibus sancit legẽ. x. di. c. j. ⁊ c. certũ. xxv. q. j. §. his ita. Itẽ ẽm Inn. põt papa ex aliqua maxima cã cũ monacho q̃ contrahat dispẽsare: ⁊ sic eius substãtiã immutare. vt no. ex̃ de sta. mo. cũ ad monasteriũ. §. fi. ⁊ no. late. s. in prima pte istius opis in. §. Itẽ de dispẽsatione. ꝟ. Itẽ qdã dixerũt. s. c. xlvj. multo poti⁹ q̃ in reb⁹ vsu cõsumptibilib⁹ possit ab vsu dñiuz separari. Qr aũt dñs papa in sua cõstitutione Ad ɔditorẽ canonũ, dr̃ q̃ p talẽ expropriationẽ ẽt i

cõi non creuit in fratribus minoribus amplı° chari
tas:sed solicitudo amplior habẽdi:ꝛ ꝙ actus ꝛ ꝯtra
ctus vsuario cõtrarios facerem°: ꝛ ꝙ de retẽto dñio
rerum quibus fratres vtunť, nulla Romane eccl'ie
ꝑuenit vtilitas:nec in futurũ ꝑuenire sperať:qn po=
tius ipsa habebat nudũ dñium ꝛ fratres vsuȝ vesti=
tũ.hec oĩa cũ oi reuerentia loquẽdo factũ respiciunt
ꝛ nõ iura. nã certum est ꝙ quãq́ȝ pecunia causaliter
aut formaliter non sit mala:ꝛ sine peccato possit ha=
beri ꝛ cum charitate.j.ad Timo.vlti.xij.q.ij. aurũ.j.
q.iij.totũ.quũ certũ est ꝛ experientia magistra docet
ꝙ inter cetera q̃ possidenť,pecunia maxime est illece
brosa ꝛ de facili allectiua cupiditatis: q̃ est charitati
cõtraria.de pe.di.ij.§.ex ꝑmissis.ꝟ. qꝛ radix inducti
ua. Nam qs pecuniã possidens charitatẽ etiã possi=
det:q̃ eas dispergit? Quis est hic ꝛ laudabimus eũ?
vere fecit mirabilia in vita sua.Eccl.xxxj.vñ Chrys.
Abijciamus quecũq́ȝ corpus florere faciunt:vitiant
aut aĩaȝ:vt sunt diuitie delicie ꝛ gloria.Ista authori
tas complet.j.in.§.hoc aũt ꝑceptum.ꝟ.Iteȝ in eo=
dem sermone.in.c.lxv.Et Climacus abbas montis
synai ait.Qui possidet charitatẽ: dispergit pecuniã.
Qui vero dicit se cuȝ charitate ꝛ pecunia viuere: se=
ipsum seducit:ꝛ sibiipsi mẽtiť. None pecunia viscus
ꝛ pix est?ꝛ qs tetigit eã:ꝛ illaqueatus ꝛ coinquina=
tus nõ est? Eccl.xiij. Quid aũt magis charitatẽ in=
ficit q̃ȝ litigare? Sed q hoc faciũt: non possunt mul=
tum de perfectione euangelica gloriari.vñ Amb.xj.
q.iij.ira sepe.Dñs iesus mittẽs ad euangelizandum
discipulos suos , misit eos sine auro sine argẽto sine
pecunia sine virga.vt ꝛ incentiua litis ꝛ instrumẽta
eriperet vltionis. Nõ ergo professio sine pecunia sed
cum pecunia est materia litigandi. Non ergo pp ali
quem fratrem vel fratres cupidos sancta ꝛ apostoli
ca religio diffameť. Nec dubium si litigant ꝛ discur
runt aliqui professi hunc statum sanctũ allecti philar
gyria ꝛ mentis ignauia:si ex concessione papali (qđ
absit) haberent pecunias:amplius litigarent. Nun
quid alij religiosi mendicantes vel non mendicãtes
qꝛ pecunias habent ꝛ habere possunt in cõi, magis
q̃ȝ fratres minores viuunt pacifici ꝛ quieti:ꝛ maio=
ri inuicem in se ꝛ in alijs charitatis glutino copulã=
tur? Facti experientia rñdeat ꝛ non ego. Corrigatur
ergo in fratribus minoribus preuaricatio ꝛ conten
tio:neq; tangatur sancta professio. Sed etsi etiã actus
contrarios simplici ꝛ nudo vsui faciunt quidã fra=
tres:non est propterea cõitas diffamanda: qꝛ taliter
contrahentes non fratres minores vitam aplicam
imitantes sed institores ꝛ trapezite.xxiij.di.in nole.
xvj.q.j.si cupis.potius sunt cẽsendi:ꝛ pena legitima
corrigendi . Licet insuper sancta Romana ecclesia
de tali proprio in rebus quibus vtunť fratres mino
res sibi reseruato vtilitatem non habuerit:qꝛ noluit
nec indiguit:sed pauperib° fratribus minorib° suis
peculiarib° filijs dimiserit ad vtenduȝ:si tñ vellet ha
bere eorum vtensilia:posset ea sine iuris iniuria tãq́ȝ
sua propria vendicare. qꝛ iure suo singulari ꝛ ꝓprio
vteretur. nec fratribus iniuriã faceret suo iure vtẽs,
extra de elec.cũ ecclesia. Et ex hoc etiã manifesta sur
git ratio ꝙ vsus rerum siue vsu consumptibiliũ siue
non,potest dici ꝙ in perpetuum a dñio separetur.qꝛ
q̃ñcunq́ȝ dño pape placeret:nedum paramentorum
ꝛ librorum ecclesiasticorum,sed etiam aliarũ supelle
ctilium eorum,panum,piscium,caseorum, pomorũ,
etiam in mensa positorum vsum ante q̃ȝ fratres den
tibus masticarent,posset suo dominio sociare.

Litere capituli generalis factis super responsionem
questionis i Curia agitato qua queritur vtrũ asse
rere christum ꝛ apostolos non habuisse aliquid
in communi sit hereticum. Cap. 62.

AB superiora inter serui hic lite=
ras capituli generalis perusi=
ni:que nihil aliud continent in
sententia q̃ȝ decre.dñi Nicolai,
Exijt qui seminat.quam supra
in.§.restat inter hec.in.c.lix.cõ=
cordaui cum constitutionibus
dñi nr̃i pape Io.ꝑdicti.Quaꝝ
tenor talis est.Uniuersis christi fidelibus presentes
literas inspecturis fratres Michael ordinis fratrũ
minoꝝ generalis,Guilhelmus Anglie,Henricus su
perioris Alemannie,Arnaldus Aquitanie ꝓuincia
les ministri ꝛ in sacra theologia magistri: necnõ Hu
go de nouo castro, Guilhelmus de almut theologie
doctores. Nicolaus prouincie Francie minister , ac
Guilhelmus bloc baccalarij in sacra pagina , ꝛ oẽs
ministri custodes discreti ꝛ lectores generalium stu
diorum apud Perusium congregati in capitulo ge
nerali:ipsumq́ȝ totum capitulum ordinis supradicti
salutem ꝛ pacem in dño sempiternaȝ Nouerint ꝙ
nos anno dñi.M. ccc. xxij. indictione.v.pridie no=
nas iunij . audita ꝛ intellecta q̃õne quadam que in
Romana curia principaliter agitať:qua q̃riť vtruȝ
asserere christum ꝛ apostolos non habuisse aliquid
in cõi sit hereticũ: Et requisiti de ipsa q̃õne qđ senti=
remus:ꝛ in scriptis sub nostris sigillis ꝛ subscriptio
nibus ꝓpriis redigere curarem°. Uisis ꝛ examinã=
tis dicta q̃õne cum allocutionibus,que pro ꝛ cõtra
fiũt:diligẽterq́ȝ ac matura deliberatione digestis, de=
terminationi sancte Romane ecclesie firmiter ꝛ to=
taliter inherẽtes , cõcorditer ꝛ vnanimiter dicimus
ꝛ fatemur ꝙ dicere ꝛ asserere ꝙ christus viam ꝑfe=
cionis ostendens:ꝛ apostoli eandem viam perfectio
nis sequentes : atq́ȝ p exemplum in alios volentes
perfecte viuere deriuãtes:nihil iuris ꝓprietatis dñii
seu iuris ꝓprij in cõi habuerunt:nõ est hereticũ : sed
sanũ,catholicũ, ꝛ fidele.maxime quũ sancta Roma
na ecclesia catholica que a tramite apostolice tradi=
tionis nunq̃ȝ deuiasse aut errasse probať.xxiiij.q.j. a
recta.ꝛ.c.pudenda. in fi.expresse hoc dicat: affirmet:
ꝛ determinet manifeste extra de ꝟ.sig.exijt qui semi
nat.§.porro.lib.vj.sic inquiens. Dicimus ꝙ abdica
tio taliũ reꝝ tã in speciali q̃ȝ in cõi pp deum merito=
ria est ꝛ sancta: quã ꝛ christus viam ꝑfectionis ostẽ
dens verbo docuit:ꝛ exẽplo firmauit.quãq́ȝ ipsi pri
mi ecclesie fundatores apli ꝓut ab ipso fonte.s. chri=
sto hauserant:in volentes perfecte viuere p doctrine
ac vite ipsorum alueos deriuarũt. Que ecclesie de=
terminatio in.vj.lib. p ipsam ecclesiam catholicã est
inserta:ꝛ p aliã decre.in Uiennensi concilio promul
gatã,ꝛ in clemẽtina que incipit , Exiui de paradiso.
sub ti.de ver.sig.insertam,per ipsam vlem ꝛ catholi=
caȝ ecclesiam est approbata: ac nouissime per sanctis
simum patrem ꝛ dñm dñm Joannem diuina proui
dentia papam.xxij. in quadã sua declaratione edita
super regula ꝛ statu fratruȝ minoꝝ:q̃ incipit Quo=
rundam,est eadem declaratio plurimuȝ cõmendata
tãq́ȝ salubriter edita,solida,lucida, multaq́ȝ maturi
tate digesta. Et testante cano.xix.di. si romanorum.
id qđ pro dogmate sano sedes apostolica cõproba=
uit:sp debet teneri acceptũ:nec ab eo licet quomõli=

bet

het resilire. xxiiij. q. j. hec est fides. In huius autē nostre opinionis ac concordis sententie testimoniū ⁊ munimen, presentem seriem de cōi consensu omniū nostrorū sigillis ⁊ subscriptionibus proprijs generalis ministri ⁊ nominatorum superius magistrorum ac baccalariorum in sacra pagina necnon quatuor prouincialium ministrorū videlicet Thome prouincie Bononiensis, Petri prouincie sancti Francisci, Fernandi prouincie Castelle, ⁊ Simonis prouincie Turonie, duximus muniendā. Datū Perusij anno mense ⁊ die superius noīatis. Intersero ēt hic allegationes aliquas dictorū magistrorū ⁊ baccalariorū in quibusdā eorū literis contentarū: que sic incipiūt. Uniuersis presentes literas inspecturis, fratres Michael ordinis fratrū minorū generalis: Guilhelmus prouincie Anglie, Henricus superioris Alemanie, Arnaldus Aquitanie ministri: ⁊ Hugo de nouo castro, ac Guilhelmus de alnuit sacre theologie magistri: necnon Nicolaus prouincie Francie minister: ⁊ Guilhelmus bloc in eadem sacra pagina baccalarij. Salutem ⁊ pacē in dño sempiternam. Nouerint ꝙ nos anno dñi. M.ccc.xxij. indictione. v. idibus iulij in nostro generali capitulo apud Perusiū cōgregati ⁊ requisiti specialiter quid sentitem⁹ de q̄one subscripta: diligenti prius examinatione ⁊ deliberatione matura super ea ⁊ ipsam tangentia collatione ꝓhabita: Respondemus prout immediate infer⁹ cōtinetur. dicimus ⁊ fatemur concorditer ꝙ dicere ꝙ christus viam perfectionis ostendens, ⁊ apl'i eandē viam perfectionis sequentes, ⁊ in volentes perfecte viuere deriuantes: nihil iuris proprietatis dñij seu iuris proprij in speciali vel in cōi habuerunt: nō est hereticum: sed sanum, catholicum, ⁊ fidele. Et q̄uis ad hoc multas rationes habeamus ⁊ q̄ꝫplurimas authoritates sanctorū tam latinorum q̄ꝫ grecorū: qui velut duo cherubin in medio tabernaculi dñi alas suas extendentes in hoc puncto cōiungunt: ⁊ velut duo Seraphin in templo ad ipsum alter ad alterū clamare non cessant. Esa. vj. Subscripte tamen rationes ⁊ authoritates causa breuitatis sufficiant quoad pñs. Prima ratio talis est. Nulla assertio est heretica q̄ fundatur super determinationem ⁊ confirmationē multiplicem sacrosancte Romane ecclesie. sed asserere christum ⁊ apl'os non habuisse aliquid nec in cōi nec in speciali proprium (vt predictū est) fundatur super determinationem ⁊ declarationē multiplicem sancte Romane ecclesie: ergo hec assertio non est heretica. Maior est euidēs cuilibet catholico. Cui etiā concordant multa. c. decretorum. xxiiij. q. j. a recta. ⁊ c. pudenda. in fi. Et Aug. contra epistolā fundamēti dicens. Euangelio non crederem: nisi me ecclesie authoritas commoueret. Minor probatur per decre. extra de ver. sig. in. vj. li. exijt. §. porro. vbi sic habet. Dicimus ꝙ abdicatio proprietatis omnium rerū tam in speciali q̄ꝫ etiam in cōi propter deum, meritoria est ⁊ sancta: quam ⁊ christus viam perfectionis ostendens verbo docuit: ⁊ exemplo firmauit. quāq̄ꝫ primi fundatores militantis ecclesie prout ab ipso fonte hauserant in volentes perfecte viuere per doctrine ⁊ vite ipsorum alueos deriuarunt. Que quidem decre. per aliam que incipit Exiui de paradiso, in Uiennensi concilio promulgatam, ⁊ in cōstitutionibus Clemen. sub ti. de ver. signi. insertam, est ab ipsa vl'i ecclesia comprobata. Et nouissime per sanctissimum patrem ⁊ dominum nostrum dñm Joannē diuina prouidentia papam. xxij. in quadam sua declaratione edita per eundem super regulam ⁊ statum fratrum minorum: que incipit Quorundam, est approbata ⁊ q̄ꝫplurimum commendata: tanq̄ꝫ salubriter edita, solida, lucida, multaq̄ꝫ maturitate digesta. Patet ergo minor: videlicet ꝙ assertio qua dr̄ christum ⁊ apl'os non habuisse aliquid in speciali vel in cōi, vt dictum est: fundatur super determinationem cōem ⁊ confirmationem multiplicem sancte Romane ecclesie.

Quibus rónibus ꝓbari possit christū ⁊ apl'os nihil habuisse proprij.

Secunda ratio. Nulla assertio qua dicit christum ⁊ apl'os seruasse altissimam ⁊ perfectissimā paupertatem, est heretica. sed asserere christū ⁊ apostolos nihil habuisse in speciali vel in cōi proprium, est asserere ipsos seruasse altissimam ⁊ perfectissimā paupertatē: ergo hec assertio non est heretica. Probatio maioris, primo per rationē. q: christus ⁊ apostoli fuerunt principiū ⁊ mensura ⁊ exemplaria cuiuslibet perfectionis euangelice. principium autē ⁊ mensura ⁊ principale exēplar ꝑfectissime ⁊ altissime perfectionis cōtinet perfectiones oēs q̄ ex illis exēplantur: seu etiam mensurant. ergo ꝑfectio paupertatis euangelice sicut ⁊ alie ꝑfectiones fuerunt in christo perfectissime ⁊ altissime. Patet etiam per authoritates, primo de chr̄o ꝑ illud Hiero. ad Eustochiū dicentis. ꝙ christus pauperrimū ⁊ abiectissimū se ostendit. Ad idē. xij. q. ij. gloria. ⁊. nunc vero. xxxv. di. ecclesie. xij. q. j. clericus. in fi. Probatio minoris. q: ꝑfectissima ⁊ altissima paupertas est illa q̄ excludit maiorem solicitudinem temporalē: ⁊ animam liberiorem facit ab omni affectione rei tēporalis. Dicimus autem per se ⁊ essentialiter ex intrinseca rōne sui. ad differentiā illius solicitudinis que oritur ab extrinseco: ⁊ etiam ex intrinseco status paupertatis. videlicet ex infirmitate illius qui solicit⁹ est circa talia acquirenda ⁊ habenda vltra id qḋ necesse est: vel illius q̄ orit ex defectu charitatis in hoībus, ꝑ quam consueuerāt christi pauperes sustētare: ⁊ eis de quotidianis necessarijs ꝓuidere. Sed paupertas illa qua nihil habetur in speciali ex se ⁊ essentialiter ex intrinseca ratione sui, magis excludit solicitudinē hmōi. q: bona temporalia etiam in cōi habita mentes possidentium illaqueāt ⁊ afficiunt aliquo modo: ⁊ suos possessores reddunt solicitos ad bona talia cōseruāda, defendenda, acquirenda, amplianda. reddunt ēt suos possessores timidos ⁊ solicitos: ne talia bona cōia perdant aut diminuant: aut sup hec aliqua eis iniuria inferatur. Unde non oīno sinunt animū esse liberum: sed reddunt eū quodammodo compeditū. sicut clare dicit Aug. de verbis dñi sermone. xu. Minimi autem sunt qui oīa sua dimiserunt ⁊ secuti sunt christū: ⁊ q̄cquid habuerunt pauperib⁹ distribuerūt: vt deo sine seclari cōpede expediti seruirēt: ⁊ ab oneribus mūdi liberati velut pennati sursū abeāt. Secundo probat ꝑ determinationē ecclesie ⁊ cōfirmationē in regula beati Francisci sic dicentis c. de obseruantia paupertatis. §. Hec est illa celsitudo altissime paupertatis que vos charissimos fratres meos heredes ⁊ reges regni celestis instituit: pauperes rebus fecit: virtutib⁹ sublimauit. Hec sit portio vestra q̄ perducit in terrā viuentiū. Cui dilectissimi totaliter inherentes, nihil aliud pro noīe dñi nostri Jesu christi in perpetuū sub celo habere velitis. Qr autē hic loquatur de paupertate que excludit oīa in ꝓprio ⁊ in cōi: patet ex verbis que hic exprimuntur si diligenter attendant: ⁊ ex aliis verbis eiusdē regule in alio. c. fratres nihil sibi approprient. ⁊ ex declarationibus Romanorum pontificum sepe superius alle-

gatis. Ad hanc autem probandam minorem est au thoritas in collationibus patrum collatione. x. c. xj. sic dicens. Reuera que maior: aut sanctior pōt esse pau pertas: ꝙ illius qui nihil se presidij vel virium cogno scens habere, de aliena largitate quotidianus poscit auxilium: et vitam suam atq; substantiaꝫ singulis q; busq; momentis diuina ope intelligens sustentari: verum se mendicum dn̄i non immerito profitetur? Confirmatur ista ratio tota authoritate Eusebij sup Mat. sic dicentis. Prohibebat auté eis id est aplis christus aurum et eius possessiones: precipiēs vt nec peram, nec baculum, nec calciamenta, nec geminas tunicas, immo nec panes, nec argentuꝫ portare de berent: qui ad alienas partes debebāt transmitti: su mens experimentum fidei et animositatis eorum: si quidem habito in mandatis vitam extreme ducere paupertatis: vt nec de diurno nutrimento curarent: nec binas tunicas possiderent: nec vterentur calcia mentis: sicq; totum mundum circumirent. Et sequi tur. Putabat quidem oportere cōductores arrabo ne regni dei nec quicq; eorum que monachales ap preciantur condignis existimare dariis sibi celestib° operibus. hucusq; Eusebius. Ubi notanduꝫ ꝙ per hoc ꝙ dicitur hic aplos habuisse in mandatis vitaꝫ extreme ducere paupertatis: confirmatur maior rō nis predicte: que dicit aplos altissimam et perfectis simam seruasse paupertatem: per hoc quod dicit, nec quicq; eorū que monachales appreciantur eos con dignum existimare debere, ꝙ eorum paupertas fuit ꝙ nihil habebatur in cōi: quasi in hoc consistat per fectissima et altissima paupertas: per quod confirma tur minor. Monachales eniꝫ dicuntur qui nihil ha bent in proprio speciali: habet tamen communitas eorū aliquid proprietatis et dn̄ij in cōi. xij. q. ij. quis quis. xviij. q. ij. ꝙ sit. xix. q. vlt. qz ingredientibus. c. perlatum. c. si qua mulier. cum. l. se. Ad autem eandē paupertatem christus tenuerit, quam aplis iniūxit: patet per Hiero. in epistola ad Eustochium dicentē. Non poterat habere dn̄s quod prohibuerat seruis, dicēs Mat. x. Nolite portare sacculū neq; perā ℞c. Tertia ratio hec est. Nulla propositio debet dici he retica cuius oppositū non exprimitur euidenter in sacra scriptura: nec sm̄ se nec ꝫ expositiones sancto rum. vel cuius opposita sm̄ determinationes sacro sancte ecclesie non apparet euidenter catholica. vel cuius opposita ex aliquo predictorum euidenter et necessario non concluditur. Sed opposita huius p positionis negatiue. s. christum et apostolos nihil ha buisse in proprio nec in communi, que est christum et apostolos habuisse aliquid in proprio vel in com muni, eo modo quo superius est expressum: non ha betur aliquo predictorum trium modorū. ergo ista propositio negatiua non est heretica. Maior patet per sufficientem diuisionem, nec oportet addere, nec contra articulos fidei: qz a sacra scriptura vel deter minatione habentur euidēter expresse. Opponuntur autem ad quamlibet conditionem vel membrū eui denter: qz argumentum solum probabile vel sophi sticum: qz videtur trahi solum ex altero predictorū modorum: non conuincit oppositum sue cōclusionis hereticū iudicari. Minor probatur quantū ad sin gulas sui partes. primo ꝙ oppositū illius non expri mit euidēter in sacra scriptura ꝫ se accepta. qz si sic hoc precipue esset per hoc quod dicit de loculis. Jo. xij. et. xiij. et p hoc quod dicit in Actibus. ij. et. iiij. ꝙ erant illis oia cōia. sed per nullum istorum aut cōsi

Que propositio dicenda sit heretica.

lium habetur propositio predicta euidēter ex sacra scriptura sm̄ se sumpta. Non primum: vbi agitur de emptione et venditione. qz emere et vendere non so lum sunt actus habentium dn̄ium: sed possunt esse actus dispensatorū vel administratoꝝ nullum ha bentium in re que vendit vel in pecunia de qua emi tur, dn̄iuꝫ. et ideo per verba talia non habetur deter minate: nec per consequens euidenter altera pars. s. habere dn̄ium. Dicimus ergo ad omnes authori tates de talibus actibus mentionē facientes, ꝙ apli non faciebāt hoc vt domini: sed vt meri et nudi ad ministratores talium: et pro seipsis solum simplicez facti vsum habentes. Et eodem modo respondem° ad instantiam de loculis et ad omnes authoritates de hoc loquentes: scꝫ ꝙ apostoli habuerunt tantum vsum pro seipsis in loculis: dispensationem autē pro aliis. Et si legitur aliquid de christo nō est verisimi le ꝙ christus et apostoli habuerint vel habere volue rint aliquid per modum domini summe perfectio ni sue et professioni repugnantem. Hoc tamen esset: si per moduꝫ dominij vel proprietatis aliquid in lo culis habuisset. In voto enim professionis apostolo rum cadebat talis paupertas. de quo voto dixi lon ge supra in. §. ꝙ simplex. ℣. quod etiaꝫ sic probatur. in. c. lvj. Ex quo satis patet ꝙ quāꝫ opposita propo sitio affirmatiua. s. ꝙ christus habuit in communi, non habeatur euidenter nec a sacra scriptura sm̄ se accepta: nec vt a sanctis exposita: nec per determi nationem ecclesie: nec in aliquo quod euidenter et ne cessario sequatur ex eis: ꝙ ista propositio negatiua. s. ꝙ christus et apostoli nihil habuerunt nec in pprio nec in communi, modo quo supradictum est, nulla tenus est heretica: sed fidelis. In cuius rei testimo nium presentem seriem sigillis et subscriptionibus nostris propria manu factis duximus muniēdam. Data Perusij anno mēse et die superius adnotatis. In his literis magistrorum preterminsi ponere mul tas authoritates et responsiones ad contraria quas ipsi ibi posuerunt: et quas superius cum multis aliis posuerim. et hec causa breuitatis omisi.

De duodecim fundamentis. ex quibus arguitur christum et apostolos nihil habuisse proprium in communi. Cap. 63.

Adhuc circa ista negociādo in troduco. xij. fundamēta scriptu re diuine ex quibus ostenditur et arguitur christum et aposto los nihil habuisse proprium in cōi. Quorum primū est: quod Mat. xj. scribit ꝙ inter natos mulierum non surrexit maior Joānes baptista: et ipse fuit in statu perfectissimo in ter hoīes. ꝫ ipse nihil habuit in pprio nec in cōi. Ma nō in pprio patet: qz hoc imperfectionis est: vt ab oib° conceditur. xj. q. j. aliud. xiij. q. j. §. j. Nec in cōi: qz vbi nō est cōitas, nihil pōt esse cōe. In vita aūt anachori tica quā ipse duxit, nihil est cōe. ii. q. vij. §. vlt. Ista āt deductio confirmat. tū qz sm̄ Hiero. duo sunt lauda bilia genera monachoꝝ. s. cenobite, et eremite. Et tū sm̄ ipsum perfectior est status eremitarū prius in monasteriis cōuersoꝝ q nō habet in pprio nec i cōi. vt patet ex dictis eoꝝ. Tū qz beatus Antonius tran siuit de vita cenobitarū ad statū eremitarū. Nō fuit ille magnus Antonius scd̄s post Paulū eremitaꝫ:

Neq; xp̄s neq; apli quicq; habuerunt i communi

qz ille

q: ille semper in eremo fuit: vt patet in sua legenda. Iste fuit alius Antonius abbas conuersatus in monasterio in ciuitate Patras primo: deinde in deserto: vt narrat eius legenda. cuius festum colitur in ianuario. Et Hierony. ad Eustochiū plangit se redijsse de illo statu ad istum cōez. ⁊ sic videtur iste pfectissimus tāq̄ sequestrantissimus: q: deo immediate maxime coniunctus. vnde christus incepit ab isto. ⁊ licet iste sit sublimior: act⁹ tamē predicationis est vtilior ceteris. ⁊ ideo istum statū christus indixit aplis. Marc. vlti. Unde ⁊ Joannes baptista post deserti conuersationem non omisit predicationē. Jo. iij. Et Joannes euangelista istum statuz tenuit in Pathmo insula: ⁊ post ad predicationem redijt Ephesuz. Simpliciter tñ sicut sublimius est orare q̄ predicare: sic sursum moueri q̄ ceteros illuminare, fm Dionysium. Tñ apli vtrumq̄ statum habuisse inter homines creduntur. Unde Philip. iij. Nostra conuersatio in celis est. Utrūq̄ autem esse, actiuum ⁊ contēplatiuuz: sicut fuerunt apli: maioris perfectionis est. extra de renuntia. nisi. § ne putes. xxxvj. di. c. fi. Nec obstat quod no. xvj. q. j. qui vere. vbi no. q̄ vita monachorum strictior est q̄ eremitaruz: q: eremite pñt habere proprium. q: illud habet locum in eremitis: qui prius professionē in cenobijs non fecerunt. Nā facientes, ⁊ postmodum ad vitam eremiticam transeuntes de suorum licentia prelatoruz maioris perfectionis sunt. vt narrat Jo. cassi. in. xij. libellis, in li. de gastrimargia. ⁊ in lib. collationum in collatione Piamonis de tribus generibus monachorum. ⁊ in collatione Jo. abbatis. de fine cenobite ⁊ eremite. ⁊ facit quod legitur ⁊ no. extra de excel. pla. cum ex eo. § fi. li. vj. ⁊ notaui de hoc supra in. § q: Ro. in magna additione que incipit, vt patres. ver. eremite. in c. xxiiij. ⁊ in. § ex quo sponsa. in prin. in. lj. c. Secundum fundamentum est: q: dñs dicit Mat. v. Beati pauperes spiritu ⁊c. pauperes autē simpliciter nō videtur illi qui habent aliquid in cōi. Act. iiij. xij. q. j. c. ij. ibi. Nec quisq̄ egens erat inter eos. ergo paupertas euangelica est carens rebus tam in pprio q̄ in cōi. Unde fm Chrys. in greco habetur. Beati mēdici vel egeni. Ista autem deductio confirmat quadrupliciter. Primo. Quicquid conuenit aliquibus in cōi: conuenit eis simpliciter. vt patet tam in actib⁹ virtuosis q̄ vitiosis: qui per se cōitati attribuuntur. Et ideo si aliqui sunt non pauperes in cōi: sunt non pauperes simpliciter. Uide quod no. xij. q. j. § fin. in gl. falsum dicit. Secundo q: paupertas fm oēs consistit in aliqua abdicatione rerum. ille autem qui dimittit res temporales in proprio: ⁊ ipsas retinet in cōi: non abdicat ipsas res: sed tantum moduz habēdi res ipsas. quum easdem possit modo alio possidere. sicut patet in transactionibus. extra de trans. p totum. Tertio idem non potest esse diues simpliciter, ⁊ pauper simpliciter. quuz ista sint opposita. c. xxxij. q. j. cum renunciatur. de pe. di. ij. si enim. parum post principium. ibi. que. n. cōicatio. sed bene fm quid alterum. Sed diues in cōi est diues simpliciter: quum sit simpliciter habens. quum cōitas de tali ratione non diminuit: vt patet in politicis cōitatibus. ergo talis non potest esse simpliciter pauper. Quarto q: ista paupertas euangelica quaz christus in loco isto commendat, est paupertas altissima, de qua. ij. Cor. viij. Altissima inquit paupertas eorum. ista autem q̄ est in cōi habens non est altissima. quum talem paupertatem antiqui Romani habuerint: qui non erāt fideles. vt dicit Aug. in lib. de ciui. dei. ⁊ facit. xij. q. ij. gloria. R. socrates. Tertium fundamentum est. q: Matth. vj. dicit ipse saluator. Nolite soliciti esse in crastinum ⁊c. Dicunt tñ aliqui q̄ solicitudo que hic prohibetur: non excluditur: sed augetur per abnegationem rerum iñ cōi. q: maior est solicitudo de vita in conquirendo: q̄ de habito in expendendo. Adde quod scripsi supra in. § rursus restat. R. itē quod opponitur. in. c. lvj. Sed istud stare non potest. Tuz q: veri fideles sunt securiores de diuina promissione q̄ de diuitiarum possessione. christus autem ibi promisit, Hec autem omnia adijcientur vobis. Tum q: ipse dñs arguit illos qui dubitant circa illud promissum: dicens. Cōsiderate volantia celi ⁊ lilia agri ⁊c. ⁊ illud non potest referri ad illos qui habent satis in cōi: q: dubitare de talibus non conuenit. Tum quia ibidem dñs hortatur ad istam solicitudinem amouendam per fidem dicens. Si enim fenuz quod hodie est ⁊ cras in clibanū mittitur ⁊c. ⁊ tñ non oportet hortari istos fide: qui sciūt vnde possunt sibi prouidere in cōi. quum fides scientiam non admittat. no. ex̄ de sum. tri. super rubrica. Tum q: oēs fideles experiuntur frequenter q̄ quanto minorem de talibus habent solicitudinez: deus eis magis prouidet sufficienter. vt frequentissime maxime in fratribus minoribus est expertum. ⁊ ita habetur in euangelio Luc. xxij. Quando misi vos sine sacculo ⁊ pera: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Quartum fundamentum est: quod in codez Mat. vj. christus iubens abnegationem omnium temporalium, dicit apostolis. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra ⁊c. Istam autē monitionem dñi saluatoris aliqui exponunt pro thesaurizatione que sit in proprio: ⁊ non in communi. Istud autem stare non potest, quia ipse dominus assignat ibidem quatuor rationes ad oppositum in textu. quaruz prima est illa. Ibi solum est thesaurizandum vbi sunt thesauri permanentes. in solo autem celo sunt tales: ergo non est thesaurizandū nisi ibi. ⁊ prima ratio concludit ita de thesauris in communi: quum non sint quid manēs, sed amissibile: sicut in proprio ⁊ in speciali. Secunda ratio est quia ibi non est acquirēdus thesaurus bonorum temporalium, vbi corrumpuntur talia bona. in terra autem a tinea ⁊ ab erugine corrumpuntur. ⁊ ideo ibi non est thesaurizandum. Ista autem ratio concludit contra communia: quū ista ita bene sicut propria corrumpantur. Tertia ratio est: quia thesaurus qui potest amitti non est thesaurizandus in terra. in terra enim talia fures effodiunt ⁊ furantur. ⁊ istud ita bene quando sunt bona communia: sicut quando sunt propria. Quarta ratio: quia vbi est thesaurus vniuscuiusq̄ ibi est cor eius. sed cor non debet esse in terra: ergo nec thesaurus. Ista autem ratio concludit de thesauro cōi magis q̄ de proprio quantum ad homines politicos ⁊ legales quia bona communia magis diligunt q̄ priuata a viris istis legaliter viuentibus: fm quod docet Aug. in lib. de ciui. dei recitans dictum Catonis de Romanorum perfectione lib. xv. c. xiiij. Uide qđ scripsi supra in prima parte in. § sed licet principatus. R. quantum ad primum. in. c. xlij. Quintū fundamentum est: q: Mat. xix. illi iuueni qui cupiebat vitam eternam, dominus dixit. Si vis perfect⁹ esse: vade ⁊ vēde omnia que habes: ⁊ da pauperib⁹: ⁊ habebis thesaurum in celo: ⁊ veni sequere me. hec verba transferuntur. xiiij. quest. j. § j. Istud autē dos

Abnegatio in cōi solicitudinez immi nuit.

Ubi sit thesaurizandum.

Abdicatio rerum i particulari tantū non vera est abdicatio.

Euangelice perfectioni necessaria ē abdicatio in cōi.

mini saluatoris consilium non potest impleri p abnegationem rerum in proprio & non in cōi. qđ quadrupliciter declaratur. Primo qꝛ si euangelica pfectio potest stare cum possessione rerum in cōi: tūc nō oportet ad talem statum omnia sua vendere: sed sufficeret cōi dare: contra dictū ipsius textus. & hoc magis accommode tali perfectioni q̄ȝ si omnia venderentur. vt est expressum. xij. q. j. videntes. eo ꝙ tunc optime talis perfectio seruaretur. Secundo qꝛ dn̄s dixit, Uade & vende omnia que habes: primo: & da pauperibus. & postea, Sequere me. Ex quo colligit ꝙ recedēs de mundō, debet vēdere & dare: & postea omnibus denudatus. venire & sequi. vt etiam expsse patet in regula beati Frācisci in ij. c. quod incipit, Si qui voluerint. Si autem posset in cōi ponere: nō oporteret prius dare & postea sequi. sed ecōuerso pri⁹ venire & postea dare. Tertio qꝛ quum iste iuuenis adijsset merens ad verbum christi: quia dolebat de amissione temporalium: subiunxit christus dicens. Quam difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum dei. Quum autē contingat dolere de amissione bonoruȝ in cōi apud iustos magis q̄ȝ de speciali: magis videtur facile posse peruenire ad perfectionem quam christus indixit iuueni cuȝ abdicatione omnium rerum in speciali, & non in cōi. Quarto qꝛ adiunxit saluator. qꝛ facilius est camelū per foramē acus transire: q̄ȝ confidentem in diuitijs introire in regnum dei. Et tamen qui in cōi habent, vt de talibus bonis sustententur, in eis confidunt: eo ꝙ non audeant se illis spoliare ne forte deficiant. Item ibidem dicit contra diuites, ꝙ impossibile est istos saluos fieri nisi cum difficultate quadam. Illi autē qui habent diuitias i cōiter sunt diuites illo modo. ergo non videntur pertinere ad illam perfectionem quā christus vult ibi adstruere. Sextum fundamentū est, qꝛ Mat. x. christus dans apostolis regulam ad viuendum, dicit. Nolite possidere aurum &c. vbi dicit gl. ꝙ non debent cogitare de crastino illi predicatores qui docent omnia regi a deo. Ista autem regula apostolis data non potest intelligi quoad abnegationem rerum tantum in proprio. Tum qꝛ duas tunicas. id est superfluas vestes: quas interdicit: prohibebat tam in proprio q̄ȝ in cōi: & eadem ratione de auro & argento: quum vnum fuerit preceptum vel consilium. Tum qꝛ sicut pera erat interdicta in proprio & in cōi. quum circa istud instrumentū conueniens non sit distinctio. Tū qꝛ apostoli calciamenta in cōi eadem ratione portare potuissent: & tūc simpliciter calciati euangelizassent. quod est contra textum qui dicit. Prohibuit eis calciamenta: & concessit sandalia tantum. Mar. vlti. Tum qꝛ eodem modo diceretur de virga: qꝛ portabant virgam: sed non in proprio. quod est contra doctrinam Aug. de concor. euan. qui dicit ꝙ non fuit eis concessa virga nisi spiritualis authoritas. & dictum Mat. exponit ad literam. Septimum fundamentum est. qꝛ Luc. ix. in quo christus tradidit apostolorum regulam ſm beatum Amb. dicens. Nihil tuleritis in via: nec virgam, nec peram, nec panem, nec pecuniam, nec duas tunicas habueritis. voluit eos spoliare omnibus tēporalibus. quum ſm beatum Amb. ibidem, per ista intelligat omnia tēporalia. Sed si dicatur ꝙ ista spoliatio est intelligenda in proprio & non in cōi i istud stare non potest. tum qꝛ in seq. c. postq̄ȝ christus dederat. xij. apostolis regulam: dedit. lxxij. discipulis. quibus licet prohibuerit sacculum, peram, & calciamenta: non tamen pecuniam, sicut apostolis aurum & argentum: vt ostenderetur ꝙ maior erat abnegatio apostolorum rerum temporalium q̄ȝ discipulorꝝ. Adde hic quod scripsi supra in. §. ad illud. Ꝟ. secūdo respondeo. in. c. lvj. & in. §. sed contra hoc. in prin. in c. lviij. Et tamen omnes credunt. xij. q. j. c. ij. ꝙ abdicauerunt omnia in speciali. Tum qꝛ Mat. x. dans eandem regulam apostolis, interdixit eis es portare in zonis suis. & istud non potest glossari ſm cōe & proprium. Tum qꝛ in eodem precepto concessit eis virgam. id est authoritatem apostolicam ſm Aug. Et ita non soluȝ in cōi sed etiam in speciali cuilibet. Tum qꝛ sandaliorum vsum concessit: non solum in cōi sed etiam in speciali. quum quilibet ipsis vteret. & etiam eadem ratione de omnibus alijs. Octauuȝ fundamentuȝ est. Matth. xix. qꝛ dicente ibi Petro christo, Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? respondit christus. Amē dico vobis: ꝙ vos qui reliquistis omnia & secuti estis me. &c. Et sequit. Omnis qui re. do. aut fra. aut sor. propter me & euangelium: centuplum accipiet: & vitam eternam possidebit. Ex quo loco aperte declaratur ꝙ cunctorum abnegatio pertinet ad euangelicā perfectionem. Sed ꝙ ista abnegatio sit non soluȝ in proprio: sed etiam in cōi: declaratur quadruplicitet.

Apostolica tpaliuȝ abnegatio fuit & i proprio & in cōi.

Primo qꝛ apl's Petrus qui ista dicebat, omnia reliquerat: nihil retinendo in proprio vel in cōi de hiis que habebat: vt patet in euāgelio Mat. iiij. relictis inquit retibus & naui secuti sunt eum. Secundo qꝛ beatus Hiero. dicit in eodem loco ꝙ istaȝ abnegationem fecit Socrates phs: cuius discipulus fuit Craton in hoc. & tamen constat ꝙ illi omnia abiiciebāt in cōi & in proprio: non solum dimittendo, sed etiaȝ destruendo quod malum erat. vt in gestis beati Jo. euangeliste. Tertio qꝛ in ista abnegatione continentur duo bonorum genera. s. bona naturalia, vt parentes, vt patet in Jacobo & Joanne. Mat. iiij. & bona fortuita, vt possessiones: que magis distāt a spiritualibus bonis: & maiorem nexum habemus ſm virtutem & naturam. sed illa bona oportet totaliter dimittere a viris perfectis tam in proprio q̄ȝ in cōi declinando ab eorum cōitate in mundi politia non solū in proprio ab eorum dn̄io. ergo multo magis cetera bona. Quarto qꝛ magis meruerūt Jacobus & Joānes dimittentes patrem cuius erant nauis & retia: q̄ȝ Petrus & Andreas dimittentes tantum secūda que erant sua: quanto maius est bonum naturale q̄ȝ fortuitū. sed illi duo dimiserunt patrem non soluȝ in proprio quoad dn̄iuȝ: sed ēt in cōi quoad ciuitateȝ & mundum: ergo multo fortius illi relinquere habuerunt bona fortuita tam in proprio q̄ȝ in cōi. Nonū fundamentum est. qꝛ Luce. xiiij. indicens modū sui discipulatus christus dixit. Omnis ex vobis q non renuntiat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Dicunt autem textum euangelii palliātes, ꝙ ista renuntiatio debet intelligi in pprio: & non in cōi. sed ista expositio non potest stare quadruplici ratione. Primo qꝛ non dat eius sensum perfectū. oē enim qđ verificatur ſm quid, diminute verificat. Iste qui renuntiat temporalibus bonis in singulari & nō in cōi non renūtiat eis simpliciter i quū habens in cōi habet simpliciter: sicut dās in cōi dat simpliciter: aut emens vel vendens. ergo &c. Secundo quia ista glos. corrumpit textum in quo dicitur. Nisi quis renuntiauerit omnibus que possidet i non potest meus esse discipulus. Ille autem qui rei

habite

habite vno modo renunciat: ⁊ ipsam alio modo ha
bet: non renunciat rei: sed modo habendi ipsam rez:
quum solum modum dimittat. vt patuit. Tertio qꝛ
ista expositio est contra legislatoris intentionẽ. dicit
enim Greg. in homil. super Matth. ꝙ istud nouum
ꝓceptũ fuit a christo datum contra concupiscentiaz
alienoꝝ. Uñ sicut in vita veteri ⁊ carnali aliena con
cupiscunt: ita in spirituali vita ⁊ noua propria donã
tur. sed in illa vita contingit concupiscere non soluz
in proprio: sed in cõi. vt patet de ciuitatib⁹, de termi-
nis, ⁊ aliis in rebus cõibus altercãtib⁹ ac cenobiis.
ergo in vita noua ⁊ spirituali sunt largienda: dimit-
tendo non solum proprium sed cõe. Quarto qꝛ ista
glo. detrahit a saluatoris documento. qui alibi dicit
Mat. xvj. Qui vult venire post me: abneget semet-
ipsum. Et fortasse inquit Greg. laboriosum non est
homini relinquere sua: sed valde laboriosum est ho-
mini relinquere semetipsuz. sed quicunqꝫ accedit ad
perfectionem euangelicam relinquendo seipsum: nõ
soluz relinquit se in proprio, vt sibi non viuat: sed ẽt
in cõi, vt moriatur mundo, vt docet Paulus. Uos
inquit existimate mortuos super terrã. ad Rom. vj.
ergo multo magis relinquẽs faciliora debet ea abij
cere tam in proprio ꝗ̃ in cõi. Sed occurrit dubium
qꝛ Beda in gl. sua super illo verbo, dicit ꝙ abnega-
re oĩa sicut hic christus dicit: non est omniuz sed pau
corum ⁊ perfectorum. sed illa gl. potius est ad propo
situm. Decimum fundamentum: qꝛ ipse dicit Luc.
vj. Ue vobis diuitibus qui habetis hic consolatio-
nem vestram. quod vtiqꝫ non dicit diuitias simplr
damnãs. xxx. di. ⁊ hec scripsimus. xij. q. j. duo. sed im
perfectionem eis annexam. Quum autem cõsolatio
nes corporales de quibus loquit: ita ex diuitijs cõi-
bus sicut ex proprijs contingat haberi: sicut patet in
monasterijs diuitibus, vbi monachi delicati⁹ ⁊ pin
guius viuunt: vtrobiqꝫ imperfectio videtur annexa.
Istud autem edictum dñicum ad propositum perti
nere declaratur ex duplici parabola in euangelio scri
pta. quarum prima est de illo diuite cuius ager attu
lit vberes fructus. Lu. xij. cui fuit dictuz, Stulte hac
nocte animam tuam repetam. quum in futurum co-
gitaret. ⁊ sequitur. Sic est qui sibi thesaurizat: ⁊ non
est in deuz diues. In quo monet nos dñs circa diui
tias nos habere ac si statim deberemus spiritũ red-
dere. Et tñ constat ꝙ talis nullum cõe vel propriuz,
nisi forte alicuius rei necessarium vsum, sicut moriẽ
tes non ꝗreret. Secunda parabola est de semine qd̃
cecidit inter spinas: ⁊ simul exorte spine suffocaue-
runt illud. Mat. xiij. ⁊ Luc. viij. quas spinas dixit
dñs esse diuitias que in anima suffocant verbũ dei.
Diuitie autem in cõi sunt vere diuitie distrahentes
⁊ solicitantes animum multipliciter possidentiũ se:
vt patet ad sensum. Undecimum fundamentũ est.
qꝛ Luce. xij. exhortans christus suos discipulus ad
euangelizandum paupertatem, dicit. Nolite timere
pusillus grex: qꝛ complacuit patri vestro dare vobis
regnum. Uendite que possidetis ⁊ date eleemosynã.
Qꝛ autẽ istud consilium saluatoris nõ intelligatur
de abrenuntiatione temporalium in speciali tantuz,
declaratur. Tum qꝛ illos qui retinent bona in cõi:
non oportet possessiones vendere: sed tantum cõitati dare. ⁊ tamen datio ⁊ venditio in consilio sunt ex-
presse. Tum qꝛ assignat dñs istius rationem. Facite
vobis sacculos qui non veterascũt ⁊c. que omnia ita
sunt contra temporalia in cõi, sicut in speciali. quum
fur ⁊ tinea ista auferãt, vt patuit, cõia sicut specialia.
Duodecimum fundamentuz est qꝛ Mat. viij. ⁊ Lu. ix.
ipse redemptor dixit cuidã ipsum volenti sequi. Uul
pes foueas habent ⁊ vo. ce. ni. si. autem ho. nõ habet
vbi ca. su. re. Et ꝙ istud verbum faciat ad propositũ
declaratur. qꝛ ipse dñs voluit in hoc verbo ostẽdere
ꝙ ipse magis expropriat⁹ esset ꝗ̃ bestie: vt patet ex
ipsorum verborum contextu. ⁊ tamen cõstat ꝙ bru
ta nullum habent in cõi dñiuz nec in speciali: nisi tã
tum in eorum foueis vsum determinatum. quem tñ
christus non habebat in domibus: quũ esset vagãs:
sicut de ipso fuerat prophetatum Hiere. xiiij. Quare
quasi colonus futur⁹ es in terra: ⁊ quasi viator de-
clinans ad manenduz? Quare futurus es velut vir
vagus ⁊ fortis qui non potest saluare? que oĩa sunt
officia solũ in rebus vsuz habentia. Ista autem veri
tas confirmatur primo: qꝛ christus fuit ita pauper
in suo ortu, vt virgo mater ipsuz pariens in diuerso-
rio reclinaret: ⁊ pãnis inuolueret in presepio. Lu. ij.
Ecce quanta paupertas in rebus, in loco, in seruien
tibus. Unde Hiero. contra Eluidium. Nulla autez
ibi obstetrix: nulla mulierculare sedulitas interces
sit. Ipsa pannis inuoluit infantez. ipsa mater ⁊ ob-
stetrix fuit. Unde sequitur. Et pannis eum inuoluit.
Item Beda. Qui totum mundũ nouo vestiuit or
natu: pannis vilibus inuoluitur: vt nos stolam pri-
mam recipere valeamus iustitiã ⁊ innocentiã. Luc.
xv. de pe. di. ij. §. romanos. v. qũo renouari. alias est.
c. ibi. stola illa prima ⁊ ipsa iustitia est. ⁊ ver. sed nec
adam. alias est. c. Item grecus ibi. O admirabilem
peregrinationem ⁊ coarctationem quam subijt qui
cõtinet orbẽ. ab initio captat penuriaz: ⁊ eã in se de-
corat. Nimirum si voluisset: venire poterat mouẽdo
celum, concutiendo terram, emittens fulmina. non
autem sic processit. non enim hominem perdere sed
saluare volebat: ⁊ ab ipsis primordijs humanã con
culcare superbiam atqꝫ ideo non tantum homo fit:
sed etiam homo pauper. ⁊ pauperem matrez elegit:
que caret cunis quibus natum infantem reclinet. se
quitur enim. Et reclinauit in presepio. Itẽ Ambro.
Propter te ergo infirmitas i se firmitas. postea ꝓp
te inopia in se opulẽtia. Noli hoc estimare quod cer
nis: sed ꝙ redimeris agnosce. Plus dñe Iesu iniu-
rijs tuis debeo ꝙ redẽptus suz: ꝗ̃ operibus ꝙ crea
tus. Non prodesset nasci: nisi redimi profuisset. Se-
cundo quia ipse pauper fuit in suo progressu: vt de
eleemosynis acceptis de facultatibus ipsum sequen
tium sustentaretur. vt habetur Luc. viij. vbi dicit ꝙ
quum Iesus iter faceret predicans per ciuitates ⁊
castella: mulieres que ipsum sequebant ministrabãt
ei de facultatibus suis. quod tñ necessarium nõ fuis-
set: si aliquas facultates communes cum apostolis
ipse dñs habuisset immo fuisset superfluum ⁊ pecca
tuz. quia habere ⁊ aliena accipere auaritia ⁊ rapina
est. xiij. dist. §. j. Tertio quia ipse paup̃ fuit in sua pas
sione: vt etiam oĩbus vestimentis spoliatus nudus
in cruce penderet. Io. xix. Et ipsa tunica incõsutilis
super quaz sors missa est, vilis erat. Unde ibi. desup
contexta per totum. Chrys. Quia. n. in Palestina
duos pannos connectentes subtexunt indumenta:
ostendit Ioannes ꝙ talis erat tunica Iesu: occulte
vilitatem vestimentoꝝ insinuans. Quarto qꝛ pau
per post mortẽ alienis funeralibus ⁊ sepulcro sepul
tus, Mat. xxvij. Et ideo quuz christus ita intẽse exẽ
pla summe paupertatis nobis ostenderet in seipso:
nullus euangelicam veritatez diligens debet ambi
gere ipsum nihil in communi vel proprio habuisse.

Christi paupertas multifariam ostẽditur.

Quibus argumentis pſit ꝓbari ꝙ de apostolorū paupertate dicta sunt.

Ad partem contrariam introducuntur. xij. noui testamenti conclusiones siue instantie: que premissis obuiare videntur. Quarum prima est que scribitur Jo. iiij. ꝙ discipuli christi id est apostoli ipso relicto iuxta puteum, iuerunt in ciuitatem Samarie vt cibos emerent. Ex quo colligitur ꝙ apostoli habebāt pecuniam vnde emebant cibos. Ad quod responde tur ꝙ ipsi nec propriam pecuniam nec eis commu- nem habebant: que ipsorum esset: sed erat sanctaruz mulierum christo ministrātium. vt legitur Luc. viij. ⁊ ipsam pecuniam vel aliorum apostoli dispensabāt: non sicut suam, sed sicut alienam: donec commutare tur in victum necessarium christo ⁊ apostolis eius. quemadmodum seruus alicuius patrisfamilias di- spensat pecuniam eius in qua nihil dñij vel iuris ha bet: sicut precipitur vel innuitur vel nouit placitum esse dño suo. Hec solutio probatur per parabolam de seruo dispensante pecuniam dñi, ⁊ cum eo lucrante: ⁊ de alio de mna dñi sui lucrante. ⁊ de alio eam in su dario reponente. ad hec Matth. xxv. ⁊ Luc. xix. ⁊ vtrobiqz vocatur pecunia ⁊ mna dñi, ⁊ non serui. Secunda instantia est: q2 Luc. ix. dicente dño apl'is vt darent manducare turbis: dixerunt. Nō sunt no bis plus q̄z quinqz panes: nisi eamus ⁊ emamus. Unde constat ꝙ pecuniā habebant vnde tante tur be poterant emere cibos. Respondetur ꝙ sicut apli potuerunt de pecunia mulierum vel aliorū christo ⁊ sibiipsis prouidere tanq̄z executores eam admini strantes: in qua nihil habebant dñij: ita de eoruz vo luntate toti turbe christum sequenti potuerunt pro- uidere: quādiu ille durabāt pecunie. Probatur hec solutio. q2 pecunie quas dispensant executores, non sunt eoruz. extra de testa. tua. ⁊. c. pen. facit. xij. q. j. ha bebat. Tertia instātia est: q2 christus soluit didrach- mam ad vitandum scandalum. Mat. xvij. xxviij. q. j. iam nunc. Unde videtur ꝙ saltem habuit illum sta terem inuentum in ore piscis per Petrum quez sol uit. Didrachma cōtinet duas drachmas. Drachma valet duos denarios vsuales. Stater duas didrach- mas. ⁊ sic stater valet octo denarios. Istum staterez inuenit Petrus de mādato christi in ore piscis: quē soluit pro tributo ꝓ se ⁊ christo. de hoc. xxiij. q. j. est aliud. ⁊. xxiij. q. viij. tributum. xj. q. j. magnum. adde hic quod scripsi supra. §. item istam questionem. v. item Hieronymus. in. c. lvij. Sed ibi gl. Hieronymi soluit ad oppositum: que dicit sic. Dñs tante pauper- tatis fuit: vt vnde daret tributum non haberet. Iu- das eniz in loculis habebat communia: sed res pau perum in suos vsus conuertere nefas duxit. Uñ col ligitur ꝙ christus fuit pauper. non soluz in proprio: sed etiam in communi. quum quilibet habens in cō muni, de ipso communi possit tributa prestare. Sed occurrit obiectio quomodo potest aliquis soluere ali quod tributum nil omnino habens. Respondet ꝙ sicut seruus portans res dñi sui soluit vectigal de ei⁹ ⁊ non de sua pecunia: vel alius alicuius dñi negotio rum gestor: Ita potuit christus vel beatus Petrus de non sua pecunia soluere didrachmaz. Probatur hec solutio. q2 seruus non possidet ea que sunt in pe culio: sed dñs. ff. de acqui. pos. ꝙ seruus. ⁊ no. xij. q. j. non dicatis. gl. Sed tunc occurrit secūda dubitatio cuius erat stater ante q̄z solueretur. quuz a nullo dño Petrus ipsuz sumpsisset. Respondetur ꝙ ille stater nullius fuit illo tpe: q2 nullus potest volens alicuius rei accipere dñium. ff. de acq. pos. si de eo. §. j. Et ideo sic erat stater ille in manu Petri sicut in ore piscis quoad dnium. Sed si dicatur: quomodo potuit sol- uere id quod suum non erat? Respondetur ꝙ ad sol uendum obligatus non erat vt dñs ibi dicit. sed suf ficiebat ꝙ sedaret scandalum indecorū ⁊ ꝙ nulli ꝑiu dicium fiebat: q2 vt dictum est: stater in nulli⁹ dñio erat. Probat hec solutio: q2 neqz maris neqz pisciū ante capturam aliquis dñs est: nisi creator eoꝝ de⁹. dist. viij. quo iure. ps. lxxj. Et dominabitur a mari vsqz ad mare. Quarta instantia est: q2 Jo. xij. scribi- tur ꝙ Judas dicebat. Quare vnguētum istud non ve. ⁊c. non q2 de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat: ⁊ loculos habens ea que mittebantur por- tabat. Ex quo habetur ꝙ christus habuit loculos in quibus portabantur ea que mittebant: ⁊ sic habuit in communi. Respondetur ꝙ habuit loculos dñs ſm Aug. q2 ecclesia erat habitura loculos. xij. q. j. ha bebat. ⁊. c. exemplum. Ex quo colligitur ꝙ christus loculos non habuit nisi q2 ecclesia erat habitura. ⁊ sic non pro se: sed vt ecclesie esse licitum demōstraret: ⁊ in personam infirmorum. vt in decre. cxiij. ⁊ supra sepe dictum est. Sicut ⁊ dicitur de fuga quaz christ⁹ fecit ad condescendendum infirmis. vt dicit Augu. super illud Jo. vij. Ambulabat Jesus in galileam. Quinta instantia est: q2 Jo. xiij. quum dixisset dñs Jude. Quod facis fac citius. quidam putabant q2 loculos habebat Judas: vt diceret ei domin⁹. Eme ea que necessaria sunt nobis ad diem festuz: aut ege nis aliquid daret. Ex quo loco colligunt quidam ꝙ aliquid tenuerit Judas in commum. sed iā ad hoc facta est responsio ſm Augu. xij. q. j. habebat. in figu rā ecclesie loculos habiture. Unde non habuit chri- stus loculos ad pecuniam possidendam. quum hoc vt. s. patuit apostolis prohibuerit. sed tantum ad pe cuniam seruandam ad indigentiam egenoruz. Pe cunie autem seruatio pro necessitatibus ingruenti- bus nullam in seruante arguit possessionem: quum alienuz contingat in omni deposito: cuius apud de- ponentem dominium ⁊ possessio retinetur. ff. deposi ti. licet. §. j. Sexta instantia est: q2 Luc. xxij. videtur dominus reuocasse regulam quaz dederit apostolis: quando inquit. Quando misi vos sine sacculo ⁊ pe ra: nunquid aliquid defuit vobis? Quibus respon- dentibus, Nihil. dñs subiunxit. Et nunc qui habet sacculum tollat: similiter ⁊ peram. ⁊ qui non habet gladium: vendat tunicam suam ⁊ emat gladiū. Re spondetur ꝙ non reuocauit: sed in illo tpe ad quod pacis tpe instituerat dispensauit. Unde glo. ibi. Nō eadem inquit forma viuendi vel regula persecutio- nis: que pacis tpe discipulos informat. ⁊ cetera quā s. posui. Et per istum modum etiam credunt aliqui doctores christuz habuisse loculos: q2 non legimus christum habuisse loculos nisi tempore passionis in textu diuine scripture. Septima instantia est: quia christus in morte habuit vestimenta que erant sua. Jo. xix. Partiti sunt vestimenta mea: ⁊ super vestez meam miserunt sortem. Sed instātia arguit de pro- prio in speciali. Sed respondetur ꝙ erant sua quan tum ad vsum: ⁊ proprietas illoruz qui dederant. si- cut vestimenta filijfamilias ⁊ serui sunt patris. ⁊ dic sicut latius. s. dixi in. §. istam questionem. ver. ꝙ nō obijcitur. in. c. lvij. Octaua instantia est: ꝙ Jo. xxj. dicitur ꝙ Petrus post christi resurrectionem rediit ad piscandum. vbi dicit Augu. ꝙ licitum fuit ei ser- uata perfectione apostolica victum per piscationem acquirere. Et beatus Greg. ibidem dicit. Negotiuz qđ ante conuersionem sine culpa extitit: post cōuer-

sionem

sionem repetere culpa non fuit. de pe. di. v. negotium. Et tunc videtur ꝙ licuit beato Petro pisces suos vendere ad victum habendum: quod non potuit fieri nisi in eis habuisset aliquod dñium. Rñdetur ꝙ nunꝗ Petrus pisces suos vendidisset: sed dedisset: aut potiꝰ dimisisset eos pro victu sibi necessario dãs laborẽ solum. Et si queratur cuius fuerunt illi capti pisces ante aliorum acceptionẽ. Respondetur ꝙ nulliꝰ ẜm dñium: sicut nec in mari. quũ nullus acgrat ius in re inuitus: sicut maria ⁊ flumina ⁊ litora in nullius bonis sunt hoĩs specialis. insti. de rerũ diui. §. litorum. vbi no. ⁊ dixi. s. Et hoc ecclesia determinat in regula beati Francisci quã ex certa scientia approbauit ⁊ toties confirmauit. in. c. fratres. Illi quibꝰ gratiã dedit dñs laborãdi: laborẽt fideliter ⁊ deuote ⁊c. Et infra. De mercede vero laboris pro se ⁊ suis fratribus corporis necessaria recipiãt: preter denarios vel pecuniã. Vera regula ista apostolica digito dei viui scripta soluens dubia ⁊ abnegans propria. Nona instantia: quia. j. ad Tim. vj. dicitur. ꝙ habentes alimenta ⁊ quibus tegamur, his contenti simus. x. q. ij. eps. Ex quo habetur ꝙ ad minus oportet victũ ⁊ vestitũ habere: que commode haberi non possunt sine aliqua pecunia. Sed respondetur ꝙ ista authoritas est magis ad oppositũ: qꝛ nummis erat contẽtus apl's ad vitã transitoriã. Alimentorum autẽ ⁊ vestimentorum vsus sufficit sine dñio: vt patet in seruis ⁊ filijs. vñ plus in istis non requirebat apl's: vt ibidem dicit. Qꝛ autẽ apl's idẽ non habuit nisi vsum solum, ipse expresse testificaẽ ad Phil. iiij. vbi gratias agit qꝛ ei miserãt bis alimoniã. bis in vsum inquit: ⁊ nõ in dñium. Decima instantia est: qꝛ ipse Paulꝰ fuit scenofactorie artis: idest pelliparꝰ. sicut dicit Chrys. de laudibꝰ Pauli. ⁊ de ministerio suo lucrabatur victũ suũ. Act. xviij. ⁊ sic lucrũ illud erat ad minꝰ suum. Vñ dicit ad Ephe. iiij. Vnusqſqꝫ magis laboret manibus suis: qd̃ bonũ est. vñ operabaẽ ad lucrũ vt nõ grauaret ecclesiã. j. q. ij. sacerdos. Sed respondetur ꝙ illi apud quos manebat: vt dicitur in preal. c. Actu. xviij. accipiebant lucrum: ⁊ prouidebant ei de victu sicut faciunt magistri principales in mechanicis de scholaribus quasi suis. At si ipse reciperet pro necessitatibus suis ad seruandum: tunc remansisset dñiũ apud dantem: ⁊ authoritas donec pecunia fuisset expensa. vel hic dicendum est sicut de Petro. s. in. viij. instantia. Vndecima instantia est: quia Act. xx. dicitur. Beatius est dare ꝗ̃ accipere. ex̃ de cele. mis. cum marthe. §. j. Et ideo ille religiones que habent aliqd in cõi videnẽ beatiores: ⁊ sic perfectiores: qꝛ possunt dare: ꝗ̃ ille que semper habent recipere. Respondeẽ ꝙ ista ratio probat ꝙ quanto est ditior status: tanto est perfectior. immo ꝙ perfectius est habere in proprio: ꝗ̃ in cõi solũ. quum res que proprius possidentur, liberius possint dari. Sed dicendum est ꝙ quo modo pauperes euangelici possunt recipere, eo modo possunt dare de licentia dñorum: sicut et vñ. ⁊ sic faciebat sanctus Franciscus. ⁊ est expressum ex̃ de verbo. sign. exijt. lib. vj. de ministris qui de licentia pape possunt dare in ordine ⁊ extra ordinem, excepta pecunia: quã etiã de voluntate illorum quorum est non possunt contrectare aut dispẽsare. vt in decre. exijt. de v. signi. lib. vj. ⁊ in decre. exiui. de verb. signi. in cle. §. cupientes. Et sic dantes pauperes beatiores sunt, ꝗ̃ alij pauperes non euangelici recipientes: quia cum paupertate ⁊ de paupertate sua faciunt misericordiã ⁊ sic intelligit istud verbum, Beatius est dare. Joã.

cassi. in. xij. libell. in. x. libello de spiritu accidie. Vnde christus non solum recipiebat: sed ⁊ dabat pauperibus. ⁊ facit quod legitur ⁊ no. lxxxvj. dist. non satis. in glos. c. ꝙ pauper vsum hꝫ in rebus quas recepit: non dñium. Et hic adde qd̃ longe. s. notaui de isto c. in. §. ex quo sponsa. ver. ite ad Ephes. iiij. in c. lj. ⁊. j. in §. hoc autẽ pceptũ. ver. super illud. in c. lxv. Duodecima instantia est de. c. sepe dicto. xij. q. j. dilectissimis. ꝙ apl'i viuebant in illa cõitate ecclie primitiue. Rñdetur p doctores ꝙ illa fuit regula discipulorum ⁊ non apostolorum christi. Ista solutio declaratur quadrupliciter ex ipso textu sacre scripture. Primo qꝛ ipse dñs dedit aliã regulã quoad aliqua aplis ⁊ aliam discipulis. vt patet Luce. ix. expresse. Et ideo. c. hal. dilectissimis. loquitur de discipulis qui non fuerunt ita perfecti. nihil est ad oppositũ. Secundo quia ibi dicit tex. Act. iiij. Multitudinis inquit credentiũ ⁊c. erant illis oĩa cõia. Illius autẽ multitudinis in cõitate non noiabanẽ apl'i: sed noiabanẽ ꝯuersi ad fidẽ. Vñ sequiẽ ꝙ nemo ceterorum audebat se iungere apostolis: sed magnificabat eos ppl's. Ex quo patet ꝙ ppl's ⁊ multitudo erãt ab aplis sequestrati. Tertio quia fideles vendebant agros: ⁊ ponebãt precia ante pedes aplorum: ⁊ illi non detinebant sibi: sed diuidebant prout vnicuiqꝫ opus erat. vnde non erant ipsi possessores: sed tm̃ distributores. qd̃ offm̃ in re dominiũ nõ requirit. vel sicut testamentorum executores. vt supra dixi. Quarto quia Actu. iij. quũ ille claudus speraret a Petro eleemosynã: dixit ei Petrus. Argentum ⁊ aurum non est mihi ⁊c. Si autẽ aurum ⁊ argentum in cõi habuisset: de illo sibi cõi eleemosynã sibi facere potuisset: maxime quia caput erat totius ecclesie principale. Adde hic quod scripsi. s. in. §. sed contra hec dicendũ. in prin. in. c. lviij. Intelligendũ est tm̃ ꝙ habere aliqd in cõi potest intelligi quatuor modis. Aut per modum vniuersaliter aut naturaliter dñantis. sicut in cõi oĩa bona regni sunt regis. di. viij. quo iure. sicut dicebat Abneger ad Dauid. Cuius erunt queqꝫ bona Israel? ij. Reg. iij. in tex. Cuius est terra? Vnde reges non sunt dñi proprietarij rerum singularum regni: sed quantum ad defensionem ⁊ gubernationẽ. legitur ⁊ not. C. de quadri. prescrip. bene a Zenone. facit ex̃ de sup ne. pre. grãdi. lib. vj. ex̃ de iureiuran. intellecto. xxiij. q. viij. §. ecce. super verbo, emeret: ⁊ in glos. super hoc verbo, posita ꝗ incipit, ⁊ ita. Aut per modum particulariter possidentis. sicut Saul preter regnum possessiones quas reddidit Dauid Miphiboseth. ij. Reg. ix. Aut per modũ fideliter distribuentis. vt Joiada sacerdos distribuebat pecuniã operarijs domus dñi quã ppl's offerebat. iiij. Reg. xij. Aut per modum sumentis vtiliter. i. ad solum vsum sibi necessarium: sicut vidue ⁊ pupilli sumebant sibi victum de ijs ꝗ conseruabat Onias. ij. Macha. xij. Nunc autem christus habuit oĩa in ratione vniuersaliter vel naturaliter dñantis: qꝛ iure naturali: quum ipse esset princeps omniũ spiritualium ẜm humanitatem habuit sub se principatum temporalium. Sed non habuit in cõi in ratione possidentis particulariter: quia oppositum precepit apostolis: vt nihil possiderent. Tertio habuit in cõi ad distribuendum: ex quo ad necessitatem suam sumebat ex premissis. Intelligendum est vlterius ꝙ christus vtebatur loculis quadruplici ex causa. Primo quoad necessitatem suam sumendo. Et ideo dicitur Joã. xij. ꝙ quidam putauerunt qñ dixit Jude. Quod facis fac citius: ꝙ diceret ei, Eme ea que no-

Nõ eadẽ fuit aplorum ⁊ discipulorum regula

Quadrifariam potest quid haberi in communi

Quatuor ob causas christꝰ loculis vtebatur.

bis sunt necessaria ad diem festum. quod non cogitassent, nisi alias vidissent simile. Secundo vtebat ad pauperum indigentiã releuandã. qꝛ ibidem dicit ꝙ aliqui putauerunt ꝙ ei qꝛ loculos habebat mandaret ꝙ egenis aliquid daret. Unde habetur ꝙ de illis loculis consueuerat egenis aliquid prouidere. ⁊ est expressum. xij. q. j. habebat. Tertio vtebatur loculis ad dandum exemplum infirmis. vt. s. sepe dictũ est. Quarto vtebatur ad dandum exemplum perfectis: vt ꝑ tpe tribulationis loculos habere possent. vt. s. patuit ſm Bedã. ⁊ bursarios quũ per loca inhospitalia transirent. Et nulla istarum causarum arguit ipsum habuisse dñiuꝫ aliquod in pecunia: quia de alieno potest quis sustentari ⁊ aliena distribuere. sicut de oibus istis. s. longius copiosissime dictũ est in. §. ꝙ simplex facti vsus. in c. lvj. cum quinqꝫ. §. sub sequentibus positis sub suis c. ⁊. j. in. §. hoc autẽ preceptuꝫ. ver. fuit ergo vna causa. in c. lxv. Nec ad hoc obuiat Jo. xiij. ꝙ omnia dedit ei pater in manus: ⁊ sic videtur ꝙ omnia in eius dominio fuerunt. qꝛ sicut dictum est, omnia extant in manu eius iure naturaliter vel vniuersaliter dominantis: non in speciali vel in cõi ꝑticulariter iure ꝓprietario possidentis. Predicta de intellectu euangelij de paupertate loquẽns ⁊ de vsus separatione in religiosis a proprio quo carent: intelligo saluo intellectu ꝯstitutionũ dñi nostri dñi pape Joan. de ista materia loquentiũ quib⁹ sto: ⁊ cuius correctioni cõmisi in pñncipio istius operis, in medio, hic, ⁊ in fine hoc opus. Facta vtili digressione. s. §. porro omnis religio. hucusqꝫ. de perfectione euangelica christi ⁊ apostoloꝝ: ⁊ fratrũ minoꝝ regula ⁊ declarationib⁹ eius Nũc ad materiã de qua incepi. s. §. nũc vero ad religiosoꝝ. in c. liiij. s. de religiosorum vitijs, ⁊ primo de proprietatis vitio redeam⁹.

Qualiter offendãt religiosi in proprietate Duo habet paupertas volũtaria sequẽtiũ chꝛm. Cap. 64.

Et adhuc petita venia a omnis religiosis: de quoꝝ numero indignus ego sum: pro eoruꝫ ⁊ mea vtilitate, ⁊ quia est posteris plurimum profuturum: de eoꝝ statu ⁊ defectib⁹ latius scriptitabo. Et quia in p̄real. §. nunc vero. dixi quõ religiosi offendũt in vitio proprietatis in ingressu religionis: tũc dicenduꝫ quõ offendunt in eodẽ vitio in progressu. Nã istius tpis hypocritalis nostri regulares aliqui presertim mendicantes, qui arctius paupertatẽ seruare tenentur. extra de excess. prela. c. pen. ⁊ fi. in multis in ista proprietate offendunt. Tum primo quia vltra veras necessitates, etsi frequenter non habeãt res tñ mundi ⁊ maxime pecuniaꝫ habere cupiunt ⁊ intendunt. Unde auaritia dicitur ab aueo aues. i. cupio, vel ab auro ⁊ sitio: quasi aurum sitiens. Ad hoc xlvij. di. sicut hi. xiiij. q. iiij. quid dicã. ⁊. j. q. j. §. ex his. ibi. Crassus aurum sitiuit: ⁊ aurum bibit. Unde nõ sunt pauperes spiritu. i. voluntate. Matth. v. Beati pauperes spiritu. vbi Hiero. Qui. s. propter spm̃ scm̃ voluntate sunt pauperes. Alij pauperes etsi frequenter sint rebus pauperes: non abijciunt tñ diuitias voluntatẽ. vt dicit Daniel in collatione sua que est. iiij. lib. collationũ Jo. cassi. Et de talibus dicit Climacus in gradu. xv. de auaritia. i tit. de celesti cursu paupertatis. Qui est irrationabiliter. i. inuoluntariẽ pauper ⁊ indiscrete: leditur in duobus: quia a presentib⁹ est abstract⁹ ⁊ elongatus: ⁊ priuatus est a a futuris. Et ſm Hiere. contritione duplici conteruntur: ⁊ presentis egestatis ⁊ future. Hiere. xvij. ſm enim Bern. sermone. clj. Duo habet paupertas volũtaria sequẽtium christum: afflictionum. s. ⁊ vilitateꝫ. de quibus ps. cxviij. Uide inquit humilitatem meaꝫ ⁊ laborẽ meuꝫ. Et propterea in terra sua duplicia possidebũt. Esa. lxj. vt pro pudore sit honor iudiciarie potestatis. pro labore refrigeriuꝫ placidissime sessionis. Un̄ Job. xxxvj. Judicium dedit pauperibus. Matth. xix. Uos qui secuti estis me ⁊c. ⁊ Grego. Quisquis diuini amoris stimulo incitatus hic possessa reliquerit: in iudicio proculdubio culmen iudiciarie potestatis obtinebit. Sed multi religiosi nostri temporis neqꝫ viles apparere appetunt: nec penuriã sustinere. contra quos Bern. super illud Mat. v. Beati pauperes spiritu. Sunt qui pauperes esse volũt: eo tñ pacto vt nihil eis desit. ⁊ sic diligunt paupertatem: vt nullã inopiã patiantur: nec vilificari, sed glorificari appetunt. Unde tales a dño odiuntur: qꝛ odit deus inter illa tria superbum pauperem. Eccl. xxv. Tuꝫ secundo quia sicut habent tales mentẽ auarã: sic quũ offeruntur vel dentur superflua: recipiunt. ⁊ diuersis modis ⁊ ingenijs aurum extorquent a barbaris. C. de commer. ⁊ merca. l. ij. ⁊ extra de pe. ⁊ re abusionibus. Et reuera nunq̃ tales cõiter satiant. vt in cle. xiiij. q. iiij. quid dicã: qꝛ habẽt animas calidas quasi ignis ardenis: nec extinguitur donec deglutiant. Eccle. xxiij. Greg. Auaritia desideratis rebus nõ extinguitur: sed auget: more ignis cuius flãma ex lignis adiectis videtur comprimi: sed paulo post cernitur dilatari. Uere tales religiosi mendicantes, sunt pauperum qui vere indigẽt necatores. Eccl. xxxiiij. Panis egentium vita pauperis est. qui defraudat illum hõ sanguinis est. c. ad hoc. xiij. q. ij. qui oblationes. i. ⁊. ij. xij. q. ij. qui abstulerit. ⁊. c. amico. sub. c. gloria epi. Tales etiam fures ⁊ latrones sunt. quia ſm Hiero. Aliena rapere conuincitur: qui vltra necessaria sibi retinere probatur. xlij. di. §. j. versi. quõ. ⁊ preal. c. sicut hi. extra de resti. spolia. sepe. Et ſm Ambro. Qui accipit, ⁊ non indiget: rapit. Job. xv. Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Esa. xxxiij. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. j. qõ. j. sunt nonnulli. vbi verba Esa. per Greg. de triplici munere exponunt, lingue, adulationis, obsequij, ⁊ cuiuscunqꝫ rei tpalis. ad idẽ extra de simo. etsi questiones. Et ideo dicebat beatus Franciscus verus ⁊ non fictus expropriatus ⁊ pauper. Nunq̃ fui fur ⁊ latro. i. de eleemosynis que pauperum sunt hereditas: semper minus accepi q̃ me contingeret: ne defraudarentur alij pauperes sorte sua: quia contrarium facere furtum esset. Contra tales Luc. xxj. Uidete ne grauent corda vestra crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite. Quod exponẽs Isaac in. j. sua collatione de oratione. vt legit in lib. collationum Joan. cassi. ait. Est notandũ quibus ex causis grauari mentem dñs designauerit. Non enim adulteria, non fornicationes, non homicida, que mortalia esse null⁹ ignorat. xxv. di. §. criminis, ver. ea demde. ⁊ extra de iureiuran. etsi christus. sed crapulã posuit ⁊ ebrietatẽ ⁊ curas seculares: que intantum nemo hominum huius mundi canet: aut damnabilia iudicat: vt etiam nonnulli (quod pudet dicere) semetipsos monachos nuncupantes iisdem ipsis distentionibus velut innoxijs ⁊ vtilibus implicẽtur.

Inreligiosos auri cupidos.

Nam

Nam q seculares cure cadere in nos religiosos nō
nunq̄ possint:certa ⁊ manifesta ratione monstratū
est ẜm regulā senioꝝ: qui quicquid necessitatem vi-
ctus quotidiani ⁊ ineuitabilez vsum carnis excedit:
ad secularem desinierunt curam ⁊ solicitudinē perti
nere.vt verbi gratia.Si quum possit operatio vnius
solidi necessitatem corporis expedire: ad duorū vel
trium solidoꝝ acquisitionē nosmetipsos propensio-
re velimus opere ⁊ labore aut habendi solicitudine
⁊ cura distendere. Et quum duarum velamen suffi-
cit tunicarū. Mat.x.ad vsuz.s.noctis ⁊ diei:tres vel
quatuor fieri procuremus. Quumq̄ vnius vel dua
rum sufficiat habitatio cellularū: ambitione seculari
atq̄ amplitudine delectati quatuor seu quinq̄ cel-
las ⁊ easdē exquisiti ornatus ⁊ capaciores q̄ vsus
desiderat,extruamus: passionē libidinis mundialis
in quibus possumus preferentes:quod non nisi in-
stinctu demonum fieri manifesta nos experimenta
docuerunt.⁊ paulopost.Et idcirco morbū ambitus
secularis nostris mentibus non inesse,non vtiq̄ tm̄
eoꝝ ignoroꝝ abstinentia comprobabit: q̄ etiā si,veli
mus explere non possumus: neq̄ illarum rerū aspe
ctus quas si affectauerimus, tā apud spirituales vi
ros q̄ apud seculi hoīes notabiles prima facie red-
deremur:sed etiā quum illa q̄ nostre suppetunt pote
stati:⁊ honestate quadā videnſ obnubi: rigida men
te respuimus. Et reuera non minus hec q̄ minima
videnſ:queq̄ ab hijs qui nostre professionis sunt cer-
nimus indifferēter admitti: pro qualitate sua aggra
uant mentē:q̄ illa maiora que ẜm suum statū secu
larium sensus inebriare consueuerunt: non sinentia
deposita fece terrena ad deum in quo semper defixa
dz esse intētio monachi,respirare: cui ab illo summo
bono vel parua separatio mors presens ac pernicio
sissimus interitꝰ est credendus.hucusq̄ verba Ysaac
qui etiā in eadē collatione de hmōi superflua secula-
ri cura tale ponit exemplum religiosis perpetuo re-
cordandum. Nā quidā probatissimus senioꝝ quū
transiret iuxta cellā cuiusdā fratris hac qua dixi-
mus egritudine laborantis : vtpote qui extruendis
reparandisq̄ superfluis inquietus quotidianis di-
stentionibus insudaret:⁊ eminus conspexisset eum
graui malleo saxum durissimū conterentē:vidissetq̄
ethiopē quendā.i.demonē adstantez illi: ⁊ vna cum
eodē ictus mallei iunctis consertisq̄ manibus illi-
dentē: eūq̄ ad operis illius instantiā igniris facibꝰ
instigantē diutissime substitit,vel impressionē duris-
simi demonis vel fraudē tante illusionis admirās,
quum enim nimis lassitudine fatigatus frater reges-
scere iā finēq̄ operi voluisset imponere: instigatione
illius spiritus animatus iterū resumere malleū, nec
desinere ab intentione cepti operis vrgebatur:ita vt
eisdē eius incitamentis infatigabiliter sustentatus
tanti laboris non sentiret iniuriā. Tandē igiſ senex
tā dira demonis ludificatione permotus ad cellam
fratris diuertit: salutansq̄ eū quid inquit est fr̄ istud
opus quod agis? At ille,laboramus ait contra istud
durissimū saxū: vixq̄ illud potuimus aliq̄n̄ ꝯterere.
Ad hec senex. Bene dixisti,potuimus. non enim so-
lus eras quum illud cederes: sed alius fuit tecū quē
non vidisti:qui tibi in hoc opere non tā adiutor quā
violentissimus impulsor adstabat. hucusq̄ Cassian.
Adde hic quod scripsi.ē.in.§.labor autē.in fi.in.h.c.
De religiosis etiā istius tpis multis satis illud com
petit Baruch.iij. Argentū ⁊ aurū thesaurizant:⁊ nō
est finis thesauroꝝ eoꝝ. Nā nedū inter monachos
sed inter mendicantes aliqui maxime prelati ⁊ lite-
rati inter eos summas libroꝝ pannoꝝ ⁊ suppellecti
lium habēt:⁊ ducunt scrinia magna ⁊ capsas: nedū
cōtra euangeliū perā. Luc.xxij. Et eoꝝ celle nō pau-
perū domūcule ⁊ tuguria ⁊ diuersoria videntur: sed
mercatoꝝ camere ⁊ pontice ⁊ speciarioꝝ apothece ⁊
enthece.contra illud canonis. enthecā habere nō lz.
⁊ loquitur de religiosis.xij.qō.j.nolo. Quicqd quasi
preciosum habere possunt : reponunt non in celis.
Mat.vj.sed vbi fures effodiunt ⁊ furanſ:⁊ tinea de
moliſ. Multoꝝ suppellectilia religiosoꝝ plus con-
stant ad portandum:quum se mutant de loco in lo-
cum:q̄ valeat quicquid in mūdo antea possidebāt.
Nummos ⁊ pecunias tantas quidā mali religiosi
habent: quantas habere possunt : immo nedum in
vno loco quidā eoꝝ, sed in locis diuersis scrinia ⁊ ar
maria tenent. Contra quos oēs predictos Jo.cassi.
in.iiij.lib.de institutis renunciantiuz ait de illis san-
ctis monachis egyptijs inter quos nullum peculia-
re opus a quoq̄ penitus affectaſ. Quumq̄ totā en-
thecā cenobij suā credat esse substantiā: ad retinēdā
nihilominus arrepte nuditatis virtutē quā studet
ad finē perfecte inuiolabiliter custodire:ita semetip-
sum quisq̄ a cunctis extraneum ⁊ ex oībus indicat
alienū:vt tanq̄ peregrinum se gerat : alumnumq̄ se
potius monasterij reputet ac ministrum, q̄ dn̄m cu
iusq̄ rei presumat. Ad hec nos miserabiles quid di-
cemus? qui in cenobijs commorantes,ac sub abba-
tis cura ⁊ solicitudine constituti peculiares circum-
ferimus claues : oīq̄ professionis nostre verecundia
⁊ confusione calcata,etiā annulos quibus recondi-
ta presignemus in digitis gestere palam non pudet:
quibus non solum cistelle vel sporte,sed nec aree qui
dem vel armaria ad ea que congerimus vel q̄ egres
si de seculo reseruauimus condēda sufficiunt. Quiq̄
ita nonnunq̄ pro vilissimis nullisq̄ rebus in irā ac
cendimur:eas dūtaxat velut proprias vendicantes
vt si quis vel digito quicquid ex ijs contrectare pre-
sumpserit:tanta contra eum iracundia inardescamꝰ:
vt cōmotionē cordis nostri ne a labijs quidē ac tota
corporis indignatione reuocare possimus. hucusq̄
Joan. Contra quēdam sic peculiaria possidentem
ait sanctus Basilius. Et senatorem inquit Syncle-
ti perdidisti: ⁊ monachum non fecisti.vt narrat ibi-
dem Joā.cassi. Sed contra hoc dicunt multi ex tali
bus regularibus tepefacti q talia oīa etiā superflua
tenent de suoꝝ licentia prelatoꝝ. Ad quos respōdeo
q prelati simplicium ⁊ claustraliuz regularium ad-
ministrationes non habentiuz non possunt cum ta-
libus q habeant ⁊ vtantur superfluis dispensare:q2
istud non est dispensare vel rectam licentiaz dare,sed
dissipare:q2 dispensatio est discreta pensatio necessita
te vel vtilitate suadente. j. qō.vij.§. vbi rigor.vbi de
hoc.cum.c.sequen. Quum enim quilibet religiosus
victu ⁊ vestitu debeat esse contentus. j. Timo.vj.vt
superius est probatum.xij.q.j.clericus. c.eps.c.habe
bat.quo contra iura ⁊ eoꝝ regulas potest cum tali-
bus in tali auaritia dispensari? nā vbi peccatū implica
tur:licentia vel dispensatio non habet locum.arg.di.
xiij.que contra.⁊.xiiij.di.§.pri. cum cap.sequen.⁊ de
iureiuran.etsi christus.§.quedam. Unus enim in cō
gregatione debet esse prelatus: ⁊ ille cui committit:
qui bona monasterij aut illius religionis debet di-
spensare prout vnicuiq̄ opus fuerit.vt.xii.quest.pri.
cap.ij.cap.quia tua.c.scimus.xviij.q.ij.nullam.⁊.cap.
abbates. Et q in hoc prelati dispensare nō possunt

cum suis religiosis subditis super peculio habendo vel proprietate, expressum est in concilio Lateranē. extra de sta. mona. c. ij. §. qui vero. & c. cum ad monasteriū. §. si. & maxime in pecunia ad libitū monachi expendenda: nunq̄ salutifera esset dispensatio: quia in pecunia magis inest quedā species proprietatis q̄ in alijs rebus. Unde magis denominatur peculium de pecunia q̄ de alijs rebus: quamq̄ nomen pecunie quicquid habent homines comprehēdat. j. q. iij. totum. & arg. ad hoc extra de pigno. c. vlt. lxxxviij. di. eijciens. palea est. Unde quāq̄ possit prelat⁹ dicere suo subdito religioso, De pecunia tibi data vel quam tibi de monasterio do vade eme tibi habitum vel tunicam, vel calciamenta, vel alia necessaria sicut in presenti indigeret: non tamen poterit ei dicere, Concedo tibi tot florenos vel tantā pecuniā vt expendas sicut tibi placuerit: vel vt dones cā cuiuis: quia hoc est proprie in proprio dispensare: quia illa pecunia que vsu consumitur donataria efficitur: quod esse non potest. vt preal. c. de pigno. c. vlt. & p̄al. c. de sta. mo. c. ij. & c. cum ad monasteriū. Nec potest abbas a se excutere iugum dispensationis rerū monasterij que sibi competit de iure: vt alius eius subditus sit suipsius & dispensator: nisi esset cellerarius vel alia persona cōis que loco abbatis cōia dispēsaret: quia hoc non esset viuere in cōi sicut habent viuere religiosi. vt in preal. c. dilectissimis. xij. q. j. vbi dicit. Et dabatur vnicuiq̄ prout opus erat. q. d. a preposito vel abbate. tunc a. vij. diaconibus ad hoc electis. Act. vj. sed seculariter viuere. vt hec sunt expressa. xij. q. j. non dicatis. Unde pessima consuetudo quorundam monachoꝝ est & alioꝝ mendicantium & proprietatis nutritiua, ꝙ qñ debent induidantur eis certe pecunie a prelatis: vel tenentur eis dare certam pecunie quantitatem annuatim pro indumentis & calciamentis & alijs necessarijs: quam postmodum expendunt & dant & reponunt pro libito volūtatis: & efficiuntur proprietarij. Unde deberent eis dari & alia necessaria s̄m indigentiam vniuscuiusq̄: non pecunia. vt preal. c. dilectissimis. Nec religiosus debet recipere quasi pro sua prebenda determinata tunicam vel vestem non necessariam: quia tunc superfluum recipiendo quasi furtum videtur committere. vt superius est probatum. nec talis cōiter viueret. vt est expressum. xij. q. j. quia tua. & §. de rebus vero ecclesie. qui. §. si loquitur de religiosis: ad literā dꝫ intelligi. si de clericis secularibus qui nō sunt adstricti viuere in cōi: hꝫ locum sequens. §. Gratiani. si ergo res ecclesie. quia habenti dare esset perdere. j. q. ij. pastor. quod. c. cum precedentibus. ea. multum facit contra religiosos pannis multis & rebus superfluis suffarcinatos: quia nihilominus vestimenta nō necessaria vel pecunias recipiunt quolibet anno a cōitate: quia sacrilegium & grande peccatum committunt suum alijs profuturū cōitatibus & ecclesijs auferentes: & homicide reputantur. xij. q. ij. predia. & c. qui abstulerit. & xiij. q. ij. qui oblationes. j. & ij. in fin. ibi. Ecclesiam vero fraudare sacrilegium est. Et si. c. pastor. preal. cum alijs preced. loquatur in clericis secularibus: multo potius in religiosis, qui strictius debent viuere, habet locum. Et eadem est ratio in vtrisq̄: ergo idem ius. extra de confir. vti. cum dilecta. Si aūt in predictis non possunt dispensare prelati cum suis subditis religiosis: multo minus ꝙ habeant specialiter reditus vel prouentus, vel vsufructum in aliqua terra vinea, vel domo, vel sylua: quia omnia talia monasterio cedunt post professionē. xix. q. ij. perlatū. & no. xxvij. q. j. de viduis & puellis. in gl. de proba. cap. in presentia. potest ergo. in additione Bar. que incipit, Credo. & plenius. xix. q. vlti. in. c. si qua mulier. in gl. ꝙ si habent. in si. ibi. quid si ingrediens. Dispensare etiam in hoc vel licentiam dare, esset eis licentiam dare ꝙ non viuerent in cōi: quod facere nō possunt. saluis ijs que leguntur & no. extra qui cleri. vel vo. c. vlti. in gl. ergo non erat. & preall. c. de viduis. Si in predictis prelati dispensare nō possunt cum suis subditis: quid dicemus de pseudo religiosis qui faciunt cum rusticis laboratoribus societates bestiarum: que vocantur Socheta in vulgari: qui etiam dant pecunias suas mercatoribus ad partem lucri: qui etiam faciunt massaritias suas ad partem & lucra sua nefanda: & licet sub vno tecto viuant cum alijs: non tñ cōiter viuunt in refectorio: & vix in choro: nec in labore manuū, sed per se vel cum vno socio, vel vna monacha cum alia sua socia non cum cōitate ducunt cōiter vitam suam? Dico ꝙ tales coram deo & coram ecclesia cum tota de facto tolerantia superioꝝ fractores sui voti sunt. & in proprio vere viuunt: & tm mortui sunt: quia hypocrite sunt: & melius fuisset eis in seculo cum rebus proprijs, q̄ in ordine remansisse: qꝛ malum est cadere a proposito: sed peius est simulare propositum. Si non seruat foris sanctitatem: dimidius cecidit. si intus habuit simulationem: totus cecidit. xij. q. j. certe ego. & cap. scimus. Melius est habere claudos: idest nō professos seculares, q̄ plangere mortuos. Quicunq̄ enim hypocrita est: mortuus est. xij. q. j. nolo. super quo verbo mortuos dicit ibi gl. idest qui renunciauerunt ꝓprijs. & tñ volunt habere proprium. Preter id autē quod dictum est de pecunia possunt subditi religiosi de licētia superioꝝ suoꝝ tenere libros & res alias necessarias ad vsum suum. vt no. xij. q. j. non dicatis. in glos. nunquid. sed non superfluas: vt superius est ꝓbatum. Quicqd superiores contra predicta faciūt: cum suis religiosis subditis contra deum faciūt: nec dispensatio nec licētia illi cui data est & facta eū tuet: sed tales prelati vel ignorantes dispensant: quia ceci sunt & duces cecoꝝ. Luce. vj. Mat. xv. extra de eta. & quali. cū sit. Et ideo tales subditi non sunt tuti tali dispensatione. vt scribit Bernar. ad Robertum monachum & consanguineum suum. Immo tales prelati permittunt eos habere talia vel potius dissimulant: qꝛ ipsi in eadem damnatione sunt quam dispēsant: sed quod permittimus inuiti toleramus. xxj. q. j. hac ratione. & di. iiij. denuq̄. Si dicatur ꝙ oēs quasi religiosi sic viuunt cum sua proprietate permissa: respondeo cū Augu. ꝙ non minus ardebunt qui cū multis ardebunt. ij. q. j. multi. in fi. & opti. c. di. viij. q̄ ꝯtra mores. Et multi sunt vocati: pauci electi. Mathei. xx. Adde hic quod scripsi. s. in hac secunda parte. in. §. qui autē. ver. xvj. & in additione ibi que incipit, non potest. in c. xxiiij. Tum etiam tertio apparet quorundā talium proprietas: qꝛ authoritate ꝓpria emunt & vendunt & donant: & alios contract⁹ qui ad veros (vide quod scripsi. j. §. porro. ver. & q̄ vt sepe. in. c. lxvij.) dominos pertinent celebrāt. contra id. liiij. di. abbati. xij. q. j. non dicatis. & alia iura superius allegata. Nam multi eorum libros & supellectilia congregant: vt tempore infirmitatis, vel vagationis per mundum, vel alias sine causa possint ea distrahere. Quidam etiam eorum parentibus nō pauperibus extorta a prelatis licētia potius q̄ ob-

tenta dant res & pecunias quas habent ad vsum & pro suis necessitatibus. Quidam libros scribunt & vendunt: & libros emunt & vendunt carius: & alia opera faciunt que distrahunt pro libito voluntatis. vt potius mercatores & negociatores quam religiosi videantur. Faciunt etiam se procuratores & aduocatos & defensores in curiis forensibus: & dispensatores in curiis dñorum. contra oia iura lxxxviii di. eiiciens palea est. xv. q. ii. c. i. cum. §. sequen. xvi. q. i qui vere. c. monachi. ff. c de presciptium. vbi de hoc. & c. sunt nonnulli. extra ne cle. vel mo. per totum. extra de postu. ii. cap. Mutuant enim sibi adinuicem pecunias: & faciunt aliqui in studiis & in suis forestariis expensas nedum non necessarias nec vtiles, immo superfluas & voluptuosas: excellantes sibi adinuicem & prelatis & pietantiantes de emptis de pecunia quam tenent: & libros delicatos scribi facientes: perlis & auro & argento eos munientes & coperientes: iocalia ementes: corallia & cultellos cum manubriis de argento & de ebore: & pater noster preciosissima de corallio que sufficerent reginis: cum quibus parum exaudit orantes huiusmodi pater noster: pannos delicatos & molles ementes: quia mollibus vestiuntur: qui regales sunt. xxi. q. iiii. c. i. Mat. xi. xli. di. parsimoniam non viles. contra eorum regulas. ementes superfluos libros & duplicatos habentes: per mundum vagantes cum bursis plenis & in hospitiis & in tabernis voluptuose expendentes. xliiii. di. non oportet. & c. clerici. edificia adornata et superflua cum celaturis & picturis preciosissimis fabricantes: ac si deus in auro & picturis & politis marmoribus excolatur. contra id. xii. q. ii. gloria epi. Et (quod deterius est) aliqui eorum encenia care empta libros & pannos & nudas pecunias prelatis & aliis qui eos possunt ad officia promouere indebite largientes: ita quod sepe pecunias quas dicunt se pro eorum necessitatibus a prelatis concessas per eos & eorum mandato non pro necessitate vera, sed fictitia dispensant. contra oia iura & eorum regulas necessarias eis expensas solummodo concedentes superius allegatas. xliiii. di. comessationes. xvi. q. i. monachi vagantes. extra de offi. ordi. quanto. i. q. i. sunt nonnulli. Si enim moderate & necessarie & vtiles expense & non superflue etiam secularibus conceduntur solummodo: multo potius superflue religiosis qui strictius debent viuere. xvi. q. i. sic viue. interdicunt. Ad hoc extra de dolo & contu. finem litibus. vbi de hoc. & c. seq. & de eo q mit. in pos. cau. rei ser. e pen. vbi etiam de hoc. & extra de elec. vt preterite. vbi de hoc. & ii. q. i. in primis. in glos. de expensis. vbi de hoc.

Fedum enim vt profanum mendacium & hypocrisis. xxii. q. v. cauete. xii. q. i. nolo. est maxime in religiosis mendicantibus exterius more pauperum mendicare: & interius more diuitum affluere & delicate viuere sicut ille diues epulo. Luc. xvi. vbi Greg. in homil. super verbo, epulabatur quotidie splendide. Ubi solerter intuendum est quia celebrari conuiuia sine culpa vix possunt: pene enim semper epulas comitatur voluptas. Nam dum corpus in refectionis delectatione resoluitur: cor ad inane gaudium relaxatur. Pauperes autem vilibus debent esse contenti. xli. di. non cogantur. Isti etiam religiosi qui sic nimis voluptuose expendunt pecunias eorum vsibus deputatas: vel in aliorum vsibus quam proprios expendunt: furtum quasi committunt: quia contrectant pecuniam inuito dño in alios vsus quam fuerit concedentis voluntas. Furtum enim est contrectatio rei aliene inuito dño. insti. de obli. que ex delic. nascun. §. furtum. & extra de elec. dudum. ii. §. i. vbi de hoc. in gl. simile. Alii qui etiam religiosi se mendicos fingentes contra illud quod dicit Augu. Ulcerosi se medicos iactitantes nihil vel parum in physica scientes: licet in ea aliqualiter studentes vt lucrentur pecunias & secularibus adulentur: multos decipiunt & in periculo irregularitatis se ponunt: & ex istis lucris proprietarii fiunt. & contra iura in tali scientia prohibita eis studentes: & secundum hoc excommunicationem incurrunt de mente capituli extra ne cle. vel mona. non magno. vt ibi not. & facit eo. ti. c. fin. & c. i. lib. vi. faciunt ad hoc extra de etate & quali. ad aures. & de homici. tua. & hic vide quod scripsi. s. eo. §. viso de abbatibus. versi. xiiii. & in additione ibi posita in c. xxv. Tum etiam quarto proprietarii sunt religiosi nostri tpis multi: quia vsum rerum sibi appropriant sicut si res eorum essent proprie. Et sic isto modo proprium potest dici in vsu. i. abusu: quia abusus est malus vsus. extra de rescrip. sedes. & cap. nonnulli. & extra de consue. ex parte & vide quod scripsi. s. eo. §. Item quod simplex facti vsus. in ver. item dicere. & in additione ibi posita que incipit, notat etiam Arch. in c. lvi. sicut in alio proprio. contra illud. c. xii. q. i. dilectissimis. & c. res ecclesie. & xiiii. q. i. §. his ita. Nam appropriant sibi loca vt vix forensem fratrem nisi sit eis nimis vtilis velint subsistere quod sit de familia. Semper volunt in locis propriis commorari: vt proprie dicatur eis illud ps. xlviii. Uocauerunt nomina sua in terris suis. Libros & res alias quibus non vtuntur: aut senio: aut infirmitate grauati: aut quia tunc in eis studere non habent: aut quia vadunt alio: & ibi libros & res dimittunt sub sua clausura: aut quia eos duplicatos habent: suis fratribus prestare nolunt: & sic vere sunt proprietarii: & peccant mortaliter. Nam ex quo libro vel re alia religiosus non vtitur in presenti: vel in proximo modico non vsurus est alle liber vel res. i. eius vsus competit alteri religioso volenti vti: quia vsus cois est. vt preallег. c. dilectissimis. Nec prelatus posset alteri religioso vsum alicuius rei alteri subdito suo concedere nisi eo indigeret vti: alias faceret eum proprietarium in illo vsu: quod non potest facere. vt superius est probatum. Contra hmoi tales sibi appropriantes res coes loquitur Daniel in collatione. iiii. in libro collationum Jo. cassi. dicens. Nam illud ridiculum qualiter exprimatur: quod nonnullos post illum prime renunciationis ardorem quo vel res familiares vel opes plurimas ac maliciam seculi relinquentes semetipsos ad monasteria contulerunt. tanto cernimus studio in iis que penitus abscindi non possunt: & neque queunt in hoc ordine non haberi: quamuis parua vilia que sint, esse deuinctos: vt horum cura pristinarum omnium facultatum superet passionem: quibus profecto non magnopere proderit maiores opes & substantias contempsisse: quia affectus earum ob quos ille respuende sunt: in res paruas atque exiguas transtulerunt. Nam vitium cupiditatis & auaritie quod erga species preciosas exercere non possunt: circa viliores materias retinentes, non abscidisse sed commutasse se probant pristinam passionem. liii. di. legem. Nam nimia deuincti diligentia erga curam psalterii vel sestorii sportelli saccelli, codicis sudarii atramentarii aliarumque similium rerum quamuis vilissimarum, eadem tamen qua antea libidine detinentur. Que etiam tanta emulatione custodiunt atque defendunt: vt pro ipsis commoueri aduersus fratrem eos (& quod tur-

plus est) litigare nō pudeat. In quibus adhuc egritudine cupiditatis pristine laborantes, hec eadē q̄ vsus corporis possidere monachus vel necessitas cogit s̄m numerum mensuramq; cōem non sunt habere contenti. In hoc quoq; sui cordis auaritiam designantes: quum vel ea quibus vti est necesse, propensius student habere: q̄ ceteri. Vel excedentes diligētie modum, peculiarius ea attentiusq; custodiunt: & ab aliorum vsu & contrectatione defendunt: que vniuersis fratribus debent esse communia. xii. q. j. c. ii. quasi verbo differentia metallorum & non ipsa passio cupiditatis habeatur in noxa: & pro rebus quidē magnis irasci non liceat: pro vilioribus vero rebus hoc ipsum fecisse sine culpa sit: & non idcirco preciosiores abiecerimus materias vt facilius contemnere vilia disceremus. Quid enim differt vtrum quis perturbationes cupiditatis erga opes magnas & magnificas, an erga species exerceat viliores: nisi q̄ in eo reprehensibilior iudicandus est q̄ qui maxima spernit minimis obligetur? Ideoq; perfectionē cordis abrenuntiatio talis non obtinet: q2 quū censum habeat pauperis: non abiecit diuitis voluntatē. Hucusq; Daniel. Audiui q̄ quum quidam religiosus a quodam alio accommodari sibi acū petijsset: ille noluit sibi prestare nisi petens pro pignore forfices sibi daret: sed quum casu acus fracta fuisset: non q̄ ille frater forfices sibi reddere voluit anteq̄ ille frater acum sibi aliam procurauit. Et ideo dicit lex q̄ furtum ēt cōmittif in re parua: q2 mens & affectus furātis consideraf. insti. de rerum diui. §. gallinarū. xiiij. q. vl. n. furtum. insti. de vsu. §. item si is. l. dist. qui faecum: & facit quod legif & not. extra de simo. ex tue. in glo. j. In delictis enim voluntas attendif: non effectus: de peni. dist. j. si quis non dicam. & c. quisquis. & c. si quis cum telo. cum. c. & l. preced. & sequen. vsq; ad. §. e. ē. Immo (quod nefandius est) aliquoties de malis religiosis contingit q̄ si frater hz aliquos bonos sermones: vel bonam apostillam vel librum alium specialem vtilem vel deuotum: quamquam ibi tunc studere non habeat aut per eum predicare: volenti tñ & debenti predicare: aut causa edificationis sue ibi legere: non solum pretextu auaritie passionis sed etiā inuidie non prestabit: non attendens talis religiosus habitu & non corde nec opere: quia charitas non emulaf: non querit que sua sunt: sed emulaf proximum dei emulatione. j. ad Cor. xiij. & x. c. xlii. dist. scimus. viij. q. j. sunt in ecclesia. Cōtra tales Gre. Nostra sunt que amamus in alijs: & amantiū sunt que amantur in nobis. Hinc pensent inuidi quante virtutis est charitas que alieni laboris opera nostra sine labore facit. Tum etiā quinta species proprietatis est in religiosis quibusdam: quia sicut proprietarij sunt corde multi ex eis: ita & ore: q2 vbi est thesaurus eoꝝ: ibi est cor & os eoꝝ Mat. vj. Et ex abūdantia cordis. Mat. xii. os loquitur. Frequenter. n. de pecunia & denariis loquuntur: contra quos. xvj. q. j. si cupis. In curijs etiam iudicialibus sunt crebro pro pecunijs litigantes: contra illud. xiiij. q. j. §. j. vbi de hoc, & per Inno. extra de re iudi. c. j. a. a. a. cōtra illud quod dicit apls. Quare non magis fraudē patimini. j. ad Cor. vj. Immo quicunq; experiunf: reddant testimonium q̄ fortiores & insolentiores litigatores sunt quidam religiosi: q̄ seculares: q2 nobilis materia quum corrumpif: deterius corrumpif q̄ vilis. c. xlvij. dist. quantumlibet. Dicunt ēt meus liber, mea cella: mea tunica: non attendētes ecci nec verecundantes: quia meum & tuum in proprietatē sonat: vt pz ea. l. c. dilectissimis. & xiij. q. j. §. his ita. & distin. viij. quo iure. legif & no. in glo. hec verba. Unde Joā. cassi. in. iiij lib. de instit. renuntiantium: ait. Nec verbo audet quis etiam dicere aliquid suum: magnumq; sit crimen ex ore monachi processisse: codicem meum: tabulas meas: & similia: proq; hoc digna penitentia satisfacturus sit: si casu aliquo huiusmodi verbum de ore eius effluxerit: hucusq; Joan. cassia. In ordine etiam vnus litigat contra alium aliquando pro vsu rerum quibus vtunf: de vsu pprio facientes: vt superius est probatum: Propter quod frequenter se ad iniurias prouocant & odia. que ex auaritia nascuntur: vt superius est probatum. cuius filia est proprietas in malis religiosis. Unde Seneca Quietissimam vitam ducerent hoies si hec duo tollerentur de medio: meum, & tuum. Tum ēt sexta species est proprietatis talium maloꝝ religiosoꝝ: q2 quum prelati volunt eos remouere de locis natiuis vel aliquid eis auferre de ijs superfluis que habent ad vsum suum: nullo modo habent pacem, sed cum prelatis contendunt: eos persequuntur: contra eos murmurant: coniurant: faciunt per superiores prelatos, vel (quod deterius est) per seculares eoꝝ reuocari obedientias & precepta, & sic nolunt q̄ prelati de eoꝝ rebus se intromittant: nec quasi de locis natiuis eoꝝ: contra illud. xij. q. j. non dicatis. Contrectāt etiā tales res cōes: quas sibi appropriant: non permittentes eas per suos prepositos dispensari: & sic furtum committunt: vt superius est probatū. Quilibet enim prout cōiter talium rerum cōium dispensatorem se facit: sicut faciunt seculares. Tales ergo religiosi non sunt egressi de terra sua & de cognatione sua, contra illud Gen. xij. quod dictū fuit Abrae in persona religiosoꝝ. Egredere de terra tua &c. sicut ēt pōt exponi illud Mat. xiii. Mar. vj. Jo. iiij. Lu. iiij. Nemo acceptus religiosus (subaudi deo) in patria sua. Faciunt etiam contra illud quod dixit Hieremias in persona dñi & sequentium eum Hiere. xii. Reliqui domum meā: dimisi hereditatem meā &c. Et iterum Hiere. xlviij. Relinquite ciuitates habitatores Moab, & habitate in petra &c. Et Isidor⁹ ait. lxxxj. dist. valet. Valet interdum conuersis pro salute anime mutatio loci: Plerumq; enim duz mutatur locus: mutatur mentis affectus.

In predictis appropriationibus etsi multū offendant oēs religiosi cōiter: maxime tū caueant sibi fratres minores: qui nec in speciali nec in cōi possunt proprium possidere: vt sepissime. s. allegatū est. Qui etiam non solum promittunt sine proprio viuere: sz promittunt etiam paupertatem: sicut in eoꝝ regula continef. & extra de excel. prela. nimis praua. ibi. In arctissima paupertate christo pauperi famulentur. & in decre. eoruz Exiit. ibi. Christi seruitus arctius elegerunt: sed arctius non seruant aliqui ex eis. immo amplius abūdant quidā ex eis: q̄ alij regulares: q2 maior ad eos prout cōiter habetur deuotio populi: & ampli⁹ eis dat: & populi deuotio est eis preuaricationis occasio: q2 eam in questum conuertunt. quicquid dicat eorum sancta & apostolica regula, Hec est celsitudo altissime paupertatis. & apostol⁹. ij. ad Corinth. viii. Altissima paupertas eoruz abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quidam tamen eorū pauperes sunt sine defectu: & simplices cum multa malitia. quuz tamen paupertati euangelice s̄m Ambrosium. vt dictum est. penuria sit annexa Paupe-

res delicati:contra illud.xlij.dist.non cogātur. Pauperes mathematici in apparentia: non existentia. Pauperes spiritu:idest sine spū paupertatis. Que rantur talium promptuaria:enthece:libri, & tunice, loculi & alia suppellectilia eructuātia ex hoc in illud. ps.cxliij. si verum dico. Propter quod contra tales arguit papa Clemens in decre. Exiui de paradiso.d̄ verb.signi.extra in clemen.φ contrarium faciunt ei qd̄ promittunt. Nunq̄ n.dicunt quidam ex eis:satis est.xiiij.q.iiij.quid dicam. Si queris cuius hodie erit proprietas rei date fratri minori. Respōdeo olim erat dñi pape.excepta pecunia que secabat pro dante vsq; ad consumptionez:vt in decre.Exiit qui seminat:de verb.signi.in.vj.libro.Sed dñs papa Jo: xxij.reuocauit procuratores quos ordo habebat nomine Romane ecclesie institutos,nolens φ ab illo tpe aliquis in ordine nomine Romane ecclesie procurator possit institui. Renuntiauit.n.proprietati oium rerum quas fratres habent & eis dantur ad vsum:exceptis libris ecclesiasticis & paramentis: & locis:vt in sua constitutione continetur,que incipit, Ad conditorem canonū. Ergo necesse est φ quum proprietas rei date apud fratres esse nō possit: vt in preal.c.Exijt.& c.Exiui de paradiso:superius alleg. sit dantis,vel heredum eius:vel pauperū.quarū dispensationē habebit epus: qui est pauperum pater.C. de epis.& cleri.nulli.C.cōia de succes.aut.oēs vero.§.j. extra de iude.cum sit.xij.q.ij.vulterrane.cum.iiij.ca. sequen.q: in fratres minores dans transferre nō potuit dominium cuius sunt incapaces:ergo remaneret apud dantē:sicut dī de pecunia in preal.ca.Exijt qui seminat.& c.Exiui de paradiso:q: non potuit facere donator quin in sua donatione leges ecclesie & regula prohibentes fratres minores hr̄e propriuum etiaz in cōi:vendicent sibi locum,ex̄ de testa.requisisti.cum simi.Adde hic qd̄ scripsi.j.in.§.oñdunt:ver. sed nec minimus:in.c.lvj.Quicūq; ergo rem dño cōcedenti & repetenti frater minor vel cōitas eoꝝ non reassignaret,peccaret mortaliter:q: rem sibi appropriaret:& inuito dño rem alienam contrectaret:qd̄ est furtum:vt superius est probatū.Semper.n.nomine dantis detentat frater minor rem.& ideo sibi eaz negare nō potest.ex̄ de resti.spolia.cum venisset. Unde & secularis non posset rem illam prescribere: quā alieno noie possideret:ex̄ de prescrip.si diligenti.& de hoc plene no.xvj.q.iij.clerici. Nec res assignata fratri minori de licentia prelati potest transferri in cōitatis vsus sine licentia concedentis:quia species furti est de alieno largiri.ff.de furtis.si pignore.§.j. Nō petitur ergo licentia a prelato fratre minore a subdito suo fratre re indigente:vt propterea res illa in vsus transeat cōitatis:sed vt prelatus sciat & determinet cuius rei vsus suus subditus indigeat & quantū. Si aūt concedens vsum rei communitati concedat: tunc prelatus hʒ videre quis ex suis subditis vsum illius rei magis habeat necessarium & illi dʒ concedere vsq; ad arbitrium dñi principaliter concedentis.Ad hoc facit quod legitur in preal.decre. Exijt. & ad supradicta faciunt.ff.deposi.l.j.commo.rei commodate.extra de preca.c.ij.extra de commo.c.vnico Rerum.n.quibus fratres minores vtuntur detentores sunt.non proprie possessores.vt in iuribus pre alleg.& no.preal.c.dilectissimus:in glo. ergo aliquis. Non dicat ergo prelatus vel subditus in ordine fratrum minoꝝ de breuiario:vel veste:vel re alia quacūq; concessa eoꝝ cōitati vel singulari persone φ ordinis est:sicut tota die dicunt fratres quidam ceci ignorantes statum vel preuaricantes in eo: immo concedentes:quia ordo in cōi proprium hr̄e nō potest:vt sepe superius est probatū. Petat ergo licentiam semper frater minor cui aliquid pro suo vsu assignatur ab aliquo extra ordinem a concedente: vt re illa possint alij fratres vti vsq; ad sue beneplacitū voluntatis:al's vsum sibi concessum non posset alij concedere sine consensu concedentis:al's furtuz talis committeret.ff.de fur.qui vas.§.si ego.& l.si pignore §.j.In affectu igitur & effectu aliqui fratres minores non vsuarij sed proprietarij sunt censendi: maxime in sex illis conditionibus proprietatis que superius sunt descripte.

Cuius sit pecunia fratri minori data.

Quod magis sibi caueant fratres minores de appropriatione q̄ alij religiosi quia magis debent esse expropij. Cap. 65.

Quid dicam de denarijs & pecunia quoꝝ vsus & contrectatio quelibet per se & per personam interpositam est eis nedum proprietas totaliter interdictus:vt in eoꝝ regula & declarationibus connetur. Pater enim eoꝝ almus Franciscus vir totus euangelicus ad literam etiam in hoc volens euangelium obseruare sicut in alijs saluo intellectu ecclesie sacrosancte in tribus locis regule sub precepto fratribus per se & per personam interpositam recipere pecuniam interdicit:de quo interdicto Luc.ix.Mat.x.Mar.vj.Nihil tuleritis in via &c. & .xj.q.iij.ira.Unde Chry.super Matt. homil.vlti. Si bonum esset aurum hr̄e:hoc vtiq; dedisset apl'is Christus qui ineffabilia tribuit eis bona.Nunc aūt non solū non dedit:sed etiā habere prohibuit:ideoq; Petrus non solum non secundatus: sed decoratus in paupertate dicit Act.iij.Argentum & aurum non est mihi. Item Bernard.& habetur Matth.vj.& Luc.xij.in euangelio. Et perfectionis consiliuz & remedium infirmitatis. Nolite thesaurizare vobis thesaurum in terra:hec perfectio est: siquidem filius hois vbi caput suum reclinet non hʒ.Matth.viij.& Luce.ix. Petro & Joanni nec aurum erat. Actu.iij. Paulus simplici victu vestituq; contentus.j. Tim. vj.hec ipsa labore manuū acquirebat.ij. Thes. vlti. Sed non oēs capiunt hoc verbum sicut nec consilium castitatis.Mat.xix.xxxiij.q.v.qui sitit. Amb. homilia.xvj.super Gen. Quid dñs noster suis quidem sacerdotibus precepit Luc.xiiij.audiam°.Qui non renuntiat oibus que possidet:non potest meus esse discipulus. Contremisco hec dicens. Meus.n. primus oium: meus inquam ipse accusator existo: meas condemnationes loquor. Negat christus suū esse discipulum quē videt aliquid possidentem, & eū qui non renuntiat oibus que possidet.Et quid agimus?aut quō hec ipsi legimus:aut populis exponimus:qui non solum non renuntiamus:sed acquirere volumus ea que nunq̄ habuimus ante q̄ veniremus ad christum? Nunquid,nā quia nos arguit ɔscientia tegere non proferre que scripta sunt possumus? Noli duplicati criminis esse reus.Confiteor & palam populo audiente confiteor hec scripta esse, ēt si nondum implesse me noui:sed ex hoc saltem cōmoniti festinemus implere:festinemus transire a sacerdotibus Pharaonis: quibus terrena possessio est.

Non licet fratri minori neq; per se neq; per alium pecuniā recipere.

Gene.xlvij.xxiii.q.vlt.§.qñ́anis extra de nimiu-eccl. non minus:ad sacerdotes dñi quibus in terra pars non est quibus portio deus est.xij.q.j.clericus: & ca. cui portio. Talis.n.erat ille qui dicebat ij.ad Cor.vj. Tanq̃ egentes multos aũt locupletantes: vt nihil habentes & oĩa possidentes:extra de excess.prela.minus. Paulus hic est qui in talibus gloriaẽ: hucusq̃ Amb. Itez super illud Mat.x.in fi. Qui potũ dederit vni ex minimis istis &c.gl. Minimi sunt qui nihil penitus hñt in hoc mundo: tales fuerunt apostoli.

Ad qd sit cautũ ne fratres minores pecuniã habeant. Hoc aũt preceptum de pecunia non habenda non propterea dedit dñs apl̃is q̃ pecunia causaliter aut formaliter mala sit sed q̃ absq̃ ea melius seruaẽ paupertas & penuria euangelica:que est prima beatitudo sm Amb. Mat.v. Et quia est occasio cupiditatis Unde Amb.in lib.de offi.dicit. Feralis(inquit)auaritia in illecebrosa pecunia:que habentes contaminat:non habentes non iuuat. Item Bern.de colloquio Simonis & Iesu. Hec fugiendarum diuitiaruz precipua causa est:q̃ vix aut nunq̃ sine amore valeãt possideri. Limosa siquidẽ & glutinosa nimis est non modo exterior:verum etiam interior substantia nr̃a menti:& facile cor humanum: oĩbusq̃ frequenter adheret. Item Augu.super ps.cxxij. Non sunt iste vere diuitie:sed mendicitas:que quanto magis crescunt: crescit inopia auaritie. Nõ sunt vere diuitie que plus augebat cupiditatẽ ei qui eas possidet. Itez de lapsu mundi. Diuitijs nihil tam cauendum est q̃ superbie modus. Qui enim non hz diuitias non hz vnde se extollat. Item de verbis dñi. Nihil.n.est quod sic generent diuitie q̃̃o superbia. Omne germen hz vermen suum: vermis diuitiarum superbia est Grego.j. mora. Solet(inquit)rerum abundantia tanto a timore diuino mentem soluere:quanto hanc exigit diuersa cogitare. Nã dum foris per multa distrahitur. stare in intimis fixa prohibetur. Idem in homil.sup illud Lu.viij.exijt.&c. Quis vnq̃ mihi crederet:si spinas diuitias interpretari voluissem? maxime quum ille pungat: iste delectent: & tñ spine sunt q̃ cogitationũ suarum punctionibus mentem lacerant:& duz vsq̃ ad peccatuz pertrahunt: quasi inflicto vulnere cruentant. Item Aug.de lapsu mundi. Diuitie ipse quas putatis plenas deliciarũ, pleniores sunt periculoꝝ. Item Amb.in libro de offi.tractans illud Lu.ix.& Mat.x. Nolite possidere aurum & argentuz nec pecuniã. Uelut falce pullulantẽ in mentibus humanis succidit auaritiam. Super eũdem quoq̃ sermonem Chryso.homil.xxxij. Non dixit, Nolite vobiscũ accipere aurum:sed si aliunde possibile est accipere:fugite hanc perniciosam egritudinẽ:etenim multa per hec emẽdabit. Predicta originalia a principio istius §.hucusq̃ posui etiam.s.in prima parte.in.§.quadragesimus.versi.fateor.in.cap.xl. Item glo.super illud Mat.vj. Hec omnia adijcientur vobis Omnia sunt filioꝝ,& ideo hec trahentur:ad probationem est:si dẽtur:ad actionem gratiarũ:q̃ oĩa eis cooperantur in bonum:ad Roma.viij.de pen.dist.ij.§.hec itaq̃: ver. in eodem. Aug.super illud Ioan.vltim. Uado piscari. Cur non inuenit vnde viueret, quum dñs promisit dicens Mat.vj. Primo querite regnum dei:& hec omnia &c. Prorsus dñs sicut etiã promisit impleuit. nam quis alius pisces qui caperentur apposuit? Itẽ Chryso.super Mat.homil.liij. Nihil ita extinguit cupiditatis sitim:sicut desistere a lucrandi cupiditate vel concupiscentia.sicut amaram cholerã abstinentia & macatio. Facilius est.n.existens hoĩes volere: q̃ adiectione pluris quiescere facere desiderium. Crescit amor nummi quantũ ipsa pecunia crescit.xiiij.q.iiij. quid dicam Aug.lib.lxxxiij.questionũ. Charitatis venenum est spes adipiscendoꝝ temporaliũ. Et super illud apl̃i.ij.ad Corint.vj. Tanq̃ nihil habentes &c. glo. Hec fuit gloria apl̃oꝝ:nihil omnino possidere:siue solicitudine esse:& tam res q̃ earum dñ̃os possidere. Item habetur in lib.j.ecclesiastice histo. q̃ quum Abagarus rex preciperet dari aurũ & argentũ Taddeo apl̃o:ille non accepit dicens. Si nostra reliquim⁹ q̃̃o accipiemus aliena? Paulus de se & aliis apl̃is ait.j.ad Cor.iiij. Usq̃ ad hanc horam.glo.id est continue:esurimus & sitimus. Quia alibi dicit se expositũ latronibus quasi aliquid portaret:non obstat:quia illud tractans Amb.in originali sic ait. Quuz in ciuitate diabolus eũ occidere non posset:latrones excitabat sibi in via:quum tñ nihil ferret quod latrones cuperent. Ambro lib.j.de offi. Officium omne aut mediũ aut perfectũ est.& hoc in euãgelio probaẽ. Mat. xix.dicit dñs. Si vis ad vitam ingredi:serua mandata. Non facies homicidiuz,non adulterabis. Hec media sunt officia:quibus aliud deest:ideo sequitur: Si vis perfectus esse:vende omnia bona tua & da pauperibus:& sequere me. Hoc est igitur perfectum officiuz, q̃d Greci chachomi,vocant quo corriguntur omnia que alijs potuerunt lapsus hr̃e. Idem super primam propositionem epistole.j.ad Cor. A licitis temperare vult fideles:vt non solũ innocentes,sed & gloriosi videantur:concessa.n.preterire virtutis est maxime. Itẽ Hiero ad Demetriadem. Prohibentur mala.precipiuntur bona ps.xxxiij.& xxxvj.& j. Pet.iij. Declina a malo & fac bonũ. Conceduntur media: suadentur perfecta.xiiij.q.j.§.j.cuz.c.seq. In duobus primis peccatum esse concluditur. Reliqua vero in nostra potestate sunt constituta:vt aut vtamur concessis & licitis aut ob maius premium ea que nobis permissa sunt respuamus. Item Hiero.ad Heliodoꝝ. Perfectus seruus christi nihil preter christum hz, aut si preter christum aliquid habet perfectus non est. Idem ad Rusticum monachum. Si perfectionẽ sequi desideras,exi cum Abraam. Gen.xij.de patria & cognatione tua.& perge quo nescis. Si habes substãtiã. Mat. xix.vende & da pauperibus. Si non habes:grandi onere liberatus es. Nudus christum nudum sequere. xij.q.j.clericus. Durum:grande, difficile:sed magna sunt premia. Bernar.super illud Ma.xix. Ecce nos dimisimus oĩa. Optime & non ad insipientiam tibi, nam mundus transit & concupiscentia eius.j. Ioan. ij. Et relinquere hec magis expedit, q̃ ab eis relinqui. Fuit ergo vna causa de loculis quos habuit dñs ad consolandum infirmos.xij.q.j.habebat. Et Aug. super ps.ciij.& Hugo super ps.xcj. Bonum est confiteri dño.& .s.in.§.ad partem contrariã,in ver.iiij.in.c. lxiij.posita sunt hec & alia. Alia ad refellendum hereticos,ne condẽnarent ecclesiam habentẽ loculos.xij. q.j.exemplũ,sicut faciunt Manichei,& alij heretici q dicuntur apostolici.xxiiij.q.iij.quidam.ver.apostolici condemnantes ecclesiam pp rerum tpaliũ possessiones & pecuniam. Et ad terrendũ auaros qui loculos concupiscũt.vñ null⁹ de chr̃i discipulis perijt nisi q loculos portauit. Ioã.xvij.vnde Chryso.sup Ioã. homil. lxv. Si vero quis scrutabitur quid furi existenti loculos. Io.xiij.commisit pauperum:& dispensare fecit aurum:vt omnem abscinderet occasionẽ. Etenim sufficientẽ habebat ex loculis concupiscentie mitigationẽ. *Cur loculos christus habuerit* Sed pp nequitiam multã quã volebat comprimere

christus: condescensione vtens ad eum nō incusabat surripientem: obstruens perniciosam concupiscentiā & omnem auferens occasionem. Alia causa ad informandum in modo habendi in cenobitis vel alijs regularibus viuentibus in cōi. xij. q. j. habebat. c. nolo. c. non dicatis. Alia ad dandum formam prelatis ecclesie ad dispensandum bona ecclesie aut sustentationem ministrorum ecclesie: & ad pauperum releuandas miserias. vt. xij. q. j. eps. Unde & Chrys. sup Jo. homil. lxxj. de loculis christi loquens proponit questionem. Qualiter (inquit Mat. x.) non peram non eos iubens deferre, marsupium ferebat? Jo. xiij. xij. q. j. habebat. & respondens subdit. Ad inopuz ministerium. vt discas q̄m valde pauperem oportet pauperibus multam facere procurationem. quam authoritatem. ā. in. §. respōdeo. ver. & Chrys. in. c. lx. perfecte posui. in quibus verbis ostendit Chrys. q̄ viris perfectis competit miserabilium personarum curam gerere: quod maxime locum habet in prelatis ecclesie, quorum perfectioni consonat vt spiritualiter & etiaz temporaliter pascendis sibi gregibus intendāt exēplo christi. ad hoc. lxxxj. dist. c. pen. & vlt. & lxxxij. di. c. j. & lxxxvij. di. per totum. & xxxvj. di. §. ecce. vbi loquitur de refectione panum. Et Prosper de vita contēplatiua. Scientes viri sancti nil aliud esse res ecclesie nisi vota fidelium, & precia peccatorum. & patrimonia pauperum: non eas vendicabant in suos vsus proprios: sed vt eas commendatas pauperibus erogauerunt. Hoc est possidendo contemnere: non sibi sed alijs possidere: & nec cupiditati habendi ecclesie facultates ambire: sed pietate subueniendi eas suscipere. Quod habet ecclesia, est cuz omnibus nihil habentibus cōe. Nec aliquid eis qui sibi sufficiunt de suo debet erogare: quum nihil aliud sit habentibus dare, nisi perdere. ad hec. i. q. ij. clericos. c. pastor. & c. si quis. c. sacerdos. & c. fi. Quantum ad modū vtēdi, forma fuit perfectionis ipsis apostolis ac ceteris hmōi paupertatem professis: vt quum amore paupertatis semper carere loculis cupiant: solum qñ aperte necessitatis vrget articulus loculos ferant. vt. ā. ostēsum est per originalia. Et hic adde quod scripsi. ā. per. v. folia. §. ad partem contrariā in fi. in. c. lxiij. Nō igitur loculi christi ad fomentum cupiditatis: sed ad exemplum pietatis & paupertatis & condescensionē infirmitatis trahendi sunt. vt in preall. decre. exijt q seminat. Sicut enim in saluatore nostro crucifixo nil fuit quod seculares glorias aut delicias saperet: sic nil egit nil docuit per quod mundi diuitias appetēdas esse monstraret. Quin potius vt nos perfecte paupertatis amore accenderet: in huius mundi cāpum hostem impugnaturus ingrediens, de pauperrima matre. xxvij. q. ij. sic enim. pauperrimus prodijt. Unde Beda super Marcum exponēs illud. Si qs mihi ministrat: me sequatur. Joā. xij. ait. Consideremus qua via venit: vt sequi mereamur. Ecce quum dñs sit & creator angelorum: suscepturus naturā nostram quam condidit: in vterum virginis venit. nasci tamen in hoc mundo per diuites noluit parētes: pauperes elegit. Unde & agnus qui pro illo offerretur defuit: columbarum pullos & par turturum ad sacrificium mater inuenit. Luc. ij. Item Chrys. super Mat. viij. homi. Pariens quidem filium confestiz illum reclinauit in presepio: q2 multis conuenientibus propter descriptionem. Luc. ij. non erat domum inuenire. Sed quid fuit quod suasit magos adorare? Nihil enim sensibiliū magnū erat illic: sed presepe & tugurium & mater pauper: vt nudam magorum videas philosophiam. Idem quoqz in homi. epiphanie de Magis loquens sic dicit. Uiderunt pandochium tenebrosum & sordidum: magis animalibus q̄ hominibus aptum: in quo nemo contentus erat secedere nisi inneris necessitate coactus: matremque eius vix tunicam habentem vnam: non ad ornatuz corporis, sed tegumentum nuditatis proficientem. Sed & hostiam deo patri vt pontifex offerēs, nudus in cruce pependit: necnon vt veritatis eius tamq̄ perfectissime rectitudinis nequaq̄ discordaret medium ab extremis: tota ipsius vita caminus paupertatis fuit. Esa. xlviij. Unde Bern. Uolue & reuolue a partu virginis vsqz ad crucis patibulum. non inuenies in christo Jesu nisi stigmata paupertatis. ad hec. xij. q. ij. gloria. ibi. pauper dominus dedicauit. Item Bernar. de colloquio Simonis & Jesu. Longe (inquit) aliud est in luto aquaz multarum diuisi. Exo. xiiij. fundo maris iter carpere terrena licite possidendo: aliud ipsam nouis gressibus nudam calcare oīa relinquendo. Matth. xix. Sed xpi gratie prerogatiua hec debebatur. Petro nouum iter & non typus iterans seruabatur. Mat. xiij. Antiquorum sane patrum diebus donec inter homines & in terris videretur & cōuersaretur inter homines dñs maiestatis: non erat euangelice forma perfectionis: sed spiritum dñi solo in terris spiritu sequebantur. At vbi verbuz caro factum est & habitauit in nobis. Joā. j. Jam in eo tradita est imago vite: & conuersationis exēplar: quod oportebat etiā corporaliter imitari: vt vtroqz sequentes non vlterius cum patriarcha Jacob altero femore claudicemus. Gen. xxxij. Nec id dicimus tamq̄ saluari quis hoc nequeat tempore: si secus egerit: sed vt gradum agnoscat proprium: & locum perfectionis aut discipulatus officium non vsurpet. Item idem ibidem. Dotatas & ditatas videmus ecclesias a diuitibus seculi: sed heu data est ipsa prouidentia eleemosyne in occasionem carnis. Et qui sibi atque alijs in celo parare tabernacula debuerant: in terra coniungunt domum ad domum: & copulant agrum agro Esa. v. Quis hui⁹ temporis rapiat ab ore apostolorum verbum gratie, verbum fidutie, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sum⁹ te? Mat. xix. Ecce enim vt populus, sic sacerdotes diuites fieri volunt. Similiter & hic & abundantius recipiunt cōsolationem suam. Luc. vj. Et quibusdam interpositis ait. Utinam in duodecim vnus hodie Petrus qui reliquerit omnia: vnus qui loculis careat valeat inueniri. Utinam saperes & intelligeres. in cantico Moysi Deute. xxxij. cum thesauro pecunie thesauros ire pariter cumulari. Utinā nouissima preuideres. Mat. xix. Animaduerteres facile per foramen acus transituros non diuitiarum cumulos sed delictorum. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubiū q̄ nec auferre poterimus quicq̄. j. Timo. vj. Amb. in lib. de offi. Qui apl'os sine auro misit: ecclesias sine auro cōgregauit. Mat. x. Et iterū. Qui plurimū auri possidet: non abundat. Bern. Animam dei capacē quicqd minus deo est implere non potest. Eccle. vj. Oīs labor hoīs in ore eius. i. in explendo desiderio anime: sed aīa eius nō implebitur: quia nihil est quicqd in hoc seculo est: quod figura est. j. Cor. vij. Hiero. ad Lucinum. Joseph cuz tunica egypti fugere non potuit. i. pallio. Gen. xxxix. Adolescēs q opertus sindone sequebatur Jesum: quia tentus fuerat a ministris: terrenū abijciens indumētū nudus eua-

sit. Mar.xiiii. Mat.xxvj. Helias igneo curru rapt⁹ in celum, melotam (pellis caprina est. Hebre.xj. Circuimierunt in melotis) id est pallium. iiij. Reg. ij. reliquit in terris. Heliseus boues ⁊ iuga prioris operis conuertit in vota. iij. Reg. xix. lxxxvj. dist. non satis. Qui tangit picē inquinabit ab ea. Eccl. xiij. Quādiu versamur in seculi rebus: ⁊ anima nostra possessionum ⁊ redituū procuratione deuincta est: de deo libere cogitare non possumus. Cui ⁊ gl. consonat super illud Can. v. Spoliauit me tunica mea. Recepta solicitudine temporalium subsidiorum, quantūlibet eximius doctor difficile vitat peccatum. Isidorus. Sp interna quiete frueris: si te a terrenarum actionum strepitu subtraxeris. Hieronymus ad Rusticū monachū. Sanctus Exuperius Tolose epūs vidue sareptane. iij. Reg. xvij. imitator esuriens pascit alios ⁊ ore pallente ieiunijs fame torquet aliena: omnēq3 substantiam christi visceribus erogauit. xij. q. ij. c. j. ⁊ c. qui abstulerit. Nihil eo ditius qui corpus chri canistro vimineo: sanguinē portat in vitro. non ob. e. de conse. di. j. ⁊ calix. Qui auaritiam proiecit de templo: qui cathedras vendentium columbas mēsasq3 subuertit. Mat. xxj. Mar. xj. Luc. xix. Ioā. ij. ⁊ j. q. iij. ex multis. cū. c. seq. Mammone ⁊ nummulariorum era dispersit: vt domus dei vocaretur dom⁹ orationis: ⁊ non spelunca latronum. Huius tu sectare vestigia: ⁊ ceterorū qui virtutis illius similes sunt: quos sacerdotium ⁊ humiliores. c. di. contra morem. xciij. di. domus. xcv. di. esto. facit ⁊ pauperiores. xlj. di. epis. Aut si perfectus esse desideras: exi cum Abraā de patria ⁊ de cognatione tua Gen. xij. Si habes substantiam: vende ⁊ da pauperibus. Mat. xix. Si non habes: grandi onere liberatus es. Nudus. xij. q. j. clericus. xxxv. di. ecclesie. nudum christum sequere: durū, grande, difficile: sed magna sunt premia. ⁊ hoc. s. possui. ver. Idem ad Rusticum. Greg. iiij. moral. Rarū valde est: vt qui se possident aurum ad requiem tendant: quum per semetipsam veritas dicat. Luc. xviij. Mat. xix. Marci. x. Quā difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum celorum. Rabanus sup Mat. xix. ibi. Quā difficile. Difficile hoc ⁊ maximi laboris est: pecunias habentes, vel in pecunias confidentes exui phylargyrie. i. auaritie retinaculis: ⁊ aulam celestis regni intrare. Augu. de moribus ecclie. Iob omnes diuitias amisit: ⁊ factus est repente pauperrimus. Iob. j. sed inconcussū tenuit animū. quo animo si essent nostri temporis homines: non magnopere in nouo testamento ab istorum possessione prohiberemur: vt perfecti esse possemus. Greg. j. moral. Nondum virtus precepti emicuerat que oīa relinqui preciperet ⁊c. vide. s. in. §. item q simpliciter. ad fi. ver. item fm oppositorem. in. lvj. c. Bernar. de colloquio Simonis ⁊ Iesu. Excusant se aliqui fortasse dicentes ad Abraam Isaac ⁊ Iacob. Abraam diues valde Gen. xiij. Isaac locupletatus ⁊c. Genes. xxvj. Iacob diues valde. Genes. xxxvj. Ceteriq3 sancti nunquid diuitias habuisse leguntur? Sufficit nobis esse sicut patres fuerunt. Neque enim sum⁹ nos patribus meliores. iij. Regū. xix. Si culpabilis esset possessio diuitiarum: nunq3 illi in diuitijs tantam a domino gratiam obtinerent. Quid respondebimus nouis imitatoribus sanctorum veterum patrum? Imponant certe vitulos super altare domini. ps. l. Mactent arietes. hircos immolent. Heb. ix. quia ⁊ Abraam hoc fecit. Gen. xxij. Sed hec inquiunt statū vltra non habent: vbi reuelata est. extra de puri. post

par. c. i. veritas. Transierunt quidem si ipsas sanctorum quoq3 diuitias temporales vmbram fuisse dixerimus futurarum. j. Cor. x. de conse. di. ij. tenera. In figura si quidem omnia eis legimus contigisse. Deniq3 quidni terrena palam possident sancti ⁊ perfecti viri: quum sola palam terrena promitterentur a domino? Ubi sane celestis promissio insonuit: necesse est spiritualia spiritualibus comparari. j. Cor. ij. Et mutari sacrificium spe mutata. c. extra de constitut. translato. hucusq3 Bernar. facit op. xij. q. ij. gloria. Immo etiā sancto Esaie qui erat in lege veteri ait dñs Esa. xlviii. Elegi te in camino paupertatis. Gregor. in homil. xl. euangelistarum de lazaro ⁊ diuite. Mala (inquit) lazari purgauit ignis inopie: ⁊ bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis vite. Illū paupertas afflixit ⁊ tersit: istum abundantia remunerauit ⁊ repulit. ps. xxx. In abundantia proiectus sum a facie oculorum tuorum. Chryso, super epistolam ad Hebr. ij. sermone. Christianus in paupertate constitutus, quā cum diuitijs magis irradiat. Quomodo hoc? quia excludit a se superbie typum. Non erit arrogans: sed patiens obtemperans ⁊ pudicus ⁊ mitis ⁊ sapiens. Qui vero in diuitijs constitutus est: multa illum ad hec bona prepediunt. Inspiciamus ergo que diues operatur. rapit aliena. estuat cupiditatē. nefandos non desinit perpetrare concubitus. maleficia cuncta committit. Nonne vniuersa hec ex diuitijs conspicimus generari? Intuere quomodo in paupertate magis q3 in diuitijs virtutes facilius possidemus. Nec mihi dicas quia in hac vita diuites nullam vindictam suscipiunt. nam cum omnibus malis suis etiam hoc malum habent diuitie: quia malignitate peccantes adulationibus tenentur. Et quia diuitias possidet semper peccans: nulla pena reuocatur. facit op. xxiij. q. j. paratus. ibi. Nihil est infelicius infelicitate peccantium ⁊c. Sed sine illis remedijs remedia suscipit peccatorum: ⁊ frenum nullus illi imponit. Item in eodem sermone. xviii. Nemo causetur (inquit) de paupertate: tanq3 causa sit multorum malorum: neque obloquatur de christo qui perfectionem illam dixit Matthei. xix. Si vis perfectus esse ⁊c. Hoc enim ipse dixit: ⁊ operibus ostendit: ⁊ per discipulos suos ostendit ⁊ docuit. Sectemur ergo paupertatem. maximum quippe bonum est. nihil enim eo opulentius qui paupertatem sponte diligit: ⁊ cum alacritate suscipit: Item in eodem sermone. Abijciamus quecunq3 corpus florere faciunt: vitiant autem animā: vtpote diuitie delicie ⁊ gloria. Idem ponitur supra. §. religio. versic. quod autem. in. lxj. capitulo. sed hic plenius. Cuncta hec carnis sunt: ⁊ amor corporum. Itaq3 non amemus ampliora: sed paupertatē semper sectemur. ista enim magnum bonum est. Sed sapientia pauperis pro nihilo habetur. Ecclesiastes. ix. Sed iterum. Diuitias ⁊ paupertatem ne dederis mihi. Et ex camino paupertatis libera me. Prouerbiorum. xxx. Quare hec dicta sunt? Hec in veteri testamento dicebantur: vbi multa ratio diuitiarum habebatur. vbi paupertatis plurimus erat contemptus. vbi hoc quidē maledictio erat: illud benedictio. Sed nūc nequaq3 ita est. vide de hoc. xij. q. ij. c. gloria episcopi est. Si vis audire paupertatis predicamenta: ipsam professus est christus. ⁊ dixit. Filius hominis non habet vbi caput reclinet. Matthei. viij. Et iterū. Nolite possidere aurum neque argentum. Matthei. x. ⁊ Petrus ait. Argentum ⁊ aurum non est mihi. Actuum. iij.

cap. Et in ipso quidem veteri testaméto Helias preter melotam nihil habebat: quam etiam Heliseo reliquit. iiij. Reg. ij. Nonne Heliseus. iiij. Regū. xix. Nōne Esaias ⁊ discalciatus. Esaie. xx. Nonne Joānes baptista. Mat. iij. Marc. j. Luc. iij. Fides. qr quod maxime facit fiduciam, hoc est paupertas. Diues seruus est obnoxius existens damnis: ⁊ tribuens omni volenti eum nocere. Ille autem nihil habens proscriptionem non timens nec condemnationē. Nequaq̃ ergo paupertas facit sine fiducia esse. Christ⁹ cum paupertate mittebat apostolos in causam opus habentem fiducia multa. valde enim est fortis pauper verus ⁊ voluntarius: ⁊ non habet vnde iniuriā patiatur. Amb. li. j. de officiis. Non potest quis premium accipere: nisi legitime certauerit. ij. Timot. ij. Nec gloriosa victoria: vbi non fuerint laboriosa certamina. Ideoq̃ dñs dixit in euangelio. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorum est regnum celoꝝ. non dicit Beati diuites. sed pauperes. Inde enim incepit beatitudo diuino iudicio: vbi erumna existimat humano. Hieronymus ad Paulinum. ⁊ est. xij. q ij. socrates. alias est. c. gloria. ver. socrates. Socrates ille thebanus homo quondam ditissimus quuz ad philosophanduz Athenas pergeret: magnū auri pōdus abiecit: nec putauit se posse simul ⁊ virtutes ⁊ diuitias possidere. Deniq̃ ⁊ tu audita sententia saluatoris Mat. xix. Si vis perfectus esse: vade ⁊ vēde oīa que habes: ⁊ da pauperibus. ⁊ veni: sequere me. Verba vertes in opera: ⁊ nudam crucē nudus sequeris. xij. q. j. clericus. expeditior ⁊ leuior ascēdis scalā Jacob: purisq̃ manibus ⁊ candido pectore pauper de spiritu ⁊ operibus gloriaris. Gen. xxviij. Chrys. sup epistolam ad Heb. sermone. ij. Non habentes diuitias non propterea doleamus: sed magis gratias vniuersorum deo ⁊ dño referamus: qr nos paruo labore eādem mercedem quam ⁊ diuites poterimus promereri: ⁊ si volumus etiam amplior est, etiam ex paruis magna lucramur. Mat. xix. Chrys. homilia. vlt. sup Mat. Diuitez necesse est multis indigere: ⁊ turpiter seruire. Formidare ⁊ suspicari ⁊ timere eorum qui suspicantur emulos ⁊ calumniatorum ora ⁊ auarorū concupiscentias: sed non paupertas est aliquid tale: sed contrarium vniuersum. Regina est: furibus non subiecta: sed munita. portus tranquillus. palestra ⁊ gymnasium philosophie. Audite quicunq̃ pauperes estis: magis autem ⁊ quicunq̃ ditari concupiscitis. Non pauperem esse malum est: sed non velle esse. Et neq̃ malum existima paupertatem: ⁊ non erit tibi malum. Et si philosopharis decem milium erit bonorum fons ⁊ origo. ad hec. xv. q6. j. illa Bern. super ps. Qui habitat. Felix paupertas volūtarie relinquētium oīa ⁊ sequentium te dñe Jesu. Felix plane: que tam securos immo ⁊ tam gloriosos faciat: in illo singulari fragore elementoruz, in illo tremendo examine meritorum, in illo tanto discrimine iudicioruz tenens iudiciariam potestatem. sicut dicit dñs, Vos q reliquistis oia ⁊ secuti estis me: sedebitis super duodecim sedes iudicātes duodecim trib⁹ israel. Mat. xix. Greg. super Job. Deridetur iusti simplicitas: lāpas contempta apud cogitationes diuitum: parata ad tempus statutum. Job. xj. Statutum quidē contempte lampadis tempus est extremi iudicij pdestinatus dies. Tunc reproborum oculis patefcet q po testate celesti subnixi sunt qui terrena oia reliquerūt. Quisqs enim diuini amoris stimulis excitatus hic possessa reliquerit: illic proculdubio culmen iudiciarie potestatis obtinebit: vt simul tunc iudex cum iudice veniat: qui nunc consideratione iudicij sese spōtanea paupertate castigat. Bernar. sermone lj. Duo habet paupertas sequentium christum: afflictionē s. ⁊ vilitatem. de quibus propheta Dauid ps. xiiij. Vide (inquit) humilitatem meam ⁊ laborem meū Et propterea in terra sua duplicia possidebūt. Esaie. lxj. Vestiti duplicibus. Prouerb. vlt. Ut pro pudore sit honor iudiciarie potestatis: pro labore refrigerium placidissime sessionis. Hec enim est que castigat, purgat, probat, humiliat, ⁊ exaltat. Chrys. homil. iiij. super Mat. Descendamus (inquit) ad paupertatis caminum. Videamus qui ambulant in eo: ⁊ elatorꝝ colla conculcant. Videamus miraculum ⁊ paradoxum. hominem in camino psallentem. hominem in igne gratias agentem. paupertati vltime illigatum: ⁊ multam ferentem deo laudationē. ps. lxxiij. Pauper ⁊ inops laudabunt nomen tuū. ⁊ Esa. xxix. Addent mites in dño leticiam: ⁊ pauperes homines in sancto israel exultabunt. Etenim tribus illis pueris. Dan. iij. similes sunt qui paupertatem cum gratiarū actione ferunt. Nam ⁊ igne terribili paupertas incēdere consueuit: sed pueros illos nequaq̃ incendit. Ita ⁊ nunc si in paupertate gratias egeris: vincula dissoluuntur: ⁊ flamma extinguitur: ⁊ si extincta nō fuerit (quod multo mirabilius est) pro flamma ros orietur. Quod ⁊ in philosophātibus est videre: qm̄ in paupertate diuitibus curiosius disponuntur: ⁊ in medio camino rore puro ponuntur. Etenim maximus est ros non detineri concupiscentia deliciarū. Et illi tunc contemnentes reges facti sunt rege clariores ⁊ potentiores. Et tu quoq̃ si despexeris mūdana negotia: omni mundo eris honorabilior. sm sanctos illos. Hebre. x. Quibus mundus non erat dignus. Ut igitur dignus celis efficiaris: derride psentia. ita enim ⁊ hic eris clarior ⁊ futuris potieris bonis. Idem homilia. xv. super Mat. Talis est luminis virtus: vt non solum luceat: sed illuc ducat illos qui se sequuntur. Quum enim nos viderint omnia bona presentia contemnentes ⁊ ad futura preparatos: ante omnem sermonem operibus nostris credent. Quis enim est ita amens: vt videns eum qui heri ⁊ ante lasciuiebat ⁊ ditabatur: omnibus exutū, ⁊ ad famem ⁊ inopiam ⁊ duram vitam ⁊ pericula ⁊ sanguinem ⁊ occisionem: ⁊ ad omnia que videntur periculosa preparatum: non manifestā hinc accipiat futurorum demonstrationem? Si autem presentib⁹ nos immiscuerimus ⁊ implicuerimus: qualiter poterunt credere q ad possessionem aliam festinemus? arg. xxv. dist. c. vlt. Damascenus lib. iij. dicit. Euangelium cognitionis dei non bellis ⁊ armis exercitus aduersariorum deuincens: sed pauci, nudi, paupes, ⁊ illiterati, persecuti, verberati, mortificati, crucifixum in carne ⁊ mortuum ⁊ deum existentem predicātes, sapientibus ⁊ potentibus preualuerunt. j. ad Cor. j. xxxv. di. eccle. Eusebius in ecclesiastica histo. lib. iij. Quidam ardentiores diuine sapiētie cupiditate succensi animas suas verbo dei consecrabant: explētes perfectionis salutare preceptum. Mat. xix. vt facultates suas primo pauperibus diuidentes expediti ad predicandum euangelium fierent. Chryso. super Mat. homil. xlvj. Si autez hoīes duodecim. Mat. ix. ⁊ x. Luce. ix. Mar. iij. ⁊ vj. orbem terrarū cōuerterunt: excogita quāta est nostra malitia: qui tām existentes eos q regunt non possumus corrigere: quos decem milibus mundis oportebat sufficere et esse

fomentum .Sed signa (ais) habebant. Sed non si-
gna eos mirabiles fecerunt: multi enim ⁊ demones
proiicientes q2 iniquitatem operati sunt: non sunt fa
cti mirabiles sed puniti. Matthei. vij. q2 ⁊ mali ꝓ
phetãt ⁊ miracula faciunt. j. q. j. multe. ⁊ c. teneamꝰ,
⁊. c. prophetauit. ⁊ extra de vene. sanc. c. j. Sed quid
(inquis) est quod eos magnos ostendit? Pecunia
rum contemptus: glorie despectus: ab omnibus hu
ius vite ereptio. q2 si hec non habuissent: ⁊ si decem
milia mortuoꝝ suscitassent: non solũ nulli ꝓfecissent:
sed ⁊ seductores ⁊ malefici existimati fuissent. Idez
Paupta tis laudes, homil. vlt. super Mattheum. Si quis tibi princi-
patum ⁊ ciuiles potestates ⁊ diuitias ⁊ lasciuiaz ꝓ
poneret: deinde paupertatem ponens electionez da-
ret quamcũqz velles. hanc confestim raperes: si tamẽ
eius cognosceres pulchritudinem. Mihi enim pau
pertas puelle cuidaz pulchre ⁊ sponse similis esse vi
detur. Cum hac Helias. iiij. Regum. ij. educatus ra-
ptus est beata illa rapina. Cum hac Heliseus claruit,
iiij. Regum. xix. lxxxvj. di. non satis. Cum hac Joan
nes Baptista. Matthei. iij. Marci. j. Luce. iij. Cuz
hac apostoli omnes. Matthei. xix. ca. Sed ⁊ ipsam
puelle huius pulchritudinem intueamur. Etenim
oculus eius est purus ⁊ preclarus: nihil habens tur
bulentum: sed mansuetus, tranquillus, delectabilis,
ad omnes respiciens, mitis, humilis, nulluz odio ha
bens, nullum auertens. os ⁊ lingua sana est: cõtinua
gratiarum actione plena ⁊ benedictione: ⁊ mitibus
verbis ⁊ amicabilibus. ps. lxxiij. Pauper ⁊ inops
laudabunt nomen tuum. Si autem ⁊ vis proportio
nem membrorum eius videre: longa est ⁊ multum
supereminentior q̃ȝ abundantia. Si autem fugiunt
eam multi: ne mireris. eteniz ⁊ alias virtutes fugiũt
insipientes. Sed contumelijs afficitur (ais) pauper
a diuitibus. Rursus mihi inopie laudem dicis. qm̃
beatus est qui conuicium patitur. Matthei. v. sed
hoc ferre admonet inopia. Sed esurit pauper (ais)
⁊ Paulus esuriebat. ij. Corinth. xj. ⁊ in fame erat.
Sed non habet requiem. ij. Corinth. xj. neqz filiꝰ ho
minis vbi caput suum reclinet. Matth. viij. Idem
homilia. xlvj. super Matth. Anima inopis volunta
rij fulget velut aurum: splendet velut margarita ful-
gens: florescit autem vt rosa. Non eniz est illic tinea,
Matthei. vj. non est illic fur: non solicitudo huius vi
te negotiorum: sed sicut angelus ita conseruatur. Vis
anime huius pulchritudinem videre? vis inopie di-
uitias addiscere? Nõ subiacet demonibus. Nõ ad-
sistit regi sed deo. Non militat cum hominibus: sed
militat cũ angelis. Non habet arcas duas vel tres,
vel viginti: sed talem abundantiam, vt hunc mundũ
vniuersum nihil esse existimet. Non habet thesaurũ
sed celum. Non indiget seruis: magis autem possi-
det seruos passiones ⁊ cogitationes que regum do-
minantur. Regnum autem ⁊ aurum ⁊ omnia talia
quemadmodum puerorum ludibria deridet: ⁊ sicut
rotam ⁊ pilam hec omnia existimat esse contempti-
bilia. habet enim mundũ quem neqz videre qui in
his ludunt possunt. Quid igitur paupere hoc meliꝰ
est vsq̃ȝ? Pauimentum deniqz habet celum. Si aũt
pauimentum tale: excogita tectum. Sed non habet
equos ⁊ currus. Quid enim ei his opus est: q supra
nubes vehi debet ⁊ esse cum christo. Mat. v. Luce.
xij. Bernar. ad Thomam. Quam salubrius disceres
christum Jesum Mar. xvij. Phil. ij. ⁊ hunc crucifi-
xum. j. Cor. ij. quam vtiqz scientiam haud facile nisi
cũ mundo quis crucifixus fuerit, apprehendit. Fal-
leris fili falleris: si te putas inuenire apud mũdi ma
gistros quam soli christi discipuli. i. mundi contẽpto
res dei munere adsequuntur. Nec enim hanc lectio
docet: sed vnctio. j. Jo. ij, sed exercitatio in mandatis
dñi. Augu. in li. de eleemosyna. Metuis (inquis) ne
patrimonium tuum forte deficiat: si ex eo operari lar
giter ceperis. Quando enim factum est vt iusto pos-
sent deesse subsidia: quum scriptum sit. Non occidet
deus fame animam iusti? ps. xxxvj. Non vidi iustuz
derelictum: nec semen eius querens panem. Helias
in solitudine coruis ministrantibus pascitur. iij. Reg.
xvij. Et Danieli in lacu ad leonum predam iussu re
gis incluso prandium diuinitus apportatur. Dan. vlt.
Et timemus ne operanti ⁊ dñm deum promerenti
desit alimentum? quum ipse ad exprobrationem eo-
rum quorum mens dubia est ⁊ parua fides: contestE
tur ⁊ dicat Mat. vj. Aspicite volatilia celi qm̃ non
seminant neqz metunt neqz colligunt in horrea: ⁊ pa
ter vester celestis pascit illa. Volucres deus pascit. ⁊
quibus diuine rei nullus seruus est: eis nec cibus nec
potus deest. Tu christiano, tu dei seruo, tu operibus
bonis dedito, tu dño suo charo aliquid existimas de
futurum? An putas q2 qui christum pascit: a christo
ipse non pascatur? aut eis terrena deerunt: quibus di
uina ⁊ celestia tribuuntur? Unde hec incredula cogi
tatio est? Uñ hec impia ⁊ sacrilega meditatio? Nun
quid vidua Sarepte Heliaz pauit ⁊ ab eo pasta est?
iij. Reg. xvij. Frater Bonauentura generalis mino
rum magister in theologia ⁊ cardinalis ait. In cami
no paupertatis electi ipsius penuria purgantur a cri-
mine: ipsius erubescentia humiliantur in mente: ipsius
parsimonia castigantur in carne: ipsius deuota gratitu
dine conciliantur ad proximum: ipsius condescensiua
benignitate configurantur ad christum: ipsius subli
mi celsitudine sursum aguntur in deum. Augu. super
ps. ciij. In loculis habendis ⁊ exigenda quodãmo-
do annona christus non petendo, sed prebendo in-
digentiam suscepit. Super illud Act. xx in. fi. Beatiꝰ
est magis dare q̃ȝ accipere. gl. Bede. Non illis qui
relictis omnibus secuti sunt dñm diuites eleemosy-
narios preponit: sed illos maxime glorificat qui cun
ctis que possidentur renunciantes, laborant nihilo-
minus operando manibus: vt habeãt vnde tribuãt
necessitatem patienti. Ephes. iiij. Idẽ dicit Jo. cassi.
in lib. x. de spiritu accidie. ⁊ dixi. ꝫ. longe in. §. ex quo
sponsa. in ver. ⁊ Act. xx. in. c. lj, ⁊. ꝫ. §. ad partem cõtra
riam. ver, vndecima instantia. cum duobus ver. seq.
⁊ in additione ibi posita. in. c. lxiij. Hiero. ad Julia-
nam. Extruis monasteria: multus a te numerꝰ san-
ctorum sustentatur, sed melius faceres si ⁊ ipse sanctus
inter sanctos viueres. Bernar. Uolo te esse amicum
pauperũ: magis aũt imitatorẽ. ille est gradus ꝓficiẽ
tium: hic ꝑfectorum. Mat. xix. Hiero. contra Uiglã
tium. Non negamus cũctis pauperibus si tanta sit
largitas: stipes esse porrigendas. Apostolus ad Ro.
xij. ibi. Sanctorũ necessitatibus cõicantes. ⁊. ij. Cor.
viij. ⁊. ix. quidem docet faciendam eleemosynam ad
oẽs. j. q. ij. q̃ȝ pio. xlij. di. quiescamus. maxime autem
ad domesticos fidei. Gala. vlti. Uide quod legitur ⁊
no. xxx. di. c. j. gl. j. De quibus saluator in euangelio
loquebatur Luc. xvj. Facite vobis amicos de mam
mona iniquitatis qui vos recipiant in eterna taber
nacula. Nunqd pauperes in qbus corporis flagrãs
libido dominatur. possunt habere tabernacula eterna:
qui nec presentia possident nec futura? Non enim
simpliciter pauperes: sed pauperes spiritu. Mat. v.

appellantur. De quibus scriptum est in ps. xl. Beatus qui intelligit super egenum ⁊ pauperem. In vulgi pauperib⁹ nequaq̄ intelligentia, sed opus est eleemosyna. In sanctis vero pauperibus beatitudo est intelligentia: vt ei tribuas qui erubescit accipere: ⁊ quum acceperit dolet. metens carnalia ⁊ seminans spiritualia. j. ad Cor. viij. ⁊ ex. de cel. mi. cum aplo. ⁊ Ro. xv. hucusque Hiero. Et Ambro. Iusto amplius debetur eleemosyna. lxxxvj. di. non satis. Et in pauperib⁹ non tam attendenda est secundum Hiero. paupertas quam religio. xvj. q. j. c. vlt. Bern. ad fratres de monte dei. Quum diues esset christus: pauper pro nobis factus est. ij. Cor. viij. Et qui voluntarie paupertatis dedit. Mat. v. ⁊. xix. preceptum: ipse eiusdem in semetipso formam dignatus est demonstrare. xlij. di. §. j. xcv. di. esto. Ut enim sciant euangelici pauperes quid eis faciendum sit: ipse etiam a fidelibus. Luce. vij. ⁊ Io. xij. pasci voluit: nonnunquam ⁊ ab infidelibus. Luce. xix. sed vt fideles faceret: vite necessaria accipere non recusauit. Hieronymus ad Demetriadem. Alij edificent ecclesias: vestiant parietes marmorum crustis: non reprehendo: non abnuo: vnusquisque in suo sensu abundet. ex. de sepul. certificari. meliusque est hoc facere quam repositis opib⁹ incubare. Sed tibi propositum est christum vestire in pauperibus: seruorum dei pauperum habere curam. Mat. v. qui diebus ac noctibus seruiunt dño tuo: qui in terra positi imitantur angelorum conuersationem: ⁊ nihil loquuntur nisi quod ad laudes dei pertinet. j. Timo. vj. xij. q. j. clericus. ⁊ c. epõs. habentesque victum ⁊ vestitum his gaudent diuitijs. qui plus habere nolunt: si tamen seruant propositum. xij. q. j. nolo. alioquin si amplius desiderant ijs que necessaria sunt probantur indigni. Sicut omnium malorum radix est cupiditas. j. Timo. vj. Auaritia est idolorum seruitus. Ephes. v. ⁊ Colos. iij. de peni. di. ij. §. ex pmissis. xlvij. di. bonorum. sic paupertas vera ⁊ voluntaria cunctorum est origo bonorum: que est contemptus affluentie ⁊ amoris pecuniarum. In historia schola. super illo verbo, Accepit eam discipulus in suam. Ioan. xix. Quasi in suam matrem: vel in suam quasi potestatem: vel in cõionem rerum suarum: tamen nihil creditur habuisse proprium. notatur. xvij. q. iiij. §. notandum. sed quum esset beata virgo cum aplis: iste specialem curam eius gerebat. ad hoc facit. xxvij. q. ij. sicut enim. Item in eadem historia scholastica super illud Act. iij. Argentum ⁊ aurum non est mihi. Non enim erat suum quod reseruabat in vsus pauperum qui reliquerant patrimonia sua ponentes omnia ad pedes apostolorum. Actuum. iiij. Hieronymus in laudib⁹ Paule ait. Hoc habebat voti vt mendicans moreretur: ⁊ vnum nummum filie non relinqueret: ⁊ in funere suo aliena sindone inuolueretur. sicque facta est sicut christus. Io. xix. Chryso. in laudibus Pauli dicit quod nihil habebat nisi corpus: sed ⁊ in hoc exemplum se alijs prebuit quum ait. j. Cor. xj. in princi. Imitatores mei estote sicut ⁊ ego christi. Hieronymus ad Lucinum. Seipsum ⁊ res omnes deo offerre christianorum ⁊ apostolorum est: qui duo paupertatis sue in gazophylacium era mittentes. Marci. xij. in fi. xiiij. q. j. odi. Luc. xxj. totum censum quem habuerunt domino tradiderunt: ⁊ merentur audire. Matthei. xix. Sedebitis super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israel. Chrys. super Mattheum. homilia. xxxviij. Ueruntamen quecunque dixero: nihil representabit tale sermo quale rerum experientia. Et ideo vellem illos qui in illum deuenerunt philosophie verticem, nobis adesse: tunc manifeste videre huius rei delectationem: ⁊ qualiter nulli illorum qui diligunt paupertatem, acceptarent ditari decem milibus prebendis: tamen quam qui non lamentantur in solicitudinibus: sed rident ⁊ saltant: ⁊ ijs qui diadema sibi circumponunt magis in paupertate decorantur. Chrys. super Mat. homilia. xlvj. Quid autem si quis tibi proponeret facere fenum aurum, ⁊ posse omnes pecunias vt fenum contemnere? non vtique hoc susciperes magis. ⁊ valde decenter. etenim hoc homines maxime attraxissent. Si enim videretur auro officii concupiscerent ⁊ ipsi hanc virtutem. vt Simon magus. Act. viij. j. q. j. c. qui studet. xxvij. dist. quod interrogasti. ⁊ augeretur eis pecuniarum cupido. Si autem viderent homines vt fenum aurum despicientes: olim vtique ab hac egritudine exuti essent. Letitia mentis pauperem comitatur. Unde gl. super illud ps. lxviij Ego sum pauper ⁊ dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo in me ⁊ in membris nomen dei cum cantico: id est cum delectatione: quia si omnia desint: deus tamen mecum est. vt sequitur. Uideant pauperes ⁊ letentur. vide. s. ver. Chrys. homilia. iiij. Grego. nazanzenus. Sed facultatibus, inquis, defraudabunt meis: sed facilius mihi abscindent quas non habeo. Si autem ecclesiasticis hoc vtique est pro quo omnis pugna ⁊ omne certamen est: an ignoramus quod per pecunie cupiditatem ⁊ loculorum fraudem Iudas ad proditionem proficiscitur christi? Io. xij. ⁊ xiij. ⁊ Luc. xxij. in prin. xxiij. q. iiij. c. ij. ⁊. iij. ij. q. j. vnus. Augu. in fine libri, vnde malum. Qui (inquit) bene vult vti temporalibus bonis: non eis amore conglutinetur: ⁊ velut membra anime sue faciat quod fit a mundo: ne cum resecari ceperint: cum cruciatu tabescat: sed eis totus superferatur: ⁊ habere illa atque regere paratus sit: amittere vero ac non habere paratior. Ambro. Nullum adminiculum prestant diuitie ad vitam beatam. quod euidenter monstrauit dñs dicens Mat. v Beati pauperes spiritu. ⁊ Beati qui nunc esuritis. Luce. vj. Itaque paupertatem, famem, dolorem, que putantur mala pene. extra de iureiur. ⁊ si christus. non culpe. xv. q. j. illa. non solum impedimento non esse ad beatam vitam: sed etiam adiumento esse euidentissime monstratum est. Sed et illa que videntur bona. s. corporalia, diuitias, satietatem, letitiam expertem dolorum, detrimentum esse ad fructum beatitudinis dominico. Luce. vj. Ue vobis diuitibus. declaratio iudicio liquet. Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad vitam beatam corporis externa bona: sed etiam dispendio sunt. Hiero. in vita Malchi monachi. Ecclesia postquam ad principes christianos venit: postea ⁊ diuitijs maior est, sed virtutibus minor effecta: sed inter turbines ⁊ aduersa mundi succreuit. xij. q. j. futuram. Hiero. ad Eustochium. Alia fuit in veteri lege felicitas: in qua beatus dicitur qui habet semen in sion. Exo. xxiij. ⁊ repromissio fit diuitiarum in toto pentatheuco. ⁊. xxiij. q. v. §. hinc notandum. Statim autem vt filius dei ingressus est super terram: nouam sibi legem instituit: vt qui ab angelis adorabatur in celis. Heb. j. haberet angelos ⁊ in terris. Tunc holofernis caput Iudith continens amputauit. Iudith. xiij. Tunc Iacobus ⁊ Ioannes relicto patre rete ⁊ nauicula, secuti sunt saluatorem. Mat. iiij. affectum sanguinis ⁊ vincula seculi ⁊ curam domus pariter relinquentes. Tunc primum auditum est. Mat. x. ⁊. xix. Marc. viij. Luce. ix. ⁊. xiiij. Qui vult venire post me ⁊c. Nemo enim miles cum vxore pergit ad prelium.

Discipulo ad sepulturam patris ire cupienti non permittitur. Matthei.viij. Luce.ix. Vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos: filius hominis non habet vbi caput reclinet. ne forte contristeris si anguste permanseris. Hiero. ad Nepotianũ. ⁊ est. xij. q.j. gloria. Neq; vero aliquis mihi opponat diues in iudea templũ: mensas, lucernas, turibula, patella, ciphos, mortariola, ⁊ cetera ex auro fabrefacta: tũc hec probabantur a domino quando sacerdotes hostias immolabant ⁊ sanguis pecudum erat redemptio peccatorũ: quãq; hec omnia in figura precesserunt. Nunc vero quum paupertatem domus sue pauper domin9 dedicarit: portemus crucem: ⁊ diuitias lutũ esse putemus. christus vocat Luc. xvj. xiiij. q. v.§. sed hec. Iniquum mammonã non amemus quod Petrus se non amare testatur. Act. iij. Alioquin si tantum literam sequitur: ⁊ in auro atq; diuitiis simplex nos delectat historia: cum auro obseruemus ⁊ cetera. Ducant pontifices vxores virgines. Leuit. xxj. xxviij. di. q2 sunt. xxvij. di. nemo. ⁊ c. seminatim. xxxiiij. dist. curandum. ⁊ c. precipimus. Lepra corporis. Leuit. xiij. ⁊ xiiij. de peni. di. j. §. ex his. ver. morsi. ⁊ in gl. id est aliqua macula. vitijs anime preferatur. Crescam9: multiplicemur: ⁊ repleamus terram. Gen. j. Figam9 duodecim mense tabernacula. Deut. xvj. ⁊ solennia ieiunia buccinis cõcrepemus. Qui si hec omnia spiritualia spiritualibus. j. Cor. ij. comparantes sic intelligamus vt dominus noster intellexit ⁊ interpretatus est (sabbatum ista cum ceteris figuralibus euacuata cõstat. dicit Gratianus. xxxv. q. j. §. hac itaq;.) Aut aurum repudiemus cum ceteris superstitionib9 iudeorum: aut si aurũ placet: placeant ⁊ iudei: quos cum auro aut probare nobis necesse est: aut damnare. Si opponatur de eo quod dicit Paulus alibi ad Phil. iiij. ⁊ xlj. di. q2 dicit Scio abundare. non debet intelligi quantum ad affluentiam rerũ: sed quantũ ad sufficientiam mentis. de qua Aug. in lib. de beata vita. Nullus perfectus aliquo eget. Et quod videtur corpori necessarium: sumet si adfuerit: ⁊ si nõ adfuerit: istarum rerum non frangitur inopia. Hanc paupertatis formam Joannes etiam seruauit euangelista cum discipulis suis. inter quos duobus. s. Tito ⁊ Eugenio. de quib9 legitur ⁊ no. xvij. q. iiij. §. sed notandum. qui magnas reliquerant opes, egestate tentatis. sicut scribitur in eius legenda, ait. Nunqd non valet manus dñi vt faciat seruos suos diuitijs affluentes? sed hoc certamẽ statuit animarũ: vt sciãt se eternas habituros diuitias, qui pro eius nomine tpales opes hic habere noluerunt. Mat. v. Chrys. super Mat. homi. lxiij. Nihil ita extinguit cupiditatis flam, sicut desistere ab acquirendi concupiscentia: sicut amaram choleram abstinentia ⁊ euacuatio. Facilius enim est homines existẽtes volare: q̃ adiectione pluris quiescere facere desiderium. Et Augu. lib. lxxxiij. questionum. Charitatis venenũ est spes adipiscendorum temporalium. Greg. super Ezech. homil. vj. Neq; enim sanctus vir ideo terrena deserit: vt hic alia temporalia cẽties plus recipiat. Mat. xix. Sed per centenarium numerum perfectio designatur: q2 si quis pro dei nomine tpalia contemnit: hic perfectionem mentis recipit: vt ea non appetat que contempsit. Centies itaq; recipit quod dedit: q2 perfectionis spiritum accipiẽs terrenis non indiget: etiam hoc si non habet: hic consentit. Bernar. in sermone illo. Dixit simon Petrus Mat. xix. dicens. Quid est centuplum istud fratres: nisi cõsolationes, visitationes, primitieq; spirit9 qui super mel dulcior est? Illud centuplum pulchre lateq; exponit Abraã de charitate ⁊ virtutibus ⁊ pace animi, ⁊ emendate raliter in collatione sua que est de mortificatione: q̃ est vltima. ⁊ xxiiij. in lib. collationũ Joxasii. Et post pauca. Non est pater aut mater: non est domus aut ager: non deniq; aliquid corporale. sed plane his omnibus est delectabilius: super omnia hec dulcius: ⁊ vniuersis his iocundius est: ⁊ quecunq; desiderãtur in seculo hoc nequaq̃ huic valet comparari. Beda etiam super illud Mat. xix. Nemo est qui reliquerit domum ⁊c. Qui nimirum a fratribus atq; consortibus propositi sui: q2 ei spirituali glutino colligãtur, multo gratiorem etiam in hac vita recipiet charitatem. Cui consonat gl. ibidem. Omnes sancti ⁊ quecunq; habent communicant. xij. q. j c. ij. xxiij. q. vij. c. j. ⁊ ij. ⁊ iij. Item gl. super illud Matth. vj. Hec omnia adijcientur vobis. Omnia sunt filiorũ: ideo hec omnia adijcientur: ⁊ non querentibus. si subtrahantur, ad probationem: si dentur, ad gratiarũ actionẽ erunt. Greg. in moral. Solet inquit rerum abundantia tanto a timore diuino mentem soluere: quanto hanc exigit diuersa cogitare. Nam dum foris p multa distrahitur vel spargitur: stare in intimis fixa prohibetur. Idem Greg. in homil. super illud Luc. viij. Exijt qui seminat ⁊c. Si nos inquit vobis semẽ verbum, agrum mundum, volucres demonia, spinas diuitias significare diceremus: ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Unde ⁊ idem dñs per semetipsum dignatus est exponere que dicebat. Quis vnq̃ mihi crederet: si spinas diuitias interpretari voluissem: maxime quum ille pungant: iste delectent? ⁊ tamen spine sunt: quia cogitationũ suarum punctionibus mentem lacerant: ⁊ dum vsque ad peccatum pertrahunt: quasi inflicto vulnere cruẽtant. Hec etiam duo originalia supra sunt posita inter ista originalia. Gregorius in homil. vnius martyris super euangelium, Si quis vult. Nudi cũ nudo scilicet diabolo luctari debemus: quia si vestitus quisq; cum nudo luctatur: citius ad terram deijcit: quia habet vnde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia: nisi quedam corporis indumenta? Qui ergo ad certamen properat: vestimenta abijciat: ne succumbat. Hieronymus ad Nepotianum ⁊ transfertur. xij. q. j. clericus. ps. xv. Si autem ego pars domini sum: ⁊ funiculus hereditatis eius: nec accipio partem inter ceteras tribus. xiij. q. j. §. his ita. extra de deci. c. j. sed quasi sacerdos ⁊ leuita viuo de decimis: ⁊ altari deseruiens. j. Cor. viij. extra de preben. cum secundum. altaris oblatione sustẽtor: habẽs victum ⁊ vestitum his contentus nudam crucem nudus sequor. ij. Timo. vj. xij. q. j. episcopus. Hiero. ad Heliodorum. Nolo prestinarum necessitudinum recordaris: nudos habet eremus. Berñ. de colloquio Simonis ⁊ Jesu. Age ergo ⁊ qui relinquere omnia disponis: te quoq; inter relinquenda numerare memento. Immo vero ⁊ principaliter abnega temetipsum. Matth. xvj. Marci. viij. Luce. ix. Hieronymus loquens de paula. Testis est Jesus nec vnum quidẽ nũmũ ab ea derelictũ. Quid hac virtute mirabili9: feminã nobilissime familie magnis quõdam opib9 tanta fide oia dilargitam: vt ad egestatem vltimam perueniret? Jactẽt alij pecunias in corbonã. Luc. xix. xxiij. q. j. odi. funibusq; aureis dona pendeãt. Nemo plus dedit pauperibus quã qui sibi nihil reliquit. Mat. iiij. ibi Grego. in homil. Greg. in dialogo de

abbate

abbate Isaac sic ait. Quũq; ei crebro discipuli insinuerent vt pro vsu monasterij possessiones que offerebantur acciperet: ille solicitus sue paupertatis custos fortem sententiam tenebat dicens. Monachus qui in terra possessionem querit: monachus non est. Sic quippe metuebat paupertatis sue securitatez perdere: sicut auari solent diuites perituras diuitias custodire. Chrys. homil. viij. super Mattheum. Nunc veniens in eremum egypti paradisi hanc videbis meliorem effectam. Etenim est videre vbiq; regionis illius christi exercitum ⁊ regalem gregem ⁊ superiorum virtutum vrbanitatem. Existentia enim omni exuti ⁊ mundo omnino crucifixi? Galathas vltimo. ⁊ vltra prorsus procedunt ad corporis operationem: ad indigentiam vix cibuz sumentes. Neque enim quando ieiunant et vigilant: vacare per diem dignum existimant: sed noctes quidem sacris hymnis ⁊ vigilijs, dies in orationibus ⁊ manuum operationibus consumunt: apostolicum imitantes zelum. Luce. xviij. Oportet semper orare. j. Thessalonicen. vlti. de consecra. distinct. v. j. Corinth. iij. Verecundemur igitur omnes ⁊ diuites ⁊ inopes. quũ illi nil penitus habentes nisi corpus ⁊ manus suas, cogunt se ⁊ secum litigant impensas hic indigentibus inuenire. sicut Paulus Actuum. xxj. Nos autem multis modis terre recondimus nec superflua ad hoc tangimus. Gregorius nazanzenus in apologia sua. libro. ij. Sed paupertatem inquit ⁊ penuriam exprobrabunt. Iste sunt diuitie mee. Ista me non solum gloriantem, sed arrogantem facit. Videor enim mihi hec audire ab inimicis: quia vestigijs illius incedam: qui propter nos egenus factus est quum diues esset. ij. Corinth. viij. Atq; vtinam exuere me istis panniculis quibus circumdari videor possem: vt nudus effugerem spinas, diuitias. Matthei. xiij. Luce. viij. seculi que retinent ⁊ reuocant pergentes ad deum. Chryso. super Matth. homilia. ix. Si ab honore quidem qui in superioribus est pre alijs pecunie nos expulerint: contemptibiles erunt. Celorum autem rege per singulos dies clamante ⁊ dicente Matthei. xix. quia difficile est eum illis celum intrare: non proijciemus omnia: ⁊ non desistemus ab omnibus: vt cum libera facie regnuz ingrediamur? Idem super Joannem homil. xix. Omnia agamus vt christum imitemur. Quid igitur christus ait Matthei. viij. Luce. ix. Vulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos. filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. August. super illud apostoli. ij. Corinth. viij. Scitis inquit gratiaz domini nostri Jesu christi: qui propter nos egenus factus est: quum esset diues ⁊c. Factus est egenus intantuz vt non haberet quod habent vulpes. Luc. ix. ⁊ in hoc consilium do vt paupertatem eius seruemus ⁊ imitemur.

Predicta originalia que recollegi p magna parte de apologia fratris Bonauenture de expropriatione ⁊ de paupertate ⁊ de phibitione pecunie apostolis ⁊ apostolicis viris data, ideo superius cumulaui: vt sciant viri euangelici maxime fratres minores ad quid sunt per euangelium ⁊ suam regulam obligati: de quo euangelio ⁊ regula ⁊ declarationibus ⁊ constitutionibus generalibus ⁊ prouincialibus aliqui non curantes, votum paupertatis frangunt: superflua recipientes: que habent ad vsum sibi appropriantes: ⁊ pecunias per alios verius per se possidentes.

Quod fratres minores multi multipliciter offendũt in receptione pecunie eis prohibite per regulam. Quod etiam generalis eorum non potest facere elemosynam pecuniariam. Cap. 66.

Offendũt autem in ista receptione aliqui fratres minores, prout cõiter, multipliciter per hũc modum. Tum quia de pecunia que pro eis deponitur: emunt ⁊ faciunt superflua. quum vsus moderatus ⁊ pauper concedatur in rebus eis ⁊ non superfluus. vt in decre. Exijt qui seminat. li. vj ⁊ in clem. Exiui de paradiso. de verb. signi. clarius continetur. Expense enim voluptuose omnibus sunt prohibite: vtiles concesse: secularibus necessarie sine quib⁹ res stare non potest: expense necessarie: ⁊ vita ista nõ ducitur: religiosis maxime fratribus minoribus conceduntur. vt de hoc no. superius in. §. adhuc petita. ver. tum etiam tertio. in fi. in. c. lxiiij. Item quia de illa pecunia de emptione preciosorum faciunt emi iocalia ⁊ preciosa: ⁊ scribi libros delicatos, ⁊ vestes preciosas, ⁊ fercula lauta, cum diuite epulone. contra illud Luc. xvj. xlj. di. non cogantur. ⁊. c. parsimoniaz vide. ẽ in. §. adhuc petita. ver. tum etiam tertio. in capitulo. lxiiij. Item non pro necessitatibus ingruentibus vel emergentibus faciunt pecuniaz deponi: sed pro futuris necessitatibus ⁊ non necessitatibus: vnde non solum curant de crastino contra verbuz dei. Mat. vj. in fin. Nolite soliciti esse in crastinum. xij. q. j. habebat. sed de annorum circulo. contra pal. decre. exijt. Item quum pecunia deponatur pro taliuz necessitatibus: ipsi frequenter faciunt eam expendi ⁊ expendunt pro aliorum fratrum necessitatibus ⁊ secularium: quod fieri non potest sine licentia illius a quo deposita est: ⁊ pro quo retinet. vt preal. c. exijt. Item tota die emunt per se aliqui fratres: ⁊ vendũt per alios: ⁊ sic per personam interpositam pecuniã accipiunt ⁊ dant. contra eorum regulam ⁊ declarationes predictas. Fratres enim minores quicqd sit de alijs religiosis, nec emere nec vendere possunt p se vel per alios: nec cum licentia nec sine licentia prelatorum: q2 qui per aliuz facit: per se facit. extra de reg. iu. li. vj. potest quis. ⁊ iure sic sunt ipso. cũ venisset. q2 tales cõtractus ad veros dños ⁊ proprietarios pertinent. vide. j. §. porro. ver. ⁊ qi vt sepe. in. c. lxvij. q2 emptio ⁊ venditio sine pcio nõ procedit. extra de emp. ⁊ ven. cum dilecti. ff. eo. l. ij. ⁊ insti. eo. §. precium. sed omnis vsus ⁊ cõtrectatio pecunie per se ⁊ p alios est fratribus minoribus interdictus: vt in eorum regula ⁊ declarationibus continetur. Item tota die vendunt aliq fratres minores ligna de syluis: granum de terrulis quas aliqui habent iuxta hortos: vinum de quibusdam vineolis ⁊ pergolis: hortolitia de horto: mel de aluearijs apuz: fructus de arboribus: legumina de hortis: panẽ elemosyne vel commutant (quod idem est quod vẽdere: ⁊ qui contractus ad verum dñm pertinet) ⁊ alia suppellectilia que eis dantur, quod facere non possunt: quia non debẽt aliquid recipere, vt id vendãt, sicut expresse dicit eorum declaratio sepe dicta. exijt. §. preterea. ver. non enim. Item vadunt aliqui per terras ⁊ villas, ⁊ vbi non habent loca ⁊ habent loca, elemosynas pecuniarias procurando ⁊ petẽdo: ⁊ importunitates frequenter ingerendo: famulum retro ducendo: ⁊ denarijs pixides ⁊ loculos im-

Fratres minores multifariã abutũtur pecunia.

plendo. quod est contra eorum statum. qꝛ non est ille modus deponendi pecuniam pro necessitatibus fratrum. vt dicunt per eorum declarationes. Item ponunt aliqui cyppos ⁊ arcas in eorum ecclesijs: vt ibi seculares ponant pecunias: faciunt etiam p pueros vasa ⁊ bacinilia per ecclesiā deportari: ⁊ aliquoties extra: in quibus ponant pecuniam seculares. q̄ sunt expresse contra declara. eorum. Exiui de paradiso. § porro. Quando etiam non habent famulum paratum ad recipiendum eleemosynam pecuniariā eis datam: faciunt per dantem eam poni in fenestra vel alio loco: ⁊ postmodum faciunt eam inde accipi. quod est expresse contra mentem declarationū eoꝝ. Item intromittunt se aliqui de executionibus testamentorum vbi pecunie expenduntur ⁊ dispensant. Item recipiunt eleemosynas pecuniarias in altaribus. Item recipiunt compotum a famulis de pecunia pro eorum necessitatibus deposita. Item portāt claues cellarum scriniorum monetarum capsarum capsidilium in quibus pecunie reconduntur. Item tangunt pecunias vel cum cera vel cum ligno vel cū palea. Portant etiam quidam eorum pecunias sutas in habitibus ⁊ tunicis. Quidam etiam eorum faciunt sibi pecuniam poni in capitijs: ⁊ sic per tales pecunia contrectatur. contra declara. prediet. in casibus prelibatis. ⁊ contra predi. decla. maxime in clemen. exiui. § deniqꝫ. de ver. sig. eorum que eis precipiunt a contrectatione qualibet pecunie abstinere. Vadunt etiam aliqui per indulgentias: ⁊ ad visitādos suos parentes, ⁊ ad procurandum facta regum ⁊ baronum ⁊ comitum ⁊ aliorum, ⁊ ad studia, ⁊ ad eorum consolationes alias corporales, ⁊ ad faciendum ambaxatas ⁊ legationes, equitando ⁊ peditādo cum bursarijs, ⁊ cum maximis frequenter quantitatibus florenorum ⁊ turonum ⁊ aliorū denariorum. contra eorum statum. qꝛ isti ⁊ eoruꝫ similes nō sunt casus in quibus licitum est eos bursarios ducere: nec in quibus pro eoꝝ necessitatibus sit pecunia deponenda. ⁊ sic faciunt expresse contra declara. exiui. § quocirca. ex̄ de ver. sig. in cle. Nunqꝫ enim per viam bursarios secum possunt ducere: nisi quuꝫ per veram obedientiā non procuratā, multo fortius nō extortam, a prelatis eorum pro causis necessarijs ordinis vel alijs mitterentur: ⁊ per regiones inhumanas transirent: in quibus non esset verisimile ꝙ mēdicando eleemosynam esibilem inuenirent. In quo casu ⁊ peram possent ducere ⁊ bursarios. ſm Bedā. vt in suo originali posito. s̄. in. § proxi. inter alia paupertatis originalia continet. Iteꝫ precipiunt aliqui depositarijs suis vel nuntijs: vel famulis tenentibꝰ pecunias a deponentibus pro fratrum necessitatibꝰ expendendis, qūo ⁊ qualiter expendant illas pecunias. Capsas pecuniarū aliquoties portant. Pecunias deponūt: aut deponi faciūt: eas repetūt. hec oīa contra predic. § quocirca. ⁊ § deniqꝫ. eiusdem decre. Item si centum milia florenoꝝ ⁊ totidem talēta argenti ⁊ auri darent quibusdam fratribus: maxime eoꝝ cōitatibus: nunqꝫ respuerent: qꝛ nunqꝫ talium necessitas fineꝫ habet nec satietatē: vt ad literā taliū cupiditati satisfieri nunqꝫ possit: ⁊ totus mundus ei oblatus est pro obolo. xiiij. q. iiij. quid. Sed falso vocant necessitatem superabundantiā ⁊ voluptatem: promptuaria eructantia, ad literam ſm Dauid, ex hoc in illud. ps. cxliij. qꝛ ſm Remigium necessitas prope necesse est: ⁊ sine qua quis non potest viuere: que circa victum ⁊ vestitū, ſm apl̄m. j. ad Timo. vj. ⁊ paucissima suppellectilia his annexa, est puro ⁊ fideli oculo estimanda. x. q. ij. ep̄s. ⁊. xij. q. j. clericus. ⁊ c. ep̄s. sed quidam fratres nec prope mortē expectāt: nec prope infirmitatem: nec prope verā necessitateꝫ: qꝛ nullam necessitatem habere volunt nec pati, nec penuriam: que tñ paupertati euangelice, ſm Amb. est annexa. Et Berū sicut superius est probatū in. § s̄. proxi. in eorum originalibus. in. c. lxv. Vere ergo ⁊ veraciter hodie de facto pecunie parū vel nihil a fratribus aliquibus minoribus cōiter obseruat: ⁊ eoꝝ in hoc potissimum per eos apertissime regula violatur. Recipiunt enim aliqui ⁊ quasi oēs maxime cismontani per se ⁊ per personam interpositā denarios ⁊ pecuniam affectu pariter ⁊ effectu: eas sine necessitatibus veris ⁊ emergentibus vel ingruentibus tā pro se deponi faciendo: ⁊ in casibus prohibitis ⁊ p libito expendēdo. vt superius est multipliciter declaratum. Generalis enim eoruꝫ cū toto capitulo generali non posset alicui vnum denarium etiam cā eleemosyne elargiri. vt dixi superius in. § religio. in ver. non posset. in. c. lxj. qꝛ nemo dat quod nō habet: nec habere potest: nec dare. xxviij. di. presbyterū. j. q. j. vētum. c. gratia. ⁊. c. qui perfectioneꝫ. ⁊. q. vij. daibertū. cū. c. seq. de cons. di. iiij. qūo. in prin. ex de iure patro. quod aūt. in fi. Qꝛ denarius fratruꝫ non est nec esse potest: sed illiꝰ qui deposuit quousqꝫ in eoꝝ nō alioꝝ veris necessitatibus ingruentibus sit consumptus. vt in decre. Exijt. ⁊ Exiui de paradiso, luculenter apparet. Et hoc quod est eis ad summam gloriam, carnales ⁊ ceci ⁊ cupidi recipiunt ad suum defectum ⁊ iniuriaꝫ. Prouerb. xviij. Non recipit stultus verba prudētie: nisi ea dixeris que versantur in corde suo. Qꝛ autem gloriantur quidam fratres minores pecuniam non tangere nuda manu: in hoc mores pharisedrum vsurpant: qui decimant mentam ⁊ anetū, culicem colantes, ⁊ camelum deglutiētes. Matth. xxiij. Non enim proprie receptio est in tactu: licet ēt eius contrectatio ⁊ tactus sit eis per decre. Exijt. ex intellectu regule, ab ecclesia interdictus: qꝛ etiā ante pedes apl̄orum olim precia ponebantur: ⁊ ab eis nō tangebant. Actuum. iiij. Multi etiam mundi nobiles pecuniam tangere dedignantur: tñ expendi eam faciunt ⁊ maxima quantitate: qꝛ eorum est. tangeretur enim sicut petra vel lignum pecunia a fratribus: si haberent eam voluntatem habendi ⁊ expendēdi sine peccato: nisi ecclesia prohiberet tamqꝫ speciem mali in fratre minore. j. Thessalonicen. vltimo. j. q. j. emendari. Decens enim ⁊ consequens est ꝙ ab eius etiam contactu debeant abstinere: qꝛ contactus pecunie est etiam ad habendum pecuniam illectiuus: ⁊ qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. Eccl. xiij. Quidam frater noster lector Parisien. dixit mihi ⁊ gloriabatur ꝙ in. xl. annis non tetigerat denarium: ⁊ tamen trecentas libras turonenses habebat recōditas (vt audiui) Et adde hic quod scripsi. s̄. § religio autem. ver. qꝛ vere. in. c. lxj. ⁊ in additione ibi posita que incipit, maxima. Qꝛ autem aliqui fratres ceci dicunt ꝙ pecuniam procuratam legatam vel spōte eis datam deponi faciant apud depositarios fratrum vel nuntios per eos pecunias largientibus p̄sentatos ſm declarationes de licentia prelatoruꝫ: ⁊ sic tuti credunt in suis conscientijs existere, propter hoc solum quia de licentia faciunt eā deponi: Sciāt ꝙ nec prelati nec totus ordo simul iunctus potest dare licentiam ꝙ pecunie deponantur pro fratribus vel in speciali vel in communi. nisi secundum decla-

An p fre minore liceat pecuniā deponere.

rationes predi.cxxi.⁊.c.cxiui.§.pro necessitatibus veris ⁊ proprijs ⁊ presentibus, vel iam ingruentibus. vt ibi. Licentia autem ideo petitur a prelatis: quia ipsi debent scire ⁊ determinare pure ⁊ fideliter pro quibus veris necessitatibus ingruentibus fratrum non aliorum pecunia deponatur. Unde mortaliter peccant prelati: ⁊ preuaricatores regule sunt: ⁊ sunt occasio peccati mortalis subditorum si aliter ꝙ̃ in sepe dictis declarationibus continetur, licentiã dent fratribus ꝙ pro eis aliqua pecunia deponatur. Dupliciter enim peccant tales prelati, tum quia dant licentiam fratribus habendi pecuniam: contra regulam ⁊ declarationem predic. tum quia in peculio cũ eis dispensant quod nedum prelati fratrum minorũ facere non possunt: sed nec aliorum ordinum q possunt alias habere pecuniam in communi. vt extra de sta.mo.c.ij.⁊.c.cum ad monasteriũ. Si de licentia igitur prelatorum pecunia non potest deponi pro fratribus minoribus nisi scḋ declarationes predictas: qd dicemus de illis pseudo fratribus qui solo fratrum nomine gloriantur: qui sine aliqua licentia vel conscientia prelatorum suorum pecunias maxime sine vera necessitate faciunt deponi vbi volunt: ⁊ dispensant pro libito voluntatis. Hi peccant tales mortaliter: ⁊ qr contra regulam ⁊ declarationem predictam, pecuniã recipiunt: ⁊ quia sine licentia proprietarij sunt: ⁊ sicut proprietarij puniendi tã per eorum constitutiones ꝙ̃ per canonicas sanctiones. xij.q.j.non dicatis. extra de sta.mo.super quodam. Quidam etiam fratrũ minorum dicunt, Pauperes sumus: non habem⁹ nisi. xx.solidos: vel.x.vel.v.vel vnum. Uere tales pauperes sunt spiritu: ⁊ sine spiritu: quia etsi pauperes sunt in censu: non tñ in affectu. quia etsi non habent: hoc ideo est quia habere non possunt. parati enim tales sunt recipere sine aliqua necessitate vera: si qui darẽt inuenire valerent: sicut ⁊ semper recipiunt quum offertur: ⁊ sine oblatione quantum possunt procurant. Immo etiam illa modica pecunia que pro eis est deposita non indigent. ⁊ sic illud modicum tenendo, peccant mortaliter. xiiij.q.vlt.furantes. quia nec vn⁹ denarius pro fratre minore deponendus est: nisi pro vera ⁊ non ficta necessitate ingruenti. vt probant declarationes eorum predicte, Et contra tales dixi.ꝫ.verbum Danielis anachorite.ꝫ.in.§.adhuc petita.ver. contra huiusmodi.in c.lxiiij. ꝙ etsi censum habeant pauperis: habent tamen diuitis voluntatẽ. Paupertas enim spiritualis.i. voluntaria ⁊ penuriosa remuneratur a dño: non inuoluntaria, nec abundans. vt probat Grego.in homil.super illud Mat.xix. Ecce nos reliquimus omnia. Et satis de ista materia in. vij.§.preal. superius pertractaui. Nec ergo credant se tales fratres pro modica pecunia excusari contra regulã recepta pro qua peccant mortaliter (vt dixi) sicut pro mille florenis. licet fatear ꝙ qui plus offendunt in affectu ⁊ in pecunie quantitate: amplius puniuntur: immo ⁊ aliquo modo sceleratior videt̃ auaritia in quantitate modica, ꝙ̃ in magna: qr minus de excusatione habet. facit quod no.xcvj.dis.c.duo. Et superius est dictum scḋm Danielem anachoritam in collatione sua.iiij.in lib.collationum Joan.cassia. ꝙ eandem auaritiam quidam in religione committũt in paruis ⁊ paucis: quam in magnis ⁊ pluribus rebus in seculo committebant. Quanta ergo dementia ⁊ bestialitas est maxime in fratribus minoribus pro vno solido quo vere non indigent: ⁊ tenẽt repositum apud repositarium: perdere animas suas: sicut perderent pro centum milibus florenorum: quum tamẽ dicat dñs. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur? Mat.xvj. extra de simo.c. Mattheus. ⁊ Luce.ix. Tantum autem inualuit ista pestis ⁊ ista manifesta regule preuaricatio in ordine minorum de pecunia: sicut ⁊ in alijs ordinibus: qui tamen tantũ nõ offenduntque aliqui sunt mali fratres minores, ⁊ vtinam non sint plures, pro quibus aliqua pecunia tenetur: etsi veram necessitatem non habeant. Et aliqui mali fratres minores, qui etsi vere nõ indigeãt: eam tamen non respuunt sibi datam: immo tenent eam in cistis suis: ⁊ vt propriã pro libito exponunt. In ordine enim minorum non habent aliqui pecuniam (vt de alijs ordinibus taceamus) quia habere non possunt: quia non inueniunt largitores: sicut conscientia ⁊ experientia manifestat. Aliquotiens fr minor contra alium coram suo prelato super pecunia nedum super alijs ⁊ libris ⁊ suppellectilibus litigat: ⁊ actiones ⁊ petitiones suas intentat: ⁊ libellum format ac si sua esset pecunia. ⁊ vere sua est quantum ad eius voluntatem ⁊ affectum: quum tamen petitio ⁊ repetitio ⁊ actio vero dño pecunie deponenti pro necessitate fratris competat: ⁊ non sibi. Ceci etiam ⁊ preuaricatores eorum aliqui prelati super huiusmodi pecuniarijs questionibus audiunt aliquos: ⁊ faciunt eis iustitie, immo iniustitie complementum. Ceci duces aliqui prelati cum aliquibus suis subditis cecis in foueam mortis baratri pariter incidentes. Luce. vj. Mat.xv. xxxviij.di.que ipsis. extra de eta.⁊ qua. c.pen. Tales vero prelati circũeunt mare ⁊ aridã vt faciant vnum proselitum peiorem se. Mat.xxiij. ⁊ secum ducunt fratres subditos suos tales cum primo gehenne mancipio.s.diabolo plagis multis in perpetuum cruciandos. xl.di.si papa. Et tales ipsi prelati tot mortibus digni sunt: quot in fratres suos de huiusmodi ⁊ similibus criminibus perditionis exempla transmittunt. xj.q.iij.precipue. Quidam etiam minorum fratrum reditus pecuniarios annales vel biennales vel vltra habent: quos sibi in testamento dimiserunt parentes: aut alias a dñis dari sibi faciũt annuatim: sicut faciunt stipendiarij seculares: quum tamen nedum pecuniarios (quod est peius) scḋ nec alios reditus quoscunque habere possint scḋ eorum regulam: qr tanꝙ̃ aduene ⁊ peregrini, vt ibi dicitur, debent ire per mundum mendicando: non reditus habendo. Et est expressum in predicta declaratione eorum, Exiui de paradiso.§.proinde.in cle. Et quãꝙ̃ ordines alij possint succedere in talibus legatis ⁊ reditibus dimissis fratribus suis: ⁊ per eos eorum ordinibus acquiratur: per ea que leguntur ⁊ notãtur. xviij.q.j.c.j.xix.q.vlt.si qua mulier. ⁊ extra de priuilegijs.cum olim propter.in gl. quia quicquid. Non tamen ordo minorum potest succedere alicui: nec per fratres ei potest acquiri: qr non potest habere propriũ in cõi sicut alij ordines. vt in predicta declaratione. Exijt qui seminat. ⁊ Exiui de paradiso. liquido continetur. Illud etiã quod in ordine minorum in aliqua prouincia statui consueuitque gardian⁹ tantum ⁊ custos tm̃, ⁊ minister tm̃ dare possit: si ad pecuniam referatur: contra regulam ⁊ declarationes est: qr tot⁹ ordo non potest dare vnum denarium: quia non est suus: nec potest eo vti. vt superius est declaratũ. Donare enim ad dñm vel administratorem rerum pertinet. extra de donationibus. ceterũ. Sed nullus frater minor potest esse dñs vel administrator pecunie,

Fres minores nihil oino dare pñt.

vt patet per declarationes predictas. Illud etiam quantum sit contra eorum statum: quis cecus nō videret? Recipiunt enim ⁊ petunt aliqui prelati eorū pecunias ⁊ res apostatarum suoꝝ: quas extra ordinē sunt adepti: quum nunq̄ ordini minoꝝ possit acquiri per aliquem fratrem aliquid. vt in preal. decre. exiui. §. proinde. Nec obstat quod legitur ⁊ no. xviij. q. ij. abbates. q2 illud loquitur in ordine quocunq̄ alio qui potest habere propriū in cōi. Et cui per monachum vel fratrem alium acquiritur vagabundū: sicut acquiritur dño per seruum fugitiuum. ff. de acqui. pos. l. j. §. per seruum. Si autē religiosus esset expulsus: vel rediens ad ordinem non admissus: tunc etiam monasteriuꝫ prius non succederet ei in bonis extra monasterium acquisitis: quia seruus pro derelicto habitus nō acquirit dño. ff. de stipula. seruo. qđ seruus. ⁊ expressum. C. de lati. liber. tollen. l. j. §. sed ⁊ scimus. ⁊ no. preal. c. abbates. ⁊ extra de infan. ⁊ lan. expo. c. vnico. ⁊ Inno. extra de priuil. cum olim. ij.

Sed nec minus absurduꝫ est, ꝙ qñ frater minor moritur: prelatus aliquis eius preuaricator regule ⁊ cecus, facit ei suā elemosynā pecuniariam assignari: ⁊ eo mortuo eam retinet vel retineri facit pro communitate contra deum ⁊ statum suum: quia ordo nedū in pecunia in qua nihil hꝫ facere: sed nec in re aliqua fratri succedit. Nam pecunia que erat deposita pro illo fratre: eo mortuo reddit ad illū dominum ⁊ deponentem pro quo antea tenebatur. vt in preall. decre. exijt. ⁊ c. exiui. ⁊ tantum in illa pecunia habet facere ordo: quantum in illa que remansit in arca illaꝫ deponentis. Si autem non inueniatur deponēs aut heredes eius: illam pecuniam que stabat pro fratre mortuo, hꝫ diocesanus eps pro deponētis aīa dispēsare: sicut habet facere de incertis: q2 ipse est ⁊ esse dꝫ dispensator ⁊ pater pauperuꝫ principalis. xij. q. ij. sancimus. ⁊ c. mos. c. concesso. c. quatuor. ⁊ q. j. eps habeat. extra de testa. tua. de iude. cuꝫ sit. in aut. de sanc. epis. §. si autem. C. de epis. ⁊ cleri. nulli licere. C. cōmunia de succes. aut omnes peregrini. Vide qđ scripsi. s. in. §. in predictis. ver. si queris. in c. lxv. Alia autē preter pecuniam, que reliquit frater moriens: ad vsum fratrum ordinis remanent: q̄diu rerum illaruꝫ dator ⁊ proprietarius patietur: quia donator nō potuit transferre in ordinem proprietatis non capacē etiam in communi proprietatem illarum rerū, quas ordini vel fratri ad vsum tantum concedere potuit: vsq̄ ad sue vel suorum heredum beneplacitum voluntatis. Non eniꝫ donator talis vel testator potuit facere quin in donatione sua vel legato leges ecclesie ⁊ declarationes locum haberent fratrum minorum proprietatis incapacium. extra de testa. requisiti. legitur ⁊ not. i. rū. ⁊ in gl. x. q. j. Usus autem illarum rerum dispensabitur per prelatos ordinis: sicut eis cū fratribus videbitur expedire. vt in preal. decla. exiit.

Item tota die faciunt pictanciam aliqui fratres pro quorum necessitatibus pecunia est deposita, bonitati fratrum vel prelatis vel aliis specialibus suis amicis fratribus ⁊ secularibus. Condemnantur etiam per prelatos aliquos fratres aliqui ad eas faciēdas quod totum est baratariа ⁊ contra statuꝫ: vt superius tactum est. quia pecunia pro necessitate fratris p̄senti vel ingruenti deposita: quia nec aliter deponi potuit: nec debuit ſm declarationem predi. in alienos vel alios vsus expendi non potest sine voluntate deponentis q̄ fratri necessarios ⁊ ingruētes pro quo est deposita. vt preal. c. exijt. Iterum qua conscientia ceci ⁊ carnales prelati quidaꝫ eorum maiores vt minister ⁊ custodes, possunt condemnare ⁊ taxare ⁊ collectas imponere super gardianos ⁊ vicarios eoꝝ in certa pecunia exsoluenda eis ⁊ contribuenda pro eorum necessitatibus aut prouincie: ⁊ mandare per obedientiam ⁊ aliquotiens sub pena excōmunicationis quam ipso facto incurrunt nisi dederint? Hoc n. totum contra statum eorum est ⁊ regulaꝫ. Pecunia enim assignata pro necessitatibus loci fratrū, nunq̄ potest sine licentia expressa concedentis in vsus vel necessitates prelatoruꝫ vel prouincie deputari. vt in preal. decre. exijt. ⁊ illa maledicta obedientia non est timenda nec seruanda: quia contra regulam ⁊ declarationes eius est: ⁊ contra deum. xj. q. iij. non enim. c. si dñs. c. iulianus. c. qui omnipotentem. c. qui resistit. c. si imperatores. c. si is. Nec illa sententia excommunicationis timenda est nec seruanda: quia errorem continet intolerabilem. s. peccatum. vt legitur ⁊ no. extra de senten. excō. per tuas. vbi de hoc. ⁊ c. venerabilibus. lib. vj. De pecunia fratrum aliquoruꝫ studentium quid dicemus? Illi eniꝫ tales absq̄ aliqua conscientia cum tota instantia. j. Cor. viij. scientia eā extra necessitates veras presentes vel ingruentes recipi faciunt ⁊ expendi. Primo procurando studia: ⁊ frequenter emendo muneribus ⁊ adulationibus. j. q. ij. sunt nonnulli. ⁊ inquietationibus: ad que vadunt ⁊ in quibus stant assidue cum pecunia. Quuꝫ enim ſm decla. predic. deponi nunq̄ possit pecunia nisi pro necessitatibus veris presentibus vel iaꝫ ingruentibus fratrum: vt sepe dictum est: postq̄ ordo per obediētiam non procuratam non mittit fratres ad studium: sed potius ipsi cum suis ambitionibus se mittunt: que necessitas potest dici, que est potius ⁊ verius importunitas, studia procurare in quibus expendunt tantas pecunie quantitates, quas nūq̄ tantas in seculo habuerunt? nec loquendo verisimiliter. Vere talis non est necessitas: quia ordo plenus multis est studentibus ⁊ regulam frangentibus: ⁊ vtinam talis ⁊ tanta in ordine scientia inflatiua. ex̄ de renun. nisi cum pridem. §. pro defectu. j. Cor. viij. scientia nunq̄ esset: occasione cuius quorundā fratrum conscientia est consumpta. contra quos Paulus. j. ad Cor. j. ⁊ xlix. di. c. j. ver. albuginem. Vere ergo non est talis necessitas: sed presidendi ⁊ ambitionis cupiditas, ⁊ tollendi desuper caput iugum obedientie regularis. Vere enim hodie aliqui fratres q vadunt Parisios maxime ⁊ alio de gratia ⁊ licentia, non proprie de obedientia: nō vacant vt studeāt ⁊ sibi ⁊ aliis proficiant. vt extra de magistris. c. viii. sed vt preemineant: ⁊ ordinem ⁊ fratres cū suis partialitatibus ⁊ diuisionibus et honoribus ⁊ pompis ⁊ dissolutionibus inficiant. Nam veraciter aliq magistri ⁊ lectores primi ⁊ precipui regule preuaricatores ⁊ ordinis destructores. Legem dedit eis euāgelicam legislator almus Franciscus: ⁊ nemo ex eis ad literam seruat legem. Jo. vij. Utramq̄ legem regule nouam ⁊ veterem verbis predicant: moribus impugnant: tota die disputant: tota die syllogismos componunt: ⁊ tota die forasterias ⁊ hospitia implent. ex̄ de vita ⁊ hone. cle. a crapula. calices fecundos euacuant: loculos copulant. xij. q. j. nolo. ⁊ post buccas rubentes. xxxv. di. ecclie. ⁊ eructantia viscera de crapula ⁊ ebrietate, de paupertate regule sacratissime carnales intellectus euomunt. xxxv. di. ecclie principes. In capitulis regulam allegant: ⁊ regulam beatificant: et digito eam mouere nolunt. Vere successo-

Fratrum minorum extra cenobia studētiū delicta

res tales ꝛ heredes filij scribarū ꝛ phariseoꝝ: quia
ad eorū vitia deuenerunt. Mat.xxiij. xxvi.q.vij.al
ligant. Qua ergo conscientia miseri maxime euntes
de gratia Parisios soluunt pro expensis: ꝛ alij fre
stabularij recipiunt tantā.s.xxx. florenos pro anno
pecunie quantitatem? quorum parentes in mundo
vix vnq̃ꝫ vnum habuere florenum: ꝛ vix ventreꝫ pa
ne miliaceo repleuerunt. xij.q.ij.gloria. Non video:
nec aliquis habens oculum simplicem ꝛ clarum po
test videre: sed video ꝙ expresse est contra regulaꝫ ꝛ
declarationes predictas. Deinde quum sunt in stu
dio aliqui non contenti vita communi fratruꝫ: emi
frequēter faciunt aliqui omni die comestibilia ꝛ po
tabilia: adinuicem sibi pictancias faciunt: ꝛ symbo
lizant pro gula. tunicas delicatas emunt. libros pre
ciosos ꝛ vere superfluos, multos non necessarios e
munt ꝛ scribi faciunt. pecunias sibi mutuant adin
uicem: ꝛ frequenter secularibus libros emunt ꝛ vē
dunt: nec per procuratores Romane ecclesie: per quos
tamen hodie venditiones, ꝛ emptiones, ꝛ permuta
tiones, quietationes, remissiones, donationes, loca
tiones, ꝛ alij contractus ad veros dominos ꝛ admi
nistratores pertinentes fieri non possunt: quia per
dñm papam Joā. xxij. reuocati sunt. vt in sua consti
tutione, Ad conditorem canonuꝫ, incipiente dicitur
manifeste. Qua constitutione nihilominus non ob
stante, quidam fratres abutuntur procuratoribus
sicut prius, ꝛ aliqui absq̃ꝫ aliquo procuratore sicut
pessimi proprietarij predictos actus exercent: quuꝫ
hodie in ordine nec extra ordinem: nec per fratres: nec
per alios nomine fratrū, multo minus nomine pro
prio, quuꝫ ad eos non pertineant: aliquid de rebus
fratruꝫ cum aliquo possit de predictis actibus exer
ceri: nisi soluꝫ per illos qui res quarum vsum habēt
fratres, fratribus dederunt: ꝛ qui sunt veri proprie
tarij ꝛ domini earundem. Loca auteꝫ fratrum libri
ecclesiastici ꝛ vasa ꝛ alia ecclesie paramēta, siue que
habet vel habebat ordo ante illam constitutionem,
Ad conditorem canonum. siue que postmodum ha
buit: non possunt distrahi nec aliquo titulo alienari:
sine voluntate expressa Romani pontificis qui ad
huc in talibus sibi proprietatem ꝛ dñiuꝫ reseruauit.
sicut in dicta constitutione. ad conditorem, continne
tur expresse. De fratribus autem euntibus per ve
ram obedientiam non procuratam, quia tunc nō est
licentia si procuretur: quãq̃ꝫ in literis prelatoruꝫ obe
dientia vocetur: ad studia de voluntate pecunias p
cis deponentium satis crederem ſm declarationem
Nicolai que concedit fratribus libros scientiales ꝛ
studia: ꝙ expensas necessarias possunt facere pro eis
illi depositarij vel nuntij eorum tenentes eleemosy
nas: libros paucos ꝛ necessarios ꝛ pauperes ipsis
facere: emere tunicas viles ſm regulam: ꝛ alias ex
pensas necessarias de illa deposita recipere pecunia.
Quia ex quo eis studia concedūtur, ꝛ omnia illa ne
cessaria sine quibus studere non possunt, concessa sunt
c. pre. declara. extit. ex̃ de offi. dele. preterea. ꝛ. c. prudē
tiam. ꝛ. c. suspitionis. ꝛ. no. ij. q. vij. cum pastoris. xij.
q. j. non dicatis. ex̃ de accusa. ex parte. j. in glo. ij. ꝛ per
Jo. an. extra ne cle. vel mo. vt periculosa. in gl. ꝛ tūc.
lib. vj. Magis tamen consulerem ſm beatuꝫ Fran
ciscum viaꝫ simplicitatis ꝛ purioris paupertatis te
nere: non eundo per studia cum bursis, ꝛ bursarijs,
cum equis ꝛ summis librorum ꝛ supellectiliuꝫ: qꝛ
occasio depositionis pecuniarum pro necessitatibus
fratrum preuaricationeꝫ regule propter abusum cō
muniter operatur. qꝛ vbi lex declarationis de facto
pecunie, ibi ꝛ occasio preuaricationis. Lex enim ſm
Paulum iram operatur. ad Ro. iiij. Ubi enim non
est lex, nec preuaricatio. vt ibi. ergo a cōtrario vbi de
claratio de facto pecunie fratrū: ibi preuaricationis
occasio. vnde ꝛ sancta eorum regula dicit. Precipio
firmiter fratribus vniuersis vt nullo modo per se vel
per personam interpositā recipiant denarios vel pe
cuniaꝫ. Sed fratres multi recipiunt omni modo: nō
negatiuam sed affirmatiuaꝫ tenentes: que carnis est
magis amica. Et hoc ex occasione alicuius modi quē
predicta Nicolai declaratio adinuenit: qui modus
satis purus si seruaretur, difficillimus ꝛ subtilissim⁹
ad seruandum a paucis bene obseruatur. Adde qđ
scripsi. s. in. §. religio autem. ꝟ. vtinam. cum. ꝟ. se. in
c. lxj. Uolentes enim fratres per vias incedere am
pliores ꝛ a puritate promisse euangelice pauperta
tis recedere, contra voluntatē beati Francisci decla
rationes fieri procurarunt: qꝛ mādauerat pater per
obedientiam in testamento suo quod fecit, ꝙ fratres
pro nulla re a sede apostolica literam aliquam impe
trarent: preuidens per declarationes apostolicas ꝛ
priuilegia regulam relaxandaꝫ sicut impresentiarū
videmus. Si tamen declaratio seruaretur: tuti starēt
in conscientijs fratres. sed ex spiritu tepescente ꝛ de
clarationum occasione nec regula nec declaratio cō
muniter obseruatur. Quia cum ad literam etiaꝫ de
facto pecunie ꝛ de sancta paupertate ꝛ de alijs regu
le articulis vult regula obseruare: declarationibus nō
indiget. qꝛ vnctio spiritussancti eam declarat ꝛ do
cet. j. Joan. ij. extra de sacra vnc. c. vnico. §. de secūda.
Et bonā habentibus voluntatē non est regula diffi
cilis: sed facilis ꝛ possibilis: quia non est aliqua lex
de impossibili. ff. de re. iur. impossibiliū. extra de pac.
c. fi. Et erroneum est dicere ꝙ sancta Romana eccle
sia mater omnium ꝛ magistra. extra de priui. antiq̃.
regulam impossibilem confirmasset: aut legē captio
sam fratribus dedisset. vt est expressum. di. iiij. erit au
tem. xxvij. q. j. de viduis. ij. Unde propriissime potest
dici de declarationibus super regulam fratrum mi
noruꝫ: quod dicitur de creaturis. Sapi. xiiij. ꝙ facte
sunt in odium ꝛ in tentationeꝫ anime hominum: ꝛ
in muscipulam pedibus fratrum insipientium. Naꝫ
vt dixi quum regula pecuniaꝫ nullo modo recipi pa
tiatur: fratres nonnulli ex declarationum aliquali
modo ꝛ occasione eaꝫ recipiunt indistincte. quia oc
casio pecuniarum ſm declarationes pro necessitati
bus fratrum depositarum preuaricationem regule
cōiter operatur. facit enim multa occasio ꝛ opportu
nitas. extra de eo qui cog. consang. vx. veniens. Et
ſm apostolum. j. Thessa. vlti. Ab omni specie mala
abstinendum est. j. q. j. emendari. extra de vi. ꝛ ho. cle
ricorum. ab omni. ꝛ de simo. audiuimus. Et secun
dum Jsaac de vita contemplatiua, quum rerum op
portunitatem accipimus nosipsos non possum⁹ con
tinere. Et qui occasionem peccati non tollit: ſm eūꝫ
inuitus trahitur ad peccatum. nec tamen talis sim
pliciter est inuitus. xv. q. j. merito. ꝛ. c. non est qꝛ vo
luntarius occasionem peccandi accipit. nemo enim
peccat inuitus. vt pre. c. non est. ꝛ. §. j. vbi de hoc. ꝛ
de pe. di. ij. si enim. ꝛ. xxiij. q. iiij. vasis ire. alias est. §.
sub. c. nabuchodonosor Depositio ergo scilicet pecu
nie facta pro fratribus, preuaricationis regule occa
sio est. Est. n. occasio delicatas expensas ꝛ superfluas
faciendi: ꝛ necessitatem veram in falsam commutan
di: ꝛ veram paupertatem rumpendi. Ex occasionē

Regule beati Frā cisci decla rationes culpātur.

ergo declarationum ab ecclesia sancta sanciatarum ⁊
male seruatarum, data est occasio communiter fratri
bus infirmis contra eorum regulaz pecunias habē
di recipiendi ⁊ eis abutēdi. licet ecclesia sancta Ro
mana has sancte ⁊ sancta intentione ediderit: pro-
pter fratrum multitudinem relaxatam: quibus ar-
cta via. Mat. vij. maxime de facto pecunie sancte re
gule videbatur. Et qꝛ in ordine tepuerat feruor pri
mus ⁊ apostolicus ⁊ Frācisci: ⁊ a via discesserat sim
plicitatis: ⁊ viaz acceperat scientie curiositatis. Un
de (vt dixi) data occasione pecuniarum per declara
tiones vere facta est in ordine paupertatis religio
preuaricatio cōmuniter generalis. ⁊ quod ab eccle-
sia prouisum fuit ad remedium fratrū infirmoꝝ, te-
tendit ad eoꝝ noxam vnde propterea reuocande es
sent declarationes ad hoc exp̄ssum. extra de rescrip.
statutum. i. rñso. lib. vj. ⁊ de excep. pia. j. rñso. lib. vj. ⁊
de sent. ex. alma. j. rñso. lib. vj. lxiij. di. §. verum. ex̄ de
deci. suggestum. Si abesset regula literalis: daretur
sine alia glossa sicut ab initio fuit data. Non enīz pa
ter benedictus almus Franciscus vir totus aposto
licus tale remedium ad non rumpendum euangeli
cam paupertatem: quam suam matrem ⁊ sororem ⁊
dominam appellabat, potuit inuenire: vt se christi e-
uangelio totaliter conformaret: qui de nullo modo
recipiendi pecuniam per se nec per personaz interpo
sitam vt continetur in regula a spiritusancto dictata
firmiter preciperet suis fratribus vniuersis. Unde
(vt dixi) contra voluntatem eius patefactam in te-
stamento fratres fecerunt ⁊ contra suam obediētiā
illi qui declarationes a sede apostolica procurarunt.
Et licet dñs Nicolaus papa in declaratione sua di-
cat ꝙ fratres non sunt obligati ad eius testamentuz
seruandum: quia ille almus Franciscus successores
non potuit obligare: quia non habet imperiuz par
in parem. extra de elec. innotuit. Nec credo salua ec-
clesie veritate ꝙ parem in ordine in spiritu ⁊ de fac
da circa hoc volūtate dei habuit vel habebit. Si. n.
(vt dictum est) litera regule literaliter est possibilis
ad seruandum: ad quid declaratio? Nec enim regu
larum institutores scripserunt eas figuraliter: qꝛ tūc
esset obligatio in figura. de con. dist. ij. reuera. xxxv. q. j.
§. hoc itaqꝫ. sed literaliter. ⁊ talis litera non occidit:
sed viuificat. nec iudaizat obseruans: sed christianis-
zat ⁊ apostolizat. extra de sacra vnc. c. vnico. §. fi. Cre
do in hoc eum condescendisse infirmitati communi
tatis fratrum nolentium sequi perfectissimam volū
tatez beati Francisci edocti a spiritusancto ⁊ sanctū
rigorem eius ⁊ testamenti sui. quo durante sctā paup
tas in ordine perdurasset. Nec dicere intendo (qđ
absit) ꝙ papa regulam non potuit declarare. qꝛ be-
ne scio ꝙ sicut eaz potuit dare ⁊ confirmare: ⁊ dedit
⁊ confirmauit ita tam potuit declarare. qꝛ ad quem
spectat datio legis ⁊ priuilegiorum ⁊ regularū ⁊ edi
tio: ad eum pertinet ⁊ interpretatio ⁊ declaratio. xj.
q. j. §. ex ijs. C. de legi. l. vlti. extra de sen. ex. inter alia.
extra de iudi. cum venissent. vbi de hoc. sed quia etsi
hoc dñs papa proculdubio potuit ⁊ bonā intentio-
nem habuit: beato tñ Francisco non placuit. Nam
⁊ beatus Paulus ⁊ beatus Barnabas de societa-
te beati Joannis cognomento marci. Act. xv. discor
dauerunt ⁊ separati sunt bona intentione ⁊ zelo. sic
in casu nostro. Non autem credo ꝙ almus Francis-
cus testamentum suum quod est sue regule declara
tio: ⁊ christi ⁊ sua intentio: spirituale nō carnale, nō
temporale sed eternale, alio spiritu fecerit ⁊ dictaue-
rit ꝙ quo regulam sanctam suam: sed vtrunqꝫ spiri
tus dei viui digito consignauit. Nec enim quum te
stamentum fecit: erat minus perfectus immo ma-
gis. qꝛ crescebat de virtute in virtutem sicut vir iu-
stus. ps. lxxxiij. Prouer. iiij. de pe. di. ij. non reuerte-
bantur. ⁊ c. dum sanctam. Nec minus de voluntate
dei sciuit: immo plus, ꝙ quando spiritusancto dictā
te conscripsit regulam: immo magis cum deo coniū
ctus erat ⁊ illuminatus magis quādo fecit testamē
tum suum prope finem suum: ꝙ quando conscripsit
regulam parum post conuersionem suam. Sed (vt
dixi) fratres minores tepefacti a sancto feruore pa-
trio ⁊ patrum suorum primorum nauseantes super
mannia cibum angelicum. i. regulam pascentem ani
mas per virtutes ibi insertas ⁊ dicentes, Quis da-
bit carnes ad vescenduz? Recordamur piscū quos
comedebamus in egypto gratis. In mentez venīūt
nobis cucumeres ⁊ pepones, porriqꝫ ⁊ cepe ⁊ allia.
Anima nostra arida est. Nihil aliud respiciunt ocu-
li nostri nisi man. Nume. xj. querentes occasionez re
cedendi a rigore sancte paupertatis ⁊ humilitatis ⁊
ab obseruantia regule ⁊ euangelij possibili literali: q̄
nedum possibilis erat ⁊ est feruorem bone volunta
tis habentibus: immo suauis ⁊ leuis. Mat. xj. ⁊ fꝫ
Aug. Amor immania ⁊ difficilia facit leuia. Non cu
rantes seruare voluntatem patris: quam in testamē
to suo fratribus notificauerat ⁊ seruare mandaue-
rat. Et sic fractores testamenti ⁊ indigni hereditate
perfectionis euangelice: que maxime in paupertate
⁊ humilitate ⁊ charitate consistit. xj. q. ó. j. sylucster. a
sede apostolica declarationes ⁊ priuilegia plurima
impetrarunt. per que a sancta paupertate ⁊ humili-
tate quasi omnimode recesserunt. Nam eoruz priui
legia per que nemini subsunt nisi sedi apostolice: eos
in superbiam erexerunt: ⁊ in contumaciam ꝯtra om
nes prelatos. Quum enim omni creature fm beatū
Petrum. j. Pet. ij. ⁊ extra de ma. ⁊ obe. solite. j. rñso.
quilibet debeat esse subiectus propter deum ⁊ pro-
pter meritum sancte humilitatis. quia filiorum Be
lial qui interpretat absqꝫ iugo. j. Reg. x. est nolle sub
esse. sed semp dominari velle. vt lucifer. Esa. xiiij. con
tra quos Bern. Quanti vsqꝫ hodie feda sequuntur
infeliciaqꝫ vestigia? Immo ꝙ pauci euadūt quibus
libido dominandi non dominetur? Quem sequ. mi
ni miseri? Nonne iste est mons in quem ascendit an
gelus: ⁊ factus est diabolus? Maxime fratres mino
res qui magis humiles esse debent ꝙ homines de
mundo: per regulam ⁊ professionem ⁊ vocationem
suā omnibus subesse debent: maxime dominis epi-
scopis ⁊ alijs prelatis ⁊ ordinarijs locorum ⁊ sacer
dotibus: ⁊ eis honorem ⁊ reuerentiam exhibere: si-
cut ipse pater in regula ⁊ in testamento mandauit.
Uerus enim humilis nedum superioribus sed infe-
rioribus subijcit se. sicut christus subiectus erat ma-
tri ⁊ Joseph. Luc. ij. Et est iustitia omnis: sicut dicit
dñs Mat. iij. Joanni baptiste. sic enim decet serua-
re omnem iustitiam. que est fm gl. ibi. subdere se mi-
nori. Eorum priuilegia faciunt eos contendere tota
die: quum aliam maxillam deberent porrigere ferē
ti. Mat. v. xxiij. q. j. §. j. Ego autem titius darem ala
pam seculari: ꝙ modicum verbum iniuriosum dice-
rem aliquibus fratribus minoribus. tāta hodie eo-
rum est impatientia ⁊ superbia. Faciunt etiam eos
contemnere prelatos ecclesiarum: ⁊ occasione priui
legiorum magis sunt insolentes ⁊ magis delinquūt.
qꝛ facilitas venie incentiuum tribuit delinquendi.

xxiij. q. iiij. est iniusta. de facto: vt dicit ibi glos. non de iure. ⁊ extra de vi. ⁊ ho. cleri. vt clericoꝝ. Quã tamẽ pretextu priuilegioꝝ non deberet crescere flagitiorũ authoritas. C. de priuil. scho. l. ij. lib. xj. Nec remissio peccatoꝝ det licentiã delinquendi. j. q. vij. exigunt. de pe. di. iij. sane. Et dicit imperator. Non permittas delinquẽtes aliquibus priuilegiis vti. in aut. de mã da. princi. §. q̃ si delinquentes no. extra de priui. tuarum. Et faciunt se timeri sicut domini: non sicut serui christi, qui timent ⁊ nolunt timeri. s̃m fratrẽ Egidium sed ab omnibus diligi. quia timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorẽ. j. Joan. iiij. xxiij. q. vj. §. ex ijs. Non enim dicitur homini vt terror suus ac tremor sit contra homines: sꝫ super cuncta animantia terre. Gene. ix. vbi Gregor. Homo quippe brutis animalibus natura prelatus est. ⁊ idcirco ei dicitur vt ab animalibus non ab hominibus timeatur. quia contra naturam est superbire: ⁊ ab equali velle timeri. naturaliter enim omnes sumus equales: sed peccatum facit subesse. xxij. di. de constantinopolitana. Item priuilegia liberant fratres ab oppressionib⁹ ⁊ grauaminib⁹ ⁊ iniuriis mũdanoꝝ, quum tamen ista sit professio apostolica, in tribulationibus gloriari. ij. ad Coꝝ. xij. ⁊ Actu. v. in fin. Ibant apli gaudentes a conspectu concilij: q̃m digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliã pati. ⁊ Roma. v. sed ⁊ gloriamur in tribulationibus. Bern. Testimonium diuini amoris. nullum credibilius: nullꝰ certius in hac vita: q̃ increpatio que superbiam, negligentiã, ⁊ ingratitudinem repellit. quo triplici vitio omne genus religiosorum periculose laborat. Et super illud. ps. cxviij. Exarserunt sicut ignis in spinis. dicit Greg. Per flammas detrahentium ⁊ persequentium iustorum vita comburit sed si que poterant esse peccatorum spine: concremãtur. Item Greg. Abel esse renuit quem Cayn malitia non exercet. vij. q. j. §. cũ ante. vbi de hoc. xxiij. q. iiij. hec autem. Item Mat. v. persecutionem sustinẽtibus dicitur q̃ ipsoꝝ est regnum celoꝝ: ⁊ vasa figuli probat fornax. homines autem iustos tentatio tribulationis. de pe. di. ij. si enim. vltra. ij. colũ. ibi. ⁊ vasa. Et Grego. Quisq̃s appetit plene vitia euitare: studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare: vt tanto post mundior ad iudicẽ veniat: quãto magis nunc ei⁹ rubiginẽ ignis tribulationis purgat. Et. j. Pet. ij. Chris passus est p nobis vobis relinquens exẽplũ ⁊c. Itẽ quũ p̃uilegia sint lex p̃uata. di. iij. priuilegia. ⁊ ex̃ de Ab. sig. abbate. nõ est viroꝝ perfectorum leges cões abiicere: sed eas perfectius aliis obseruare. Unde super illo verbo. j. Timo. j. Justo non est lex imposita. dicit Bern. Alia est lex promulgata a spiritu seruitutis in timore: alia a spiritu libertatis in suauitate data. nec sub illa coguntur filij: nec sine ista se viuere patiuntur. Uis audire quia iustis non est lex imposita? non accepistis, ait Paulus, spiritũ seruitutis iterum in timore. Roma. viij. xxiij. q. vj. §. ex ijs. Uis audire quia sine lege charitatis nõ sunt: sed accepistis, inquit, spiritum adoptionis filiorum. Unde quod dicitur. j. ad Timo. j. Justo non est lex imposita, intelligitur. i. non tanq̃ inuitis imposita. sed volũtarijs eo liberaliter data quo suauiter inspirata. Sancta ergo est omnis lex iusta propter transgressionem prohibendã ⁊ puniendã. Ũn Gala. iij. Lex posita est propter transgressionem. ⁊ dist. iiij. facte sunt. ⁊ in prohe. decre. Rex pacificus. ⁊ in prohe. vj. li. Hic adde quod scripsi. s̃. in. §. rursus. Ꝟ. tria autem. cum. Ꝟ. seq. qui incipit. sic etiam intelligitur. lij. c. ⁊ in. §. religio. Ꝟ. non errauit, in c. lxj. Propter causas predictas pater almus Franciscus noluit in ordine suo haberi priuilegia. sed dicebat. Hoc est priuilegium pro me ⁊ fratribus meis: nullum scilicet habere priuilegium super terram: sed omnibus obedire: ⁊ inferiorem me omnibus reputare. Unde cõtra voluntatem suam a sede apostolica priuilegia impetrarunt. vt patet in testamento suo: ⁊ sepius supra dixi. s̃. in. §. religio. ver. tollat inquam. in c. lxj. Ũn quũ transiret per Lombardiam: ⁊ in quodam loco fratrum dixissent sibi fratres q̃ quoddam priuilegiũ impetrarant pro quodam fratre magno predicatore, q̃ per totam Lombardiam authoritate apostolica posset libere predicare. pater priuilegiũ sibi fecit dari ⁊ cultellum: quo totum illud priuilegiũ minutatim abscidit ⁊ proiecit in ignem. Declarationes etiam (vt dixi) maioris preuaricationis occasio fuerunt. nam sicut experientia manifestat ⁊ veritas occulta: quanto in ordine facte sunt plures declarationes: tanto sunt plures preuaricationes. Sensus enĩ ⁊ cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia. Gen. viij. ⁊ procliuis est cursus ad voluptatem. ⁊ imitatrix natura vitiorum dicitur in cõcilio Toletano. xx. q. iij. procliuis. xij. q. j. c. j. Uolens autem seruare pure ⁊ simpliciter ⁊ etiam literaliter suam regulam sanctam ⁊ possibilem ⁊ supererogantem aliis regulis in vita ⁊ in merito. procliuitatem illam facile vincit. Quamq̃ autem, vt supra dixi, declarationes Romanoꝝ pontificum contra voluntatem beati Francisci (ne per occasionem earum fratres recederent a regule puritate) fuerint impetrate: quia spiritus prophetie non semper est in sanctis. de pe. di. ij. querendum est. alias est. §. sub. c. valida. credo declarationes per spiritũsanctũ ab ecclesia emanasse: quia statum euangelicum ⁊ eius perfectionẽ declarant ⁊ confirmant. que perfectio tpe pape Jo. de caturco. xxij. fuit vehemẽtissime impugnata: ⁊ regula ⁊ declarationes. sed veritas apud Esdram valet ⁊ inualescit. viij. di. consuetudo. ⁊ Esdre. iiij. declaratione non indiget: quia ipsa per se clarissima est: ⁊ nedum possibilis sed facilis ⁊ suauissima. vt supra dixi in. §. religio. ver. non errauit. in c. lxj. bonam habẽtibus voluntatem, ⁊ gustantibus spiritumsanctum ⁊ verẽ expropriatis a mundo, ⁊ crucifixis mundo. Sed sicut scribitur Prouer. xviij. verum est q̃ occasiones querit qui vult discedere ab amico. sꝫ hoc intelligo de falso amico. Naꝫ Eccl. vj. quinq̃ amicoꝝ genera distinguunt. sed q verus amicus est regule: q̃ eam diligit ⁊ eã seruat: nec querit ab ea recedere. q̃ omni tpe diligit qui verus amicus est. Prouer. xvij.

De glossis factis contra regulaꝫ beati Francisci per Geraldum Generalem ministrũ ⁊ quosdã alios ministros Prouinciales tpe d. Pape Joan. 22. Auinione, ⁊ de improbatione earum. Cap. 67.

Porro ad veritatem ⁊ defensionem sancte regule fratrum minoruꝫ sciendũ est ⁊ memorie commendandum futuris temporibus profuture, q̃ (sicut. s̃. §. proximo. s̃. Ꝟ. non enim. dixi ⁊ probaui) ad illuꝫ scilicet Romanum pontificeꝫ pertinet regule declaratio: ad quem pertinet eius concessio ⁊

confirmatio. Item quum regula sancta fratrum minoꝝ sit medulla euangelij ſm beatum Franciscum ⁊ de eo sit tracta: ad quem pertinet euangelij declaratio: ad eum pertinet ⁊ regule euangelice elucidatio. quia hec de maioribus causis est. xvij. dist. nec licuit. extra de bap. maiores. in princ. Hoc ideo scribo quia tempore domini pape Jo. xxij. anno pontificatus eius. xvj. quidam viri Belial pseudo fratres minores inimici dei ⁊ beati Francisci euangelij christi ⁊ regule predicte ⁊ vere ordinis sceleratissimi proditores ⁊ destructores. ⁊ in ordine eodem scilicet fratrum minorum quidam eoruꝫ prelati ⁊ ij precipue querentes que sua sunt. Phil. ij. viij. q. j. sunt in ecclesia. ponentes os in celum ventribus gradientes super terram. xxj. dist. in tantum. non recte cogitantes, sed malignissime contra sanctum ordinem ⁊ regulá machinantes. Sap. ij. ⁊ Hiere. xviij. que duo. c. percutiunt valide istos impios: procurarunt cuꝫ predicto dño papa Joanne ⁊ quibusdam cardinalibus declarationes omnes factas super regulam a sede apostolica, maxime decre. dñi Nicolai totaliter reuocari. allegantes quod ego supra de testamento patris dixi in. §. ӡ. proximo. ver. nec dicere intendo. sed ipsi meo ⁊ sancte regule contrarium intellectuꝫ habentes, vt regulaꝫ destruerent: dicentes (vt dixi) ꝙ contra voluntatem beati Francisci fuit ⁊ contra suuꝫ testamétum aliquá declarationem super regulam a sede apostolica impetrare. ⁊ ꝙ declarationes erant fratrum ligamina. ⁊ ꝙ sine declarationibus melius poterat regula obseruari. ⁊ ꝙ declarationes erant impossibiles ad seruandum. fingentes se pro zelo regule ⁊ testamenti hoc dicere: quum tamen tacite ⁊ subdole ipsam per huiusmodi reuocationem declarationum intenderent destruere. sicut apparet in eorum declaratione. immo potius destructione nefandissima ⁊ falsissima ⁊ carnalissima quam fecerunt super regula ante dicta. Declarauerunt enim authoritate propria nulla eis a domino papa potestate concessa, sed zelo diabolo concitati (quod nunqꝫ fuit in ordine ab aliquo generali ministro vel capitulo attentatú) regulam expresse contra regulam. s. ꝙ illud quod dicitur in capitulo regule. Precipio firmiter vniuersis fratribus. vt nullo modo denarios vel pecuniaꝫ recipiant per se vel per aliam personam interpositaꝫ tamen pro necessitatibus infirmorum ⁊ alijs fratribus induendis ⁊c. ꝙ illud per personam interpositam non debebat referri ad necessitateꝫ infirmoruꝫ ⁊ ad indumenta fratruꝫ. Unde glossauerunt ꝙ pro fratribus infirmis ⁊ indumentis fratrum pecunia bene poterat recipi in ordine per personam interpositam: ⁊ tamen in fine illius. c. regule dicitur expresse, Eo semper saluo vt sicut dictum est denarios vel pecuniaꝫ non recipiunt. Sed ipsi dicunt, scilicet per se. sed bene per personam interpositam. Et sic ceci ⁊ carnales exponunt textum contra textum. qꝛ textus dicit sicut dictum est. sed. ӡ. dictum est ꝙ fratres nullomodo recipiant pecuniam per se aut per personaꝫ interpositam. ergo clausula illa, eo semper saluo, que in fine. c. ponitur ⁊c. ad totum illud quod dictum est in principio referéda est. vt est casus expressus. extra de ap. inquisitioni. Ea etiam que in principio ponūtur: ad finem referenda sunt. vt est etiam expressum extra de ap. scdo. ⁊ faciunt que leguntur ⁊ no. xxxij. q. vij. apostolus. ff. si certum pe. lecta. ff. de lega. j. si seruus plurium. ff. de verb. obl. titia. xxviij. di. qꝛ sunt. ⁊ que precedunt repetita intelliguntur. ff de ꝯdi. ⁊ demon. a via. Faciunt ad hec que notantur extra de rescrip. causaꝫ que. in glos. ⁊ ita. ⁊ decre. illa. ⁊. e. t. olim. §. fin. in glos. videtur. Glossarunt etiam illi impij ꝙ nomine infirmorum intelligebatur omnis infirmitas. s. nedum corporalis sed etiam spiritualis. dicentes ꝙ pro omni necessitate corporali que ſm eos vocatur infirmitas: poterat pecunia recipi in ordine ꝑ personam interpositam. Sed quis cecus ⁊ impius talem glossam fecisset; ⁊ textum violentasset. quum in eodem. c. dicatur (vt premissum est) pro necessitatibus infirmorum ⁊ fratribus induendis ⁊c. ergo nomine infirmitatis non intellexit contineri necessitatem indumentorum. quum vtrunqꝫ specificet: infirmos, ⁊ fratres induendos. Naꝫ specificatio indumentorum exit a clausula generali infirmoruꝫ. cap. bo. extra de rescrip. sedes. Itẽ isti impij trahunt verbum infirmorum extra propriaꝫ significationem, ꝙ est de infirmitate corporali: ad aliam necessitaté corporalem: que non vocatur infirmitas verbo accepto communiter sicut debet accipi. quia ad communem verbi intelligentiam recurrendum est. extra de sponsa. ex literis. j. Et ſm Hilarium, Intelligentia verborum ex causis est assumenda dicendi. extra de verb. sig. intelligentia. vbi pro hoc sunt multe concordantie canonice ⁊ ciuiles. Uere fuerunt infirmi in aīa tales glossatores ⁊ regule destructores: ⁊ male a demonio torquebantur cuꝫ filia chananee Matth. xv. ⁊ puero centurionis. Mat. viij. Tertio glossarunt dicti ceci duces. Mat. xv. ⁊. xxiij. ⁊ Luc vj. ⁊ ex de eta. ⁊ qua. cum sit. quorum oculi obscurati sunt. ne viderent ſm ps. lxviij. ⁊. xxxvij. di. §. fi. ⁊ cópositores maligni volentes aquam ad suum trahere molendinú. quorum infidelium mentes deus huius seculi excecauit. ij. Cor. iiij. ⁊ contra quos christus venit in iudicium in hunc mundum: vt qui viderunt ceci fierent. Joan. ix. facit. xlix. di. hinc enim. ff. albuginem. ꝙ ff. ba illa regule posita in. c. illo regule quod sic incipit, Fratres qui sunt ministri ⁊c. ver. Et vbicunqꝫ sunt fratres qui scirent ⁊ cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare: ad suos ministros debeant ⁊ possint recurrere ministri vero charitatiue ⁊ benigne eos recipiant ⁊c. poterant ministri in articulis regule dispensare. Sed veraciter isti machinatores quod preuidit beatus Franciscus per verba predicta ad regulam purius ⁊ perfectius ⁊ spiritualius obseruandam. ⁊ sic regule ⁊ eius zelatorum remedium trahunt ad eius preuaricationem ⁊ noxam. contra illud. xlv. di. licet. extra de excep. pia. j. in so. lib. vj. Et totum hoc fiebat ad insidias sanctificationis. j. Macha. j. regule: vt pecunia in ordine reciperentur credentes etiam in hoc dño pape Joã. placere. Jam per verba predicta prouidit almus Franciscus regule zelatoribus ⁊ regule puritati. timens ⁊ preuidens eaꝫ in posterum relaxatum iri. sicut impresentiarum videmus Ergo sic ꝙ fratres q scirent ⁊ cognoscerent se non posse ⁊c. propter impedimentum sociorum fratrum vel loci vel inferiorum prelatorum. vt inferius declarabo. ita ꝙ illa impotentia non est referenda ad impotentiam corporalem vel anime, vel defectum spiritus: quia nullus frater quicunqꝫ sit, sanus vel infirmus, debilis vel robustus, nobilis vel ignobilis, magnus vel paruus, adolescens iuuenis vel senex, potest cú veritate dicere, nisi ex malitia vel ex relaxatione ⁊ mala sua voluntate: Non possum regulaꝫ purissime obseruare. Quis. n. frater potest dicere cum vera conscientia, Non pos-

In eos l: nebit qui regulá minoꝝ curarunt dclaratam,

sum

sum castitatem seruare, Non possum sanus peditare Non possum sanus esse ⁊ sine magno frigore glacie ⁊ niue (in quo casu regula prouidet dicens, Et qui necessitate coguntur pos. por. cal.) discalciatus ⁊ cuz soleis ire, Non possum sanus (quia infirmi ſm regulam non tenentur: ⁊ ius: extra de obser. ieiu. c. ij.) regularia ieiunare ieiunia: Non possum horas dicere ⁊ orare, Non possum a murmurationibus ⁊ iudicijs cauere, Carere proprio, Non possum esse patiens ⁊ humilis, Non possum suspecta consortia euitare: ⁊ monasteria monialium non ingredi, Non possum paupertatem seruare, Non possum pecunia carere, ⁊ alia regularia instituta seruare? Nam regula Francisci almi aplica sacratissima ⁊ districtissima omnia concedit necessaria corporalia: sed non concedit peccatum quod deus odit. Esa. j. Sapien. xiiij. Prouerb. vj. Eccli xij. Amos. v. j. q. j. odit. xxiiij q. j. odi. de pe. di. j. quamobrem. Concedit quidem tunicas ſm tempora ⁊ frigidas regiones: portare calciamenta in necessitate: equitare pro magna necessitate aut infirmitate, comedere de appositis. frangere ieiunia in necessitate: Naz qui pre necessitate: aut infirmitate carnes aut alia delicata comedit, ⁊ talis dum manducat, si se temperat, ita seruat regulam: sicut qui nõ comedit. c. op. xlj. di quisquis. Qui in necessitate calciatus vadit: vel pre necessitate ieiunia frangit: vel pre necessitate equitat: ita seruat regulaz etiã literaliter: quia intellectualiter ⁊ mentaliter ⁊ ſm intentionem cõdentis: sicut qui discalciatus vadit aut ieiunat aut peditat. Et idem in similibus: ad hec. xxv. q. j. §. ijs ita: vbi dr̃ de Dauid ꝙ comedit panes propositionis pre fame. j. Reg. xxj. ⁊ Mat. xij. de cõ. di. v. discipulos, ⁊ di. j. sicut: ex de obser. ie. c. ij. extra de regu. iur. qd̃ non est: vbi de hoc sunt concord. Nullus ergo retorqueat in indistrictionem vel impossibilitatem regule malam voluntatẽ suã. Non ergo iniquus exprobret factori eius: quia nemo peccat ⁊ preuaricatur contra regulam inuitus vel impotens. xv. q. j. §. j. ⁊ c. non est. j. q. iiij. hoi Nec regula alio dispensatore indiget: quia ipsa prouidet ⁊ dispensat sicut cuiqz necesse est Est ergo verus ⁊ purus ⁊ clarus intellectus dictorum verborum: iste. s. Fratres: qui scirent ⁊ cognoscerent: ergo ex regula eis: ⁊ eoꝝ conscientie committitur illud scire ⁊ cognoscere: ipsi tñ caueant ne nimis habeant conscientiam sine scientia: idest zelum vel fauorem ſm aplm nõ ſm scientiam. ad Ro. x. ⁊. xv. q. j. §. j. ⁊ conscientiam scrupulosam debent deponere ad consilium sapientis deum timentis: extra de simo. per tuas. ij. Se nõ posse regulam spiritualiter. i. perfecte ⁊ pure ⁊ in spiritu veritatis obseruare. Hanc literam sic exponunt quinque magistri theologie Parisienses scribentes capitulo generali fratrum minoꝝ. s. frater Gualdifrid⁹ frater Alexander de hall. frater Jo. de rupella, frater Robertus de bastia, frater Rigandus. Videtur obseruantia regule spiritualiter, obseruantia ſm rigorẽ siue ſm puritatem suam sine occasione proxima ad peccatum. Alijs videtur ꝙ istud referendum sit ad locum: quum. s. ratione loci prestatur fratribus impedimentum ne pure possint regulam obseruare: vt qz loco est annexa proprietas aut circa aliqua animaꝝ ad quam rõne loci fratres necessario tenerentur, huiusqz magistri. Ego aũt vtrũqz accipio, ꝙ siue rõne loci (vt dictum est) proprietatem habentis spiritualem vt parochiam: vel temporalem vt vineas oliueta vel agros, sicut in ordine aliqua sunt loca: siue redditus aut prouentus: siue positi in loco inhonesto inter habitacula mulierum. Siue ratione personarum quia Guardianus est dissolutus: carnalis, ⁊ de regula non curans: ⁊ per habitacula mulierum ducit fratrem maxime iuuenẽ. Vel loci familia cõiter dissoluta vocans carni: ⁊ non spiritui: ⁊ maxime spiritualẽ fratrem ⁊ regule zelatorẽ persequens ⁊ scandalizãs Vel quia frater per obedientiam sui prelati cum aliquo cardinali vel epõ vel dño temporali ponitur ad morandum: vbi magna est occasio paupertatem rũpendi difficultas humiliter conuersandi ⁊ orandi: ⁊ alios actus spirituales exercendi: Et vbi est occasio in sua libertate viuendi: ⁊ periculum spũs cum secularibus conuersandi: quia sicut piscis sine aqua: sic religiosus extra claustruz moritur in spũ. xvj. q. j. placuit. Vel quia frater moraẽ in loco vbi eum mendicare non opz: quia hz necessaria ab aliquo dño temporali vel communitate: vel quia de pecunia continue viuit ⁊ nõ de aliqua alia eleemosyna panis aut vini aut olei: sed omnia emuntur de pecunia. sicut sunt aliqua loca in ordine in ijs duobus proximis casibus comprehensa. In quibus casibus non potest regula quantum ad veram paupertatem spũaliter obseruari. In ijs ⁊ in similibus casibus ⁊ exemplis vbicũqz ratione loci vel societatis vel conuersationis a regule disceditur puritate: ad suos ministros scilicet prouinciales: ꝙ si ipse eis non prouiderint: sicut infra precipitur debent recurrere ad generalem ministruz: quo super hoc non prouidente: recurrant ad ordinis protectorem: qui ſm regulam est gubernator: protector, ⁊ corrector fraternitatis fratrum minorum: ⁊ quem credo super prelatos ordinis negligentes in corrigendo etiam in generalem ministrum iurisdictionem hẽre: ⁊ super fratres contẽnentes ordinis disciplinam: per verba supradicte regule in. c. ad hec per obedientiam. ibi. Qui sit gubernator ⁊ corrector. c. extra de acc. olim. de sta. mo. ea que ⁊. c. in singulis. §. huius vero. Et talis ꝑtector ⁊ corrector in ijs casis nedum habet iurisdictionem: sed etiam punitionem. Ad que faciunt ea que leguntur ⁊ no. extra de offi. delega. preterea. ⁊. c. ex literis Patriarche. Protectore vero hoc negligẽtie vel facere non curante frater recurrat ad papam nec aliud remedium potest pari. Ad hec extra de iure pa. nullus. ix. q. iij. cum simus. ij. q. vj. ad Romanam. Debeant obligatorium est. Ergo frater de hoc sibi faciens cõscientiam: tenetur ad ministrum suum recurrere super obseruanda sue regule puritate. c. xiiij. q. j. quod precipitur. Et possint recurrere. Ministri vero charitatiue ⁊ benigne eos recipiant: ⁊ tam familiariter habeant. s. fratres recurrentes apud ipsos. s. ministros: vt dicere possint. s. fratres eis. s. ministris: ꝛ facere sicut dñi seruis suis. q. d. In hac recursione pro regule puritate fratres censentur loco dñi: ⁊ ministri loco seruoꝝ: vnde sequitur. Nam ita debet esse ꝙ ministri sint serui. c. eoꝝ que leguntur ⁊ no. extra in prohem. decr. Greg. eps seruus ⁊c. ⁊ que leguntur ⁊ no. in prophe. vj. li. super verbo, seruus. Omium fratrũ. q. d. In hac parte tenentur obedire ministri fratrib⁹ recurrentibus ad eos vt purius regulam obseruent Vnde ⁊ de mente textus ⁊ satis ex litera dico prelatos ministros ad quos fratres recurrunt vt purius ⁊ perfectius regulam suam obseruent: esse obligatos ad prouidendum fratribus recurrentibus ad eos ð loco ⁊ de societate ⁊ de guardiano: in quo ⁊ cuz quibus possint fratres regulam suam purius obseruare

alias peccāt mortaliter ipsi ministri qui in hac parte non obediunt fratribus ad eos currentibus sicut debēt obedire serui dn̄is suis: ad Ephe.c.vi. Sed hodie tales fratres recurrentes ad eos pro regule puritate potius ministri aliqui tribularent: q̄ꝫ eis ꝺ puritate regularis obseruantie prouiderent. Nam hodie ⁊ iamdiu est in ordine puritatis regule zelatores ⁊ preuaricationum regule contradictores persecutiones sepe a prelatis ordinis quibusdaꝫ, ⁊ carnalibus fratribus patiuntur in ordine vbilibet, neduꝫ verb ales sed reales, q2 fratres zelotypi regule spūales ⁊ penitentiam facientes nisi sileant, ⁊ se de preuaricationibus fratrum alioꝝ aliquoties conuincendo se non intromittant: aut incarcerant, aut de ordine expelluntur, aut diuersis tribulationibus affligunt per quosdam malos prelatos: vt ⁊ ipsi cogātur quasi de ordine recedere ⁊ deserta ⁊ diuerticula querere: sicut ⁊ ego scriptor frequenter expertus suꝫ in meipso: maxime quum morarer in monte aluerne vbi almus Franciscus recepit stigmata christi. Gala.vlti. Exempla patentia querātur in prouincia Prouincie, in prouincia Thuscie, in prouincia Marchie ⁊ beati Francisci: vt sic ad literam verbuꝫ apl̄i impleatur. Qui s̄m carnem est, persequit spūalem. Gal.iiii. xxiij.q.iiij.qui s̄m carnē.xxxii.q.iiij.recurrat. Unde propterea totus ordo diuisus est. ⁊ palee grana conculcant in ordine ⁊ in area Francisci beatissimi. Et in eius sagena mali pisces bonos comedūt. Et in ei⁹ domo vasa fictilia aurea contaminant ⁊ confringūt. ij.Timo.ij. ⁊ pre.c.qui s̄m. ⁊.xxiij.q.vij.c.j. Et nunq̄ꝫ cessabit ista persecutio ⁊ preuaricatio, donec reuolet. o.ad.a.xxxv.di.ab exordio, vt.s.dex regula a sancta Romana ecclesia ⁊ a capite eius vicario dei literalis ⁊ pura sine priuilegijs ⁊ declarationibus: sicut data fuit beato Francisco ⁊ illi sancto numero duodenario eum socianti ⁊ fratribus spūalibus eam s̄m rigoreꝫ ⁊ pure ⁊ simpliciter more apostolico volentibus obseruare, ⁊ separetur ad literam preciosum a vili Hiere.xv. ⁊ amurca ab oleo: ⁊ granū a palea. Mat.xiij. ⁊.xj. ⁊ rumpatur rete Francisci literaliter iā scissum spiritualiter: ⁊ boni pisces condiant ecclesiam: ⁊ mali ambulēt in aquis ⁊ locis humentibus ⁊ paludibus: de pe.di.ij.si.n.in fi. ⁊ separetur spūs a carne vt pre.c.recurrat. Interim taceāt viri dei ⁊ sanctis virtutibus ⁊ exemplis ⁊ obseruantia purissima (qꝺ est difficillimū: q2 mali corrumpunt bonos secuꝫ habitantes) ps.xvij. Cum peruerso peruerteris. xxiij.q.iiij.ita plane. Sed hic vide quod scripsi: supra in prima parte.in §.ceterū.versi.insuper res ponderāt. cum.versi.seq. ⁊.versi.sed ⁊ isti dicant in.c.lxv. predicent fratres suos.c.xxv.di.c.si. Iste est ergo intellect⁹ verus quem posui verboꝝ in pre.c.regule positoruꝫ in summa, scilicet q̄ per veram obedientiam tractā de mente litere (vt dixi) ministri requisiti a fratrib⁹ super obseruantia regule puritatis, prouideant eis in societate ⁊ loco: quo s̄m rigorem ⁊ spūaliter ⁊ pfecte suā regulā valeāt obseruare. Non q̄ in aliquo cū fratrib⁹ valeant dispēsare. ⁊ regulā relaxare: sicut predicti prelati impij glossarunt: quātū in eis fuit regulā destruentes: ⁊ dicentes q̄ de illo.c. ⁊ illis verbis ⁊ de illo recursu q̄ supra pxime exposui: nunq̄ꝫ ordo aliquā vtilitatē habuit, vocantes vtilitatē regule destructionem, vt scilicet possunt ministri in regula dispensare: quum tn̄ vt supra in prin. isti⁹.§.probatuꝫ est, ad dn̄m papam pertineat solum in regula dispensare: ⁊ eam declarare qui regulam dedit ⁊ confirmauit ⁊ declarauit. Quatuordecim aūt sigilla ministroꝝ partim voluntarioꝝ partim timidoꝝ quoꝝ aliquos ad contrarium de eo quod agebant diu ⁊ efficaciter confortaui. ⁊ eos non potui reuocare: q2 a fratre Geraldo generali ministro tunc nimis ⁊ iniurijs arctabantur Auinione tempore predicti dn̄i pape Jo.xxij. ⁊ tempore meo cū sigillo predicti gn̄alis ministri fratris Geraldi de Aquitania: qui fuit author ⁊ principalis glossator trium glossaꝝ extortaꝝ predictam regulam destruentium: in vna chartula pependerunt: ⁊ eam dictus gn̄alis cum quibusdam de predictis ministris dn̄o predicto. Joan. pape presentauit, adsistentibus multis cardinalibus. Dn̄s aūt papa predictus dei vicarius lumine claritatis spūssancti infusus iustus iudex, veritatis zelatorum suoꝝ precessoꝝ regulam declarantium sequens vestigia nolens impinguari. ps.xxij. in suo capite quod est caput ecclesie corporis mystici. xxiij.q.iiij.pro mēbris: ⁊.q.v.de liguribus: ecclesie.xxij.di.c.ij.militantis, oleo dictoꝝ ministroꝝ vere coram deo ⁊ eius ecclesia peccatoꝝ: dixit gn̄ali predicto fratri Geraldo qui tres predictas glossas quas supra proxime posui sceleratissimas anathemate perpetuo feriendas confecerat, credens placere ipsi pape Joan. ⁊ a quo capellum rubeum expectabat, in illoꝝ presentia ministroꝝ Generalis: intellectus iste quem in duobus predictis capitulis regule das: extortus est: ⁊ contra regulam est, ⁊ non credimus, q̄ de mille fratribus vnus de ordine tecū in intellectu huiusmodi concordaret. Cardinales aūt dn̄o pape adsistentes: glossas predictas predicti Geraldi contra regulam dicentes ⁊ ipsum concorditer deridebant: cognoscētes ꝺ qua radice pestifera fuerant fabricate. j.q.j.fertur. ⁊.c.quibusdam. Dixit mihi tunc quidam cardinalis: Uere hodie nobiscum quum essemus cum papa fuit sanctus Franciscus quasi diceret ad defendēdam regulam suam. Postq̄ꝫ predictus gn̄alis minister ⁊ alij ministri contra sacram regulam coniurātes sui pessimi conatus non habuerunt effectum composuerunt malitie malitiam adiungentes, q̄ postq̄ꝫ declarationes non poterant facere reuocari, nec suas glossas authenticare, de declaratione dn̄i Clementis, Exiui de paradiso. certos articulos procurarent auferri. Sed in hoc succubuere etiam coram christi vicario ⁊ eius reuerendissimis dn̄is Cardinalibus manu altissimi eos beati Francisci meritis repellente. Sed postq̄ꝫ istam digressionem vtilem ⁊ necessariā pro fundamento regule sancte factaꝫ interposui: ad preuaricationes quas faciunt aliqui nostri fratres minores in pecunia iterum redeamus. Unde et frequenter qn̄ prelati volunt remunerare aliquem fratrem de aliquo suo seruitio vel lectorem in studio generali: faciunt sibi solui vel dari in pecunia ⁊ de pecunia loci vel prouincie sicut vero facerēt seculari. Qꝺ est contra statum: expresse: quia non debet fieri fratri remuneratio pecuniaria: cui a regula pecunia prohibetur. Nec prelatus alicui eam dare potest: quuꝫ nō sit nec potest esse sua, nec ordinis. Semper enim opꝫ q̄ pecunia sit alicuius qui eam deposuit pro necessitatibus fratrum sine cuius voluntate ꝺ ea per aliquē fratrem vel prelatum non potest aliquid innouari vt sepe superius dictum est per decre. Exiui. Item expresse contra textuꝫ regule est q̄ aliquis frater minor recipiat aliquam pecuniā pro mercede sua. Unde in.c.illo regule quod incipit Fratres illi dr̄ sic. De mercede vero laboris pro se ⁊ suis fratribus corpo-

ris necessaria recipiant pter denarios vel pecuniā ⁊c. Olim autem pecunie que erant de libris venditis in ordine vel extra ordinem, ⁊ suppellectilibus q̄ erāt pape per priuilegia data ordini: poterant expendi p procuratores ecclesie Romane in necessitatibus ordinis. Sed hodie (vt dictum est supra) ⁊ procuratores ⁊ priuilegia sunt per papam Joan. quantum ad istum articulum reuocata. Unde nullus illorum librorum aut suppellectilium qui erant ante illā constitutionem dn̄i Joan. pape vbi reuocantur procuratores: ⁊ papa renuntiat proprietati rerum quibus fratres vtuntur, quum illa omnia adhuc sint pape quantum ad proprietatem: potest vendi sine licētia expressa dn̄i pape: cuius adhuc ille res sunt: per declara. Exiit. Libri autem scientiales aut quevis alie res date ordini aut fratribus particularibus post dictaȝ constitutionem quum dantium sit proprietas earundem, non potest vendi: nedum a fratribus qui non habent ibi ius sed nec per aliquem procuratorem qꝛ non est in ordine aliquis legitimus procurator. Et si esset aliquis de antiquis: nullo modo potest se de talibus intromittere. qꝛ reuera (non obstante fraude fratrum quorundam ⁊ locorum in ordine) omnes procuratores facti ⁊ faciēdi qui nomine ecclesie tūc fiebant reuocati sunt per constitutioneȝ que incipit, Ad conditorem, predictam. Nec aliquem contractum possunt hodie inire. quum papa eos reuocauerit: ⁊ proprio rerum (quibus ordo vtitur) renuntiauerit. Sed esto q̄ essent adhuc de rebus datis ordini post constitutionem predictam: quum sint dantium quantum ad proprietatem; non possunt se intromittere vt de eis aliquem contractum ineant sine concedentium voluntate. Circa istum articulum fratres communiter offendunt. qꝛ ⁊ res antiquas quas ordo habebat ante pre. constitu. domini pape. que sunt adhuc pape ⁊ ecclesie Romane, faciunt vendi de facto ⁊ alias res que peruenerunt ad ordinem post dictam constitu. distrahunt tamq̄ȝ proprietarij sine dominorum concedentium voluntate. ⁊ sic contrectāt alienum ⁊ per consequens furtum committunt. ex̄ de elec. dudum. ij. ⁊ mortaliter peccant. vt pre. c. exiit. Nam predicta constitutio domini pape, Ad conditorem canonum, quantum est de facto frustra membranas occupat. xix. di. si romanorum, ⁊ sicut ante illam constitutionem, ita ⁊ hodie emendo et vendendo ⁊ contrahendo communiter viuunt fratres. nec de aliqua declaratione aut constitutione dn̄i pape ⁊ ecclesie Romane conscientiaȝ aliquam multi faciūt sibi fratres super articulo paupertatis. Nec mirum. qꝛ quantum ad hoc parum de regula curant aliqui fratres. Nec hodie communiter per declarationes aut per regulam viuunt fratres: sed per quasdaȝ suas constitutiones. quarum multe sunt contrarie regule ⁊ declarationibus. ⁊ per quasdam consuetudines: q̄ sunt potius corruptele. extra de consue. cum venerabilis. Quidam etiam ex eis laborant scribēdo eloquearia sportellas faciendo, vel suendo, vel horologia fabricando, vel alia opera mechanica. ⁊ precium pecuniarium recipiunt sicut alij seculares. contra eorum regulam. vt est dictum. 3. c. ver. vnde ⁊ frequēter. cuȝ ver. seq. Nunq̄ȝ enim vel raro laborant quidam eorum pro communitate. et si pro communitate: non gratis. nec opera eorum ponunt in manibus prelatorum: sed distrahunt sicut volunt. Jmmo multi eorum scribunt libros ad vendendum. ⁊ emunt: ⁊ carius quantum possunt vendunt: sicut mercatores ⁊ negociatores. lxxxviij. dist. in palea Ejiciens. ⁊ c. qm̄ nō cognoui. xiiij. q. iiij. quicunq̄ȝ extra ne cleri. vel mo. per totum. Uadunt etiā quidā ex eis ad eoruȝ capitula. ⁊ alias per mundum pro eorum negotijs vel consanguineorum, vel amicorum: ⁊ aliquoties nulla causa cogente: sed causa recreationis vagando per mundum cum bursarijs: nunc equitando, nunc peditando contra decre. Exiui de paradiso. §. quocirca. ⁊ de hoc superius tactū est in. §. offendunt. in ver. vadunt etiam aliqui in. c. lxvj. Quidam etiam ex eis debitum contrahunt contra statum eorum. vt p̄. c. exiit. §. ceterum. Frequenter etiam granum ⁊ vinū ⁊ oleum ⁊ legumina ⁊ caseos ⁊ lanaȝ ⁊ species alias quas acquirunt pro tunicis vendunt aliqui fratres. ⁊ non pro tunicis dant illam pecuniam sicut fuit voluntas dantium res illas: sed in alijs necessitatibus ⁊ vtilitatibus ponunt. contra eorum statum. qꝛ non possunt illam specieȝ in aliud q̄ȝ in tunicas commutare. sicut dicitur de pecunia ad certum vsum deputata, q̄ non potest in vsus alios commutari. vt in p̄. c. exiit. §. ceterum. Jmmo in quibusdam prouinciis in ordine vt in Alemannia lanam que datur eis pro tunicis fratres aliqui portant ad nundinas: ⁊ ibi carius vendunt quā vnde venerunt ⁊ emunt inde quod volunt sicut alij mercatores. contra statum ⁊ iura predicta. Item quum prelati aliqui deberent facere emi de illa pecunia vel de alijs eleemosynis fratrum pannum pro tunicis fratrum dant eis certas pecunie quantitates: de quibus raro habent tunicas completas. quas quantitates nec p̄lati dare possunt. nec subditi recipere. qꝛ contra eorum statum est. qꝛ illa species deberet vendi de licentia dantium per famulum assignatum per fratres ⁊ per eum pannus emi de licentia ⁊ authoritate dantium granuȝ illud vel illam speciem. ⁊ pannus deberet distribui per p̄latum inter fratres prout quisq̄ȝ egeret. xij. q. j. c. ij. ⁊ c. quia tua. ⁊ c. scimus. ⁊ non deberet dari pannus multo minus pecunia fratri non indigenti ⁊ diuiti multas tunicas habenti. xij. q. j. dilectissimis. Actu. iiij. Dicat ergo frater volens suam regulam ⁊ declarationes super regulam ecclesie obseruare prelato suo, Pecuniam nolo. detis mihi pannum queȝ vultis. contentus sum. Si autem prelatus non dat pannum: teneat illam pecuniam assignatam fratri pro tunica vel parte eius per guardianum famulus pro dantibus granum: donec ematur pannus pro fratre. Si autem illa pecunia non sufficit pro tunica: teneatur per famulum nomine dantis granum conuersum in pecuniam: donec alia eleemosyna habeatur pro fratris necessitate assignata, de qua suppleatur de tunica quod deest. Utraque tamen pecunia retenta a famulo pro dantibus teneatur quousque in necessitate tunice sit expensa. vt sic predicta declaratio obseruetur. Raro tamen hodie inter fratres in isto capitulo hec veritas ⁊ puritas obseruatur. immo pecunia data fratri pro tunica recipitur: ⁊ ad fratris vbi ⁊ in quibus voluerit libitum dispensatur. Multi etiam fratres maxime maiores in honoribus ⁊ pecunijs. l. di. quia tua. reuera non indigentes tunicis, immo habentes promptuaria ⁊ eleemosynas ⁊ decem mutatoria cum Naaman syro leproso: ⁊ ipsi leprosi lepra auaritie, Giezi discipuli Helisei. iiij. Regū. v. ⁊ j q. j. qui studet. ⁊ c. cito. aut pannum p̄ tunicis, quē datur accipiunt: aut pecunias a guardianis faciunt assignari: sui status dupliciter transgressores. tum quia recipiunt tunicas quibus non indigent

⁊ sic rapiunt s͞m Ambr. xlij. di. §. j. vt. s. dixi. tum q̄r
contrectant pecuniam alienam: que erat pro veris
fratrum necessitatibus assignata a dante. que sine li-
centia eius non potuit in rem non necessariam expē-
di. vt pre. c. exiij. ⁊ sic furtum committunt. vt. s. dictū
est. legitur ⁊ no. extra de elec. duduz. ij. Fratres mino
res etiam stantes cum dn̄is cardinalibus ⁊ prelatis
contra eorum statum partem recipiūt dupliciter pec
cantes mortaliter: ⁊ q̄r sine licentia deponitur: ⁊ sine
necessitate, contra decre. exiij. de pecunijs datis ab
alijs inter familiam diuidendis. Cum etiam starem
Rome in sancta Maria de ara celi: fratres nostri de
loco a quodam eorum famulo infirmo octingentos
⁊ amplius florenos acceperunt eo inuito: dicentes.
Heretice prauitatis inqsitores — Nobiscum fuit lucratus istam pecuniam. nostra est.
quod tantum fuit sicut si raperent eam in via. In-
quisitores etiam heretice prauitatis fratres minores
quo priuilegio ⁊ qua authoritate nescio, tota die di-
spensant pecunias inquisitionis contra eorum con-
scientias ⁊ statuz. quia esto q̄ inquisitores facti sunt:
non propterea a regula absoluti sunt nec a declara-
tionibus ecclesie. Et in hoc inquisitores dupliciter
peccant mortaliter: q̄r quum per priuilegium papa-
le tres partes debeant fieri de pecunia inquisitionis:
⁊ vna communitati terre de qua est hereticus dari.
altera offici: lib° officij: tertia reseruari in manu dio-
cesani in necessitate officij expendēda: nulla parte vli
cui assignata totum sibi inquisitores vsurpant, quū
ecclesia Romana nullam eis partem assignet p̄ ex-
pensis. ⁊ sic vere fures sunt ⁊ latrones pecunie inq̄si
tionis: eam preter ⁊ contra voluntatem Romano-
rum pontificum vsurpantes ⁊ eam in abusus suos
fratrum ⁊ consanguineorum prolibito expendētes.
Secundo offendunt. q̄r quum deberent esse fratres
minores ⁊ pecuniam non contrectare eam expen-
dunt qualiter eis placet. credunt tamen facere dn̄o
holocaustum: quum de illa pecunia faciunt conuenti-
bus vel fratribus aliquam elemosynam ad literā
de mammona iniquitatis. i. de pecunia aliena. cōtra
illa iura. xiiij. q. v. forte. c. immolans. c. scriptum. c. di-
xit. j. q. j. non est putanda. Tertio q̄r vix faciunt con-
tra accusatos de heresi nisi pecuniariam condemna
tionem. vt eam imbursent. Propter quod vix cre-
do q̄ aliquis eorum propter eorum extorsiones pe-
cuniarias euadat excommunicationem papalem: q̄
ponitur in clemen. extra de hereticis. multorum. ⁊. c.
volentes. j. r̄n̄so. Socij etiam inquisitorum fratres
minores sicut seculares ⁊ amplius pro officio nota-
riatus. vide extra de here. vt officiuz. §. ad conscribē-
das. ⁊ alijs contractibus ⁊ scripturis faciendis in
officio inquisitionis pecunias extortas ⁊ immodera
tas ⁊ oblatas accipiunt tota die absq̄ aliqua dispen
satione papali. contra regulam ⁊ declara. predictas.
Fratres etiam confessores aliqui dispensant frequē-
ter incerta ad que tenentur confitentes eis sicut vo-
lunt. contra predictaz decla. exiui. §. proinde. ⁊ in cle
men. de priui. ⁊ excel. priuil. c. religiosi. §. quibus. N.
nec legata. Et (quod peius est) sibi frequenter reser-
uant. Et hoc idem faciunt de penitentiis pecunia-
rijs quas imponunt. que pecunie debet s͞m volunta
tem confitentium pauperibus erogari. Potest ta-
men confessor dare consiliū: ⁊ illum quem absoluit
inducere vt fratribus suis vel alijs quos nominaue
rit illam pecuniam impositam ei per penitentiaz lar
giatur. c. declarationis Exiui. in clemen. §. proinde.
In quibusdam prouinciis habent fratres minores
loca in quibus habent omnia necessaria a quibusdā
dominis, contra eorum statum: qui est nihil fixum
tenere: nec reditus nec prouentus. sed tamq̄z aduene
⁊ peregrini debent ire continue pro elemosyna. ⁊
hec est celsitudo altissime paupertatis s͞m beatū Frā
ciscuz. vt in regula in. c. fratres nihil sibi approprieāt.
⁊ nihilominus contra eorum statum ⁊ conscientiez
ibi sicut alibi oblationes pecuniarias ⁊ alias obla-
tas ⁊ petitas pecuniarias elemosynas ⁊ alias extra
pecuniam quotquot habere possunt, recipiunt indi-
stincte: duplex vitium scilicet auaritie ⁊ receptionis
pecunie contra regulam committentes. de pecunia
vt sepe dictum est in regula in. c. precipio firmiter. de
auaritia in regula in. c. fratres qui sunt ministri. ver.
cōsulo vero moneo ⁊ exhortor in domino Iesu chri
sto vt caueāt fratres ab omni superbia, vanagloria,
inuidia, auaritia, cura ⁊ solicitudine huius seculi ⁊c.
Faciunt etiam sibi ministri aliqui prouinciarū red
di compotum a guardianis: ⁊ guardiani ⁊ compot
ste a vicariis domus: ⁊ fratres in via ⁊ in domo a fa
mulis: ⁊ prouincia a fratre camerlingo prouincie ⁊
ab inquisitoribus heretice prauitatis: qui non pro-
uincie sed ecclesie Romane cuius sunt officiales, te-
nentur reddere rationem. c. x. q. iij. c. j. extra de accu-
sa. qualiter. ij. quod est contra decla. clemen. que pro-
hibet fratribus minoribus compotum recipere. vt
pre. c. exiui. §. proinde. Quidam etiam eorum quum
habeant elemosynas pecuniarias: nihilominus quū
infirmantur: vel pro prouincia vel pro locis eorum
proficiscuntur aliquo: faciunt sibi a prouinciis vel a
locis prouideri in expensis pecuniarijs: eorum locu
lis semper saluis, sed eorum conscientiis semper pra
uis. quia vere rapinam committunt s͞m Amb. xlvij.
distinc. sicut. accipientes maxime pecunias non ne-
cessarias sed eis totaliter interdictas. Quidam
etiam eorum pecunias habent continue ad bancos
mercatorum: ex quibus eis nomine mercantie ali-
quid pecunie respondetur, nequiores in hoc incom-
parabiliter quā alij mercatores augentes cum ma-
ledictis pecunijs suis alias pecunias sceleratas. ⁊ sic
pessimi negotiatores ⁊ p̄prietarij desperan. lxxxviij.
distinc. eiciens. extra de sta. mona. c. ij. c. super quo-
dam. Quedam etiam loca fratrum minorum ha-
bent casalina ⁊ alias domos ⁊ alios hortos remo-
tos a loco: ex quibus sibi solui faciunt pensiones:
⁊ reditus recipiunt annales. contra eorum statum
⁊ regulam. Sed ⁊ vix locus est in ordine qui non
habeat aliquos reditus ⁊ prouentus annales: vel
in vino vel grano vel oleo vel pictantijs vel vesti-
bus vel cera vel alijs speciebus vel pecunia nume-
rata. Et quamq̄z sancte memorie frater Gonsaluus
hispanus de prouincia Galicie nobilis genere sed
nobilior vita ⁊ moribus ⁊ euangelica paupertate,
vere frater minor ⁊ zelator ardentissimus regule ⁊
dominus paupertatis. Matthei. xj. ⁊ dominice
humilitatis, cum quo in loco fratrum de Luca seu-
tellas laui in eadem pelui lapidea: magister in theo-
logia realissimus verbo ⁊ opere, de maioribus mun
di literatis in triuio ⁊ quadriuio, qui parum post
mortez suā, Parisijs in visione quibusdā fratribus
nostris apparuit gloriosus in throno residens cum
corona aurea ⁊ septro qui dixit tunc q̄ sedes throni
sibi assignata erat in celo: q̄r purissime in ordine iu-
stinam obseruauerat. xij. quest. ij. cum deuotissimam,
generalis magister noster totum ordinem expropria
uerit in vita sua: ⁊ sententiam excommunicationis

tulerit contra omnes fratres subditos & prelatos:
nisi intra certum terminum illis a quibus habebāt
reditus vel eorū heredibus resignarent. quod & fa
ctum est. & propter hoc a quibusdam fratribus ali-
quam persecutionem passus est: tamen fratres cōiter
post mortem suam ad suum vomitum redituū sunt
reuersi. ii. Pet. ii. de pe. di. iii. sunt qui dicunt. & c. qui
admisso. & dist. iiii. intermittentes. Et ipse cum patri
bus sanctis requiescit in pace beati Francisci verus
vicarius & successor. Quid plura? ita recipiunt per
personas interpositas aliquoties per se fratres pecu
nias communiter sicut alii seculares: nedum alii reli
giosi qui eas possunt tenere pro suis necessitatib⁹ de
suorum licentia prelatoꝝ. Et qualitercunq; possunt
habere pecunias, dummodo non sint expresse furti-
ue, procurant & habent. Et totus mundus vere nō
posset eorum aliquos pecunia satiare. vt superius in
§. offendunt. ver. Item si centum. in. c. lxvj. plus q̄ sa
nis declaraui & dixi. Et quāuis dicat regula sancta eoꝝ
q̄ nullo modo recipiant denarios aut pecuniam: nec
per se nec per personam interpositam ipsi denarios
& pecuniam excepto tactu recipiunt omni modo: vt
sic affirmatiua vniuersalis in recipiēdo omni modo,
de non recipiendo nullo modo vniuersalem tollat
totaliter negatiuam c. op. contra eos. extra de priuil.
q; circa. cum si. Nummos enim diligunt multi ex
eis. nummos continue procurant. nummos recipiūt
de nummis tota die loquuntur. Et ideo institores ta
les fm̄ Hiero sunt. non fratres minores. xvj. q. j. si cu
pis. vide. s. in. §. religio. versi. q; vere. in. c. lxj. Nullo
modo etiā credunt cōmuniter q̄ sine pecunia viue
re possent: quia nullam necessitatem pati volunt glo
riantes de imaginaria & mathematica paupertate:
quam in effectu & reuera fugiunt omni modo. San-
ctam regulam & possibilem dulcissimam & facilē ve
ris non fictis fratribus & expropriatis a carne & mū
do, dogmate pessimo verbo mendaci & vita pessima
blasphemantes anfideles in hoc vix credētes q̄ de⁹
posset fratres sine pecunia sustentare: sicut nutriuit
& per coruum Heliam. iij. Reg. xvij. & per viduā Sa
reptanam. iij. Reg. xvii. & filios israel manna in de-
serto. Sap. xvj. de con. di. ij. reuera. Et Paulum pri-
mum eremitam per coruum portantē sibi omni die
medium fragmen panis: & panem integrum adue-
niēte Antonio magno hospite & sicut impleuit spor-
tas panibus beato Apollonio in vitis patrum. Et
de paucis panibus hordeaceis centum viros. iiij.
Reg. iiij. & filios israel manna. xl. annis. de conse. di.
ij. reuera. Sap. xvj. Exodi. xvj. Et sicut ipse christus
dicit pasci volatilia non serētia nec metētia. Mat-
thei. vj. Et pauit de quinq; panibus quinq; milia
hominum. Mat. xiiij. Jo. vj. xxxvj. di. §. ecce. & de se-
ptem panibus quatuor milia. Mar. viii. Unde Cli
macus in titulo & gradu de cursu paupertatis. O mo
nachi non simus volucribus infideliores. Mat. vj.
Et ppea vtinam vtinam non dicant q̄plurimis fra
tribus minoribus, Pecunia vestra vobiscum sit in
perditionē. Act. viij. j. q. j. qui studet. extra de sta. mo.
cum ad monasterium. §. j. Nam continue sancte legi
regule & declarationibus alias declarationes suas &
interpretationes suas & glossas componentes mul-
ti ex eis per omnem viam per quam possint habere
pecuniam: fraudem faciunt. suas potius animas de-
fraudantes. Faciunt inquam tripliciter fraudē re
gule. De persona ad personā. q; quum non possint
recipere pecuniam per se fratres minores: recipiunt
multi contra regulam etiam per personam interposi
tam sine necessitate. Item de re ad rem. quia quum
non possunt recipere pecuniam: recipiunt aliquā rē
quam vendunt pro pecunia. & hoc est contra regulā
que prohibet denarios & pecuniam. Pecunia autē
fm̄ generalem constitutionē ordinis est omne illud
quod recipitur vt vendatur. ad quod facit. j. q. iij. to-
tum. & contra declarationem exijt. vbi dicitur q̄ fra
tres non debent recipere rem aliquam vt eam ven-
dant. Item faciunt fraudem regule de contractu ad
contractum. q; quum non possint aliquam rem ven
dere eam permutant. que permutatio est species cu-
iusdam venditionis. ff. de edi. edic. sciendum. §. em-
ptorem. De iis fraudibus contra leges legitur & no.
ex̄ de conces. preben. cōstitutus. de priuil. quāto. xiiii.
q. iij. plerīq;. & per Accur. ff. de legi. contra. Quantū
ergo est de facto pecunie, regula fratrum minorū p
plures eorū ludibrio facta est: & totaliter debito fru
stratur effectu: & imposita est lex sancta regule verbis
& non rebus. quum sit potius contrarium faciendū.
Unde dicit regula in. c. fratres nihil &c. pauperes in
rebus. facit ad hec C. de bonis que li. l. vir. C. cola de-
leg. l. ij. legitur & no. extra de elec. commissa. §. porro.
li. vj. Fratres autem plerīq; nec verba nec mentē nec
sensum regule seruant. quum tamen mens potius at
tendatur. extra de ver. sig. intelligētia. & c. propterea
& legitur & no. ex̄ de elec. si post q̄. §. si clericus. Fru-
stra etiam regula quantum ad capitulum pecunie, in
multis fratribus membranas occupat & declaratio
nes. quum quasi nihil de eis per plures seruatur. xix.
di. si romanorum. Et q; (vt sepe supradictum est)
fratres minores non possunt habere propriū in cōi:
vt in regula & declarationibus eorum superius alle-
gatis liquido apparet. Et ideo in eis quelibet ppri-
tas magis est condemnanda: vt sciant clare actus &
contractus ad veros dominos & proprietarios per-
tinere: & veram paupertatem euangelicam & beati
Francisci regulam inficientes: a quibus debent (si
saluari desiderant) totaliter abstinere. Ideo ad eorū
salutem hic eos inferius declarabo. Contractus au-
tem & actus proprietariorum omnibus religiosis &
precipue fratribus minoribus totaliter per se & per
alios interdicti sunt. hi scilicet emere & vēdere. ex̄ de
emp. & ven. per totum. & j. q. j. qui studet. Donare. ex̄
de dona. per totum. Permutare. ex̄ de re permu. per
totum. Compensare. C. de compensa. per totum. Lo-
care ex̄ de loca. & con. per totū. & vide quod no. extra
de fi. instru. inter. in gl. sed hoc. Conducere. Emphi-
teoticare. C. de iure emphi. per totū. ex̄ de loca. & con.
c. fi. ex̄ de reli. do. constitutus. x. q. ij. hec ius. Hypothe
care rem immobilem. Impignorare rem mobilem.
Obligare. Dissipare. Qualitercumq; distrahere. Si
bi vel alicui appropriare. Extraneo rē prestare. Ue
ro domino datori vel prestatori quum petierit rem
statim non resignare. Pro re aliqua habenda vel
recuperāda dn̄o terre iudici vel rectori querimoniā
contra quemq̄ in iudicio proponere. Uel ablatam
rem iudicialiter repetere. Pecuniam mutuare. quia
mutuum est de meo tuum. extra de pig. c. fi. lxxviij.
di. in palea, eiiciens. Quācunq; eleemosynā a dante
vel herede vel executore ex debito iure vel statuto vel
consuetudine vel pacto petere. vel ipsum in iudicio
vel extra molestare. q; nulla actio cōpetit fri minori
qui nullum ius habet in aliqua re. Testamēta exeq.
Pecuniā vel denarios deponere aut deponi facere.
Capsulam cū pecunia vel eius clauem deferre. Pe-

Ampla coꝝ cōnumerano qbus est fratribus minorib⁹ īterdictū.

cuniā inuentā in via accipere: vel accipi facere. xiiij.
q.v. per plura. c. Elecmosynam pecuniariam facere
per se vel per alium. Pecuniam manu ligno vel cera
tangere vel numerare Pecuniam in capitio vel ve-
stibus portare. Vel capsam vel loculum vel peram in
qua est pecunia cuiuscunque sit illa pecunia portare.
Quando et qualiter expendatur pecunia precipere.
de ea compotū exigere. In quacunque hereditate par
ua vel magna succedere. Legatum quod maiorem
partem hereditatis continet accipere. Annuos redi
tus vel census vel tributa, vel salinaris reditus sa-
lis, vel pedagia a pede tributum itinerantiū. legitur
et no. de his ex. de vb. signi. super quibusdam. vel te-
loneum habere. Redditus maris. Luc. v. vel recipere
vel tenere. Remittere quia remittere dare est. ex. de te-
sti. veniēs. Refutationes vel quietationes facere. ex.
in clemen. de iureiu. romani. §. eidem. In certa pecu-
niaria maxime vel pecuniarias eleemosynas aut pe
nitentias dispensare aut facere dispensari excepto nu
do consilio. Cum scriptoribus vel alijs artificib⁹ pa
ctum de dando tantum precium conuentionem, pro-
missionem vel obligationem aliquam facere. Pecu
nias a dantibus depositas apud nuntium vel depo
sitarium pro necessitatibus fratrum aliter quam in suis
veris necessitatibus emergentibus, vel ingruentib⁹
expendere vel expendi facere vt. s. per multa exēpla
apertius declaraui: Necessitate vera non emergente
vel ingruente, eleemosynam pecuniariam facere reci
pi vel deponi. De emptis de pecunia pro necessitate
deposita exeniare aut munuscula empta de illa pe-
cunia dare. Scotum pro comestione facere vel sym-
bolizare. aut illam pecuniam depositam pro necessi-
tate fratris cum licentia vel sine licentia prelati alteri
cuique dare vel per tenentem nuntium vel depositariū
facere dari. quia prelati non possunt in hoc licentiam
dare: quia nihil habēt facere in illa pecunia. sicut supra
plene et sepius est prescriptum. Eleemosynarias pe-
cuniarias fratrū decedentium facere accipi: et pro fra-
tribus facere expendi. Bona apostatarum extra or-
dinem morientium occupare. Vendicare. j. q. iij. sal-
uator. j. q. j. siquis epus. Vel recipere Reconuenire. Trā
sigere. Prosenetare vel licitare. Stipulari. Accepti-
lari. Domagium recipere pro re commoda a fratre pi
gnus accipere partem in hereditate paterna vel bo-
nis consanguineorum tamquam iure exigere. Ad depo
sitorium pro aliqua re non vere necessaria nec neces
sitate emergenti recurrere: vel pecuniam deponi face
re parochias vel parochiales ecclesias habere: quia ius
et proprietas spiritualis est. extra de causa posses. cum
ecclesia. et de paro. per totum. Iure aliquo vel consue
tudine vel pacto sacramenta conferre. Funera in iu-
re repetere. extra ordinem vel episcopalem dignitatē
iurisdictionem ecclesiasticam exercere. sicut vicarij
vel officiales epi. Tabellionatus vel procurationis
officium exequi nisi in casu heresis. ex. de heret. vt of
ficium, §. ad conscribendas. Gastaldorum oeconomo
rum orphanotrophorum xenodochorum actorum
syndicorum officium habere. quia tractant pecunias
ex officio. Intra ordinem vel extra iniuriarum actio
ne, quia nulla actio iuridica competit vero fratri mino
ri ex mente declarationum agere. Et de fratre pro il-
lata iniuria iustitiam petere. eo excepto quod seruata ad-
monitione euangelica vel coactus per obedientiam
prelato qui est ecclesia. c. vij. q. j. scire. denuntiare fra-
ter posset et debet: pro se iustitiam non petendo. Nam
frater minor etsi denuntiare possit fratrem suum vel
alium denuntiatione euangelica: non tamen canoni
ca: in qua aliqua cognitio necessaria est. super quo
no. In no. extra de iudi. nouit. Tunicam meā, pecu-
niam meam, librum meum, quantulumcunque rem
meam, etiam ore dicere: nisi proprium peccatum: vel
etiam nostram. nisi intelligendo de vsu nudo. Quia
res quecunque sit ordinis, nisi ad solum vsum, assere-
re aut mente credere. In peregrinationē quamcunque
aut tractus et loca et regiones hospitales cum bursa
rio ire: aut pactum facere cum hospite vel quocunque
alio de re aliqua. Claues cellarum tardando per dies
extra locum prelato non assignare. Claues capsarū,
scriniorum, armariorum, vel quorumcunque reposito
riorum, vbi fratres habent libros vtensilia et suppel
lectilem per spacium dierum eundo extra locum ne
fratres vtantur illis rebus prelatis non resignare.
Librum aut rem aliam cuius fratres communem
vsum debent habere, quum re alia non vtitur nec vti
necesse est, in breui fratribus petentibus non presta-
re. Nam illud est vsum appropriare. vt de hoc supe-
rius dictū est. Oblationes pecuniarias in altari, cyp
po, bacinili. Eleemosynam pecuniariam sine nuntio
vel depositario facienda eam poni a dante in fenestra
vel foramine vel capitio vel alio loco, recipere. De
cella ablata per prelatum vel quacunque alia re coram
superiore alio prelato querimoniam proponere.
Multis annis vt paucis voluntate propria et impor
tunitate in loco vel cella manere appellare. quia qui
nullum ius habet in aliqua re: in quo grauari potest?
Rem in vsum vnum concessam in alium commuta
re. vt panem eleemosynarium, oleum, vinum, fabas,
legumina alia, vel aliam rem esibilem vel non esibi-
lem, pro lignis vel pro re alia esibili vel non esibili
detrahere vel commutare. Superfluarum rerum et
non vere necessariarum mobilium vel immobilium
vsum recipere. quia ver⁹ vsuarius et simplex superflua
ad vendendum habere non potest. quia (vt dictum est)
secundum Ambro. qui non indiget et accipit: rapit.
Ligna syluarum vbi fratres habitant etiam pro eo-
rum necessitatibus vendere vel vendi facere. quia vsua
rius in sylua nemore vel prato vel horto vel alia re
qui vsum nudum habet: nihil de fructu rei illius vē
dere potest: sed solum recipere ad solum suum vsufru
ctum illius rei quantum sibi sufficit et non in plus.
secus est in vsufructuario qui et vsum habet sibi ne-
cessarium in re: et superfluum fructuum non sibi ne-
cessariorum vendere potest: quia dominus est totius
fructus salua rei substantia. extra de pigno. c. vlt. Et
idem dicendum est de quibuscunque alijs fructibus
quum venduntur quia omne quod venditur, domi
nium respicit. vt. s. dictum est. quia habent dominiū
vtile. extra de feu. et extra in clemen. de iureiu. Roma
ni. Infeudare vel in feudum recipere. Testari. Codi
cillari. aut aliquam vltimam dispositionem rerum fa
cere. C. de epis. et cleri. authenti. ingressi. xix. q. vlti. quia
ingredientibus. Seruos aut ancillas possidere aut
eos manumittere. xij. q. ij. de libertis. et cap. liberti.
Prescribere. extra de prescriptioni. Precium pecu-
niarium per se vel per alium pro opere aliquo vel la
bore recipere. Pecuniam pro veste depositam vel pro
alia re speciali in alium vsum expendere vel expendi
facere. Sine licentia prelati aliquam rem recipere vel
dare. xij. q. j. non dicatis. ex. de sta. mona. cū ad mona
sterium. §. j. in fi. In locis vbi fratres non habent lo
ca, aliquam domum vel emptam vel relictam quae no-
mine fratrum teneantur habere. Debitum cōtrahere.

extra de solutio c.ij. Usufructum habere.xix q vlt. si qua mulier. Fideiubere.extra de fideiusso. Possessiones vineas vel multas vites disiunctas in fraudez regule de quibus maxime fratres faciunt vinum habere. Magna viridaria. Magnos vel plures hortos ⁊ superfluas officinas, Lapisodinas vbi lapis foditur, Cretifodinas vbi foditur creta, Argentifodinas vbi foditur argētum, Aurifodinas vbi foditur aurum, vel loca similia in quibus metalla effodiuntur. Aluearia apum.de conse.di.v.nunq̄. Columbaria, Piscinas, Maneria, Viridaria, Forestas ferarum. In lacubus ⁊ fluminibus ad piscandum partez specialem habere. Pergolas vel vites de quibus fratres reponunt vinum, vel oliuas de quibus fratres reponunt oleum, vel terras de quibus fratres fat p infirmis vel speltam vel hordeuz pro asino vel legumina ad vendendum habere. Rem a volente eam per violentiam auferre defendere. xxiij.q.iij.§.j.⁊.q.j.§.j. Rem ad vsum cuius non est certus dominus habere. Usum rei generalem ⁊ alijs fratribus cōmunem in specialem sine prelati licentia speciali cōuertere. Quamcunq; societatem lucri cum aliquo habere. Eleemosynam pro necessitate depositam ingruēti non statim expendere. vel in illa necessitate facere sibi ab eleemosyna conuentus prouideri. Eleemosynam primo sibi assignatam pro alijs futuris necessitatibus reseruando. Unde certum est infirmos fratres habentes eleemosynas ⁊ non expendētes ⁊ necessaria cōuentui recipientes esse ppriētarios. Quācunq; rem prelato zelare vel eo iubente statim eam non reassignare. Libros duplicatos eiusdem tenoris ⁊ duo breuiaria vel duas biblias habere. Pro labore facto ordini vel seruitio vel fratri extra ordinem mercedem pecuniariam recipere. Cādelas datas in funeribus vel alibi vendere vel commutare. Certaz eleemosynam pecuniariam pro eundo ad funus vel pro adsistēdo recipere. Pro pecunia celebrare: vel promittere, pro tanta pecunia tot missas celebrabimus. Rem deputatam ad solum vsum quocunq; titulo alienare. Re non vti sed in thesauro reponere. A damnum inferentibus in hortis vel syluis eoruz vel rebus eorum vsui reputatis satisfactionem in iudicio petere. vel emendatam vel condemnationem recipere. Penitentiarias pecunias imponere: ⁊ sibi vel conuentui assignare. Extra ordinem in manib⁹ secularium sine licentia prelati rem aliquam habere vel deponere. In sanitate vel infirmitate clauē celle vel armarij vel prelato reassignare ⁊ se expropriare vt rebus religiosorum vtar. qz qui non vixit proprietarius non oportet q̄ se expropriet cum ea intentione tacita, vt prelatus nihil de cella sua auferat vel de disco. Quod si faciat: frater turbatur ⁊ murmurat. ⁊ frequenter coram superiore prelato conquerit. Hic vere frater proprietarius est. qz prelatus vsum reruz habet tollere ⁊ dare fratribus sicut vult de reb⁹ communibus plusq̄ prelatus vel officialis concedat tollere. quod est furtum. extra de elec. dudum.ij.

Prelato non obedire. qz nulla peior proprietas q̄ proprie voluntatis. cui religiosus libenter renunciauit. xij.q.j non dicatis. Prelationem ambire vel procurare.j.q.vj sicut.viij.q.j.sciendum. qz sm Greg. non solum auaritia est in rebus: sed in appetitu honoris. iuxta illud Phil. ij. Non rapinam arbitrat⁹ est esse se equalem deo. non enim loculis caret ambitiosus ⁊ cupidus dignitate. Promissionem de re aliqua facienda vel non facienda alicui sine licentia prelati facere. qz qui non est suus: nunq; potest se alteri obligare. c.liiij. di. si seruus. Quodcunq; votum sine licētia prelati emittere. qz vere expropriatus sic loquendo non habet corpus neq; animam: sed totuz est prelati ad hoc. xx.q iiij. monacho. Unde que sunt de genere bonorum: ⁊ que media a sanctis patribus ⁊ doctoribus dicuntur: que non sunt virtus simpliciter que est in anima. xxv.q.v. de pudicitia sed sunt boni actus corporales: vt vigilare corporaliter, aut se disciplinare, aut abstinere a quali, aut quamlibet aliam exercitationem corporalem. que sm apostolum modicum vtilis est. j. ad Timo. iiij. xlij. di. §.j. contra voluntatem prelati subditus religiosus facere non potest. qz sm Greg. Etsi mala per obedientiam facienda non sunt: bona tñ corporalia sunt pp obedientiā dimittenda. xj.q.iij. quid ergo. Cum prelato contendere: aut sine eius licentia, cum eodez pertinaciter disputare. quod est proprie superborum. Falso se a cōplenda obedientia excusare. Contra voluntate prelatorum extra ordinē pro quacūq; re vel officio p aliquos seculares vel ab eisdē licentias potiusq̄ obedientias procurare: aut p prelatos iniūctas facere reuocari. De ablato sibi officio murmurare. Falso prelatū quēpiam accusare. In loco natiuo vbi fratres indigene habitant procurare habitare. ⁊ procurare ne fratres extranei ibi habitēt. qz istud est pprie loca appropriare. iuxta ps. xlviij. Uocauerunt nomina sua in terris suis. Pro vsu alicui⁹ rei corā suis prelatis in iudicio vel extra cum alio fratre contendere: vel litigare: vel suū ius allegare. qz nullū ius fratri vero minori cōpetit. sed simpliciter dicere prelato. fac de hac re quod vis. hoc enim est proprie ius fratris minoris, nullum ius in terra habere ⁊ iniurias sustinere. Facientes contra priuilegia ordinis coram priuilegiorum cōseruatoribus iudicialiter molestare. ne dicā frequēter maliciose. quum tale officium principaliter ⁊ totaliter ēt in alijs q̄ in fratribus minoribus iuris indaginem ordinariā non requirat. ex̄ de off. deleg. statuimus. li. vj. ⁊. c. hac cōstitutione. §. vt autem. Aliqui de casib⁹ predictis. maxime prope finem pertinent ad pprietatē proprie voluntatis. qui sunt contra votum aut bonū obedientie de qua statim prosequar latius p veritatē. Alij casus ad rerū ⁊ vsus ptinent pprietatem. qz rūpunt pmissam in regula sctā paupertatis altissime veritatē. sicut sci⁹ ⁊ diligēs lector poterit intueri. Casus aūt pdicti sub epilogo ⁊ breuiloquio repetiti, pbati sunt. s. vbi eos lati⁹ declaraui ⁊ probant p iuris titulos speciales. ff. ⁊. C. ⁊ ex̄ de emp. ⁊ vendi. ⁊ de donatio. ⁊ de locatio. ⁊ con. ⁊ de deposito. Et de compensationibus. Et de rerum permutatione. Et de fideiussoribus Et de testamēto. Et de codicillis. Et de vsu. ⁊ habi. Et de vsufructu. Et de pactis. Et de transactionibus. Et in similib⁹ suis titulis. sicut cuilibet capitulo cōpetit superius per se ⁊ specialiter declarato. Et probantur per sanctam regulam pure ⁊ sm rigorem ⁊ spiritualiter ⁊ veraciter intellectaz. Et p declarationes Nicolai: Exijt. Et Clemē. Exiui de paradiso sepissime superius allegatas. Et p constitutiones nō deuiantes a declarationibus ordinis generalis. Nar. s. in. §. Nunc vero. in princi. in. c. iiij. dixi q̄ religiosi in vitio proprietatis offendūt in ingressu religionis: ⁊ pgressu, ⁊ egressu. Dicto iam. s. quomodo offendunt in ingressu ⁊ progressu: nūc succincte dicendum est quomodo offendunt in ingressu de mundo in vitio proprietatis. Et siquidem aliqui eorum ante mortem conueniunt in idipsum, ⁊ ali-

qui etiam de licentia prelatorum, ꝙ in morte vnus succedat alij in suo peculio maledicto. Aliqui in morte non se expropriant in manibus prelatorum: sed tacent ⁊ abscondunt que tenent in ordine vel extra. Vel non faciunt reddi pecuniam illi cuius est: vel res. Vel se expropriant cum intentione si de infirmitate conualuerint: suum peculium rehabendi. de peni. di. j. diuortium. ij. q. j. l. destinsse. Vel aliqui eorum faciunt legata de peculio vel missas dici pro anima sua. Vel faciunt fieri post mortem suam pictantiam fratribus. Vel relinquunt aliqua fabrice ecclesie: vel pro edificijs vel necessitatibus fratrum vel sacristie vel infirmarie. Vel dant sine licentia prelatorum in infirmitate aliqua in ordine vel extra. Vel eligunt etiam intra locum fratrum aliquam sepulturam. Vel moriuntur cum deliberata displicentia, magna mortis impatientia ⁊ murmuratione. Hec omnia vitium proprietatis sapiunt ⁊ naturam. ad hoc. C. de episco. ⁊ cleri. auf. ingressi. xix. q. vlt. q: ingredientibus. ⁊. l. nunc autem. ibi. deinde iudicio eius cessante. extra de testa. q: ingredientibus ⁊ de sta. mo. c. ij. ⁊. c. super quodam. ⁊ e. cum ad monasterium. §. ꝙ si. liiij. di. abbas. xij. q. ij. non dicatis. ⁊. c. nolo. ex. de sepult. religiosi. li. vj. xiij. q. ij. quam preposterum. Referas istas allegationes singulas ad suos singulos articulos prenotatos.

Quia autem diffusius supra de vitio proprietatis religiosorum maxime fratrum minorum huius frigidi ⁊ hypocritalis temporis pertractaui: q: nimis diffusi sunt super eo: ⁊ vulnera discooperui: vt vere expropriationis ⁊ paupertatis ostenderem medicinam: ne se pretextu crasse ignorantie valeant excusare. que tamen non excusat. extra de or. ab epis. qui renun. episcopa. c. j. vbi de hoc. ⁊ de cleri. ex. mini. c. pen. vbi de hoc plene. Nunc ad alia eorum vitia vt per eos sciantur ⁊ curentur similiter reuertamur. Et vt curati secularium clericorum ⁊ laicorum efficacius verbo ⁊ exemplo curent scelera ⁊ delicta. xvj. di. c. vlt. xxv. di. c. vlt. iij. q. vij. §. idem testatur. cum. c. se.

De secundo vitio religiosorum quorundam capitali quod est inobedientia. Cap. 68.

Et secundum eorum vitium capitale inobedientia hariola. j. Re. xv. di. lxxxj. si qui filia belial. i. absque iugo. i. diaboli. j. Reg. x. Qui noluit subesse deo: sed ei se parem facere. Esa. xiiij. Ezechi. xxviij. de peni. dist. ij. si enim. contra quem ⁊ alios inobedientes dicitur Hiere. ij. A seculo confregisti iugum meum: rupisti vincula: ⁊ dixisti: non seruiam. De obedientia ista tractaui supra in ista secunda parte istius operis in materia Begardorum in tertio eorum errore in. §. tertius error. in. c. lij. Et in tractatu anachoritarum. in. c. lij. in. §. ex quo sponsa. ver. ad hec. cum multis se. Hic tamen multa addam, ibi dicta minime repetendo. Secundum vero ea que no. xciij. di. in summa. ⁊ que no. Raymundus in summa sua in tertio li. in titulo de summa precepti, Obedientia in tribus consistit. in reuerentia exhibenda, in mandato suscipiendo, in iudicio subeundo. Reuerentiam debet minor vt assurgat maiori: ⁊ det ei proprium locum ⁊ primum in choro, in mensa, in sedendo ⁊ eundo, ⁊ huiusmodi. nisi minori in ordine maior administratio sit commissa. Unde archipresbyter vel presbyter debet archidiacono reuerentiam ratione maioris administrationis: licet ordine maior sit. xxv. dist. perlectis. vltra medium. ver. archipresbyter. ⁊ no. xxj. dist. in nouo. in gl. c. ꝙ. Et secundum Hug. quilibet cardi presbyter vel diaconus maior est quolibet episcopo. vt not. Archid. post eum. ij. q. vij. quamquam. licet glos. dicat contra. sed curia Romana in suo ritu cum Hug. tenet.

Obedientia tribus impletur.

Obedientia iudicij ⁊ precepti debetur ei tantum qui preest in administratione vel iurisdictione. vij. q. j. q: frater. extra de ma. ⁊ obe. si quis venerit. nec est petenda per iuramentum: nec per chartulam conscribenda. extra de ma. ⁊ obe. legebas. nisi a suspecto ⁊ alias contumaci. extra de ma. ⁊ obe. cum in ecclesijs. Forma obedientie manualis quam subditus religiosus prestat suo prelato: ⁊ prelatus inferior superiori ponitur extra de simo. ne dei ecclesiam. Virtus seu efficacia precepti est ꝙ subditus tenetur de necessitate obedire precepto sui prelati. vel mandato. alias peccat secundum Ray. mortaliter. xiiij. q. j. quod precipitur. immo hariolus ⁊ idololatra dicitur. lxxxj. di. si qui. j. Re. xv. Quasi peccatum hariolandi est repugnare: ⁊ quasi scelus idololatrie nolle acquiescere. vbi dicit expositor. Idolum hominis est quicquid plus quam deum colit ac diligit. filijs ergo inobedientie voluntas sua idolum est. cuius nutus contempta dei voluntate sequuntur. ⁊ quicquid ipsa iusserit quasi sacrosanctum adorant. Et hoc intelligas quoties prelatus precipit licitum. i. secundum deum ⁊ officium suum. xviij. q. ij. hoc tamen. xj. q. iij. qui resistit. ⁊. c. iulianus. quod principaliter debet exercere circa correctionem ⁊ salutem animarum. Secundario circa discretam ⁊ vtilem dispensationem rerum ecclesie. Unde si precipiat aliquid contra deum vel regulam: non est obediendum. ⁊ sic etiam in sacra regula beati Francisci continetur. ⁊. xj. q. iij. si idem q preest. cum. ij. c. se. in pre. c. iulianus. cum. c. sequen. extra de ma. ⁊ obe. cum in ecclesijs. ⁊ pre. c. ne dei. ⁊ extra de iureiuran. ego N. Si autem dubitat subditus vtrum sit contra deum illud quod precipitur vel non: obediat in dubio. c. di. contra morem. in princ. legitur ⁊ no. xxiij. quest. j. quid culpatur. in vlt. glos. ⁊ de tempo. ordi. c. ad aures. in glos. ⁊ ita patet. ⁊. c. dilectus. in glos. hic habes. Nisi esset tale dubium in quo nullo modo excusabilis esset ignorantia. puta circa articulos fidei, ecclesie sacramenta, precepta vel prohibitiones domini, vel generale statutum ecclesie. xvj. dist. quod dicitis. xxxviij. dist. c. j. ⁊ c. qui ea. Religiosi autem longe magis sunt adstricti obedientie quam seculares. xij. q. j. non dicatis. et de off. ordina. quanto. Qui sine obedientia superioris viuunt in ecclesia Simonis. j. obedientis Petri non viuunt Christus enim ascendit in vnam Simonis nauem. Luc. v. vt qui christi ⁊ sui vicarij seruus est: in obedientia ecclesie viuat. xix. di. in memoriam. ⁊ c. nulli. Unde ⁊ Christus multum in Bethania. i. in domo obedientie versabatur. Joan. xij: quia ipse precipue obediens fuit vsque ad mortem. Joan. iiij. ⁊. vj. ⁊ Phil. ij. Et secundum Bern. potius voluit perdere vitam quam obedientiam. Unde inobedientes sine capite viuunt. ⁊ in canone acephali. i. sine capite indicantur. xciij. di. nulla. Et inobediens morte corporali ⁊ spirituali condemnatur. extra de ma. ⁊ obe. si quis venerit. vbi de hoc. extra qui si sint. legi. per venerabilem. §. rationibus. Est ⁊ sciendum secundum beatum Antonium de ordine minorum predicatorem eximium super euangelium, Quid existis. Matth. xj. ꝙ vera obedientia habet in se. v. que ipse colligit de verbo Esa.

Vera obedientia qualis esse debeat.

xxv. Germinans germinabit ⁊ exultabit letabūda ⁊ laudans. Vera obedientia est humilis, deuota, festina, iocunda. ⁊ perseuerans. Humilis, in corde. hoc est Germinans. germen initium est floris: ⁊ humilitas omnis bone actionis. Superbus enim fili⁹ Belial. i. absq; iugo vult esse: ⁊ alios subiugare. humilis autem subesse. Unde impossibile est quemq; esse verum obedientem: nisi sit verus humilis. Unde quū Mat. xi. christus dicit, Tollite iugum meum. sequitur. Discite a me q: mitis sum ⁊ humilis corde. q. d. Nunq; portabitis iugum obediētie: nisi fueritis humiles. Deuota, in voce. hoc ex Germinabit. ex humilitate enim cordis procedit deuotio vocis. Unde ⁊ Mat. xi. dicitur Discite a me q: mitis sum exteri⁹: ⁊ humilis corde interius. Unde Bern. Collactanee sunt humilitas ⁊ mansuetudo. Et sicut presumptio ab elatione, sic vera mansuetudo ex vera humilitate procedit. Festina, in iussione. cui concordat Exultabit. Exultauit inqt ad currendam viā. ps. xviii. Iocūda, in tribulatione. hoc est Letabūda. Act. v. Ro. v. Perseuerās, in precepti adimpletione. hoc est laudās q: omnis laus in fine canitur. Mat. x. ⁊ xxiiij. de pe. di. ii. §. euidenter. ver. Item illud. vij. q. j. suggestum. Debet etiā habere obedientia tres alias conditiones que notanē. j. Macha. xiiij. Siluit terra iuda omnibus diebus Simonis. quesiuit. n. bona gētis sue. ⁊ placuit illis potestas eius. Dies Simonis lux est obedientie. Simon enim (vt dixi) obediens interpretatur. Tres aūt sunt conditiones vere obedientis ⁊ obedientie. Debet enim esse grata, pura, solicita. Grata, sine murmuratione ⁊ contradictione. ⁊ hoc no. ibi, Siluit terra. Verus enim obediens non murmurat nec recalcitrat: sed silet mente ⁊ ore. dicit gallice. Fache. factuʒ est. q: in corde bono suo pro facto habet verbum prelati: ac si iam fecisset. ⁊ votum sibi pro opere reputatur. de pe. di. j. votum. circa principi. di. Item pura sine propriū commodi carnalis intentione. ⁊ hoc notatur ibi: Quesiuit bona gētis sue. non sibi sed alijs per suam obedientiaʒ q̄siuit bonū. q: obedientia charitatis. i. Pe. ij. Phil. ij. nō querit que sua sunt. j. ad Cor. xiij. viij. q. j. sunt i ecclesia. Sūt enim quidam qui bene obediunt sine murmuratione: sed ipsi commodum suum considerant: non aliorum. Item solicita vel festina. ⁊ hoc no. ibi. Placuit illis potestas eius. Quidam enim ita tarde ⁊ cōfuse ⁊ indeuote implent obedientiā: ꝙ nulli placet potestas eorum. i. obedientia per quam verus obediēs super seipsum potestatē habet. Prouer. xxi. Uir obediens loquitur victoriam. Uincit enim verus obediens omnia membra corporis exterius: ⁊ voluntatem suam interius. Bern. Uerus obediens mandatum nō procrastinat: sed parat aures auditui: linguā voci: manus operi: pedes itineri: ⁊ se totum intra se colligit vt mandatum peragat imperantis. Uer⁹ ergo obediens debet esse silens a murmuratione pur⁹ in intentione: placens sine excusatione: silens ore: purus corde: placens opere. Unde ⁊ dicebat alm⁹ Frāciscus. Fratres: non faciatis me verbum repetere. ad hoc extra de ma. ⁊ obe. legebatur. ⁊. c. cum in ecclesijs §. cum igitur. in fi. ibi. debite ac humiliter obedirent. c. di. contra morem. in princi. Ad istam fanctaʒ obedientiam subeundaʒ inducit dñs: quū ait Mat. xi. Tollite iugum meum super vos. Quis non obediat illi qui imperat ventis ⁊ mari: ⁊ obediunt ei? Mat. viij. ⁊ xiiii. ⁊ Lu. viij. ⁊ Marci. v. vnde Ecclesiastici vltimo. Comparate vobis sine argento sapientiam. ⁊ collum vestrum subijcite iugo eius ⁊c. In verbo autem dñi pre Tollite ⁊c. tria de obedientia insuper dicuntur: i. ꝙ debet esse voluntaria a principio vt ait Tollite. q. d. Nō impono vobis vt bobus vel asinis. sed vos vt homines tollite vobis si vultis. Dñs. n. filios. s. voluntarios vult habere: non seruos. s. coactos. xxiij. q. vj. §. ex his. Unde in edificio tabernaculi dixit Moysi. Exo. xxv. Ab homine qui offert vltro accipietis. Et Ambro. de beata vita. Uoluntariū sibi militem elegit christus. Uoluntarium seruū sibi diabolus auctionatur. xv. q. j. non est. Et sm hoc male faciunt illi qui ponunt filios ⁊ filias suas inuitos in monasterio. contra illud. Uoluntarie sacrificabo tibi ⁊c. ps. liij. Unde ⁊ canon. Quod eniʒ quis nō eligit nec optat: profecto non diligit. quod auteʒ non diligit: facile contemnit. Nullum igitur bonum nisi voluntariuʒ. xx. q. iij. presens. Sicut ⁊ integritas corporis res est voti: non precepti. xxxij. q. j. integritas. vbi ⁊ notatur ꝙ non potest quis compelli ad seruandam religionem strictiorem q̄ꝫ promisit. ⁊. lxxiiii. di. gesta. in gl. c. ⁊ extra ne cle. vel mo. relatum. in glo. in penam. ⁊ facit quod no. lxxxi. di. c. ij. in gl. hic respondet. ver. promotos enim. ⁊ facit quod no. xi. q. iii. §. Item est quando in glo. ab hoc loco. Unde ⁊ tenet Hug. ꝙ non tenetur monachus obedire abbati nisi tantum in his que spectant ad imperium abbatis. Si enim abbas velit ei iniungere strictiorem vitaʒ: bene potest. sed ei non tenetur monachus obedire vt pre. c. non est. ⁊. c. presens. ⁊. c. gesta. ⁊ sic no. xii q. j nō dicatis. Et hec fuit etiam sententia Uincen. ix. extra de maiorita. ⁊ obe. dilecta. facit pro hoc quod no. xi. q. iii. in summa. in fi. pro hoc facit. ff. de reg. iur. factuʒ a iudice. xviij. q. ii. hoc tātum. Et facit pro hoc quod no. Inno. extra de constit. cum omnes §. in gl. j. ver. caueat tamen episcopus. Idem tamen Inno. tenet ꝙ locum habent in clericis non professis. nam professis austeriores constitutiones ⁊ obseruante possunt indici. vt no. extra de regula. super eo. licet eoruʒ ordo sine communi consensu mutari non possit. extra quod me. causa. cum dilecti. Idem etiaʒ tenuerūt Hug. ⁊ Lau. xj. q. iij. in summa. Et Ioā. an. extra de sta. regu. c. vnico. in glo. sed quomodo. ⁊ de reg. in q̄d omnes. Ego autem in his distinguo quia aut faciūt constitutiones austeriores contra relaxationem regularis obseruantie: vt quod promiserunt plene obseruent. Et tunc teneo cum Inno. ⁊ sequacibus. ⁊ ita videtur fuisse mens sua in pre. c. super eo. subtiliter intuenti. q: loquitur de conuentu in monasterio relaxato. Si autem obseruetur obseruantia regularis promissa: nō credo ꝙ durior obseruātia possit imponi. ⁊ sic teneo cuʒ primis. Unde si fieret constitutio. ꝙ fratres predicatores vel minores tenerentur ieiunare qualibet septimana die veneris in pane ⁊ aqua: non tenerentur hoc seruare. q: ad hoc eos eorum regule non obligant: Si auteʒ tales constitutiones essent penales pro transgressionibus que fierent: ad tales tenerentur professi. quia pro penitentia imponūtur: quam tenentur facere: ⁊ ad quam possunt compelli. xxvj. quest. j. predicandum. alias iniustum ⁊ iniquum videretur ꝙ aliquis cogeretur ad seruandum amplius q̄ꝫ promisit. ⁊ quod est supererogationis, ad necessitatem ⁊ obligationem adducere. Matth. xiiij. c. bonum. xiiii. q. j. quisquis. ⁊ c. xxvij. q. vij. alligant. Item q: obligatio est de voto, vnde ps. lxxv. Uouete ⁊ reddite. Et illud ps. cxv. Uota mea reddā. extra de voto. magne. ergo a sensu contrario, quod

Quatenus obsequendū sit abbati.

non voui non reddā: nisi constitutio annexa esset vo to.c.j.q.iij.siquis obiecerit. Ad pre.ↄtra de sta.re.c.j. vbi imponitur clausura presentibus professio nō ꝑmittentibus eā. Respondeo ꝙ in feminis religiosis ad castitatē seruandam propter sexum debilē anne xa est ⁊ consequens quemadmodum clausura, vt cla re colligitur de verbis ⁊ de mēte illius.c.⁊.c.ad hoc, extra de iudic.mulieres.lib.vj. Unde qꝛ Dina vaga ri voluit: stuprata fuit, Gen̄.xxxiiij. de pe.di.v.c.j. ad si. vnde Seneca. Initiū bone vite ⁊ mentis ⁊ bene constitute est vt aliquis sciat habitare. Sic etiā nar rat Greg.in.ij.li.dialogorum de beato Benedicto q recessit a malis monachis ⁊ habitauit secum. ad hec vij.q.j.§.hoc autem.in fi.xviij.q.ij.§.ecce secum. Antiqua etiam clausura innuitur feminarum.xviij.q.ij. diffinimus.ibi extra positam portam ⁊c. Secundo obedientia debet esse iusta i.in ijs que sunt s̄m deū, vt.ā.ver.⁊ hec intelligas.cū.ū.se.satis probatum est, qꝛ in malis promissis fides est rescindenda.xxij.q.iij. in malis. Et ideo dicit Iugum meum. Est autē tri

Jugum volūtatis. plex iugum. Primum est proprie voluntatis. quod non est simplex sed multiplex. qꝛ singuli sensus iugū suum imponunt. Unde Luc. xiiij. Iuga boum emi. v.id est curiositatem sensuum nō sine labore magno acquisiui: vaga inuestigando, ⁊ in eis delectando. sicut enim iugum premit ceruicem: ita sensus rōnem. Sap.ix. Unde Augu. Quum exterior sensus carnis bono suo vtitur: interior sensus mentis dormit. Et Isaac de vita contemplatiua dicit. Quum mens a sensibus exterioribus trahitur: cum eis cibū comedit bestiarum. Quum vero sensus trahuntur a mente: cum ea cibum comedunt angelorum. vnde dicit ibi in Luca. Eo probare illa. Ecce vitium curiositatis. sed si nemo potest duobus dn̄is seruire. Mat.vj. ⁊ Luc.xvj. ⁊ de pe.di.ij.§. romanos. ver. nemo pōt. quanto minus.v.tyrannis contra animam ⁊ rōnē tyrannizantibus? Unde Bern. Qui iuga iumentorū emit: iumentis stolidior ⁊ bestialior bestijs com putat. Si optas iugum: tolle super te iugū christi: nō graue sed leue ⁊ suaue: quod non infligit laborē: sed tribuit requiem. dimitte cupiditatem: ⁊ elige charitatē. Iugū etiam proprie voluntatis ꝙ̄ graue sit ostēditur Iob.vij. Posuisti me contrarium tibi: ⁊ fact᷒ sum mihimetipsi grauis. Ubi dicit Bern. Nullū mihi importabilius onus meipso. nulla sarcina grauior est. factus sum mihi talentum plumbi: ⁊ resedit iniquitas super illud. Zach.v. vnde Osee.x. Confundet israel in voluntate sua. Secundum iugū est diabo

Jugum diabolice ꝑsuationis lice ꝑsuationis. de quo Esa.x. Auferet onus de humero tuo ⁊ iugum de collo tuo: ⁊ computrescet iugū a facie olei.i.a ꝑsentia misericordie dei ⁊ vnctione spiritussancti. qui dicit Hiere.xxx. Conterā iugū eius de collo tuo: ⁊ vincula eius dirūpā. Huic iugo se subdūt qui suggestioni eius consentiūt. Un̄ Osee.x. Effraim vitula docta diligere triturā. qꝛ sicut vitula spōte accedit ad iugum vt comedat de frugibus aree: ita peccatrix aīa sponte se subdit diabolo pp appetitū delectationis momentanee. Tertium est iugum diuine

Jugū diuine iussionis. iussionis. de quo hic. Iugum meum suaue est. ⁊ ꝓcedit in Mat. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis. Ubi Aug. de verbis dn̄i. Quare.n.oēs laboramus: nisi qꝛ sumus hoīes mortales lutea vasa portantes que faciunt inuicē angustias? sed si angustant vasa carnis: dilatent spatia charitatis. Ad qd ergo dicit, Uenite ad me oēs qui laboratis? nisi vt non laboretis. Item ibi Hilarius. Legis etiā diffi cultatibus laborantes ⁊ peccatis seculi oneratos ad se aduocat. Item Hieronymus ibi. Grauia enim esse onera peccati ⁊ Zacharias propheta testatur.v.c.iniquitatem dicens sedere super talentum plumbi. Et psalmista compleuit ps.xxxvij. Iniquitates mee aggrauate sunt super me. Item Greg.xxx.mora. Asperum etiā iugum ⁊ dura seruitus ⁊ pōdus est subesse tēporalibus: ambire terrena: retinere labentia: velle stare in non stantibus: appetere quidem transeuntia, sed cum transeuntibus nolle transire. Dum enim contra votum cuncta fugiunt que prius mentem ex desiderio adeptionis afflixerāt; post ex pauore amissionis premunt. Item Chrys. Non autem dicit, Uenite ille ⁊ ille. sed oēs qui in solicitudinibus, qui in tristitijs, qui in peccatis estis. non vt expetā noxas: sed vt soluam peccata, venite. non indigeo vestra gloria. sed qꝛ volo vestram salutē. Unde ⁊ dicit. Et ego reficiam vos. Non dixit, saluabo solum. sed (qd̄ multo amplius erat) reficiam vos.i. in omni quiete constituā. Rabanus. Non solū exonerabo: sed interna refectione saturabo. Item Remigius. Uenite dicit, non pedibus sed moribus. nō corpore sed fide. Iste namq; est spiritualis accessus quo quisq; deo appropinquat. ideo sequitur. Tollite iugum meū sup vos. Rabanus. Iugum christi est euangelium christi: qd̄ iudeos ⁊ gentes in vnitate fidei coniungit ⁊ sociat. hoc autem super nos iubemur sumere.i. in honore habere: ne forte ponentes.i. praue illud contemnētes lutulentis vitiorum pedibus conculcemur. Un̄ subditur. Discite a me. Aug. de verbis dn̄i. Nō mundum fabricare: non in ipso mundo miracula facere. sed qꝛ mitis sum ⁊ humilis corde. Magn᷒ esse vis? a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam cōstituere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantūquisq; vult superimponere maius edificium: tanto altius fodit fundamentū. Quo autem peruenturum cacumē nostri edificij. vsq; ad conspectum dei. Rabanus. Discēdū ergo nobis est a saluatore nostro vt simus mites moribus ⁊ humiles mentibus. neminem ledamus. neminem condēnemus. ⁊ virtutes quas foris ostendimus in opere: intus teneamus in corde. Chrys. Et ideo incipiens diuinas leges ab humilitate incipit: ⁊ maximū premium ponit dicens. Et inuenietis requiem animabus vestris. Hoc enim maximum est premium. Nō enim alij efficeris vtilis solum: sed teipsum requiescere facis. ⁊ ante futuram hanc tibi dat retributionē. in futuro autem perpetua gaudebis requie. Et ne formidarent qꝛ dixerat onus ⁊ iugū. subdit. Iugū meum suaue est: ⁊ onus meum leue. Hilarius. Iugi autem suauis ⁊ leuis oneris blandimēta proponit. vt credentibus eis boni scientiam prestet. quod ipse solus nouit in patre. Greg.iiij.mora. Quid graue mentis nostre ceruicibus imponit: qui vitare omne desiderium quod perturbat precipit: qui declinari laboriosa mundi huius itinera admonet? Item Hilarius. Et quid iugo ipsius suauius? qd hoc onere leuius? probaf fieri: scelere abstinere: bonum velle: malum nolle: amare oēs: odisse nullum: eterna cōsequi: ꝑsentibus non capi: nolle inferre alteri quod sibi perpeti sit molestū? Rabanus. Sed quō iugum christi suaue est. quum supra dicat Mat.vij. Arcta est via que ducit ad vitā? Sed quod angusto initio incipit: processu tēporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. Item Augu. Qui iugum domini intrepida ceruice subierunt: tam alacriter difficillima pericula

patiuntur

patiuntur: vt non a laboribus ad quietem, sed a
quiete ad laborem vocari videantur. Sed profecto
adest spiritussanctus qui in exterioris corruptione
hominis.ij.Cor.iiij.interiorez renouaret. Ephe.iiij.
de die in diem: et gustata requie spirituali in affluen-
tia deliciarum dei in spe future beatitudinis omnia
presentia deliniret aspera: et oia grauia releuaret. Se
cari et vri se hoies patiunt: vt dolores acriores eter-
ni aliquando doloz precio redimant. Quibus tem
pestatibus vel penis importuni sunt mercatores: vt
diuitias venturas acquirant. Sed qui has nō amāt
eadem grauia patiuntur. Qui vero amant eadem
quidem sed non grauia pati videntur. Omnia eniz
seua et immania prorsus facilia et prope nulla efficit
amor. Quanto ergo facilius ad veram suam beati-
tudinem charitas facit: quod ad miseriam quantuz
potuit cupiditas fecit? Hieronymus. Quo etiam le
uius est lege euangelium: quum in lege. Exo.xx. ho-
micidium et adulteriū: in euangelio. Mat.v. de pen.
di.j. homicidium. et. c. si cui ira et concupiscentia pu-
niant? In lege.n. multa precepta sunt: que aplus non
posse compleri plenissime docet ad Romanos. In
lege opera requirunt: in euangelio voluntas querit:
que etsi effectum non habuerit: tn̄ premiuz nō amit-
tit: de pen.di.j. votū. in prin. di. et peccatū facit. xxxij.
q.v. non nisi. Euangelium ea precipit que possum⁹:
scilicet ne concupiscamus: hic in nostro arbitrio est
lex: quum voluntatē non puniat, de pen.di.j.§. cogi
tatio: punit effectum ne adulterium facias. Finge in
persecutione aliquaz virginē prostitutam, hec apud
euangelium quia voluntate non peccat: virgo susci-
pitur in lege quasi corrupta repudiat. xxxij.q.v. fin-
ge, alias est. §. sub. c. de pudicitia. Est aūt iuguz chri

Iugum christi suaue multas ob causas appellat.

sti suaue. Primo pp dominationem: quia sicut hic
ait Augu. qui huic iugo subdit: cuncta hz subiecta.j.
ad Cor.iij. Oia vestra sunt. xxiij.q.vij. q̄ autem in fi.
Secundo pp vnctionē. Magna.n. suauitas est in o-
bedientia et adimpletione mandatoz dei. ps.cxviij.
In via testimonioz tuoz delectatus sum etc. idem.
xviij. In custodiendis illis retributio multa. Ubi di
cit Aug. Non ait, pro custodiendis: sed in custodien
dis: qr non tantum pro eis reddet premium: sed hic
in eoz custodia magnū est gaudiū. Eccl.xxiij. Nihil
dulcius q̄ respicere in mandatis dn̄i: Unctio hec fi-
cit dicit Bernar. Andream fecit amplecti crucem
gaudentem. Laurentium irridere carnificem. Ste-
phanum. Act.vij. pro lapidantibus flectere genua in
oratione. Et aplos gaudere in tribulatione. Act.v.
ps.iiij. In tribulatione dilatasti mihi.ij. Corinth.j.
Sicut abundant passiones christi in nobis: ita et p
christum abundat cōsolatio nostra. Unde et ps.xxx.
Quam magna multitudo dulcedinis tue dn̄e: quaz
abscondisti timentibus te. Ubi dicit Bern. Uideris
quodammodo memoriam suauitatis huius anima
sancta exprimere gestiens: verba multiplicat: hanc
dulcedinem nemo expertus: inexpertus ignorat: qr
nemo scit nisi qui accipit. Apoc.ij. Unde et ad gustā
dum nos Dauid inuitat dicens. ps.xxxiij. Gustate
et videte. Item Bern. Hanc suauitatem docet vn-
ctio: non lectio. Eccl.xxiiij. Sps meus super mel dul
cis. Bern. Adeo dulcis: vt ne ipsa quidem mortis
amaritudo licet amarissima queat illi dulcedini pre
ualere. Quid ergo non temperet illa dulcedo: que
ipsam mortem facit dulcissimaz? Jone.j. Tollite me
et mittite in mare: et cessabit mare in vobis. Hoc est
lignū quod ipsas aquas amaras per Moysen dul-
corauit. Exo.xv. de con.di.ij. reuera. Hec est farina q̄
pulmentum prophetarum per Heliseum saporauit.
iiij. Reg.iiij. Hic est sal federis quod nulli sacrificio
deesse iubet. Leuit.ij. Unde Job.vj. Nunquid pōt
comedi insulsum quod non est sale conditum? Hec
dulcedo est etiam illa consolatio et manna quod da-
tum est filijs Israel in deserto huius peregrinatio-
nes. donec terrā promissionis intrarent: que est vi-
uentium. Exo.xvj. Mane iacuit ros per circuitum
castroz: qr germen diuine consolationis extinguit
feruorem concupiscentie carnalis: et ab aduersarijs
vndiq̄ nos defendit. Quumq̄ operuisset superficiē
terre: qr gaudium conscientie resultat in facie: appa-
ruit in solitudine: idest in contemplatione minutuz:
pp subtilitatem cognitionis: quasi pilo tunsum. pp
suauitatem contritionis: in similitudine pruine, qr
candorem habet per munditiam sanctitatis: et im-
pinguat per affectum pietatis. Quod quum vidis-
sent filij Israel: dixerunt, manhu. i. quid est hoc? qui
bus ait Moyses. Iste est panis quem dedit vobis
dn̄s ad vescendum, de con.di.ij. reuera. Hec est pro-
missio q̄ promittit dn̄s ad se venientibus: in pre.c.
Marc.xj. Uenite ad me oēs etc. ibi reficiam vos.
Quicquid est in hoc mundo: hanc gratiam et suaui-
tem non potest comparare. Hec est multitudo dulce-
dinis: de qua dictum est: Delicie cordis: primitie spi
ritus: panis quotidianus: stipendium militie: centu
plum huius vite. de quo Mat.xix. Tertio est suaue
hoc iugum dn̄i pp promissionem: qr magna est spes
mercedis: vnde.ij. ad Cor.iiij. Id quod in presenti
est momentaneum et leue tribulationis nostre: supra
modum in sublimitate eternum glorie pondus ope
ratur in nobis. q.d. Tribulatio est quantitate modi
ca duratione: momentanea: acerbitate mensurabilis
et finita in loco calamitatis: sed glorie quantitate im
mensa: duratione eterna: dulcedine inestimabilis in
loco amenitatis. Eccli.xxxviij. Unguētarius faciet
pigmenta suauitatis: et vnctiones conficiet sanctita
tis. Quarto propter amorem. Unde gen.xxix. Ui-
debantur Jacob pauci dies quib⁹ seruiuit pro Ra-
chele: pre amoris magnitudine. Bern. Nihil credē
tibus impossibile: nihil amantibus difficile: nihil a-
sperum mitibus: nihil humilibus arduum reperitur
quibus gratia fert auxilium: et obediendi deuotio le
nit imperium. Quinto pp precedentium patrum
considerationem. Heb.xij. Habentes impositam tā-
tam nubem testium: idest multitudinem martyrum
per patientiam curramus ad propositum nobis cer
tamen. Unde Greg. Si facta recolamus preceden-
tium: difficilia non erunt que toleramus. Sexto pp
subleuationem, quia licet simus sub onere: deus tn̄ a
superiori onus leuat. Sicut mater qn̄q̄ portat onus
super caput filij sui: et tn̄ ipsum reputat portare: sic et
dn̄s suum bonum tribuit nobis ad meritū: licet ipse
operetur. Gen.xv. Credidit Abraam deo: et reputa-
tum est ei ad iustitiam. De isto iugo etiam scripsi.s.
in.c.vj. in §. aleph. in.c. thre. versi. teth. bonum est: s;
hic plenius.c.s. in prin. istius.ij. partis. §. iam nunc
in tex. interierunt in vijs.j.c. Tertio obedientia dz
esse deuota: vnde ait super vos: vt in honore habea-
tis non subter: vt contemnatis: Unde.j. ad Cor.x. et
Colos.iij. Omnia in gloriam dei facite. Canti.j. Fa
sciculus myrrhe dilectus meus mihi: vbi dicit. Ber.
Non fascem sed fasciculū dicit dilectum: quia leue p
ipsius amore ducit quicquid laboris immineat: et
doloris. Inter vbera mea commorabitur. Bernar.

Habeto illum semper non retro in humeris: sed ante pre oculis. vt portantes ⁊ non odorãtes ⁊ onus premat ⁊ odor non erigat. Item de obedientia. j. Regũ. j. Loquere dñe: q: audit seruus tuus. Esa. vj. Ecce ego: mitte me. viij. qõ. j. in scripturis. Et Saulus. Dñe quid vis me facere? Actuũ. ix. super quo verbo Augu. Occisus agnus a lupis fecit agnos de lupis. Iam parat se ad obediendum qui prius seuierat ad persequendum. Item super illud Prouerb. xv. Responsio mollis frangit irã: ⁊ lingua eucharis in bono hoĩe abundabit. Sanctus Antoni⁹ de ordine minoꝝ ait. Rñsio mollis humilis subditi frangit iram superbi prelati. Unde Prouer. xxv. Patientia scilicet subditi lenietur princeps. i. prelatus. xxxv. di. ecclesie. ⁊ lingua mollis veri. s. obedientis confringet duritiã. s. prelati austeri. Ne coneris dicit sapiens Eccles. iiij. contra ictum fluuij. i. voluntatẽ prelati. s. humilia ei caput tuum. Uerbum dulce multiplicat amicos: ⁊ mitigat inimicos. Et lingua eucharis. i. bone gratie in bono. s. subdito abundabit. Eccle. vj. vt dicat cum Iob. xiiij. Uocabis me: ⁊ ego rñdebo tibi. Rñdet qui sibi precipienti ex aĩo obedit ꝭm Antoniũ. Itẽ j. Mach. ij. Ecce Simon frater vester: scio ꝙ vir boni consilij est. ipsum audite semp: ⁊ ipse erit vobis pater. Simon interpretatur obediens. Obedientia bonũ est consilium. q: propriam voluntatẽ (que est via ad infernum ꝭm Bern.) docet mortificare: ⁊ alterius voluntatem (que est via ad celum) adimplere. Unde Mat. xvj. Si qs vult post me venire: abneget semetipsum. s. per veram obedientiam ⁊ sequatur me. per penitentiam ⁊ conscientiam. Unde Greg. Sola obediẽtia est virtus que ceteras virtutes sibi inserit: insertasq; custodit. Obediẽtia autem ꝭm sanctum Climacum abbatẽ montis sinai, est anime proprie consummata abnegatio per corp⁹ manifeste monstrata. Aut obedientia est perfecta corporis abnegatio per animam ex voluntate feruẽter ostensa. Obedientia est ꝭm eundẽ, mortificatio mẽbroꝝ in viua mente ⁊ deliberatione. Obedientia est imperscrutatus motus: spontanea mors: sine curiositate vita: absq; cunctatione ⁊ solicitudine periculũ carentia timoris mortis: absq; detrimento naufragium: dormiens vie peragratio. sicut enim dormiẽs quiescit a curis: nec curat de aliquo: ita qui ver⁹ obediens est, siue in mari nauigans vel incidẽs in latrones, de periculis non curabit. Neq; precepta discernit. scit enim constanter q: in martyrium ei imputabitur quod superueniet periculum: eo ꝙ obedientiã sine discretione humane prudẽtie impleuit. Est etiã obedientia perfecte assumpta perfecta omniũ presentium rerum obliuio: ⁊ a proprijs naturalibus nobilibus verus recessus. Itẽ obedientia est sepulchrũ voluntatis: resurrectio humilitatis. non contradicit aut discernit mortuus in bonis aut in apparentibus malis. Qui preest pie mortificat eius aĩam. ⁊ super omnibus satisfaciens reddet rationem. Obedientia est depositio hesitationis ⁊ districtionis in diuitijs discretionis. Qui enim in preceptis malis apparentibus sed simpliciter non malis vt peccatũ, obedit, vere obediens est. sicut Abraham filium immolãs. Gen. xxij. ⁊ alter cenobita ad preceptum abbatis filium in fumum proijciens. Diuitie vero discretionis in obedientia non discernenti sunt virtutes que consequuntur obedientiam non discernentem. sicut humilitas ⁊ patientia ⁊ alie virtutes. Initium autem mortificationis ⁊ membrorum ⁊ corporis ⁊ anime ⁊ voluntatis labor ⁊ dolor. Medium vero qñq; est cum dolore: quandoq; sine dolore. Finis vero in ol immobilitate de cetero est ⁊ insensibilitate doloris. Tunc inspicitur dolens ⁊ contristatus viuens mortuus. iste beatus quando seipsum propriam viderit voluntatem facientẽ proprij iudicij pondus timẽs. Quum subditus presidentem dijudicat: nunq̃ verus erit obediens. Inquantum enim pullulat ad ꝑlatum in corde subditi fides: intantum in ministratione corpus accelerat. Quando ergo tentatur subditus prepositũ iudicare: dicat serpenti tentanti. Nõ ego mei prioris, sed ipse mei suscepit iudicium. Beatam obedientiam patres martyrij confessionem existere decreuerunt. Qui propter deũ perfecte obedit perfecte se delicto suo exuit. si vero in quibusdam suã perficit voluntatẽ: q̃uis obedire appareat: ipse suũ pondus portabit. hucusq; Climacus. Sed nunqd solitarij ⁊ anachorite absq; obediẽtia viuũt? Quid ergo de Paulo primo eremita ⁊ Antonio, ⁊ Maria egyptiaca, Ioanne baptista, ⁊ alijs sanctis innumeris anachoritis maxime in egypto? Sed respondendum est ꝙ subsunt epis in quoꝝ territorio sucedunt. vt no xvj. q. j. qui vere in glo. j. Sed ⁊ dicendũ igitur proinde est ꝙ qui perfecte carnẽ spiritui subijcit: ⁊ conscientie stimulum iudicem possidet: ⁊ ei obedit: nihil sibi de propria voluntate relinquens diuinis preceptis obediens factus: ante q̃ visibilẽ obedientiam pertranseat: ad intellectualem pertingit q̃ multum excedit visibilem: sicut anima corpus, ⁊ spiritus literam, ⁊ gratia euangelij legem, ⁊ gloria gratiam, ⁊ hanc illa substituit ⁊ commendabilem facit. Et per hanc obedientiam intellectualem sancti anachorite quasi angeli deo obediebant: solum celestia sapientes: quibus dignus non erat mundus. Heb. xij. Precedit ergo intellectualis obedientia visibilẽ incomparabiliter. Et sicut sol stellas suo ortu occultat: ita intellectualis visibilẽ. Quare qui intellectualem non possident: sed adhuc sub vitijs molestantur sine visibili: tanq̃ paruuli ⁊ sub nocte vitioꝝ proficere vel saluari non possunt.

De conscientia vtili, ⁊ plena doctrina. De medio tenendo, De spiritus sensualitate. Cap. 69.

Quoniam ergo obedientia intellectualis diuina illuminatione perficitur: ⁊ conscientiam possidet iudicem: videndum est quid est conscientia: contra quam agere est edificare ad gehennã. xxviij. q. j. §. ex his. ⁊ extra de restitu. spo. literas. ⁊ de simo. per tuas. ij. Conscientia est diuine scientie motus ⁊ operatio cum nostra ⁊ in nostra scientia. *Conscientie descriptio.* Conscientia est scintilla diuini luminis, in homine condito subseminata a principio, quasi quedam cogitatio feruentior ⁊ illuminatiua, verbum seu rationem lucis in se continens, ⁊ ostendens ei bonũ a malo. Et hec vocat conscientia ⁊ lex naturalis. Hec est Isaac puteus, vt dixerunt patres, quẽ philistini demones repleuerunt caligine vitiorũ. Gen. xxvj. Hec in euangelio. Matth. v. aduersarius dicitur. cui quãdiu sumus in via debemus consentire ne moriamur. Consentimus vero ei dum eam custodimus. ad deum p fidem ⁊ obedientiam ⁊ amorem mandatoꝝ. ⁊ proximum per pietatẽ patientiã humilitatẽ. ad nosipsos per mortificationẽ sensuum, custodiam cordis

& lingue, & odium corporis, & omnium visibilium, & proprie voluntatis. ad materias & vsum reruz per temperantiam & sobrietatem, & earundem custodiã fidelem ostendendo in eis: sicut in rebus sacris dñi reuerentiam & seruitutem. Dicta est conscientia: quasi cum scientia. s. naturali diuina & scripta confirmata & conformata. Aut enim lege scriptaz per legem naturalem menti a deo insitaz se deo placentes texerunt: que conscientia ab apostolo vocatur Ro. ij. vbi ait. Quum enim gentes que legez non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum: & inter se inuicem cogitationuz accusantium aut etiam defendentiũ in die quũ iudicabit dñs occulta hoium &c. Unde conscientia signatur per lapideas tabulas. de quib⁹ Exo. xxiiij. Tenet enim durabiliter in se legez scriptam. Nullus ergo excusari potest q scripturas nesciat. quum scripturam in corde habeat: fm quam viuat. Sic x. mãdata in tabulis, tabule in arca, arca in tabernaculo. Heb. ix. sic lex naturalis in conscientia: consciẽtia vero in aĩa, aĩa vero in corpore est. Sed heu ppter peccatum obscurata est lex conscientie. Illuminãtur autem per legez scriptam & legem gratie. Heb. viij. Dabo leges meas in cordibus eoꝝ: & in mentibus eoꝝ superscribam eas. Per legem enim scriptam cognitio peccati. Ro. iij. & vij. Unde peccantes per ignorãtiam non excusantur: licet bonam habent emulationem. contra quos ad Ro. x. Testimonium perhibeo illis q emulationem dei habent: sed non fm sciẽtiã xij. q. j. §. j. xxxviij. di. qui ea. Ista etiaz conscientia est illa lex dei & lex mentis de qua. Ro. vij. Cõdelector enim legi dei fm interiorem hominem. video autez aliam legem repugnantem legi mẽtis mee. &c. xxxij. q. v. si paulus. de con. di. iiij. c. ij. di. vj. in palea. sed pensanduz. Iste liber conscientie scribendus est calamo aureo bonoꝝ meritoꝝ. Si autem scribatur male meritis tunc signatur stilo ferreo Hiere. xvij. Peccatũ Iude scriptũ est stilo ferreo in vngue adamantino. i. in corde obstinato. sed heu quia ista scriptura ab omnibus legetur in die nouissimo. Unde Orig. Nudabitur pectoris nostri consciẽtia: & aperto corde videbuntur litere peccatoruz: que stilo ferreo & in vngue adamantino scripte sunt. atq3 vniuersa spectantium multitudo leget ĩ pectore nostro signatas imagines peccatoꝝ. Quia ergo quod fit contra conscientiam. subaudi fm glos. precepti vel prohibitionis. edificat ad gehennam. xxviij. q. j. §. ex his. vbi de hoc. & extra de resti. spo. literas. & de prescrip. c. vlt. Et quidaz habent conscientiam cauteriatam insimulataz vel vulneratam. lxxxiij. di. in nomine patris. & j. ad Tim. iiij. quidam nimis scrupulosam. extra de simo. p tuas. ij. Ideo consilium sapientioris adhibẽdum est fm qd vel sequenda est vel nõ sequenda. vt in pre. c. p tuas. & extra de sen. excom. inquisitioni. Alias habens cõscientiam erroneam & faciens contra eã peccat mortaliter. vt si haberet quis conscientiaz tollendi paleã de terra: & si tolleret: peccaret mortaliter: si tollit eam peccat mortaliter contra suam conscientiaz etiam erroneã faciendo. vt est expressum pre. c. per tuas. & no. de hoc. in pre. §. ex his. Sicut autem veri religiosi habent suam puram conscientiam conseruare: ita preciptie cauere dñt aliorum fratrum. j. Cor. viij. conscientias ferire aut etiam perturbare. Multis autem modis conscientia fratris feritur: extollentia, & elatione superflua, prudentia, seductione, infidelitate, mendacio, fraude, deceptione, contemptu, liuore, murmuratione, detractione, vindicta, & reliquis que pariũtur ex istis. Pura etiam conscientia est anime testimonium. ij. ad Cor. j. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. xj. q. iij. inter verba. Et beatus qui potest dicere cum Iob. xxvij. Neq3 eniz reprehendit me cor meum. i. conscientia, in omni vita mea. Idez tamen dicit. Si fuero iustus: os meum impia loquetur: & si sine crimine prauus inueniar. & si purificat⁹ in niue & lotus mundis manibus satis me sorde tintxisti. & execratum est vestimentuz meum. de pe. di. ij. si enim. vltra colũ. Et Iob. ix. fm aliaz translatione. De ista etiam puritate conscientie apls. j. ad Corin. iiij. Nihil enim mihi cõscius suz. Sine puritate istius conscientie non potest in anima esse vera charitas. Unde. j. ad Timo. j. Finis autẽ precepti est charitas ex corde puro & conscientia bona & fide non ficta. de pe. di. ij. charitas. ij. ver. Item ergo. Que autem turbata & ingrossata conscientia est semper presumit seua. sicut dicitur Sap. xvij. Recta autem conscientia semper peccato contradicit: etiaz in diabolo prescito & irreconuertibili. Unde poeta.

Ex templo quodcunq3 mali committitur: ipsi
Displicet authori prima hec est vltio: q se
Iudice nemo nocẽs absoluitur.

Eccle. xiiij. Beatus qui non est stimulatus. subaudi a conscientia. in tristitia peccati. quia omne peccatum tristitiaz menti ingerit. Unde Isidorus. Animus nunq3 potest esse letus. Si ergo vis esse semper letus: semper bene viue. O quanta pax: quantum vero gaudium: quanta securitas: quanta fortitudo: quanta spes: vbi est puritas conscientie. Nihil enim timet exterius: qui interius est securus. De ista sancta conscientia multipliciter commendata. vide. xj. q. iij. quid obest. & c. scuti. & c. in cunctis. c. custodi. cap. inter verba. Pura cõscientia nec adulationibus maculatur: nec detractionibus irritatur: quia nec dãnare potest iniuria: nec coronare laus falsa. fm Grego. Sicut autem nobis nostra consciẽtia necessaria est propter nos: ita bona fama necessaria propter proximum. qui autez famã negligit crudelis est. xj. qd. iij. non sunt audiendi. xij. q. j. nolo. Iudices tamen in iudicando non habent sequi conscientiam: sed leges: & fm allegata. q2 habent iudicare fm conscientiam quam habent vt iudices: nõ quam habent vt homines priuati. xj. q. iij. summope. vbi de hoc. & iij. q. vij. iudicet. vbi de hoc. & extra de off. ord. si sacerdos. vbi de hoc. Ubi etiam perplexa est cõscientia inter duo mala: in que sua culpa incidit: consilio prudentiori preeligat facere minus malum. & illud minus maluz facere est tunc malum non facere: sed bonum. quia vitatur maius malum. Perplexitas enim nihil est: nisi quantum ad fatuam opinionem perplexi. Unde qui iurat interficere hominem: non peierat tunc quum non interficit. quia in hoc bene facit. sed quum iurauit: perniciose iurauit: & mortaliter peccauit. vt. xxij. q. iiij. in primis. c. vsq3 ad. §. deniq3. De ista perplexitate agitur. xiij. di. c. j. & ij. & in summa. & xiiij. di. per totum. Hoc etiaz a memoria tua nunq3 excidat, q si vermis conscientie ordinate in hac vita non moritur nec in illa in perpetuum morietur. Mat. ix. Uermis eorũ non moritur. & Esa. vlt. in fi. vbi Chryso. Non de sensibili verme hoc dicit: sed vermẽ conscientiã vocat mordentem animam: q non sit operata bonum. Unusquisq3 enim sui accusator fiet rememorans que ges- Uermis consciẽtie

sit in vita mortali: & sic eorum vermis immortalis permanet. Item super illud Matth. viij. xiij. xxij. & xxv. & Luc. xiij. Et stridor dentium. Guilfredus. Quid enim stridor dentium nisi ire, furoris, nequitie, & malignitatis iudicium? Siquidem (vt ego arbitror) nullum tormentum erit grauius malis: quam malitia cordis & iniquitas ipsa conscientie & peruersissime voluntatis. Nimirum sicut passiones omnes patientia subleuat: sic impatientia quantumlibet leues aggrauat. Fletus ergo erit ex dolore: stridor dentium ex rancore. Item ibi Beda. Sicut vermis est dolor interius accusans: sic ignis est pena extrinsecus seuiens. Item Aug. xxj. de ciui. dei. cap. ix. Dicunt etiam vri dolore quum sero atque infructuose penitent, eos qui fuerint a regno dei separati. Secundum illud Prouer. xxv. Sicut tinea vestimentum, & vermis lignum: sic meror excruciat cor viri. Unde super illud Mat. xxij. Ibi erit fletus & stridor dentium Bern. Fletus erit ob ignem qui non extinguitur, stridor ob vermem conscientie qui non moritur. Item idem. Malus vermis luxuria: quo nullus alter nocentior. Ingreditur enim blandiendo. mordet ridendo. transforat delectando. perimit consentiendo. Prouer. xxiij. Ingreditur blande: sed in nouissimo mordebit vt coluber: & vt regulus venena diffundet. Malus etiam vermis accidia. malus tristitia. de quo Prouer. xxv. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Beatus igitur qui ad mortificandos hos vermes preuenit myrrha mortificationis sue vngere corpus suum in sepultura. quisquis ille est: non est qui metuat vermem qui non moritur: quia iam mortuus est vermis. vnde ille moritur. Cauteriate enim conscientie igne propriorum scelerum succendentur. iuxta illud ps. xx. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Necessarium ergo est sequi consilium Pauli vt emundemus conscientias nostras ab operibus mortuis. i. a peccatis qui mortem inferunt anime ad seruiendum deo. ad Heb. ix. c. Si enim non permanserit in tabernaculo nostro iniustitia: tunc leuare poterimus faciem nostram absque macula. Job. xj. Tabernaculum nostrum est cor nostrum. ps. xlv. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Facies autem est conscientia. ps. xlix. Arguam te & statuam contra faciem tuam. Sicut enim macula in facie: sic peccatum in conscientia valde deformat hominem apud deum. Ideo autem sponsam suam maxime in facie examinat Christus. Cant. ij. Ostende mihi faciem tuam. i. conscientiam. Et iterum. Facies tua decora. i. conscientia. Unde sicut sponse facies suas in speculis examinant vt maculas purgent: sic & anime fideles faciunt. Unde Exo. xxxviij. legitur quod mare eneum factum est de speculis mulierum. xxxvj. di. §. ecce. ad fi. Macule enim in speculis vise lauari debent in mari lachrymarum penitentie Mat. vj. Faciem tuam. i. conscientiam laua. Specula autem sunt dei verba vel scriptura diuina. Jaco. j. Siquis auditor &c. & j. Considerant vultum natiuitatis sue in speculo. Greg. Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur vt interna nostra facies videatur. ibi enim feda: ibi pulchra nostra cognoscimus. Saluanda est conscientia. extra de postu. p. bone. ij. §. intelleximus. de tempo. ord. ad aures. Vocatur conscientia fides que sincera debet esse. extra de prescrip. quoniam. de elec. c. ij. Non debet esse lesa conscientia. extra de elec. innotuit. §. j. & §. multa. Accipitur aliquoties conscientia pro consensu vel voluntate. extra de elec. per inquisitionem. §. j. de prescrip. cum olim. Cedendum est propter conscientiam criminis. extra de renun. nisi. ri. j. §. propter. Recta debet esse conscientia: & conscientia precipuum bonum est. extra de temp. or. c. vlt. Non est loquendum contra conscientiam. extra de scruti. in ordi. c. j. Non debet aliquis contra conscientiam ordinari. extra de eta. & qua. queris. & c. ad aures. c. intelleximus. Per oleum nitor conscientie designatur. extra de sacra vnc. c. vnico. §. ad exhibendum. Habendus est nitor conscientie intus. ibidem. Et ipsa est gloria nostra. ibidem. Contra conscientiam est iniusta sententia executioni mandanda. extra de off. dele. pastoralis. §. qui vero. & c. si quando. De se confessis non creditur super conscientiis aliorum. extra de confes. c. j. Satisfaciendum est conscientie remordenti. extra de iureiu. quanto. §. fi. Quilibet est sue conscientie relinquendus. c. t. mulieri. Judex contra conscientiam non recipiat adsessorem. extra de rescrip. statutum. §. adsessorem. lib. vj. Cum nuda conscientia electores debent ecclesie vtilitatem prosequi. extra de elec. vbi periculum lib. vj. §. ceterum. Agentes contra conscientiam diuinam offensionem incurrunt. extra de elec. perpetue. lib. vj. Judices contra conscientiam partem grauantes puniuntur. extra de re iudi. cum eterni. §. si quis. lib. vj. De conscientia bona extra de schis. c. j. lib. vj. de pe. di. ij. charitas. ij. ver. item ergo. De conscientia cauteriata. lxxxiij. di. in nomine patris. De conscientia habetur. de pe. di. iij. § item illud Amb. in fi. dist. xxv. di. primum. Quotupliciter accipitur conscientia no. de pe. di. iij. ille rex. in glo. c. quod non dicitur. Notandum etiam est quod magna cautela, magna sapientia, magna discretio, est habenda ne conscientia impinguata, & in vitiis antiquata declinet nimis ad carnalia: que in scriptura diuina sinistra pars dicuntur. Tales sunt conscientie hypocritarum & quorundam religiosorum cerimonialium. qui de modicis, vt de verbo omisso in officio diuino & de silentio rupto & risu & cibo conscientiam sibi faciunt: sed non de inobedientia prelatorum & contradictione. & insultatione: non de ambitione officiorum & procuratione, non de suspecta familiaritate, non de pecunia, non de paupertate, non de scandalo fratris, non de diffamatione grauiori & perditione, non de inuidia & superbia & diuisione & tyrannide & persecutione fratrum suorum, & similibus grauioribus conscientiam sibi faciunt. contra quos dominus Matth. xxiij. dicit. Ve vobis scribe & pharisei hypocrite qui decimatis mentam & anetum & cyminum: & reliquistis que grauiora sunt legis iudicium & misericordiam & fidem. hec oportuit facere: & illa non omittere. Duces ceci excolantes culicem: camelum autem glutientes. Chryso. super Matth. Quia sacerdotes auaritia pleni: siquis decimam alicuius rei vel minime non obtulisset: corripiebant eum quasi magnum crimen fecisset. siquis autem alterum ledebat: aut in deum peccabat: non curabant eum corripere: de lucro quidem suo solliciti: de honore autem dei & gloria & salute hominum negligentes. Seruare enim iustitiam & facere misericordiam & habere fidem propter suam gloriam deus mandauerat: decimas offerre propter vtilitatem sacerdotum, vt sacerdotes quidem populo in spiritualibus: obsequantur. populi autem in carnalibus sacerdotibus subministrent. Sic & modo fit. quia omnes de honore suo sunt soliciti: de honore autem dei nullus. Portiones autem suas vigilanter defendunt: sed circa obsequium ecclesie curam impendere non attendunt. Si populus decimas non obs-

tulerit murmurant omnes. si peccantem populu3 viderint nemo murmurat contra eos. Sed q2 scribarum & phariseorum ad quos loquebatur, quidá populares erant: non est incongruum vt aliam expositionem faciamus propter eos qui decimam dabant, Nam & qui accipit decimas recte decimare dicitur & qui dat. Scribe ergo & pharisei & minimarum quidem rerum decimas offerebant ostendende religionis gratia. In iudicijs autem erant iniusti in fratribus sine misericordia: in veritate increduli. Hieronymus, Camelum puto esse magnitudinem preceptorum: iudicium misericordiam, & fidem. Culicem decimationem mente & aneti & cymini & reliquorum olerum vilium. hec autem precepta que magna sunt deuoramus atq; negligimus: & operationem religionis in paruis que lucrum habent cu3 diligentia mõstramus. Orig. Uel excolantes culicem .i. expellẽtes a se minima delicta: que culices nominauit. Camelũ autem glutientes .i. committentes maxima delicta: que nominauit camelos: animalia videlicet tortuosa & grandia. Scribe autem moraliter sunt qui amplius nihil existimant positum in scripturis: q̃3 simplex sermo demonstrat. Pharisei aute3 sunt omnes qui iustificant semetipsos, & diuidunt se a ceteris, dicentes Hier. lxv. di, recedite, Noli mihi appropinquare: qm̃ mundus sum. Menta autem & anetum & cyminum ciborum condimẽta sunt: non principales cibi. Sic in conuersatione nostra quedam sunt necessaria ad iustificationem. vt iudiciu3, misericordia, & fides. Alia sunt quasi condientia actus nostros & suauiores eos facientia. vt abstinentia, silentium, ieiunium, flexio genuu3, & huiusmodi. Quomodo autem non existimantur ceci qui non vident, quonia3 nihil prodest cautum esse dispensatorem in rebus minimis: quum principalia negliguntur. Hos ergo sermo presens confundit: non quidem leuia prohibẽs obseruare, sed principalia precipiens cautius custodire. huc usq; Orig. Ite3 adde hic que. s. scripsi in. c. lxxviij. in. §. aliud vitium peculiare. ver. quintum ve. & ibi expono octo ve. Ue vobis scribe, & pharisei hypocrite: qui mundatis quod foris est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisee cece munda prius quod intus est calicis & paropsidis. vt fiat id quod de foris est mũdu3. **Interioris munditie cura potissimũ est hñda.** Chryso. Hoc dicit quia iudei quoties ingressuri erãt templum: aut sacrificia oblaturi: aut per dies festos seipsos & vestimenta sua & vtensilia lauabãt: & a peccatis nemo seipsum purgabat. quum deus neq; corporis munditiam laudet: nec sordes condemnet. pone tamen quia deus odit sordes corporum & vasorum: que necesse est vt ipso vsu sordidentur: quãto magis sordes conscientie horret: quam si volumus, semper mundã seruamus. Item Hilarius. Arguit ergo eos qui iactantiam inutilia studij sequentes vtilitatis perfecte ministerium derelinquunt. Calicis namq; vsus interior est. qui si obsorduerit: quid proficiet lotus exterius? Atq; ideo interioris conscientie nitor est obtinendus: vt ea que corporis sunt forinsecus abluantur. Item Chryso. Non autem hoc dicit de sensibili calice aut paropside: sed de intelligibili. qui si nunq̃3 tetigerit aquam: mundus potest esse apud deum si autem peccauerit: & tota aqua pelagi & fluminum se lauerit: sordidus est & miser ante deum. Ergo (vt supra dixi) attendenda est conscientia: ne nimis declinet ad carnalia: vel declinet nimis ad spiritualia quedam corporalia: vt nimia ieiunia indiscreta, vel nimiam disciplinam, vel nimiá vigiliam de con. di. v. non mediocriter. que per dexterá intelliguntur. Unde. j. Reg. vj. dicitur. Ibant aute3 in directum vacce per viam que ducit Bethsames: & vno itinere gradiebantur pergentes & mugiẽtes: & non declinabãt neq; ad dextera3 neq; ad sinistrá. Quidam enim fatui de omnibus sibi faciunt cõsciẽtiam. quos diabolus tentat de nimia subtilitate conscientie: vt eos non potentes suas fatuas conscientias sequi faciat desperare: vel facere contra eam: vel continua melancholia & tristitia molestet. sicut sepe expertus sum Et ideo sapientioris est consilium a talibus requirendu3. vt superius est probatum. Et de hoc plene tractat Io. cassi. in colla. Moysi secunda: que loquitur de discretione in lib. collationu3. Sicut enim caro suam habet sensualitatem declinante3 ad carnalia que perdenda est. Ioã. xij. De qua sensualitate. extra in clemẽ. de sum. tri. sacrosancte. & de here. ad nostrum. §. secundo. & de sacra vnc. c. vnico. ver. refert. ver. per caput. Sic spiritus feruens & effrenis nõ discernens quid agendum sit: suam quodammodo sensualitatem habet precipitem ad omnia que spiritus videntur. contra quem spiritum Bern. ait. Zelũ tuum inflammet charitas. informet veritas. regat scientia. firmet constantia. Unde & media via est eligenda. legitur & no. extra de off. dele. querenti. Luce. xxij. Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. **Mediocritas vbiq; seruanda.** Apoc. j. Hec dicit qui ambulat in medio candelabrorum aureorum. &c. Unde & sapiens mundi dicit. Uirtus est medium superfluitatis & indigentie. Unde & dñs reperitur in natiuitate in medio animalium. Luc. ij. In natiuitate docet nos tenere medium paupertatis. Animalia enim mansueta in presepio dei sunt pauperes voluntarij Unde. ps. lxvij. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. S3 quidam sunt pauperes sordidi: & ij designantur in asino: qui nihil discernunt: sed in multis pecijs quibus se recipiant & in squallidis vestibus & birris singularibus credunt esse iustitiam. Quidá pauperes delicati: designati per bouem qui fenum eligit. Ponitur ergo dñs in medio eorum vt. mediocritatem doceat paupertatis. Unde Hiero. Nec affectate sordes nec exquisite delicie laudem pariunt. xlj. di. §. j. & cap. parsimoniam. & c. sepe. In adolescentia stetit in medio doctorum. Luc. ij. & ibi docuit nos tenere medium sapientie. Quidam namq; sunt qui totu3 tribuunt intellectui: & nihil aut paruũ affectui. sicut curiosi cõiter hodie religiosi mendicantes laborantes & pnoctãtes circa subtilia & inutilia. quibus apl's ait. Ro. xij. Non plus sapere q̃3 oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. vnde. Bern. super Canti. j. Si ignoras te inquit o pulchra &c. ait. Licet in se omnis scientia bona sit, qm̃ tñ subnixa est veritati tñ qui eu3 tremore & timore tuam operaris salutem: pro temporis breuitate festina ea scire prius ampliusq; curato que senseris viciniora saluti. Comparatur namq; sapientia cibo: circa quem sumendũ si modus & ordo non seruatur noxius redditur. Ite3 comparatur sali: quo condiuntur cibi. xliij. dist. sit rector. ℣. per salẽ. tamen si mẽsura exceditur & ipse perit: & quod salierit perdit. Quidam econuerso tribuunt totum affectui: nihil aut parum intellectui. sicut torpentes circa salutẽ proximi abscondentes pecuniá dñi sui. contra quos dicitur Prouer. xj. Qui abscondit frumẽta maledicetur in pplis. Ubi Greg. Qua pena plectendi sunt qui quum fame verbi dei anime pereant: panẽ per-

cepte gratie non ministrant? Medium ergo tenen-
dum est: vt studeamus circa intellectum illuminan-
dum per discretionem: ⁊ circa affectum attendendū
per deuotionem. Unde .j. ad Timo. iiij. Attende tibi
⁊ doctrine. xxxvj. di. §. ecce. Item Jo. v. Erat Joan-
nes lucerna ardens ⁊ lucens vbi dicit Bern. Arde-
re parum: tantum lucere vanum: ardere ⁊ lucere per-
fectum. In passione docet nos tenere medium peni-
tentie. q2 in cruce sedit in medio latronū. Mar. xv.
Latrones namq3 sunt: qui seipsos in patibulo peni-
tentie propter peccata suspendunt. Job. vij. Suspen-
dium elegit anima mea: ⁊ mortem ossa mea. Sed q2-
dam sunt qui indiscretas penitentias faciūt. ⁊ signi-
ficantur per Zacheum qui ascendit sycomorū: vt vi-
deret Jesū. Luc. xix. Sycomorus interpretatur ficus
fatua. ⁊ significat talium disciplinam. que dulcis est
propter feruorem ⁊ vanam gloriam mistaz: quia re-
gitur sensu proprio: ⁊ nemini credit. sicut in me sepe
expertus sum. Sed fatua propter indiscretionem q2
sicut ait Seneca: Contra naturā est torquere corpus
proprium: ⁊ cibis non tantum vilibus sed crudis ⁊
horridis vti. Quemadmodum enim desiderare de-
licatas res luxurie est: ita visitatas ⁊ magis parabi-
les fugere dementie est. Quidam econuerso faciunt
penitentiam dissolutam. sicut carnales significati in
populo iudeorū: qui in deserto ad ollas egyptias su-
spirabant. Numeri. xj. contra quos dicitur Mat. xj.
Quid existis in desertum videre? Arundinem ven-
to agitatam? Sed quid existis videre? Hominē mol-
libus vestitū? Ecce qui mollibus vestiuntur in do-
mibus regum sunt. xxj. q. iiij. c. j. Arundo indiscreti
sunt foris nitidi per ostentationem operis: intus va-
cui per inanitionem virtutis. ij. agitantur vento: q2
per impatientiam non possunt resistere etiā leui ver-
bo. Mollibus vestiti sunt deliciarum mollitie reso-
luti. ⁊ ideo vtriusq3 latronis crura fracta sunt: quia
illi per impatientiam, isti per dissolutam vitam fran-
guntur. Dñs ergo suspensus in medio, docet vt pro
mensura virium pondus penitētie assumatur. vt sm
philosophum dicatur semper. Ne quid nimis. ⁊ sic
nec frangetur propositum: nec salubris intentio con-
teretur. Unde ps. xxxiij. Custodit dñs omnia ossa eo-
rum. vnum ex iis non conteretur. In resurrectione
docet nos medium iustitie. quia tunc etiaz in medio
discipulorum stetit. Luc. xxiiij. Jo. vlti. Unde ⁊ tunc
pacem annunciauit. quia sicut dicitur Esa. xxxi. Erit
opus iustitie pax. Justi namq3 sunt qui vitam suam
quotidiana examinatione discutiunt. Sed quidam
nimis declinant ad sinistram iudicij, trepidantes ti-
more vbi non erat timor. ps. xiij. ⁊ lij. hoc tñ tutius.
quia bonarum mentium est ⁊c. v. di. ad eius. ⁊ extra
de obser. ieiu. c. ij. Alij nimis declinant ad dextrā mi-
sericordie, dicentes pax vbi non est pax. Hieremi. vj.
Propter hoc medium est tenendum: ⁊ dicendum
cum ps. c. Misericordiam ⁊ iudicium cantabo tibi
dñe. Item alij declinant nimis in misericordiaz ver-
sus proximum. alij nimis in rigorez. vnde tempera-
mentum est faciendum. xlv. di. disciplinam. ⁊ c. om-
nis qui. ⁊ c. sunt nonnq3. ⁊ ideo dicitur Nu. xxj. Pu-
blica gradiemur via: non declinantes ad dextrā vel
sinistram. xlj. di. sepe. Nunq3 hec discretio que est ma-
ter virtutum. j. q. v. presentium. ⁊ extra de offi. custo.
c. j. ⁊ sine qua omnis virtus est vitium sm Isid. ha-
beri potest vel seruari: nisi per humilitatez: que est vt
nullus sine prudentie innitatur. ex. de cōstitu. ne innis-
tatis. sed semper ab aliquo seniore. s. sancto experto

requirat consilium in agendis. j. q. j. estote. legitur ⁊
no. lxxxiiij. di. c. j. sic etiam no. Jo. cass. in lib. collatio-
num in collatione. ij. de discretione. ⁊ tetigi supra eo.
℟. quidam enim. ⁊ supra. §. proximo. ℟. quia ergo.
Sed iterum facta aliqua digressione vtili ad tractā-
dum bonum obedientie reuertamur. de qua quidaz
sanctus dixit sancto Climaco: vt ipse narrat. in. iiij.
gradu de obedientia. Si vtiq3 tibi inest sapiētissime
dicentis, Phil. iiij. xlj. di. quod dicit. in sensu anime
operaris: quia omnia possum in eo qui me confortat
christo. si spiritussanctus roris castitatis sm virginē
superuenit in te. Luce. j. si virtus altissime patientie
obumbrabit tibi. Luce. j. precinge sicut vir christus
lumbos tuos obedientie cingulo vel linteo. Jo. xiij.
⁊ surgens a cena tue solitarie quietis, pedes fratruz
in contribulato spiritu laua. Magis vero sub pedi-
bus cōgregationis prouoluere in subiecta ⁊ deiecta
prudentia. Statue duros ostiarios. i. virtutes cardi-
nales, ⁊ vigiles in porta cordis tui. Inuincibiliter
contine mentem difficulter valentem. Continere in
occupato corpore circūquaq3. In membris motis ⁊
concussis intellectualem ⁊ quietez exercita: quod est
vniuersis supergloriosissimum. Esto imperturbabi-
lis in medio perturbationum ⁊ tumultuum animā
pacificam habens. Coge linguam vesanam ⁊ furen-
tem in contradictionibus insilire. Certa contra regi-
nam hanc septuagiesseptics in die. Mat. xviij. Cum
mortificatione carnis ⁊ crucifixione cuz suis concu-
piscentijs. Gal. v. post de mortificationem animeq3
proprij sensus ⁊ proprie voluntatis. Tene mentem
imperturbatam vt incudemq3 a mutuis inuicē cō-
fusionibus ⁊ fragoribus percussam, illusam, impropे-
ratam, maledictam, subsannatam, lesam, ⁊ in nullo
vnq3 resolutam: neq3 stragem sustinentem: sed totaz
planam ⁊ immotam existentem ⁊ manentez. Expo-
lia te voluntate. Luc. xxij. Jo. vj. Phil. ij. tanq3 con-
fusionis amictu: ⁊ ea denudatus in necessitudinis sta-
diuz intra: quod raro ⁊ difficulter inuenitur. Indue
loricam, Apostolus dicit, ⁊ scutum Ephe. vj. fidei ad
agones. i. prepositi vel prelati preceptorū tolerantiā.
non dissolubilem neq3 penetrabilem ab aliqua infi-
delitate. Tactum tene inuerecunde prosilientem tē-
perantie freno. Coge oculum memoria mortis. Hie-
ro. in primo prologo biblie in fi. volentem per singu-
las horas magnitudinem pulchritudinem ⁊ visio-
nem corporū curiose aspicere. Obmutescere fac intel-
lectum curiosum in familiari solicitudine volentem
fratrem iudicare. j. Corin. iiij. xj. q. j. multi. in neglige-
tia operantem. Et omnem charitatem. Col. iij. ⁊ cō-
passionem ad proximuz absq3 errore insinua. Tunc
vere in hoc cognoscent omnes amantissime pater: q2
Christi Jesu discipuli sumus: si in coadunatione in-
uicem charitatem habeamus. Jo. xiij. iterum ait. ve-
ni concertabile subsannationes horis singulis sicut
aquam vite. quoniaz vniuersa que sub celo sunt. Da-
uid in ps. scrutatus iocunda, vltimo post oia querēs
dixit. Ecce quid bonum? ⁊ quid iocundum? nihil.
sed habitare fratres in vnum. Si vero nondum bo-
no huiusmodi obedientie ⁊ patientie facti sumus di-
ligit bonum saltem. igitur est longe ab agonistico sta-
dio stantes, propriam infirmitatez cognoscere: ⁊ sin-
gulariter sub obedientia certantes beatificare: ac eis
patientiam imprecari. Quādo absente eo qui preest
vultuz ipsius imaginamur, hunc nobis semper ad-
stare putantes: ⁊ omnem collocutionem vel sermo-
nem aut cibum vel somnum vel quippiam quod cū

suspicaremur odisse, auertimus a nobis: tunc cognoscamus q; vere legitimam obedientiaz exequimur. Segnes prauorum magistri absentiam gaudiuz arbitrantur, generosi vero ⁊ nobiles dammum eandez putant. Obedientia humilitatez possidet: q; nimirum si prudēs ⁊ bene intelligēs obediens mortuos suscitet: ⁊ si lachrymarum donum possideat: ⁊ si liberationē a pugnis: existimat penitus quia patris spiritualis qui preest oratio fecit: ⁊ manet ipse a vane proprie reputationis elatione alienus. Quomodo nanq; super illo exaltabitur quod ex patris adiutorio dicit factum: ⁊ non ex solicitudine propria? Sicut apparuit in Mauro discipulo beati Benedicti: qui ad imperium abbatis super aquas lacus currēs puerum Placiduz liberauit. quod miraculū Maurus patri imputauit non sibi. ⁊ sic Placidus confirmauit. Solitarius autem ab ista predicta elatione liber non est: quia directiones suas sibi imputat. quū non habeat presidentez. Isidorus ⁊ Alexandria ex prīncipibus in cenobio se conuertens ⁊ obedientie submittens sicut ferrum fabro, per obedientiā presidentis ad portam mansionis stetit ingredientibus ⁊ egredientibus semper dicens. Ora pro me pater: quia peccaui. In fine. vij. anni quuz vellet abbas cū fratribus intus adiungere: supplicauit se sic manere ad portam: predicens finem suum proximum. ⁊ sic post dies. x. expirauit: trahens post septem dies portarium eiusdem mansionis secum. sicut ei in spiritu predixerat ad maximam certitudinem ipsius incontfuse obediētie ⁊ adeo imitatorie humilitatis. Phil. ij. Melius est sub obedientia certare cū hominibus aliquando quidem seuientibus, aliquando vero penitentibus: q; solitarium certare cum demonibus semper furentibus. Qui quandoq; est obediens patri, quandoq; inobediens; similis est homini aliquādo quidez collyriū aliquando vero calcem in suos oculos mittenti. vnus enim, ait qui edificat ⁊ alius qui destruit: que vtilitas in vtrisq; nisi labor tātum? Eccle. xxxiiij. Sine medico eger nō curat. Eccl. xxxviij. lxxxiij. di. § j. Naues sine gubernatore naufragium patiuntur. Prouer. xxiii. vii. q. j. scisceitaris. Cecus sine duce in laqueum cadit. Luc. v. Mat. xvj. xxxviij. di. § .si. extra de eta. ⁊ qua. cum sit. Grex sine pastore lupis exponitur. Ezech. xxxiiij. Joā. x. Quis sine obedientia superioris potest euadere? xciij. di. per totum. Sit tibi locus monumentum ante monumentum. nemo enim egredietur a monumento ante communem. ex̄ de sum. tri. c. j. §. hec sancta resurrectionez. ꝙ si egressus fuerit: iterum perpetuo morietur. Si preceptus ⁊ preuentus es pactionibus ⁊ sponsionibus professionis: ⁊ sine profectu vides animē oculū: non deuites disiunctionem ⁊ separationem. Non enim contra obedientiam facit qui a vita ⁊ conuersatione carnali ⁊ a societate fratrum preuaricatorum regule recedit: vt christo perfectius obediat ⁊ seruiat. In omnibus enim rebus considerandus est finis: ⁊ sz eum propositi nostri dirigendus est cursus. sm Joseph in coll. de definiēdo. q; si superueniēte salubriori consilio ad deteriorem partem vrgere viderimus. Rectius est incongrua ⁊ inconsiderata constitutione summota, ad meliorem trāsire sententiam: q; statutis pertinacibus inherendo, peccatis grauioribus obligari. Non enim tantum processus operis quantum voluntas est attendenda ⁊ intuenda. Nec statim quid quis egerit, sed quo voto egerit inquirendū. Illud enim pro retributione mercedis iuste vnicuiq; repensatur: quod principaliter mente conceperit: non ꝙ exinde bene vel male contra votum operantis euenerit. Emendatio enim dispositionis improuide non voti est iudicanda transgressio. Quicquid enim pro charitate dei ⁊ pietatis amore perficitur: etsi dure atq; aduersis videatur principiis inchoari: non solum nulla reprehensione sed etiam laude dignissimuz est. Omnia enim ad hoc agimus: vt cor mundum deo exhibeamus. faciunt que legūtur ⁊ no. extra de collu. dete. c. j. in glo. de amicitia. ⁊. xxij. q. v. si quid. de pe. di. j. in princ. ⁊ in glos. tribus positis. super verbo. votuz enim. c. magna pietas. ⁊. xxiii. q. viij. cecidit. Deus enim nō verbor tm̄ actuumq; nostror discussor ⁊ iudex est: sed etiam propositi ⁊ destinationis inspector. qui si quid causa salutis eterne ac diuine contemplationis intuitu ab vnoquoq; factum viderit vel promissum: tametsi durum ⁊ iniquum hominibus videatur: ille tamen intimaz cordis inspiciens pietatem, non verborum sonum sed votum diiudicat volentis. quia finis operis ⁊ affectus considerandus est perpetrantis. quia nec dubitauit Jacob mendaciū maculam innundatione benedictionis paterne promisse abluendaz: ⁊ velut nebulam quodaz flatu spiritussancti velociter absumēdam. atq; vberiora sibi per hanc affectatitiam simulationem q; per illam ingenitam veritatem meritorum premia conferenda. Alia solutio ponitur de Jacob mentiente ⁊ excusatio. xxij. q. ii. §. item opponit. Hec predicta sunt verba pdicti Climachi ⁊ Joseph anachorite in coll. de definiendo. Ad quorum probationem facit ꝙ beatus Benedictus recessit ab illis malis monachis: ⁊ habitauit secum. vt dicit Grego. in. ij. lib. dialogor. ⁊ habetur. vii. q. j. §. hoc tunc. ver. sic beatus Benedictus. Faciunt etiam illa. c. xxii. q. iiij. si aliquid. j ⁊. ij. ⁊. c. non solum. ⁊. c. incommutabilis. ⁊. c. magne. c. non omnis. c. diffinitio incauta. Facit etiam quia magis deus cordis q; operis est inspector. Nec tantum attendendum que fiant: sed quo animo fiant. xv. q. vj. c. j. Ad hec facit quod dicit Seneca. Magna pars sanitatis est hortatores insanie reliquisse. ⁊ ps. xvij. Cuz sancto sanctus eris: ⁊ cum peruerso peruerteris. Et qui tetigerit picē: coinquinabitur ab ea. Eccle. xiij. Et quia ecclesia non debet alicui laqueum inūcere. xxvii. q. j. de viduis. Sed contra ista videntur illa omnia. c. que prohibent a malis fieri separationē corporalem propter schisma vitandum. xxiii. q. iiij. in primis. vj. c. cum si. Sed credo ꝙ si in religione vel monasterio est preuaricatio communis regule vel professionis: ⁊ in illa professione non inuenitur arctior ad quam quis possit recurrere petita licentia. ex̄ de regu. licet. licitum est authoritate propria immo iuris recedere: vbi possit suam regulam obseruare. alias non. ⁊ sic intelligo contrarium. Ad hāc solutionem facit op. vii. q. j. §. hoc etiā. ver. cum autem. ⁊. c. seq. quod incipit. ibi. Et hoc etiaz ideo quia ex illorum morbidorum consortio inficeretur. ⁊ facit bene. xlv. di. sed illud. extra de statu. mo. ea que. ⁊ ne cle. vel mo. relatum. in prin., ⁊ que leguntur ⁊ no. xviij. q. ij. diffinimus. cum. ij. c. seq. ⁊. xxiij. q. iiij. quisquis. in fi. Nec est inobediens qui recedit ab obedientia carnali: vt viuat sub dei obedientia spirituali. sicut vixerunt sancti dei anachorite. Faciunt pro hoc. xj. q. iii. §. item quando. in. c. seq. vsq; ad. §. cum ergo. ⁊. xiii. dist. nerui. ver. alius. extra de restit. spo. literas. §. porro. ⁊ de senten. excom. inquisitioni. Item Climacus de obedientia. Dominus sapiētes

facit cecos. obedientium oculos aperit in magistri virtutibus: in defectib⁹ vero tenebrescere facit. Dolor autem bonorum id quod contrarium est agit. Sic nobis figura & typus perfecte obedientie argentum viuum dicitur: nam subtus omnia circumuolutum ab omni sorde manet incommistum. Non obliuiscaris in tota vita tua illius magni creatoris qui in totis .xviij. annis auribus corporis a preceptore exterius non audiuit, Salueris. auribus vero intrinsecis quotidie audiuit a dño: non, Salueris. sed, saluatus es. Quidam ad suas voluntates conuersi, ad votuz visiones querunt: & obtinent. At vero a confessionis corona & obedientie merito agnoscant se penitus cecidisse. Nam obedientia est peregrinatio ab hypocrisi & proprio desiderio. Ex obedientia humilitas: ex humilitate discretio nascitur. vt philosophat Jo. cassi. in coll. ij. de discretione. Est qui suscipit pceptú: & voluntatem precipientis sciens, non obedit. Alter obedit sciens preceptorem ex animo non precipere. primus non obediens est obediens. alter obediens inobediens est. quia voluntas precipiétis debet inspici: & non iussus. & verba debent seruire intentioni: non econuerso. extra de verb. signi. intelligentia. Et semper est scribentis vel mandantis intentio attendenda. extra de procura. petitio. de arbi. exposita. de resti. spo audita. de preben cum causam. & c. vlt. Sed in dubio stabitur super verbo ff. de lega. iij. nõ aliter. Si impugnatur monachus absq₃ vera obedientia de loco recedere: non recedat. quia signú est q̄ si impugnatur pugnat. Juuenis quidam Innocentius nomine a quodam sene negligente & crudeli suo preceptore sepe percutiebatur: & iniurijs afficiebatur. nec propterea ab eo recessit. qui tandem mortuus est cú sua obedientia & patientia. qui quum sepultus esset: venit ad illum Innocentium mortuum quidaz sanctus Joannes nominẽ: & vocauit eum de monumẽto dicens, Frater Innocenti mortu⁹ es. At vero bene prudens obediens & post mortem obedientiam ostendens respondit illi magno seni. Pater quomodo possibile est hominem operatorez obedientie mori? Preceptor vero istius Innocentij qui adstabat tremens in faciem suam cum lachrymis cecidit: & cellam prope monumentum discipuli fecit: & de cetero caste & solicitus vixit, dicens patribus semper quia homicidium feci. Contra omnia quidez verú equaliter contra ista duo vitia qui sumus in congregatione sub obedientia horis singulis agonizemus. videlicet contra ventris & gule insaniam: & furoris & ire celerem & acutam turbationem. propias enim & domesticas materias ista vitia possunt in turba faciliter inuenire. Reuolue inobedientis improbi deliberationem & mentem: & inuenies ibi cogitationez erroneam & intentionem seductam: videlicet quietis solitarie, ieiunij extremi & arcti, orationis irrecuruabilis, carentie, vane glorie ad summuz memorie exitus inobliuiscibilis, indesinentis cõpunctionis, omnimode priuationis ire, silentij profundi, & castitatis superexcedentis concupiscentiaz. Vere nanq₃ solitariam vitam & quietez in oratione exequi rarissimorum existit. & illorum solummodo qui possident consolationem diuinam ad laboz & doloruz solatium & cooperationem impugnantium & pugnaruz. Sit tibi iste modus ad obedientiam. videlicet existimare quia probat te qui preest & tentat. & nunq̄ aliquando decides vel errabis: quando redargutus & correptus a patre incessanter ad ipsum ampliorem fidez & charitatez assumis. spiritussanctus inuisibiliter habitabit in anima tua: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Luc. j. Verũtamẽ nẽ glorieris neq₃ gaudeas generose sufferens contumelias & ignominias: sed magis plora. quia aliquid dignum contumelijs egisti: & conturbasti animam fratris: vel proprij prepositi cõtra te. Noli admirari & stupere super id quod dicturus sum. habeo enim Moysen hoc vna mecum predicantem. Expedit magis in deum & non in patrez nostrum peccare. deo enim ad iraz concitato, dux noster potest eum nobis reconciliare. Exo. xxxij. xlv. di. disciplina. Isto vero conturbato a nobis, aliquẽ pro nobis exorantem deum & propitium facientem vlterius nõ habemus. Intendamus & vigilem⁹ quãdoquidem a pastore inculpati tranquille & cum gratiarum actione sustinere debemus. vel quando certificare eum & sanstactionez facere inde videtur: super omnibus quidem nobis ignominiam conciliantibus esse tacenduz. inicas enim hora est. super ijs vero que in personam alterius recurrunt: sansfaciendum & excusandum esse propter vinculum & communctionem charitatis & insolubilis pacis. Quicũq₃ ex obedientia resilierunt: ij tamen annuntiabunt eiusdem vtilitatem. tunc enim cognouerant in quali celo stabant. Qui enim ad impassibilitatem & deum currit: omni die in qua non maledicitur se multuz damnũ sustinere arbitratur. quemadmodum arbores vẽti motu profundam radicem subtermittunt: ita in obedientia degentes fortes & inconcussas animas possident. Quisquis in solitaria quiete sedens cognouit suam infirmitatem: & transiens seipsum obedientie vendidit: iste quum esset cecus, absq₃ labore ad christum respexit. State, state, & iterum dico state, currentes fratres pugiles. certatores audientes sapientem clamantem de vobis. Sap. iij. Tanq̄ aurum in fornace, magis vero in cenobio, probauit eos dñs: & q̄si holocausta victime accepit eos in finibus suis. Nũ sentiunt grauia esse mãdata que iubentur a patrib⁹: qui sunt pigriores & magis otiosi: tunc magis participare & preeligere conantur orationem. quando vero leuiora iubentur: ab eadem tunc sicut ab igne fugiunt. Quando igitur ad operationem manuum accedis: cogita quia christo ministras qui precepto & exemplo ad opera vsq₃ ad mortez te informat. Operans lauda deum tuum lingua. mente cogita. intentione glorifica. Nam qui in laboribus, & in operib⁹ est infidelis & piger: in orationibus multo amplius erit piger & infidelis remissus. Sane oratio nequaq̄ in corporis quiete dirigitur: sed labore & actu. Amor quietis orationis est exterminium, & diminuit onez virtutum predicat mandata negligere. Nunq̄ suscipias eum qui tibi subditus est dicentem tibi, Da mihi licentiam & potestatem ad talem operationẽ exequendam & ita meipsum & ad id quod spirituale est permitte dirigere. Qui ita dicit: seductus est: & propriam perficit voluntatem: & optime obedientie federa spernit: & deceptus & illusus meritum corã deo obedientie perdit. Hucusq₃ Climacus a principio quasi istius. §. hucusq₃. Vide. j. in isto c. iij. §. dicebat. ver. cum beatus. Dixit senex, Obedientia grande ornamentum est monachis. Quicũq₃ eam possederit & ipse audietur: & cũ fiducia crucifixo christo obedienti vsq₃ ad mortem. Phil. ij. adstabit. Ordo obedientium qui torquem auream in collo habet, maiorem gloriam possidet: q̄ aliquis ordo viuendi. quia totus in voluntate patris pendens nullam habet

requiem. Est autem obedientia salus omnium fidelium: genitrix omnium virtutum: regni celorum inuentrix: celos aperit: hominem de terra eleuat: cohabitatrix est angelorum: cibus est omnium sanctorū. Ex hac enim ablactati sunt: ⁊ per hanc ad perfectionem venerunt. Marcus Syluani discipulus quum scriberet: ⁊ a patre vocaretur: vt obedientiam festin⁹ compleret, mediam quam scribebat figuram litere dereliquit. cui quum diceret Syluanus pater de sue syluestri ꝙ esset bubalus: ⁊ haberet cornua: ⁊ ille cōfessus est. ij. Cor. x. Captiuauerat enim intellectuȝ in obsequium obedientie. ⁊ transformauerat suum videre in videre patris. quod super gloriosuȝ est. Quū missus frater ab abbate suo in vicum vt deferret necessaria: ingressus esset domum vbi erat puella sola: ⁊ traheretur ab ea ad peccatum ait: Dñe ꝑ orationes patris qui misit me salua me in hac hora. quo dicto, subito inuentus est ad ripam fluminis iuxta monasterium suum: ⁊ reuersus est ad patrem sine macula. Abbas Paulus mandauit Joanni discipulo ꝙ duceret sibi fimū boum qui erat iuxta sepulcra. ⁊ si inueniret ibi hyenam seuam bestiam: ꝙ duceret eaȝ captam. Juit Joannes. irruit super eum hyena. ille vero voluit eam tenere. sed illa fugit. fugiētem vero insecutus est Joannes, dicens. Abbas meus dixit vt te ligem ⁊ captam ducaȝ. illa vero stetit: ⁊ ille ligauit eam captam: ⁊ duxit ad patrem. pater admiratus ait vt humiliaret Joannem cedens eum: Stulte istum canem miserum quid huc adduxisti? ⁊ mox soluit eum senex ⁊ permisit discedere. Unus frater multū alias spiritualis inuidebat cuidam alteri fratri germano suo multum obedienti. ⁊ duxit illum ad fluuiuȝ vbi erant crocodili: ⁊ dixit ei. Jntra fluuium. ⁊ intrauit. ⁊ non nocuerunt ei crocodili: sed lingebant eū. Jterum redeuntes inuenerunt mortuum: ⁊ orauerūt super illum: ⁊ surrexit. quod miraculum ille frater spiritualis ⁊ religiosus sibi imputabat; sed abbas dixit ei. Propter obedientiam fratris tui mortuus est resuscitatus: non propter te. Dixit abbas cuidam suo discipulo ꝙ lignum siccum quod ipse plantauerat, irrigaret. erat autem ab eis longe aqua: vt sero pergeret, ⁊ mane rediret. post tres autem annos viruit cōtra naturam lignum illud: ⁊ fructum fecit: q̄ fuit fructus obedientie. Joannes abbas in collatione sua de fine cenobite ⁊ eremite ait. Uirt⁹ humilitatis matris omnium virtutum, ac totius spiritualis structure solidissimum fundamentum, a nostris penit⁹ exulat institutis qꝛ subiectionis iugū non sustinere contenti, ad presumptionem noxie libertatis protinus euolamus. qꝛ non ſm districtionis regulam sed pro nostri arbitrij libertate senioris subijcimur imperio. vt non patientie fructum addisceremus: sed tempus adipiscende licentie expectare videamur. Si illius temporis sancti religiosi hoc dicebant: nostri temporis capitiati ⁊ exterius vix signati in continua viuētes noxia libertate ⁊ sub prelatis. Zach. xj. idolis victitantes: quid possunt dicere? Jdem preceptum euangelicuȝ de crastino. Mat. vj. non cogitare: ⁊ prelato vsqȝ ad finem obedire: obseruare: non est minus perfectum anachoritice puritate. Talis enim illum imitatur de quo dicitur Philip. ij. Humiliauit semetipsum factus obediens vsqȝ ad mortem. ⁊ Non veni facere voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me patris. Joā. vj. Jdem: Finis cenobite est omnes suas mortificare ⁊ crucifigere voluntates: ac ſm euangelium nihil de crastino cogitare. Mat. vj. quē virum Esaias describens ait Esa. lviij. Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuā in die sancto meo: ⁊ vocaberis sabbatum delicatum ⁊ sanctum dñi gloriosum: ⁊ glorificaueris eum dum non facis vias tuas: ⁊ non inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super dominum. ⁊ sustollam te super altitudinem terre: ⁊ cibabo te hereditate Jacob patris tui. Ecce triplex premium religiosorum vere obedientium: ⁊ qui vere sanctificant sabbatuȝ: delectatio exaltatio: hereditas. Delectationem merentur: propter carnis macerationem. Exaltationem: propter voluntariam subiectionem. Hereditatem: propter voluntariam paupertatem iuxta illud Mat. v. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorum est regnum celorum. Jn predicta autem authoritate Esaie ponuntur bona quibus vacare debent religiosi: ad quos proprie spectat sanctificatio sabbati. Sanctificatur autem sabbatuȝ per eos per vij. scilicet per obseruantiam quietis spiritualis: per abnegationem proprie voluntatis: per studium dilectionis spiritualis: per munditiam mentis ⁊ corporis. per gloriam actoris: per restrictionem concupiscentie carnalis: per custodiam oris. Sed hodie communiter religiosi non sanctificant sabbatum. iuxta preceptum dñi. Exod. xx. Memento vt diem sabbati sanctifices. sed more iudaico carnaliter ipsum maculant: non sanctificant. Judei namqȝ tamq̄ carnales carnaliter sabbatum custodiebant otio ⁊ comessationibus vacantes: sic ⁊ religiosi hodierni ab exteriori opere cessantes sed nō vacantes deo sed ociosi ⁊ gulosi de propria salute non curant. Contra quos Aug. Quum deus preceperit obseruari sabbatum: alij in his que deus prohibet exercent sabbatuȝ. Uacatio nostra a malis operibus. vacatio illorum a bonis operibus. Melius est arare q̄ȝ saltare. ⁊ melius fodere q̄ȝ murmurare. melius est scribere q̄ȝ orari. Caueant tales ne in tali sabbato moriant. Mat. xxiiij. Orate ne fiat fuga vestra id est mors. sabbato scilicet acidie. hyeme: torporis ⁊ teporis. Eremite vero perfectio est exuere mentem a cunctis terrenis: ⁊ āqȝ quantū humana fragilitas presumit ⁊ imbecillitas finit: viuere cū christo. de quo dicit Thren. iij. Sedebit solitarius ⁊ tacebit: qꝛ leuauit se sup se. ⁊ ps. ci. Similis factus sum pelicano ⁊c. Raro ergo est ⁊ paucissimis dono dei concessa perfectio, Jste. n. vere ⁊ non ex parte pfectus est: qui ⁊ in eremo squalorem solitudinis: ⁊ in cenobio infirmitatis fratrum equali magnanimitate sustentat. Et ideo in vtraqȝ professione per omnia consummatum inuenire difficile est. qꝛ nec anachorita contemptum ⁊ priuationē materialium rerum: nec cenobite theorie ad integrū potest aliqui puritateȝ. Jo. cassi. in. iiij. lib. de institutis renuntiantium ait: ꝙ ingrediens monasteriuȝ in Egypto primo ponebatur ⁊ probabatur ad portaȝ monasterij ad seruitium peregrinorum ⁊ hospituȝ ꝑ annum. quo completo admiscebatur congregationi fratrum: ⁊ tradebatur in cura viri seniori: qui. x. iunioribus preerat ⁊ gubernabat. Cuius hec erit solicitudo ⁊ eruditio principalis: per quaȝ iunior introductus scandere consequenter etiam culmina perfectionis preualeat: vt doceat eum primitus suas vincere voluntates. quē studiose ⁊ diligēter in his exercens ea ꝑ illi imperare de industria procurabit: que senserit animo suo esse contraria. Multis siquidem experimentis edocti tradunt monachos ⁊ maxime iuniores ne voluptatem quidem concupiscentie

Sabbati sanctificatio.

sue refrenare possent nisi prius mortificare per obediē
tiam suas didicerint voluntates. Ideoqȝ pronūtiāt
nullatenus vel iram vel tristitiam vel spiritum forni
cationis posse extinguere:sed nec humilitatez cordis
veram nec cum fratribus vnitatem perpetuam nec
firmam diuturnamqȝ posse retinere concordiam:sed
nec in cenobio posse quidem diutius permanere: eū
qui prius voluntates suas non didicerit superare.
Idem Io.cassi.ibidem. Tanta obseruantia obedien
tia regule custoditur:vt iuniores absqȝ licentia ꝓpo=
siti sui non solum non audeant cellaz egredi : sed nec
ipsi naturali necessitati satisfacere propria authorita
te presumant . Sicqȝ vniuersa complere quecunque
fuerint ab eo precepta,tamq̄ȝ si ex deo sint celit⁹ edi=
ta,sine vlla discussione festinant:vt nonnunq̄ȝ impos
sibilia etiam sibimet imperata ea fide ac deuotione
suscipiant , vt tota virtute ac sine vlla cordis hesita=
tione perficere ea ac consummare nitantur. ꝛ ne im=
possibilitatem precepti pro senioris reuerentia me=
tiantur. Itaqȝ considentes intra cubilia sua: ꝛ operi
ac meditationi studium pariter impendentes, quuz
sonitum pulsantis ostium audierint,ad orationem.s.
eos vel ad opus aliud inuitantis:certatim vnusqsqȝ
de suo cubili prorumpit. Ita vt is qui opus scripto=
ris exercet:quam repertus fuerit inchoasse literaz fi=
nire non audeat sed in eodem puncto quo ad aures
eius sonitus pulsantis aduenerit, summa velocitate
prosiliens,nec tantum quidē more interponat quan
tum cepti apicis consummet effigiem:sed imperfecte
litere lineam derelinquens non tam operis compen
dia lucra ve sectetur : q̄ȝ virtutem obedientie exequi
toto studio atqȝ emulatione festinet. quam non soluz
operi manuum vel lectioni vel silentio ꝛ quieti celle,
verum etiam cūctis virtutibus ita preferūt : vt huic
iudicent omnia postponenda . ꝛ vniuersa dispendia
subire contenti sunt dummodo hoc bonum in nullo
violare videantur. Item Io.cassi.ibidem. Per hu
militatem ꝛ veram obedientiam ceterarum virtutū
quis potest culmina ascendere . sicut in Ioanne ab=
bate patet. qui toto mundo claruit:ꝛ vsqȝ ad granā
prophetice per virtutem obedientie extitit sublima=
tus. Hic itaqȝ Ioannes ab adolescentia sua vsqȝ ad
virilem etatem seniori deseruiēs,donec ille in huius
vite conuersatione durauit: tanta humilitate inhesit
eius obsequijs:vt ipsi quoqȝ seni obedientia eius stu
porem summum incuteret. Cuius hanc virtutē vtrū
de vera fide ac profunda cordis humilitate ꝛ simpli
citate descenderet, an affectatitia esset ꝛ quodammo
do coactitia,atqȝ ad imperantis faciem preberetur ,
volens manifestius explorare:q̄ȝ plurima ꝛ etiam su
persua minusqȝ necessaria vel impossibilia frequen=
tius iniungebat. Ex quibus tria ponam quib⁹ ma=
nifestari possit volentibus scire vel mentis eius vel
subiectionis integritas . Sumpsit namqȝ lignum
aridum ꝛ putre: ꝛ fixit in terra.precepitqȝ Ioāni vt
illud aqua vecta quotidie bis rigaret: vt in antiquā
arborem reuiniscens diffusis ramis amenitatez ocu
lis atqȝ vmbraculum estu feruenti subter residenti=
bus exhiberet. Quod preceptum veneratione solita
sine vlla impossibilitatis consideratione suscipiens
adolescens:ita quotidianis diebus expleuit:vt aquā
fere per duo miliaria indesinenter apportans,nulla=
tenus lignuz cessaret rigare.atqȝ per totius anni spa
tium non infirmitas corporis,non festiuitatis solē=
nitas,non occupatio necessitatis vllius que illū etiā
honeste excusaret ab executione mandati:nō deniqȝ
hyemis asperitas intercidens,ab obseruantia prece
pti huiusmodi potuit impedire. Quumqȝ hanc eius
sedulitatem tacitus senex consideraret:videretqȝ eū
simplici cordis affectu mandatum suum velut diui=
nitus emissum sine vlla permutatione vultus vel ra
tionis discussione seruare: sinceram eius obedientiā
comprobans pariter ꝛ admirans tam longum la=
borem quem per totum anni spatium studio deuo=
tionis impenderat:ad aridum virgultum accedens,
O (inquit) Ioannes:misitne radices hec arbor an
non ? Quumque ille nescire se dixisset : senex velut
inquirens rei veritatem ꝛ tamq̄ȝ tentans vtrumnaz
suis radicibus teneretur:euulsit coram ipso leui com
motione virgultum:sicque proiiciens illud,precepit
vt deinceps rigare desineret. Hic idem Ioannes ad
dicti senis imperium tentatiuum lenticulaz olei que
sola in eremo remanserat : per fenestram communē
dam demisit ad terram : parum cogitans . vel retra=
ctans precepti ineptiam,diutinam necessitatem, in=
firmitatem corporis , penuriam sumptuum , eremi
squallentis angustias ac difficultates. Hic idem ad
obedientiam dicti senis saxum quod multe turbe
hominum mouere non possent: complicita nunc cer
uice nunc toto corpore pronoluere contendebat : nō
metiens impossibilitatem precepti pro reuerentia se
nis , ꝛ obsequij simplicitate sincera : qua credebat
fiducia senem non posse incassum ac sine ratione pre
cipere . Abbas pater mutius cum filio suo circiter .
viij . annorum intrauit monasterium . quadam die
quum abbas infantem vidisset plorantem : simu=
lans se commotum,ad probandum patris constan=
tiam mortificationem ꝛ obedientiam , precepit pa=
tri vt tolleret filium:ꝛ iactaret in fluuium. quod pre
ceptum velut a deo sibi factum adimplens filium in
vlnis rapiens proiecit in fluuium. quem tamen pro
curati fratres post currentes de fluminis alueo leua
uerunt. Reuelatum autem continuo fuit seniori hac
eum obedientia. Gene.xxij. Abrae patriarche opus
implesse . quem post se migrans ad christum abbas
successorem monasterio dereliquit. Quidam filius
comitis ditissimi studiis literalibus non mediocri=
ter institutus in monasterio conuersus , ad senioris
preceptum confestim postq̄ȝ intrauit monasterium .
x.sportas ceruicibus suis portans ꝛ per plateas cir=
cumferens , singillatim multis ꝛ non vni sicut sibi
preceptum erat statuto precio venūdedit:non consi
derans tam vilis ꝛ inconsueti officii nouitatem:splē=
dorem natalium:vendinonis iniuriam : dum illam
christi humilitatez. Mat.xi.(que est vera nobilitas
animum que moribus ornat)per obedientie gratiā
desiderat obtinere. Abbas Pynusius abbas in egy
pto ingentis cenobij signis ꝛ virtutibus gloriosus
timens ne fauor populi fructus sibi premij vacuaret
eterni:occulte suum monasterium fugiens habitu se
culari indutus receptus est sicut nouitius ignotus in
monasterio Tabensiotarum in Thebaida.datusque
est tāq̄ȝ senex inutilis ꝛ incognitus in adminiculum
cuidam fratri adolescenti qui hortuz susceperat exco
lendum. qui non solum omnia que ipse prepositus im
perasset ꝛ que iniuncti operis cura poscebat: cū sum
ma humilitate complebat:fimum humeris portan=
do : ꝛ alia officia vilia faciendo : verumetiam que=
dam necessaria opera que propter horrorem a cete=
ris vitabantur noctis labore complebat. tandē co=
gnitus a suis monachis eum querentibus: coactus
est ad suū redire monasterium:dicens se inuidia dia

boli proditum, ne bono subiectionis ⁊ obediẽtie po
tiref. Sic fecit idem receptus in monasterio Bethle
mitano: qui tandem coactus ad suum redijt mona-
sterium in egypto: ⁊ coactus est esse quod erat. Qui
dam iunior cum a suo increparetur abbate cur humi
litatem ⁊ obedientiam quam renuntians mundo p
modico tempore retentare cepisset, dimitteret: diabo
lica inflatus superbia suaq; contumacia respondit.
Nunquid ob hoc memetipsum humiliaui pro tem-
pore: vt semper subditus sim? ad quod eius effrena-
tum scelestumq; responsum ita est senior stupefactus:
percipiens verba hec nõ ab homine sed ab antiquo
lucifero esse prolata: vt nullam vocem aduersus tan
tam proteruiam de ore suo emitteret: ⁊ non nisi gemi
tus de corde tantummodo ⁊ suspiria potuerit propa
lare: tacitus intra se voluens illud quod legit de chri
sto. Phil. ij. Qui quum in forma dei esset, humilia-
uit semetipsum factus obediens: non vt iste diaboli
co spiritu ac tumore possessus, pro tempore, sed vsq;
ad mortem, Jo. cassi. Nullo modo poterit in anima
nostra virtutum structura consurgere: nisi prius ia-
cta fuerint vere humilitatis in corde nostro funda-
mina: que firmissime collocata perfectionis ⁊ chari-
tatis culmen valeant sustinere. Ita videlicet vt pri-
mum fratribus nostris veram humilitatem intimo
cordis exhibeamus affectu. in nullo. s. acquiescentes
eos contristare vel ledere. qd nullatenus poterimus
implere: nisi renũtiatio vera que in expoliatione om
nium facultatum ac nuditate consistit, in nobis fue-
rit christi amore fundata. deinde obedientie iugum
⁊ subiectio simplici corde ac sine vlla fuerit simula-
tione suscepta. Ita vt preter abbatis mandatum nul
la penitus in nobis viuat voluntas. Quod non ali-
ter poterit obseruari: nisi quis se non solum mortuum
huic mundo, verumetiam insipientem iudicauerit ac
stultum: vniuersa que fuerint a senioribus imperata,
sine vlla discussione perficiens: sacrosancta ea credẽs
ac diuinitus promulgata. In qua consistentib⁹ qua
litate proculdubio status ille humilitatis vere tran-
quillus ac immobilis subsequet: vt nosmetipsos in-
feriores omnibus iudicãtes, vniuersa que nobis fue
rint irrogata tametsi iniuriosa sint vel tristia vel dã-
nosa: tamq̃ a superioribus nostris illata patientissi-
me toleremus. hucusq; Jo. cassi. in dicto. iiij. lib. de in-
stitu. re. Quum Paulus simplex discipulus magni
Antonij semel ex simplicitate presentibus alijs fra-
tribus interrogasset ipsum an christus prius fuerit
an prophete beatus Antonius verecundatus p eo,
q sic eum discipulus suus absurde interrogasset: sile
re eum ac abire iussit. Ille vero qz omne quod ab eo
dictum fuisset tamq̃ preceptum dei seruare proposue
rat: accedens ad cellam suam tamq̃ mandato acce-
pto silentium gerere instituit: nec omnino aliquid lo
qui. ⁊ sic. x. annis permansit. Quod quum percepis-
set Antonius: mirari cepit vnde hec illi obseruantia
placuisset: quam anime sciebat non esse mandatam.
Quumq; eum loqui iussisset, ⁊ cur tantũ siluerit in-
dicaret: Tu (inquit Paulus) dixisti mihi vt irem ⁊
silerem. Et stupefactus Antonius ita ab eo sermonẽ
quem ipse negligenter protulerat obseruatum. Om
nes nos iste (inquit) condemnat. Quum. n. nos de
celo nobis non audiamus loquentem: ab isto qualis-
cũq; sermo qui ex ore nostro processerit obseruatur.
multam tñ Antonius docere volens eius obedientiã,
precipere ei solitus erat etiam que ratio nõ poscebat:
in quibus eius animus probaretur. Haurire namq;
aliqñ eum aquam iussit ex puteo: ⁊ in terram tota die
effundere. ⁊ contextas sportellas resoluere: atq; iterũ
retexere: ⁊ rursus resoluere. Et ita per hec ad obediẽ
tiam purissimam informatus in breui ad perfectio-
nem peruenit. Ex cuius exemplo dicebat Antonius
q si quis velit velociter ad perfectionem venire: nõ
sibi ipsi fieret magister: nec proprijs volũtatibus obe
diret: etiam si rectum videretur esse qd velit. sed man
datum saluatoris obseruandũ ante omnia, vt vnus-
quisq; abneget semetipsum sibi ⁊ renuntiet proprijs
voluntatibus. Matth. xvj. qz christus dicit Joã. vj.
Ego veni non vt faciam voluntatem meam: sed eius
qui misit me. ⁊ vtiq; voluntas sua non erat cõtraria
patris: sed qui venerat obedientiam docere, non in-
ueniretur obediens: si propriam faceret voluntatem.
quanto magis nos iudicabimur inobedientes: si fa
ciamus proprias voluntates? Deniq; supra dictus
Paulus exemplum nobis est. qui obedientie ⁊ sim
plicitatis merito in tantum spiritualium gratiarum
culmen ascendit: vt multo plures ⁊ potentiores vir-
tutes per ipsum q̃ per Antonium dñs faceret. Tan
te fuit simplicitatis ⁊ fiducie apud deum: vt quodam
tempore quum celeriter nõ curaret quẽdam oppres-
sum a dirissimo demone more canis rabientem: mo
re infantium indignatus dixit ad christum. Vere ho
die non manducabo si eum non curaueris. ⁊ mox
quasi delicioso infanti satisfactum est a christo. ⁊ sta-
tim curatus est rabidus. Abbas Basilius interro-
gatus quomodo sibinuicem fratres obedire debe-
rent: r̃ndit. sicut serui dñis suis. sicut precepit dñs. qz
qui vult in vobis esse magnus, fiat omnium nouissi
mus ⁊ seruus. sicut filius hominis non venit mini-
strari. Mat. xx. sed ministrare. Dicebat senex qz ni-
hil sic deus querit ab iis qui initium habent conuer
tionis: quo obedientie laborem. Quidam secularis
renuntiauit seculo: ⁊ venit in monasterium adducẽs
secum suum filium paruulum infantem. quem abbas
tenens osculabatur: ⁊ dixit patri suo, Amas hunc? ⁊
ille respondit. etiam. Postea dixit illi abbas, Tolle
ergo si amas eum: ⁊ mitte eum in furnum ardentem.
⁊ tenens eum pater suus iactauit in furnum arden-
tem. ⁊ statim factus est furnus velut ros, Daniel. iij.
Ex quo facto acquisiuit sibi gloriam quemadmo-
dum Abraam patriarcha. Idem quasi. s. eo. ver. ab
bas pater, Beatus Benedictus iussit dari oleum
quod remanserat cuidam subdiacono. sed cellerari⁹
non obediuit ne fratribus oleum deesset. Iratus pa
ter iussit alijs fratribus vt ipsum vas vitreum in quo
parum olei remanserat, per fenestram projceret: ne
in cella aliquid per inobedientiã remaneret. factũq;
est. sed proiectum vas remansit incolume. Tũc colle
ctis fratribus beatus Benedictus de infidelitate ⁊
inobedientia inobedientem monachum increpauit.
Narrat Greg. in dialogo li. iij. de epo sabino epo pla
centino. q cum Padus fluuius egressus alueũ suum
terras ecclesie occupasset: dixit diacono suo, Vade ⁊
dic pado, mandat tibi epus vt te compescas: ⁊ ad pro
prium alueum redeas. quod diaconus irrisit: nec obe
diuit. Tunc vir dei accersito notario dictauit, dicẽs.
Sabinus dñi nostri Jesu christi seruus commonito
rium Pado. Precipio tibi in noĩe Jesu christi vt de
alueo tuo in locis istis vlterius non exeas: nec terras
ecclesie ledere presumas. ⁊ dixit notario Vade hoc scri
be ⁊ in aquam eiusdẽ fluminis hoc proice. Quo facto
sancti viri preceptum suscipiẽs aqua ad alueũ est reuer
sa. qua in re inobedientium duritia cõfundit quan-

do in virtute Jesu ꝛ elementuz irrationali sancti viri preceptis obedivit, Vir dei contra Samariā missus, qꝛ per inobedientiaz comedit in itinere: hūc leo in itinere occidit. sed statim illic scriptuz est. iij. Reg. xiij. vij. q. j. deniqꝫ. qꝛ stetit leo iuxta asinum ꝛ non comedit de cadauere. Ex qua re ſm Greg. in. iiij. dialogorum ostendit ꝙ peccatuz inobedientie in ipsa fuerit morte laxatum. In libro qui dicit paradisus dicitur ꝙ quum Didimus monachus rogasset beatum Antonium magnum qui eum ad visitandum venerat: ꝙ in cella sua flecteret genua ꝛ ꝑceȝ funderet: statim fecit. at secundo noluit se rogari. ipsis nos rebus docens sanctoꝝ voluntatibus obedire; qꝛ verus monachus non contendit. Joseph in coll. sua de desfinie do dicit, Seniores nostri quoꝝ fidei apostolicarū signis virtutum testimonia reddiderunt: quiqꝫ vniuersa iudicio potius ac discretione spiritus, q̄ȝ rigida obstinatione gesserunt: eos q alienis infirmitatibus ꝛ voluntatibus acquiescerent, multo vberiores fruct⁹ penitēne q̄ȝ eos q in suis voluntatibus perdurarent capere censuerunt. Deniqꝫ abbas Piamō post. xxv. annos oblatam sibi vuam, ꝛ vinum a quodam fratre sine hesitatione suscipiens, confestim ea que ingesta fuerant contra consuetudinem degustare, q̄ȝ ignote cunctis continētie maluit propalare virtutē. Idē in eodē. Nunq̄ȝ rationabiles ac probatos patres duros aut irreuocabiles in suis definitionib⁹ fuisse meminimus. sed velut ceram calore ita etiā eos ratione mollitos: ꝛ intercedente salubriori consilio melioribus partib⁹ sine hesitatione cessisse. Quoscūqꝫ autez vidimus definitionib⁹ propriis inherere: irrationabiles semper probauimus ac discretionis expertes, Quidam venit ad abbatē Sisoy volens fieri monachus vnicum habēs filium. cui dixit Sisoy, Si vis fieri monachus proiice filium in flumen. quo volente facere missus a Sisoy alius frater dixit. Ne iactes puerum in aquaz, dixit ille. Abbas precepit vt iactē, Cui frater. Ille ꝛ iterum precipit ꝙ non facias. Ille autem relinquens filium factus est monachus probatissimus propter obedientiaz, Dixit abbas Sisoy. Veni ad abbatē Achillem qui fuit magne obedientie. ꝛ ad abbatem Or. qui magne humilitatis fuit. ꝛ quum starem ibi illatus fuit eis quidam piscis modicus: quem quum abbas Achilles incideret vt pararet eum: vocatus est ab Or. ille autem dimisit cultellum in medio piscis statim: ꝛ non precidit eum: ꝛ cucurrit ad eum, ꝛ miratus sum tantam obedientiā eius quia non dixit, expecta donec incidam piscem. Et dixi ego abbati Achilli, Vbi inuenisti obedientiam hanc? respondit. Non est mea: sed istius senis. ꝛ dixit mihi. Veni ꝛ vide obedientiaz ꝛ humilitatē eius. Coxit aūt Achilles partē piscis male: ita vt perderet illū voluntarie. ꝛ apposuit seni. ꝛ ille manducauit nihil loquens. ꝛ dixit ei, Bonum est senex? ꝛ ille respondit. bonū est valde. Post attulit aliā partē nimis coctā. ꝛ dixit. Ecce illud perdidi senex: ꝛ istud nimis coxi. Respondit etiam modicē mali cibi exiuit. Et conuersus ad me abbas Achilles dixit. Vide qꝛ hec obedientia isti⁹ senis est. Et exiui ab eis. ꝛ qcqd ibi vidū feci ſm meā virtutē. Quidā patrū misit discipulū suū procul haurire aquā ad puteū. qui oblitus portare funē, residens sup puteū clamauit dicens. Lacus lacus: abbas me⁹ precepit mihi vt implerem lagenā istā aqua. ꝛ statim ascēdit aqua vsqꝫ ad summum putei obediēs sibi: sicut ipse suo patri spirituali. ꝛ impleuit lagenā aqua: ꝛ reuersa est aqua in locum suum. Quidam puer cuz patre suo veluit instincte ad penitentiam faciendā. q quuȝ tentaret a fornicatione: dixit patri. Vado ad seculuz: qꝛ non possuz carnis cōcupiscentiā tolerare. Cui pr̄. Accipe panes. xl. ꝛ esto in eremo detexens folia palmarum. xl. diebus. q obediens patri quū quieuisset ibi. xx. diebus: stetit corā ipso velut mulier ethiopissa turpissima ꝛ fetidissima: ita vt abiiceret eam a se fetorem non tolerās. Cui illa. Ego sum q̄ cordibus iuuenum dulcis appareo. sed ꝑp tuam obedientiā ꝛ laborem ꝛ orationem non permisit me deus te seducere. Ille aūt surgens nūtiauit patri. Cui pr̄. Et ego ingt noui. sed si ꝑmansisses. xl. diebus iuxta mandatum meum maiora vidisses. Sanctus Abraam anachorita in cella occlusus ꝑfecte viuens rogat ab ep̄o ire ad vicum gentilium: ꝛ conuertere eos. cui Abraam, Obsecro inquit sanctitatem tuam vt me mala mea plangere permittas. Cui ep̄s. Ecce mundū ꝛ q̄ in eo sunt reliquisti: ꝛ crucem christi amplexus es. attamē donec vniuersa hec expleueris: agnosce te obediētiaz (q̄ cunctis virtutibus eminet) non habere. Hec ille quum audiret cepit flere, ꝛ ait. Fiat voluntas dn̄i. ꝑp obedientiam quocunqꝫ iusseris pergam, Beate memorie Arsenius dixit aliqn̄ abbati Alexandro. Qn̄ expenderis palmulas tuas: tūc veni ꝛ gustabimus, Si autez aliqui peregrini superuenerint: comede cū eis. Abbas autem Alexander leuius operabatur. ꝛ quum facta fuisset hora manducandi: superer at adhuc ei de palmulis suis. sed volens custodire sermonem senis sustinuit donec explicaret palmas. Abbas autem Arsenius quum videret quia tardaret: gustauit. existimans quia forte peregrini superuenerant: ꝛ cum ipsis gustasset. Abbas autez Alexander. postq̄ȝ explicauit palmulas: vespere perrexit ad Arsenium. Et dixit Arsenius. Peregrinos aliquos habuisti? Et ille respondit, non. Et Arsenius. Quare ergo nō venisti? Et respondit. Tu dixisti mihi, qū defecerint palme: tunc veni, ego habens sermonem tuuz in animo meo non veni. qꝛ modo adhuc compleui opus. Et miratus est senex scrupulositatem obedientie ei⁹; ꝛ dixit. Citius disiungere ab opere tuo: vt ꝛ ministerium psallendi facias ꝛ aquam tibi haurias. Alioqn citius debilitabitur corpus tuum. Venerunt aliqū fratres quatuor vestiti pelliceas tunicas deserti ad abbatem Pambo. Et indicauit vnusquisqꝫ virtutē alterius non presente eo de quo loquebatur. Vnus aūt ex eis ieiunabat multum. Alter vero nihil possidebat. Tertio vero habebat plurimam charitatem, De quarto dixerunt. ꝙ. xxiij. annos habebat permanens in obediētia seniores. Rn̄dit eis abbas Pambo. Dico vobis ꝙ istius virt⁹ maior est alioruz. qm̄ vnusquisqꝫ vestrum virtutem quam possidet ꝑpria volūtate retinuit. hic aūt solus suā voluntatē abscindens aliene voluntatis se seruum fecit. Tales. n. veri confessores sunt si vsqꝫ ad finem ita perseuerauerint, Dicebant senes ꝙ ista querit christus a christianis: vt obediat qs diuinis scripturis. qm̄ inde accipiet loquendoꝝ ꝛ agendoꝝ formam. Et vt consentiat prepositis ꝛ patribus suis orthodoxis. Item sciendum ꝙ vbi inferior platus vel iudex aliqd ꝑcipit: ꝛ superior aliud contrarium: superiori obediendum est. qd qualiter intelligatur no. xj. q. iij. q resistit. vbi de hoc. Vnde sup illud Ro. xiij. Qui superiori resistūt: ipsi sibi dānationem acqrunt. dicit gl. Aug. Si quis iusserit: nunqd faciendum est: si contra proconsulem iubebatur? Rursum si qd ipse procōsul iubeat: ꝛ aliud

In qbus sit obediẽdum superiori.

imperatoꝛ: nunquid dubitaſ illo contempto illi eſſe ſeruiendum? De hoc etiam habeſ di. viij. c. q̃ cõtra mores. Notat etiam Inno. ex̄ de appel. ad hec. qꝫ in dubiis maxime in ſpiritualibus obediẽdũ eſt. De hoc etiam plene no. extra de tempo. oꝛd. ad aures. Itẽ non tenentur ſubditi obedire prelatis in his q̃ non pertinent ad officium ſuum. xviij. q. ij. hoc tm̄. ⁊ no. in pre. c. ad aures. Dicit. n. Seneca in. iij. lib. de beneficiis. Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totũ hominẽ deſcendere. pars eius. ſ. coꝛpoꝛa obnoxia ⁊ adſcripta ſunt dñis. mens quidem ſui iuris eſt. Et ideo in iis que pertinent ad interiorem motum vel votũ voluntatis: non teneſ homo obedire homini. ſed in iis que exterius per coꝛpus ſunt agenda. In quibuſdam tamen que ad naturam coꝛpoꝛis pertinẽt, homo homini obedire non tenetur: ſed ſoli deo. qꝛ oẽs homines natura ſunt pares. puta in iis que ad coꝛpoꝛis pertinent ſuſtentationẽ ⁊ pꝛolis generationẽ. Unde non tenentur nec ſerui dñis, nec filij parentibus obedire in matrimonio cõtrahendo: vel virginitate ſeruãda: aut aliquid hmõi: niſi de bono ⁊ equo. de hoc legitur ⁊ no. extra de deſpon. impub. c. j. ⁊ no. ex̄ de regu. cum virum. in gl. paterna deuotio. ⁊. xxv. q. j. c. j. ⁊ de cõiu. ſerno. c. j. xxxij. q. j. integritas. Sed in iis que ptinent ad diſpenſationem actuum ⁊ rerum humanarum teneſ ſubditus ſuo ſuperiori obedire: ſm rationem ſuperioꝛitatis: ſicut miles duci exercitꝰ in iis que pertinent ad bellum. xxiij. q. j. quid culpaſ. vbi de hoc. Seruus domino in iis que pertinent ad ſeruilia opera exequenda. liiij. di. quicunqꝫ. ⁊ quaſi p totum. ⁊ extra de iudeis. c. ij. Filius patri in iis que ptinent ad diſciplinam vite ⁊ curã domeſticã. xxiij. q. iiij. duo iſta. de obedientia religioſoꝛum ſupra plene dixi. Tenentur etiam chꝛiſtiani poteſtatibus ſecularibus obedire infidelibus. per fidem enim non tolliſ oꝛdo iuſtitie: ſed magis firmatur. ſed oꝛdo iuſtitie requirit vt inferioꝛes ſuis ſuperioꝛibus obediãt. aliter enim non poſſet humanarum rerum ſtatus cõſeruari. ad hec. j. Pet. ij. Serui ſubditi eſtote in omni timoꝛe dñis: non tantum bonis ⁊ modeſtis, ſed etiã dyſcolis. xj. q. iij. iulianus. ⁊. §. Item in pſalmis. ⁊ ex̄ de iude. multoꝛum. lxxxix. di. ad hoc. Non tamẽ per hoc poſſunt iudei aut ſaraceni habere ſeruos chꝛiſtianos. qꝛ pꝛohibitũ eſt ex cauſa. ex̄ de iudeis. c. j. ⁊. ij. ⁊ c. ad hec. ⁊ c. fi. Excommunicatis etiã dñis, quamdiu extat excommunicatio, non tenentur vaſalli obedire. Ad hec. xv. q. vi. c. nos ſanctoꝝ. ⁊. c. iuratos, vbi de hoc. Nec hereticis. extra de here. c. vlti. Nec tyrãnis vſurpantibus publice pꝛincipatum: niſi iam cõfirmatis. ij. q. vij. §. tria. ver. veruntamen. in gloſ. ecce quantum. Itẽ ſuperioꝛi iudici, vbi ſunt duo, obediẽdum eſt. vt dictũ eſt in pre. c. qui reſiſtit. ⁊ hoc habet locum quãdo ad ſuperioꝛem appellatum eſt. vel qñ vnus iudex habet iuriſdictionem ab alio. vt officialis ab epo. ff. de iudi. iudicium. C. de offi. rec. pꝛouin. poꝛioꝛes. ad hec faciunt. xxj. di. inferioꝛ. extra de offi. leg. volentes. Ubi autem ſunt equales dñi quibus aliqs tenetur: ⁊ pꝛecipiunt diuerſa: obediat vtriqꝫ ſi põt. ff. de ope. liber. libertus. ⁊ no. de peni. di. j. §. hoc idem. ver. nemo enim. in gl. diuerſis. alias obediat cui pꝛimo iurauit. qꝛ pꝛimum iuramentum ſeruandum eſt. extra de iureiurã. tua. ⁊. c. veniens. Si autem quis in duobus beneficijs intitulatus eſt: ⁊ ſub diuerſis plãtis: tunc obediat ei a quo maius habet beneficium: ⁊ qui vtilius pꝛecipit. c. extra de teſta. cum in officijs. ⁊ c. relatum. ij. ⁊ extra de poſtu. c. fin. Si in omnibus ſunt equales: locus eſt gratificationi. ff. ad ſylla. ſenatuſconſul. ſi quis in graui. §. ſicut omnis. Hec in oꝛdinarijs iudicibus locum habent. In delegatis vero ſeruatur quod dicitur extra de reſcrip. cũ contingat. Item tam in oꝛdinarijs q̃ in delegatis locũ habet. extra de ſen. ⁊ re iudi. c. fi. Si pꝛecipiat epũs ſacerdoti excommunicare vel denuntiare aliquem quem ſacerdos ⁊ maioꝛ pars paroch̃ie ſcit innocentem: nihilominus obediat ſacerdos. xj. q. iij. ſententia. xxiij. q. j. quid culpatur. extra de offi. delega. ſi qñ. c. paſtoꝛalis. §. qꝛ vero. Unde Bern̄. ad Adam monachum. Quedam ſunt pura bona. quedam pura mala. ⁊ in iis nulla debetur obedientia hominibus. qꝛ nec mala agenda: nec bona ſunt pꝛopter obedientiã omittenda. ſed inter hec ſunt media. ⁊ in iis non eſt fas ſenſum noſtrum pꝛeferre ſententie magiſtroꝛum. ſ. vt vigilare, diſciplinare, ieiunare, peregrinari, ⁊ ſimilia.

Si epũs pꝛecipiat clerico ſuo vt eat Romam pp negotia eccleſie: non poteſt ſe excuſare ab obediendo, qꝛ dicit qꝫ alij ſunt ibi magis idonei. qꝛ in legationibus non eſt oꝛdo ſeruandus. ff. de lega. ſecundo. §. penulti. ⁊ no. de hoc. xvj. q. j. vos autem. Nec poteſt ſe excuſare pꝛetextu cure familiaris. quia communis vtilitas pꝛeferenda eſt piuate. extra de poſtu. pꝛe. bone. ⁊ hoc tamen intelligas ſꝫ ea que no. vij. q. j. ſcias. Non tamen tenetur obedire vt pꝛomoueat negotium contra ſemetipſum. ff. de lega. ſecundo. §. ſi accuſatio. ⁊. c. extra de iurciu. petitio. ⁊ faciunt ea que no. xxij. q. v. de foꝛma. in gl. ſic ergo. Item non tenetur clericus obedire pꝛelato ſuo ad dandum ei vel ſuo nepoti libꝛos ſuos: vel renuntiare beneficio vel eccleſie ſue. quia non pertinet hoc ad officium pꝛelati. vij. q. j. quia frater. Ideo dixit cantoꝛ Pariſienſis qꝫ nõ tenentur clerici ad obedientiam burſalem ſiue argẽtinam, ſiue mulinã, ſiue equinam. Si tamen iſte clericus ſit habens clericos dure ceruicis. ſit ⁊ ipſe ſuperioꝛ pcipit qꝫ commodet clerico bone indolis ⁊ ingenij: vt ſtudio theologie ad quod mittit ipſum pꝛoficiat vel iuris canonici aut ciuilis: tunc obediendum eſt ei. quia non mouet ipſum cupiditas: ſed charitas ⁊ eccleſiaſtica vtilitas. c. pꝛe. c. quia frater. ⁊ extra de magiſtris. ſuper ſpecula. Et hoc intelligas quando ille clericus cui talis obedientia iniungitur, libꝛos de bonis eccleſie acquiſiuit. alias ſecus. extra de teſta. requiſiſti. ⁊. c. quia nos. ⁊ de iure patro. cum dilectus. §. nos igitur. xii. q. iiij. c. j. ⁊. ij. ⁊. q. v. fixum. ⁊ no. xij. q. j. res eccleſie. Ray. Greg. in moꝛal. Obedientia que habet aliquid de pꝛopꝛio, in pꝛoſperis nulla eſt aut minoꝛ. quia ſcꝫ voluntas pꝛopꝛia non videtur pꝛincipaliter tendere ad implendum pꝛeceptum: ſed ad adſequendum pꝛopꝛium volitum. In aduerſis autem niſi ex ſemetipſo animus appetat: obedientie ſibi meritum minuit. quia ad ea que in hac vita deſpecta ſunt, inuitus nolenſque deſcendit. viij. q. j. ſciendum. Religioſi pꝛofitentur obedientiam quantũ ad regularem conuerſationem ſm quam plãtis ſuis ſubduntur. Ideo quantum ad illa ſola obedire tenentur: que poſſunt ad regularem obſeruantiam ptinere. Et hec eſt obedientia ſufficiens ad ſalutem. Si autem in alijs obedire voluerint: hec erunt ad cumulum perfectionis, dummodo iſta non ſint contra deum aut contra pꝛofeſſionem. Unde Bernar. dicit in lib. de pꝛecepto ⁊ diſciplina. Subditus nec citra pꝛomiſſum eſt inhibendus: nec vltra pꝛomiſſum cogendus per legem obedientie. Credo tamen qꝫ iſta regula fallat in obedientia fratrum minoꝛum:

qui per regularem professionem suam tenentur eorum prelatis obedire in omnibus que non sunt contra regulam, aut contra deum, aut animam. sicut in eorum regula continetur. Et hec obediētia strictior & perfectior est obedientijs aliarum regularum. Et hoc est proprie sm euangelium seipsum ex toto abnegare. Mat.x.&.xvj. Mar.viij. Luc.ix.&.xiiij. Nihil enim fratres minores excipiendo in obedientia regule ad omnem sunt generaliter obedientiam obligati. pri. Cor.xv.& Heb.ij.ex̄ de priuil. q; circa. cum si. vbi de hoc. Religioso imponuntur aliqua que sunt sm regulam. vt que continentur in regula: & ea que ad debitam illorum obseruantiam expediunt vel requiruntur. Et in hoc non est dubium ꝙ religiosus tenetur suo obedire prelato. nisi impedimento legitimo excusetur. extra de maio. & obe. cum in ecclesijs. extra de simo. ne dei. Aliqua vero imponuntur preter regulam. vt q̄ nec ibi continentur: nec expediunt ad illam: nec ordinantur. vt eleuare festucam. & hic etiam non tenetur obedire. q; non tenetur nisi quatenus se obligauit sua professione. vt.s̄. dixi. Perfecta tamen obedientia est in his obedire. Aliqua imponuntur contra regulam. Et hic distinguendum est. q; quedam sunt in quibus prelatus potest dispensare. vt abbas in esu carnium ex causa. vt no. extra de sta. mo. cum ad monasterium. in gl. sic ergo. &.xx.q.vlt.c.vlt. Et tunc tenetur obedire. q; melius est mactare mentem quā ventrem. viij.q.j. sciendum. Quedam in quibus non potest dispensare. vt in castitate: & in habendo proprium: & similibus. extra de sta. mona. c.ij.&.c. cum ad monasterium. §.fin. Et tunc non debet obedire. Aut dubium est an dispensare possit aut precipere. Et tūc obediendum est. xxiij.q.j. quid culpatur. & de hoc satis notatum est.s̄. Item tenetur religiosus obedire suo prelato precipienti. ꝙ stet in scholis vel ꝙ addiscat. q; non est hoc contra professionem regularem. excepto studio physice, & legum, eis prohibito. extra ne cleri. vel mona. non magnopere. De quo textu arguo ꝙ studere in sacra theologia & sacris canonibus qui practicāt ipsam non est ipsis prohibitum. Et c. decre. eiusdem ti. super specula. §.si. & expressum. ex̄ de renū. post translationem. §. ceterum. ibi. Ac per exercitium lectionis scientie reperit scientie margaritam. de conse. di.v. nunꝙ ibi. Ama scientiam scripturarū. &.xvj. q.j. doctos. in primo verbo. &.c. legi. ibi. & cum desit ei instructio necessaria. Idem dico etiam eis concessum studere in liberalibus artibus temperate & sine debito ad sacras literas melius intelligendas, errores vitandos & confutandos. xxxvij.di. qui de mensa. &.c. si qd. &.c. turbat. &.§. econtra. &.§. cur ergo. excepta Arithmetica & Geometria & Astronomia: q̄ nō sunt scientie pietatis sm Hiero. Scientia autem pietatis est legere & studere in sacris literis. xxxvij. di. si quis grammaticam. Astronomia autem prona ad idololatriam in desuetudinem abijt. xxvj. q.j.§. his ita. Ad hoc tamen ꝙ possit religiosus sacro studio intendere, duo precipue exiguntur. Primum, vt ex obedientia cogatur. vide extra ne cleri. vel mona. vt periculosa. li.vj. q; sm apostolum scientia inflat. j. ad Cor. viij. & extra de renun. nisi cum pridem §. p defectu. Et ꝙ dicit inflat. i. ad superbiam inclinat. Inflatio enim pro superbia accipitur. ix.q.iij. si autem. Et dicit Bern. Sicut cibus indigestus corrumpit stomachum & hydropicum facit: sic scientia adiecta nisi sit feruore charitatis decocta malos mores generat. Et quia ex se semper debet in claustro manere. xvj.

A quibus studijs arceantur religiosi.

q.j. placuit. ibi. Sit claustro suo contentus. quia sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio monachus. Sedeat itaq; solitarius & taceat: q; mundo est mortuus: deo autem viuit. Secundum, ꝙ intentio eius non sit ad gloriam nec appetitum honoris: sed ad sapientiam, dictam a sapore & gustu diuino, adspirare. q; monachus non docentis sed plangentis habet officium: qui & se & mundū lugeat. xvj.q.j. monachus. vij.q.j. hoc nequaꝙ. Et dicebat sacer Franciscus requisitus a fratre quid legeret, ꝙ sufficiebat ei legere in libro crucis. Et dicebat fratribus suis. Tot erunt vocantes scientie: ꝙ beatus erit ille qui se ab ea sterilem fecerit propter deum. Nec potest abbas non exemptus mandare per obedientiam monacho suo ꝙ non confiteatur episcopo vel penitentiario suo. q; est ordinarius omnium de diocesi clericorum & monachorum. xvj.q.vij. omnes basilice. extra de offi. ordi. conquerente. extra de offi. archipres. officium. extra de prescrip. cum olim. §. si ibi. Penitentia in leuioribus culpis. Nec tenetur monachus denuo suo abbati peccata illa de quibus semel fuit confessus & absolutus ab episcopo vel penitentiario, confiteri. de peni. di.j.§. his authoritatibus asseritur. ver. nec est necesse. nisi in casibus positis ibi in gl. que incipit, in casibus tamen. Unde dicit Thomas ꝙ non potest quis authoritate cuiuscunq; hois cōpelli ad confitendum peccatum quod alteri cōfessus est q absoluere potuit. q; confessio peccatorum est quoddam sacramentale diuino imperio subiacens: non humano. Non tenētur religiosi etiam: non exempti obedire in omnibus epis. Unde si precipiant prelato eorum vel fratri ꝙ vadat ad papam vel regem pro ipsis aut pro alijs: aut ꝙ recipiant commissiones eorum in causis: vel executiones testamentorum aut similia: non tenet obedire. Ad hoc. xviij.q.ij.c. hoc tm̄. xvj.q.j. de pritium. extra de simo. ne dei. Crederem tn̄ q; pp necessitatem vel magnam vtilitatem possunt epi talia demandare. & ipsi tunc obedire tenentur: per ea que leguntur & no. xvj q.j. qui vere. &.c. quidam monachi. vbi de hoc. &.ij.q.vij. cura pastoris. Non possunt religiosi non exempti sine licentia diocesani vel eorum vicariorum vel capituli vacante ecclesia ad ordines promoueri per alium episcopum. quia subsunt epis: & de eorum iurisdictione sunt. vt supra probatum est. extra de prescrip. veniens. §. chrisma. expressum extra de tempo. ordi. cum nullus. §. inferiores. lib.vj. & sm illum. §. & sequentem intellige quod dixi supra de vicarijs. Si episcopus velit monachum instituere rectorem in ecclesia seculari: & abbas nolit: obediet monachus abbati xvj.q.j. cum pro vtilitate. &.c. monachi. lviij. di.c.j.&.ij. Si tamen vtilitas ecclesie exigit: cogendus est abbas per superiorem cōsentire: & monachum licentiare. vt pre.c. cum pro vtilitate. & extra de iure patro. nullus. & facit extra de sta. mo. quod dei. Si prelatus vocet ad se aliquem religiosum ad suum comitatum vbi ille religiosus regulam suam vel statuta alia regularia seruare non potest: consulo vt ad claustrū propriū reuertatur: nec periculum suum exponat cōmodis alienis. xlvij. di. sicut. Si vero de precepto pape vel superioris cogatur: & nequeat misericordiam inuenire: necesse est obedire. c. extra de offi. deleg. si qn̄. xix. di. in memoriam. c. di. contra morem. & ibi prout poterit regulam suam obseruet. q; gratia dei vbiq; est. & regula vbilibet difficulter seruari potest. q; nec societas nec locus est de substantia regulari. c. bonum. xl. dist. illud. &.c. quilibet. Item notan-

dum

dum ꝙ regulares longe magis sunt adstricti ꝑlatis suis obedire. vtpote qui renuntiauerunt omnibus ⁊ proprie voluntati. q̄ȝ clerici seculares epo. xij. q. j. nō dicatis. extra de offi. or. quāto. ⁊ §. dixi. Et clerici magis sunt adstricti obedire epo q̄ȝ laici. c. lxxj. di. primatus. viij. q. j. quid aūt. Tenet monachus obedire epo inuito abbate vocatus pro cubiculari. licet videatur priuilegium papale. no. xij. q. vij. cū pastoris. ſm additionem Bar. licet alij sint contra. vide qḋ no. ē. §. sed vt sciant. ver. inquiūt. ⁊ in additione ibi posita. in. c. xx. Non solū non est obediendū ꝑcepto iniusto manifeste: sed etiā inhonesto ⁊ incommodo. no. xj. q. iij. non semper. huc vsq Ray. ab illo. ver. supra si epo.

Iterum ad ampliorem obedientie notitiam veniamus: ⁊ primo eam describamus. Obedientie est voluntas faciendi preceptum vel mādatum superioris.

Obedientie descriptio.

Et intelligas mandatum quod fit mediate: vel per nuntium: vel per literas. Preceptum vero quod fit immediate. Uel mandatum intelligas voluntatē indicatam que est sine coactione imperij. Preceptū vero est quando est imperij coactio. Probatur hec descriptio. xiiij. q. j. quod precipitur. vbi etiam de hoc no. Item sic describitur. Obedientia est spontaneum ⁊ voluntarium ⁊ rationabile proprie voluntatis sacrificium. Probatur hec descriptio. xx. q. iij. presens. xv. q. j. non est. viij. q. j. sciendum. Uel obedientia est pio studio proprie voluntatis abnegatio. ad hoc. xij. q. j. non dicatis. Et notandum ꝙ propria volūtas dupliciter accipitur. Uno enim modo dicitur voluntas propria: que non est deo subiecta. Et ſm hoc abnegatio proprie voluntatis fit: quum voluntas nostra diuine volūtati subdicitur. Phil. ij. Jo. iiij. ⁊ vj. Lu. xxij. Mar. xiiij. ⁊ Mat. xxvj. Alio mō dicit̃ propria voluntas: que non est subiecta homini. ⁊ ſȝ hoc voluntas propria abnegatur in eo qui se voto obligans homini voluntatem suam subdit voluntati humane. Et sic abnegatio proprie voluntatis specialiter videtur pertinere ad religiosos. vt pre. c. non dicatis. ⁊ extra lib. vj. de elec. si religiosus. De prima abnegatione magister Hugo de sancto victore ait ꝙ spiritus hominis in medio quodam loco constitutus, supra se creatorem suum habet: cui subiectus esse debet. sub se carnem suam: cui debet esse ꝑlatus. Rom. viij. Aliud ergo debet creatori propter subiectionem. aliud carni propter prelationem. Creatori debet vt nunq̄ȝ preter eius voluntatem se moueat extra illam effluendo. Gen. xlix. ad Heb. ij. presumens illa q̄ non debet: vel infra illam subsistendo: torpens ab his que debet. Carni vero. s. ancille debet vt eam ſȝ arbitriū rationis. s. bñe disponat. Hec caro non est habenda odio. scdm apostolum Ephe. v. xiij. qḋ. ij. non existimemus. Ber. Nonne odit carnem suam qui ei cumulos gehenne mercatur: ⁊ ſm duritiam suam ⁊ cor impenitens thesaurizat iram in die ire? Optime diligit carnem: qui conculcat ⁊ macerat eam: sicut pānus a fullonibus conculcatur: vt mundior ⁊ melior fiat. Apoc. vij. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna ⁊ lauerūt stolas suas in sanguine agni. Itē Ans. Non est aliud peccare, q̄ȝ non reddere deo debitum. Omnis enim voluntas rationalis creature subiecta debet esse voluntati diuine. Hoc est debitū qḋ debet angelus ⁊ homo deo. Et hec est iustitia siue rectitudo, voluntatis: que iustos facit siue rectos corde. i. voluntate. Hic est solus ⁊ totus honor quem debemus deo: ⁊ a nobis exigit deus. Sola namq talis voluntas facit opera deo placita: quum potest operari ⁊ quum non potest. Ipsa sola per se placet. q: nullum opus sine illa placet. Hunc honorem debitum q deo non reddit: aufert deo quod suum est: ⁊ deum exhonorat. ⁊ hoc est peccare. Ro. ij. Per preuaricationem legis deum inhonoras. Nihil enim minus tolerandum est in rerum ordine: q̄ȝ vt creatura debitā subiectionem ⁊ honorem suo creatori auferat: ⁊ non soluat quod aufert. Necesse ergo est vt aut ablatus honor soluatur: aut pena sequatur. Nam aut homo debitam subiectionē deo volenti spōtaneā exhibet: aut deus eum inuitū sibi torquendo subijcit. ⁊ sic se dñm eius ostēdit. Un̄ Ezech. xx. Uiuo ego dicit dñs de⁹. q̄m in manu forti ⁊ in brachio extento ⁊ in furore effuso regnabo super vos. Pio studio dicitur in descriptione, ad differentiam illorum qui voluntatem suam humane voluntati subdunt timore seruili: qui non est in charitate. j. Jo. iiij. de quo etiam habetur. xxiiij. q. vj. §. vlt. Obedientia autem vera charitate perficitur. j. Pet. j. Castificantes animas vestras in obedientia charitatis. Uel pro lucro terreno. qḋ excludit sibi meritum dandum a deo. Propter deū. n. non ꝑꝑ lucrum humanum subiecti esse debemus. j. Pe. ij. Subiecti estote ꝑꝑ deum omnibus. extra de ma. ⁊ obe. solite. j. rñ. Et intellige hic pium studium, vehementem animi applicationem ad cultum dei. vt pium hic dicatur a pietate: que dicitur theosebia ſm Greg. Item notandum ꝙ obedientia prout est virtus specialis attenditur respectu eorum que sunt indifferentia. vnde Aug de vera religione. Peccatum est non solum malum sed etiam vetitum facere. inferens a simili ꝙ opus virtutis est non solum bonum sed etiam preceptum facere. Unde dñs obedientiam Ade experiri voluit in eo qḋ erat ſm se indifferens. s. in comestione fruct⁹ ligni scientie boni ⁊ mali. Gen. iij. xj. q. iij. quid ergo. Item obedientia gñalis virtus est. mouere enim potest ad oīa opera virtutum: oē. n. opus virtutis iuberi pōt a supiore, vel deo, vel hoīe. Unde si aliqs velit exire in opus virtutis. q: iussum est a superiore: voluntas illa erit obedientie. Un̄ voluntas faciendi iussum superioris: q: iussum est: est specialis actus obedientie. Item sciendum ꝙ quū subdere se alicui, sit humilitatis ⁊ obedientie: differūt tñ. Subdere enim se alicui ſm reputationem, est humilitas. Hoc enim electorum proprium esse solet: vt de se minus sentiant q̄ȝ sint. iuxta verbum Greg. Item quum superbia sit appetitus proprie excellentie. iuxta Bern. in epl̃is. Ad humilitatem etiā ꝑtinet amor inferioritatis vel vtilitatis. ſm verbum Bern. super Cant. Uerus inquit humilis vilis vult reputari. ⁊ Luc. xiiij. Quum vocatus fueris. s. ad nuptias: vade ⁊ recumbe in nouissimo loco. Subiectio humilitatis respicit personam ſm se. Subiectio vero obedientie respicit eam ꝑsonam cui aliquis subditur inquantū est ꝑapiens: ⁊ personam que subditur inquantū est agens. Exemplum harum duarum subiectionū habemus in christo ⁊ Joanne. Mat. iij. ⁊ Luc. iij. Subiectione obedientie subiecit se Joannes christo: qū consensit vt baptizaret christum prout christus volebat. Unde dicit ibi gl. Uera est humilitas quā nō deserit comes obedientia. Christus vero subdidit se Joāni subiectione humilitatis: volēs a Joāne minori baptizari. Un̄ ⁊ dicit ibi. Sic nos implere oportet oēm iustitiā. i. humilitatē: que est subdere se minori. ſȝ gl. ibi. Superioris est baptizare. inferioris est baptizari. Actuum. xx. Beatius est dare q̄ȝ accipere. Ad commendationem obedientie faciūt admonitiones

facre scripture. Ro. xiij. Ois aia potestatibus sublimioribus subdita sit. extra de censi. ois. Ephe. vj. Filij obedite parentibus vestris in dño. Colos. iij. Filij obedite parentibus vestris per oia. Heb. xiij. Obedite prepositis vestris et subiacete eis. ipsi. n. peruigilant quasi rationem pro aiabus vestris reddituri. Obediunt etiã deo creature insensibiles. ps. cxlviij. Preceptum posuit et non preteribit. Baruch. iij. Stelle vocate sunt: et dixerunt adsumus. ps. ciij. Terminum posuisti quem non transgredientur. Mat. viij. Luc. viij. Marc. v. Quis est hic cui mare et vẽti obediũt? Amb. in hexameron. Non mediocris pudor est imperio dei insensibilia elemẽta parere: et hoies nõ obedire: quibus sensus ab ipso tributus est authore. Paruerunt rane beato Ambrosio que eum predicantez impediebant: et tacuerunt. Paruerunt hirundines beato Francisco predicanti: et tacuerunt. Paruerũt ei cicade, et cuniculi, et ceruí, et ouis, et agnus, et lynx, et phasianus. et alie aues. vt habetur in eius legẽda. Sancto etiam Martino (vt habet in legenda sua) obediebant ignis. et aqua, et arbor, et canes, et serpentes. vnde semel ingemiscens ait. Serpentes me audiunt: et hoies non audiunt. Exempla obedientie primo i capite nostro christo obediẽte vsqz ad mortem. Phil. ij. Item obedientia Abrae. Triplici autẽ

Abrae obediẽtia

precepto probauit dñs obedientiam Abrae. In patrie desertione Gen. xij. Egredere de terra tua. In circũcisione. Gen. xvij. In filij immolatione. Gen. xxij. In primo fuit renuntiatio quãtum ad effectũ terrenoꝝ. In secundo consanguineoꝝ et vitioꝝ et carnalium desiderioꝝ. In tertio renuntiatio filioꝝ. Sed et in primo precepto, Egredere etc. triplex religiosoruz renuntiatio figuratur. s. terrenorum, carnalium desideriorũ, et voluntatis et propriũ intellectus. Prima fit per promissionem paupertatis. Secunda p votũ castitatis. Tertia per abnegationem proprie volũtatis. que adimpletur p veram obedientiã. De hoc loquitur illa collatio Papnutij de tribus abrenuntiationibus, que est tertia inter coll. Jo. cassi. Sũt autem. xv. difficilia que commendãt obedientiã Abrae et aliorum vere obedientium in ijs que sibi dñs imperauit. Primum est, qꝫ Abraam voluit ad preceptuz dñi re sibi charissima. s. filio vnigenito carere. Secũm, qꝫ dñs voluit qꝫ pater occideret filium per se. minor enim fuisset dolor si per alium occidisset. Tertium, qꝫ voluit eum occidi coram se. immo ipsemet manu ppria voluit hoc facere. Multi. n. sustinerẽt qꝫ filiũ sui occiderent: tñ nõ possent hoc aspicere vel ppria manu hoc facere. Propterea passio dñe nre. Luc. ij. ibi. Tuam aiam. etc. maior fuit qr presens erat cruci. Jo. xix. Quartum qꝫ filius eius ille erat vnicus. nõ. n. habebat alium ex libera vxore. Unde dixit ei angelus de celo. Genes. xxij. Qr non pepercisti vnigenito pp me. xxxij. q. iiij. recurrat. Quintum, qꝫ miraculose habuerat eum. qr ex vxore vetula et sterili: et quum ipse iam esset centenarius. Gen. xxj. Sextum, qꝫ magna promissio facta erat Abrae de ipso. Gal. iij. Gen. xij. et xv. Septimum, qꝫ ipse solatiuz erat matri sue. quod no. ibi quiz dicitur Isaac. quod interpretatur risus. dixit enim mater sua eo sibi dato. Risum fecit mihi dñs. quicunqz enim audierit: corridebit mihi. Gen. xxj. Quid dixisset mater Isaac si Abraam reuerterẽ de eius immolatione dixisset ei immolaui filiuz tuũ. Narrat etiaz Josephus qꝫ ipse puer gratiosus ad fauorem suum parentes potius prouocabat: eo qꝫ in omni virtute studeret: et parentum haberet sollicitudinem et affectum circa dei religionem. Octauum, qr voluit eum non solum occidi, sed etiam incendi. Unde dicitur Gen. xxij. Offer eum ibi in holocaustum. quod interpretatur totũ incensum. noluit parcere nec viuo nec mortuo. Nonum, qꝫ voluit euz ducere per triduum ad locum immolationis. Unde gl. ibi. Non est Abraam iussus statim occidere filium suum: sed per triduum ducere ad immolationis locum. vt longitudine temporis tentatio augeretur. et crescentibus curis paterna viscera cruciarentur. prolixo spatio pater filium intuetur. cibũ cum eo sumit. tot noctibus pendet in amplexibus. pater cubat in gremio. et per singula momenta in paterno amplexu dolor occidendi filium cumulatur. Decimum, quia nõ apparebat aliqua precepti vtilitas vel necessitas. Que enim vtilitas innocentem occidere? damnum vero manifestum erat. et summa crudelitas videbat. Piere. vij. xxviij. q. v. regum. Undecimum, qꝫ non excusasset eum authoritas precipientis. quũ nullus testis adfuisset. nec crederet ei si dixisset hoc sibi dñz precepisse. Duodecimum quia hoc erat rationi et nature contrarium. Decimumtertium, qr non precesserat in sanctis patribus hmõi obedientie exẽplum. Decimumquartum, qꝫ omnium ad quorum notitiã hoc peruenisset imminebat scandaluz. Decimumquintum, Quum ait, Tolle. q. d. non per alium: sed p teipsum. Filium. non seruum vel alienum. Unigenitum. non de multis vnum. qr iuxta illud poeticum.

Parcius ex multis mater desiderat vnum:
Quem que flens dicit, tu mihi solus eras.

Quem diligis. quia in senectute genitũ et a deo munere concessum et exhibitum per miraculum. si enim non diligeret secus esset. Isaac in quo benedictionis promissio. Gen. xij. et. xv. tãqz si ille occideretur: tota spes promissionis frustraretur. Augu. De charitatis admonitione et nominis recordatione tentatio cumulatur. Et vade in terram visionis. ex hoc aggrauatur dolor. si enim precepisset ex impetu filium immolari: aliquantuluz esset tolerabilius hoc. Per tres dies iubet deducere filium. Unde mirũ qꝫ visu et colloquio et societate dilectissimi filij non retardatur. vt supradictum est. Et offer eum ibi in holocaustũ. Et summus cumulus doloris. holocaustum enim est totum incendium. vt supradictuz est. vt nihil de illo remaneret. nec etiam os ad patris solatium. Sup vnũ montium quez monstrauero tibi. Hic est mõs Moriain quo postmodum factum est templum. Sed vide multitudinem obedientie. Abraam de nocte consurgens strauit asinuz suum: et preparauit necessaria holocausto. Nemini enim que facturus erat voluit indicare: ne forte prohiberetur parere deo. xxij. q. ij. prophetauit. quod est cõtra reuelantes obedientias non sibi consolatorias: et facientes eas et procurãtes per seculares maxime reuocari. Precepto ergo accepto tam difficili non se excusauit. causam precepti nõ interrogauit. sicut faciunt quidam religiosi diaboli imitatores. qui ait Gen. iij. Cur precepit vobis deus vt non comederetis etc. Item nõ procrastinauit mãdatum exequi. sed de nocte surrexit: ne videretur et impediretur nulli consilium communicauit. vt dictum est. Si aliquod horum fecisset forsitan meritũ amisisset. qr dño dixisset ei. Uolebam qꝫ faceres hoc, sed ad probandum te hoc dixi. xxij. q. ij. non eruz volebat. Item attendendum est qꝫ velle sit promptus esse ad obedientiam. Abraam. n. filium nõ immolauit: tamen tantum meritum habuit obedientia ac

quantum

quantum si immolasset. Gen. xxij. Quia non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. quia quantum fuit in Abraam filium interfecit: quia votum eius pro opere reputatur. de pe. di. j. magna. in pri. di. cum legibus ea nominatis ibi se. vsq; ad §. contra. Benedicam te ⁊ multiplicabo semē tuum. ⁊ in. e. c. In semine tuo benedicentur omnes gentes: quia obedisti voci mee. Gen. xxij. Homo qui promptam voluntatē habet ad obediendum deo: in omnibus placet deo. ⁊ pro infinitis rebus quas nunq̄ facturus est meritū habet. Grego. Non est manus vacua a munere: si arca cordis plena fuerit bona voluntate. Tertio die vidit montem procul. ⁊ relictis iuuenibus quos secū duxerat cum asinone impedirent eum: aut gemitu obstreperent aut fletu. s̄m Amb. xxii. q. ii. prophetauit. ⁊ sic creuit tentatio. quia remansit solus cum filio. Imposuit ligna super Jsaac. Et hic crescit dolor ⁊ tentatio. vt filius materiam sue portaret mortis: sicut christus crucem. Jo. xix. maior q̄ si alius materiam sue mortis portaret. Et accipiens ignem ⁊ gladium solus ascendit cum eo. vt nemo eum impediret. Et hic augmentatur tentatio maior quā si alius materiam mortis filij portaret. ⁊ ait Jsaac. Ecce ligna ⁊ ignis: vbi est victima? Et hic ingeminatur dolor ex verbis filij. Cui pater. Deus prouidebit sibi victimam fili mi. Et statuit aram. ⁊ lignis dispositis ignē adhibuit. Et hic augmentatur dolor. Quilibet actus eius quasi quedam occasio filij est. Et (sicut Josephus ait) ad puerum dixit. O puer quē innumeris votis obtinui: susceptumq; diligentissime alui: in quo felicem me arbitrabar quum viderem ad virilem etatem venire: vt moriens mei relinquerem successorem: quia ex voluntate dei pater tuus factus sum: ex voluntate dei similiter te deponam. eo q̄ ipse dignatur accipere te in odorem suauitatis. vt sicut mirabilis fuit ingressus tuus in mundum: ita ⁊ mirabilis fit egressus. vt Jo. bapt. Luc. j. Mar. vj. Non enim iudicauit te dignum egritudine seu bello vitam finire: sed cum orationibus ⁊ sacrificijs animā tuam ad se vocare. ⁊ ipse de cetero mei curam gerens senectutēq; regens (qua gratia maxime te nutriebam) moriar de te desolatus pro obedientia patris. Jsaac vero sermones patris libenter accipiens, ait. Iniustum erat si natus fuissem: si dei ⁊ patris iudicium refutarem. quando solo patre id volente impium esset non obedire. Hec dicens accessit ad aram pariter ⁊ ad mortē. arreptoq; ab Abraham gladio, puero posito in ara super struem lignoꝝ vt immolaretur. reuocauit deus preceptum per angelum. Jam enī impleuerat illud Abraham. quum preparasset se omnino ad immolādum. vt supra dixi. Mox ergo angelus dñi clamauit Gen. xxij. ad eum. Ne extendas manum tuā super puerū. nunc cognoui q̄ timeas dñm. Nō enim sitiebat deus sanguinem pueri: sed vt sciretur quantum Abraam timeret dñm. de hoc. xxij. q. ij. §. quādo a[illegible]. cum. c. seq. vbi de hoc. Et hinc digrediens

Ad chr̄m refertur Jsaac obedientia.

vtiliter venio ad obedientiam filij dei quam pro nobis assumpsit. Nam s̄m allego. Abraam significat deum patrem. quē innata pietas. de pe. di. j. quis diuinitatis. ⁊ c. multiplex. non solum tentauit: sed etiā compulit filium pro salute humani generis immolare. Unde super illo verbo Ps. lxxxiiij. Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi. dicit Bern. Ueritate ⁊ iustitia in terra manentibus vt miserum hominem flagellarent: pax ⁊ misericordia recesserunt ad deum qui dedit illas. Et pro quodam susurro paterna pulsantes viscera loquebantur. Ps. lxxvj. Nunquid in eternum proijciet deus: aut non apponet vt complacitior sit adhuc? Nunq̄d obliuiscetur misereri deus? ⁊c. Jsaac vero signat christū. qui reuera est risus ⁊ gaudium patris ⁊ matris ⁊ omnium electorum. Luc. ij. Annuntio vobis gaudium magnum quod erit omni populo ⁊c. Hunc pater singulariter ⁊ ineffabiliter diligit. vnde Jo. iij. Pater diligit filium suū: ⁊ omnia dedit in manu eius. Ipsū quoq; in senectute genuit. quia in fine seculorum incarnari. Gala. iiij. constituit. Alleget ergo pro humano genere pietas dicens. Abraam Abraam. qui interpretatur pater multarum gentium. Gen. xvij. q. d. Tu es pater omniū gentium per creationem: succurre eis per filij missionem ⁊ passionem. Tolle igitur filium tuum. i. tibi consubstantialem vnigenitum per naturā. xxiiij. q. iij. quidā. ver. arriani. Et vade in terram visionis. i. in mundum: de quo videbatur recessisse propter peccatum Ade. Et dicitur terra visionis: quia videtur deus ibi per fidem. j. Corin. xiij. Luce. x. Et offer eū ibi in holocaustum. vt totus immoletur pro humano genere. Unde Bern. Totus mihi datus est. totus in meos vsus expensus. Ceteri nāq; sancti dicuntur sacrificia: quia partim pro amore dei, partim pro seipsis passi sunt. sed christus solus dicitur holocaustum: quia nihil pro se pertulit sed totum pro nobis. Unde signatur per vitulam rufam que tota incendebatur. Leui. xvj. Super vnum montium. mons iste est locus caluarie. Mar. xv. Luc. xxiij. in quo redēptionis nostre mysterium extitit consummatum. Abraā igitur super Jsaac ligna imposuit, quia christus ex dispositione dei patris crucem propriam baiulauit. Joā. xix. Ipse vero portabat ignem ⁊ gladium: scilicet feruentissimam charitatem qua dilexit nos. Jo. iij. ⁊ seuerissimam sententiam qua proprio filio suo non pepercit. Ro. viij. Altare vero est crux: vbi christus non solum ligatus est sed clauatus. Ps. xx. Foderunt manus meas ⁊c. Quando autē dicitur. Ne extendas manum tuam super puerū. innuitur q̄ caro christi potuit crucifigi: sed diuinitas non potuit ledi. Per arietem inter vepres herentem cornibus, significatur humanitas que inter iudeos exasperantes suspensa fuit inter duo brachia crucis. vnde Abachuc. iij. Cornua in manibus eius. Facit etiam ad commendationem obedientie, quia voluit deus scilicet pater filium suum christum probare quodammodo per obedientiam. in quo voluit sibi formare nouum populum. Christus nō terram sicut Abraā: sed celum quodammodo deseruit. Hier. xij. Reliqui domum meam. i. celum vel domum. i. patrem. quia filius est in patre. Joā. j. Unigenitus est in sinu patris. quia carne assumpta non apparuit in ea forma in qua equalis est patri. Dimisi hereditatem meam: idest ecclesiam triūphantem. quia non apparuit in mundo in ea forma qua ab angelis videtur in celo. Mat. xviij. Item reliquit matrē synagogā de qua natus est s̄m carnem. quod figuratum fuit in hoc q̄ Assuerus reprobata Uasti coniunxit sibi Hester. Hester. j. ⁊ ij. Hester interpretatur exaltata in populis. quia christus reprobata synagoga copulauit sibi ecclesiā de gentibus. quum dicit Esa. lx. Ponā te in superbiam populorum. ⁊ facit. xxxv. q. j. cum igitur. vltra medium. Deseruit etiam matrem suam beatissimā. quia ipsius animam doloris gladius pertransiuit. Luce. ij. Reliquit etiam domum. quia nullam habere voluit. Matth. viij. Luce. ix. Uulpes foueas ha-

bent &c. Item formam spiritualis circumcisionis
dedit: quando voluntatem patris sui sue voluntati
preposuit. Mat. xxvj. Non sicut ego volo: sed sicut
tu. Mar. xiiij. Non quod ego volo: sed quod tu vis.
Luce. xxij. Non mea voluntas sed tua fiat. Ipse mã
dato patris in holocaustum seipsum obtulit. Joan.
iiij. vj. & x. Mat. xiiij. Sicut mandatum dedit mihi
pater: sic facio. Itez valet ad commendationẽ obe-
dientie, quod legitur de ipso Heb. v. Et quidez quũ
esset filius dei: didicit ex ijs que passus est obedientiã.
didicit inquam per experientiam. Itẽ didicit in cor-
pore per ea que passus est in capite. ipse fuit discipulꝰ
& doctor obedientie. Si filius dei obedientiam didi
cit tot laboribus & angustijs: non debet esse homini
onerósum addiscere eã maxime ijs qui sunt in scho-
lis ipsius: s. in claustro. Valde verecundum erit illis
qui diu fuerunt in ijs scholis si obedientie ignari in-
uenti fuerint. Adam inuentus est male in obediẽtia
se habuisse: in qua dñs euz probare voluit. sed q̃ gra
uem disciplinam dñs ei dederit: ipse & nos filii eius
nouimus. Israel filij similiter in obedientia probati
sunt. & diutissime flagellati: quum in ea se male ha-
buerunt. sic diutissime flagellabuntur qui inobediẽ-
tes fuerint. Inobedientia hominem de paradiso eie
cit. Gen. iij. Obedientia vero ipsum in paradisuz in-
troduxit. Luc. vlt. Eduxit eos foras in Bethaniã. i.
in domũ obedientie. Felix quẽ dñs duxit in Betha
niam. i. in religionem vbi est locus obedientie. Spe-
rare firmiter potest q̃ sit inde ascensurus in celum: si
tamen in vera obedientia obierit. j. Pet. j. Sperate
in eam que vobis offertur gratiam in reuelationem
Jesu christi quasi filij obedientie. Obedientiam vo
luit christus docere & in hunc mũdum veniens. Jo.
vj. Descendi de celo: non vt faciam voluntatez meã,
sed voluntatez eius qui misit me. Et de mundo trã
siens. Mat. xxvj. Non sicut ego volo: sed sicut tu.
Joã. xiiij. Sicut mandatum dedit mihi pater: sic fa-
cio. Bernar. Mementote fratres. christus ne perde
ret obedientiam: perdidit vitam. In signum q̃ obe
diendo mandato patris mortez sustinuit, inclinato
capite emisit spiritum. Jo. xix. Et in mundo viuens.
Jo. iiij. Meus cibus, inquit, vt faciam voluntatem
eius qui misit me. Eiusdem. v. Non quero volunta
tem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Obe
dientia est imago celestis hominis. Sic inobedien-
tia est imago terrestris hominis. j. ad Cor. xv. Sicut
portauimus imaginem terreni hominis: ita & porte
mus imaginem celestis. Ephe. iiij. Induite nouum
hominum. qui ſm deum creatus est. i. opere diuino
conceptus: non opere humano more aliorum homi
num. Commendabilis est obedientia a suo multi-
plici effectu. Unde notandum q̃ obedientia seruum
dei efficit. & ianuam celi aperit. & inobedientia clau-
dit. Mat. vij. Nõ omnis qui dicit mihi dñe dñe, in-
trabit in regnum celorum. sed qui facit voluntatem
patris mei qui in celis est &c. Magna securitas est
habere dñm omnipotentẽ. Amb. Mori non timeo:
quia bonuz dñm habeo. Beatus est qui vere habet
dñm. ps. cxliij. Beatus populus cuius dñs deꝰ eius.
Item obedientia hominem christi facit fratrez. imo
quasi omni genere attinentie affinez. Eccl. xxxiij. Si
est tibi seruus fidelis sit tibi sicut anima tua. quasi
fratrem sic tracta illum. Mat. xij. Mar. iij. Lu. viij.
Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in ce-
lis est: ipse meus frater propter communez volunta
tem operandi, & soror, propter communem volunta

Effectus obediẽtie multiplex

tem compatiendi, & mater est, christuz concipiendo
& in cordibus audientium generando. Gala. iiij. Fi-
lioli mei quos iterum parturio donec formetur chri
stus in vobis. Greg. Parit deum: qui eum cordi au
dientis infuderit. Mater eius efficitur: si per eius
vocem amor dei in mente proximi generatur. Simi
le Mat. iij. Item obedientia deo prestat obsequiuz
acceptissimum. j. Reg. xv. Nunquid vult deus victi
mas & holocausta: & non potius vt obediatur voci
eius? Melior est obedientia q̃ victima. lxxxj. distin.
siqui. viij. q. j. sciendũ. extra de maio. & obe. illud. Ec
cle. iiij. Multo melius est obedientia q̃ victime. Li
cet enim deus non exaudiat nos quandoq; ad volũ
tatem: vt exaudiat ad vtilitatem: eo q̃ ipse scit quid
nobis expediat: nos vero hoc nescimus. Ipse tamẽ
vult vt seruiamus ei ad eius voluntatez: non ad suã
vtilitatem. quũ ipse ps. xv. bonoꝝ nostroꝝ non indi
geat. & quũ voluntas sua semꝑ recta sit. Eccle. xxxv.
Salutare sacrificiũ est attendere mandatis dei. Deu
tero. iiij. in prin. & xij. in fi. Prouer. xxx. Que preci-
pio tibi hec tantuz facias. non addas quicq̃ nec mi
nuas. Item obedientia in homine habitaculuz deo
quasi excidit: expellendo a corde hominis sensum
proprium & propriam voluntatez. Unde dñs in do
mo Simonis discubuit. Simon enim obediens in-
terpretatur. Luc. vij. sed non in domo Simonis cy-
renei: qui crucem domini fert in angaria. Mar. xv.
& Luce. xxiij. vbi deest vnctio spiritussancti: & ideo
murmur est ibi. Eccle. xxxiij. Precordia fatui quasi
rota carri. si vncta non fuerit murmurat. In Betha
nia que interpretatur domus obedientie, christꝰ vn
gitur. Jo. xij. Ipse eos diligit qui ibi habitant. Joã.
xj. Diligebat Jesus Martham & Mariam sororẽ
eius & Lazarum. Quum deest sibi hospitium: venit
Bethaniam: vt ibi hospitet. Mar. xj. Circũspectis
omnibus, quum iam vespera erat hora: exijt in Be
thaniam. glos. Ut quod in vrbe non inuenerat ma-
gna: in agro paruulo apud lazarum & sorores eius
haberet hospitium. In vtero virginali hospitio filiꝰ
dei receptum est: quum Maria verbo angeli obedi
uit. Luc. i. Fiat, inquit, mihi ſm verbum tuum. Itez
obedientia hominem supra se leuat. Thren. iij. Leua
uit se supra se. Nisi corpus esset sociatum spir. sui: vt
sensu eius & imperio regeretur: nõ ascenderet ad hoc
vt remunerationem eternam mereretur. sic vir sim-
plex per obedientiam ascendit ad sapientiam & mo-
res maioꝝ a quibus regitur. immo quodammodo
ad deum ascendit: dum seipsum exuit: & deum quo-
dammodo induit. Gala. ij. Uiuo ego iam non ego,
viuit vero in me christus. Phil. j. & ibi. Mihi viue-
re christus est & mori lucrum. Quod intelligitur vt
no. de peni. di. ij. c. siquis tãtam. in gl. christus. Et sic
quodammodo deificatur homo ſm illud ps. lxxxj.
Ego dixi dij estis. Et non solũ deificatur quoad sen
sum & voluntatem dei quam assumit: sed quodãmo
do quoad potestatem. Facit enim diuina & mira vt
patet in Petro: qui obediens christo iubenti ambu
lauit super aquas. Mat. xiiij. Greg. refert de Mau
ro monacho qui ad iussum sancti Benedicti ambu
lans super lacum traxit puerum Placidum. vt su-
pra etiam dixi. Item obedientia ponit hominem in
excellentissimo statu & in presenti & in futuro. Pri-
mum ostenditur Deuter. xxviij. Si audieris vocem
dñi dei tui: faciet te dñs deus tuus excellentiorẽ cũ-
ctis gentibus. Secundum ostenditur in patre illo q
raptus in spiritu ordinem obedientium superiorem

vidit

vidit tribus alijs: de quo supra dixi in §. Sed iterum versi. ordo, in isto. lxix. c. qui ordo. Que nullã habet. hic requiem. in futuro summam habebit. Phil. ij. de christo di. Factus obediens ⁊c. ⁊ sequit. Propter qđ deus exaltauit illum ⁊c. Item obedientia deum glorificat. Esaie. lviij. Si glorificaueris eum ⁊c. ⁊ sequitur. ⁊ non inuenit volũtas tua ⁊c. ⁊ supra tetigi. Multum vere glorificat deum verus obediens: qꝛ facit beneplacitum dei. quum hoc etiam deus mandat ei per vilem personam aut peccatorem. Et tanto est maior dei gloria, quanto precipiens vilior persona: ideo vero obediens merito a deo glorificatur. j. Regum. ij. Quicunqꝫ honorificauerit me glorificabo eum. Eccli. x. Semen hominum honorabitur hoc quod timet dñm: semen aũt hoc exhonorabitur quod preterit mandatũ dñi. Item obedientia quod vult a deo impetrat. Greg. Si obedientes fuerimus prepositis nostris: obedit deus orationibus nostris. Aug. de operib⁹ monachoꝝ. Citius exauditur vna oro obedientis, ꝙ decem milia contemptoris. j. Jo. iij. Si cor nr̃m non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum ꝙ quicquid petierimus ab eo, accipiemus: quia mandata ei⁹ custodimus. Greg. Cunctis liquido nouimus qꝛ quum is qui displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora ꝓuocat. ij. q. vij. in grauibus. Et post illud Heb. v. Exauditus est pro sua reuerentia: subditur: tamquã causa illius exauditionis. Et quidem quum esset filius dei: didicit ex ijs que passus est obedientiã. Obedientia est que dicit illud Canti. v. Dilectus meus mihi: ⁊ ego illi. Deus. n. facit ac si totaliter esset cuꝫ obediente: quia obedientia totaliter est cum illo. Dicit. n. verus obediens illud Ro. xiiij. Nemo nostrũ sibi viuit. Item obedientia a periculo maris huius liberat. Sap. xiiij. Exiguo ligno credunt hoies aĩas suas: ⁊ transeuntes mare per ratem obedienne liberati sunt. Exiguum lignum est obedientia. Obedientia facta est quasi nauis institoris. Prou. vlti. Qui in naui est, etiam comedens ⁊ bibens ⁊ quiescens procedit: qꝛ alieno motu mouetur. sic obediens qui in religione est etiam quiescendo comedendo bibendo meretur. Nam quicquid agit in obedentia agit. ⁊ pp deũ agit. Item obedientia hominem ditat. Nec mirum, quum de suo nihil expendat, quia nihil suum reputat, ⁊ quum in cunctis que agit: voluntatem alterius facere intendat. Ideo pro oĩbus que agit merito remunerationem expectat. Multe filie dei. s. virtutes, congregauerunt diuitias meritorũ: obedientia vero superegressa est vniuersas. Prouer. vlti. Quis est qui qñqꝫ non faciat multa specialiter pro se, ⁊ de quibus non expectat remunerationem? Obedientia vero pro alio agit: ⁊ ideo semper hꝫ remunerationem. Item obedientia quasi equus in paradisum vadit alieno sensui ⁊ voluntati quasi pedibus alienis innitendo, ideo velocius vadit: quia pedes quibus innititur velociores sunt propriis. immo obedientes non vadunt: sed volant citissime ꝑ obedientiam in celum. De eis. n. dicit Esa. lx. Qui sunt isti, veri religiosi obedientes, qui vt nubes: eleuati a terra ⁊ refrigerati a concupiscentia carnali ⁊ compuncti lachrymaꝝ aquis: volant, alijs obedientie ⁊ charitatis: ⁊ quasi columbe simplici intentione obedientes. ij. q. vij. non oĩs, ad fenestras suas: idest ad sensuum corporaliũ cohibitionem, ad christi vulnerum meditationem: ad ruine angelice reparationem? Sed multi religiosi qñ mittuntur extra claustrum. volant ad cadauera gule ⁊ luxurie ⁊ mundane glorie: sicut coruus quẽ emisit Noe Gen. viij. qui vt dicitur fluctibus est interceptus, ideo ad arcam non rediit. Sic ⁊ tales religiosi intercipiuntur aquis delectationum carnalium: ⁊ ideo non redeunt ad arcam vite Osee. v. Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad deum suũ. quia spũs fornicationis in medio coꝝ volat: ergo ⁊ currunt corporaliter ⁊ spũaliter quia multi in religione valde surgunt mane: ⁊ frequenter ieiunant: qui si essent in seculo dormirẽt ⁊ crapule vacarent. Obedientia non maculatur. Prouerb. iij. Vie eius vie pulchre. Nec leditur Si quid enim culpe ⁊ periculi in eo quod iniungitur est superioris est: sibi non nocet: nisi manifestum peccatum sit. xxiij. q. j. quid culpatur: ⁊ de hoc satis. s. e. ca. versi. item sciendum. Unde de obedientia põt dici illud ps. xc. In manibus portabunt te ⁊c. Item obedientia hoiem expedit ⁊ exoneratum reddit: alii. n. incũbit solicitudo pro ipso ⁊ temporaliter ⁊ spũaliter ideo non solum põt currere sed etiam volare, vt proxime dictum est. Si tñ habeat alias duas alas sibi coniunctas. s. castitatem ⁊ paupertatem. Apocal. xij. Date sunt mulieri due ale aquile magne vt volaret in desertum. s. religionis Bern. Magna penna paupertas: qua tam cito volatur in celum. Nã alijs virtutibus promissio regni datur. Paupertati vero non tam ꝓmittitur: ꝙ celi inuestitura datur. qm̃ ipsoꝝ inquit est regnum celoꝝ. Mat. v. Castitas etiaꝫ magna penna est, que hominem expedit ab illa delectatione qua difficillimũ est hoiem liberari. l. dist. qꝛ tua. ⁊ a fortissima occasione peccandi. s. a muliere: ꝑ quam diabolus Adam eiecit. Gen. iij. ⁊ per quam Job deuicit: quum dixit illi vxor. Adhuc tu permanes in simplicitate tua ⁊c. Cui ille. Tanqꝫ vna de stultis mulieribus locuta es. Job. ij. Item obedientia facit hoiem triumphare. Prouer. xxj. Testis mẽdax peribit. vir obediens loquet victorias. Testis mendax est: qui professus est obedientiam ⁊ eam nõ seruat: qui in presenti perit, dum in bello spũali succũbit: ⁊ in futuro peribit: quia eternaliter damnabitur Exemplum de hoc in populo iudaico que promisit se seruare legem Exod. xix. Omnia que locutus est dñs faciemus. Item Josue. j. Omnia que precipisti nobis faciemus. quum vero transgrediebatur legem vincebat. Josue. vij. Anathema in medio tui Israel est, non poteris stare coram hostibus tuis. Adam similiter factus inobediens superiori suo habuit repugnans suum inferius. Gen. iij Qui comedit: ⁊ aperti sunt oculi eius glo. Aug. Anima rationalis motus bestiales in carne sua erubuit. ⁊ subditur. Motus iste de transgressione veniebat. Bern. Tale inuenit anima inferius suum: qualem se exhibuit superiori suo. Armatur enim creatura ad vlciscendã iniuriam creatoris. Unde ⁊ iustus Job grauatus in isto inferiori ait. Job vij. Quare posuisti me contrarium tibi: ⁊ factus sum mihimetipsi grauis? vbi dicit Greg. Dum homo a carne molestias ⁊ a mente questiones tolerat: graue pondus supra semetipsuꝫ portat. ⁊ iij. Reg. xj. legitur de Salomone. Fecit Salomon quod non placuerat coram dño. ⁊ subditur. Et suscitauit dñs aduersarium Salomoni. Sic accidit ei qui in religione est: qui obedientiam non seruat ei cui promisit: ꝙ dñs permittit eum impugnari ⁊ vinci. ⁊ sic perit qui propria voluntatem in religione vult sequi tamqꝫ filius perditionis. Joã. xvij. Nemo periit ex his nisi filius perditionis. Et vere si

lius perditionis est qui voluntarium laqueum sibi iniecit quo periturus erat. Prouer.viij. Illaqueat⁹ es verbis oris tui. Et vere filius perditionis de loco salutis fecit sibi locum damnationis. et quum esset liberatus de mari mundi huius: et iam ingressus nauem religionis: ibi etiam periclitatur. Actuū.xxviij. Utiq; homicida est hic qui quum euasit de mari: vltio diuina nō permittit eum viuere. Unde et Abbas Motu es (vt legitur in vitis patruz) ait. Nos quidez in tranquillo mari nauigare videmur. seculares vero in periculosis locis. et nos quasi in die nauigamus, sole iustitie illustrati: illi vero in ignorantia q̄si per noctem. Sed frequenter contingit ꝙ secularis in tenebrosa hyeme nauigans vigilans autem et clamans propriam nauem saluet. Nos autem quia in tranquillo nauigamus: sepius ex ipsa securitate negligimus: et perim⁹ humilitatis gubernacula relinquentes. Obedientia autez filia primogenita est humilitatis. sicut sensus proprius et voluntas primogenita filia superbie est. et vt supra tactum est vir obediens potest loqui victoriam. Prouer.xxi. qꝛ habet nobilissimum genus triumphi. Nobilissimū genus triumphi est seipsum vincere. Ezech.v. versus ethici. Nobile vincendi genus est patientia, vincit. Qui patit: si vis vincere: disce pati: quod facit obediens. Unde super illud.j.Reg.xv lxxxj.di. siqui. Melior est obedientia et c. dicit Gregorius, Uir obediens loquitur victorias, dum.n. aliene voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Prouerb.xvij. Melior est qui dominat animo suo expurgatore vrbiū. Multi vrbes et regna sibi subiugauerūt, q ad hunc triumphū nobilē nō peruenerunt. Hic triūphus proprius est hominis. Uincit leo vel aliud animal cetera animalia, sed seipsum vincere non potest. Seneca. Qui seipsum vincit contra omnia fortis est. Constantinus augustus dicit vt legit in legēda beati Syluestri. Uincimus nosmetipsos quum nos a mala voluntate excludimus. Quid prodest Barbaras vincere nationes: si a crudelitate vincamur. Uincere namq; bella virtus est populoꝝ: vincere vitia virtus est moꝝ. Obediens deo subiectus est, ideo merito cetera sunt ei subiecta: et nihil ei repugnat. Deus.n. in obediente pugnat: ideo non est mirum si ipse triumphat. Leuit.xxvj. Si in preceptis meis ambulaueritis et c. Persequimini inimicos vestros, et corruent coram vobis. Item obedientia animam ornat. Unde inauris est aurea q̄ celestis spōsus dat anime. Prouer.xxv. Inauris aurea et margarita fulgens, qui arguit sapientem et aurem obedientem. Margarita fulgens inauri auree decenter iungitur: et doctrina mentem illuminans auri obedienti vtiliter proponitur. Dat Eliezer inaures aureas Rebecce. Gen.xxiiij. In aures ergo dat christ⁹ anime, vt in auditu auris obediat sibi in preceptis et prohibitionibus. Ps.xvij. In auditu auris obediuit mihi. Item obedientia ecclesiam letificat. Eccle.iij. Qui obedit patri refrigerabit matrē. s. ecclesiam militantem. Item holem glorificat. Rom.vlt. Obedientia vestra in oēm locum diuulgata est. Animaz castigat a libidine proprie voluntatis.j. Pet.j. Alas vestras castificantes in obedientia charitatis. Itez conseruat alam. Prouer.xix. Qui custodit mandatum: custodit alam suam. Obedientem merito custodit dñs tamq̄ suum. Prouerb.xxix. Uerbum custodiens filius extra perditionem erit. Eccls.viij. Qui custodit preceptum non experietur quicq̄ mali. Itē obedientia homini pacem dat. Prouer.xiij. Qui timet preceptū in pace versabitur.j. Macha.xiiij. Siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis, siluit.i. quieuit, vel pacez habuit. Simon obediens interpretatur. Et vere verus obediens silet corde et ore: non murmurans de iniunctis nec intus nec extra, vnde et pacez hz quicquid sibi commendetur. Esaie.xlviij. Utinam attendisses ad mandata mea. fuisset quasi flumen pax tua. Item obedientia benedici hoiem facit. Deutero.xj. Propono vobis benedictionem, si obedieritis mandans, eiusdem.xxviij. Uenient super te omnes benedictiones iste et apprehendent te: si tñ precepta eius audieris benedictus tu in ciuitate et c. Item facit hoiem beatum. Matt.xvj. Beatus es Simon Bariona Prouerbi.xxix. Qui custodit legem beatus est. Obedientia in presenti holem dignum prelatione efficit. Unde dñs Simonem prefecit ceteris aplis. Mat.xvj.j. Macha.ij. Simon frater vester scio ꝙ vir consilij est, ipsuz audite semper, et ipse erit vobis pater. In vita beati Giberti dicitur. Preesse non audeat: qui subesse non didicerit. nec obedientiam a subditis imploret: qui eam prelatis exhibere (.ij.q.vj. qui se scit.j.et.ij.) non nouit. Prius quidem dz esse discipulus q̄ magister lix.di. ordinatos, ex de elec. cum in magistruz. Atqui inuerecunde repente religiosi prepositi ducatum ambiunt: quia nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus: quid istis subiectis prestaturi sunt: qui ante q̄ discipulatus limen attingant. tenere locum regiminis non formidant. lix.di. hoc ad nos. Et q sub alio est vel esse dz: aliū sub hēre nō dz. ff. de adult. sic euenit. ff. ad mace. filiū habeo. lvj.di. miserū. Itē obedientia ad regnum celi introducit. Mat.xix. Mar.x. et Luce.xviij. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata. Inobedientia clauem paradisi amisit: sed obedientia eam recuperauit. Unde Simoni Petro dr Mat.xvj. et.xxiiij.q.j. quodcūq;. Dabo tibi claues regni celoꝝ. Item obedientia vitam hominis feliciter consummat. Job xxxvj. Si audierint et obseruauerint, complebunt dies suos in bono. et annos suos in gloria. Si aūt non audierint transibunt per gladium. Item de obedientia dicit Greg. ꝙ non tā est virtus q̄ mater virtutum, quod ideo dicit. qꝛ obedientia producere potest motus oīum virtutum. oēs enim possunt iuberi: et si aliquis producat motus illos qui iussus est: obedientie sunt: et de hoc supra in isto.c.in.§. iterum etiam. versi. item obedientia: tactū est. Item super illud Gene.ij. Lignumq; scientie boni et mali, dicit glo. Aug. Obedientia sola verissima est virtus, creature subdi rationali sub dei potestate degenti. Quod potest intelligi dictum esse primo qꝛ obedientia perficit holem ex parte illa qua hz comparationem ad deum sub quo est: et respectu actus qui est nobilissimus tamq̄ finis hominis. Finis.n. est optimum in vnoquoq;. Hic actus est obseruatio mandati diuini. Eccls vltimo. Deum time et mandata eius obserua: hoc est ols homo. Secundo potest hoc intelligi dictum propter meritum, ad quod valet obedientia. Unde super illud Gen.ij. Lignumq; scientie dicit Aug. Oportebat vt homo sub dño positus ab aliquo prohiberetur: vt esset virtus merendi. Obedientia (dum aliquis intendit facere voluntatē propriaz) non videtur mereri, nisi apud seipsuz. Ab illo enim merces expectatur cui seruitur, vel cui⁹ voluntas fit. Non meretur ergo apud alium: nisi q non vult facere voluntatem propriaz. quod est obe-

dientie.

dientie. Unde ⁊ Greg. Sola est obedientia que meritum fidei possidet. Tertio pōt intelligi dictū Aug. pp maiorem difficultatem. Uirtus est.n. circa difficilem ut ait sapientem. Et nomen virtutis a vi videtur esse deductum. Difficillimuz aūt videt agere contra se. quod facit obediens: quod sonat nomen obedientie. Obedire.n. est contra .s. proprium sensum ⁊ propriam voluntatem. Greg. super .j. Regum .xv. Melior est obedientia q̄ victima: q2 per victimam aliena caro per obedientiam vero propria mactatur: ⁊ d hoc supradictum est in .c. liij. in .§. tertius error. versi. qui aūt. Obedientia quasi quoddam martyrium est sm Climacum. Greg. Tanto quisq3 citius deuz placat, quanto repressa arbitrii sui superbia gladio precepti se immolat. Obediens quasi proprium sibi amputat pro christo caput: ⁊ caput sibi christuz constituit vel eum qui loco eius est: qui martyriū pro christo sustinet: vnam voluntatem sibi amputat .s. voluntatem viuendi: sed obediens oēz voluntatē, ⁊ sepius vsq3 ad mortem. Obedientia maxime proprie volūtati detrahit: ⁊ ideo virtuti maxime addit. Sapiens. Hoc solum virtuti adijciens: quod proprie voluntati detraxeris. Poeta. Est virtus placidis abstinuisse bonis. Propter ea que dicta sunt amāda est obedientia a fidelibus tamq̄ mater eoꝝ. j. Pet. j. Sperate in eam que offertur vobis gratiaz in reuelatione Jesu christi quasi filii obedientie. Sequit de ijs q̄ iuuare possunt obedientiā: vt aliquis ad eam magis reddatur flexibilis. Primuz est exilitas: vt patet in virga que pp exilitatē flexibilis est: etiā ferrum si sit exile vel tenue: flecti potest: sic exilitas humilitatis per precipue valet ad obediētiaz. Unde cantor Parisienses humilitatem posuit matrem obedientie. ⁊ Phil. ij. premittit humilitatem christi. Apls. Humiliauit inquit semetipsum factus obediens ⁊c. Augu. xiiij. de ciui. dei. Obedientia nisi humilium esse non potest: humilitas enim vacuitas est proprij sensus ⁊ voliti: ⁊ alienum sensum ⁊ volitum recipit quasi vacua a suo. ⁊ sic fit obediens. Superbus sensum ppriū retinens non recipit sensum alienum ⁊ velle: ⁊ ideo non obedit. Prouerb. xxvj. Uidisti hoīem sapientē sibi videri: magis illo spem habebit insipiens. Cib⁹ nimis salitus quasi perditus est facilius sal cibo additur q̄ subtrahatur. Sic qui ad religionem venit: si sal proprii sensus in eo nimis abundet: non est aptus religioni. Facilius homo simplex religiosus bonus efficitur q̄ sapiens. Bernar. ad fratres de monte dei. Superbia quantumuis sibi prudens videatur: dimittenda ⁊ abigenda est. Si.n. admittitur superbus, prima die qua incipit habitare incipit leges dare. nimium vero dimittenda ⁊ abigenda est. Si.n. admittitur superbus. prima die qua incipit habitare incipit leges dare: nimium vero stultus discere nō potest quas inuenit. Eccli. xix. Melior est qui minuitur sapientia: ⁊ indiget sensu in timore dei: q̄ qui abūdat sensu transgreditur legem altissimi. Timor quidem existimat pericula: etiam que non sunt defectus suos scrutatur ⁊ inuenit se sensu indigere. ⁊ sic timor humilitatem introducit. Humilitas vero videns sensum suum non sufficere: alieno sensui acquiescit: nec vult habere ducem illum qui in tot foueas eum precipitauit .s. sensum proprium. Secundum est assuefactio. vnde equus assuescit circumuolutionibus: vt facilius ad voluntatez sessoris flecti possit. Prouer. xxj. Equus paratus ad diem belli. dn̄s aūt salutem tribuet. Equus aūt est religiosus cui frenum obediētie impositum est. Zacha. x. Posuit eos quasi equos glorie sue in bello. Operat aūt deus in viro religioso gloriosa ⁊ salutifera: ⁊ ideo equus glorie potest dici. Hic equus per assuefactionem parandus ad obedientiam: vt vult sessor eius: id est prelatus, nunc ad dexteram prosperitatis: nunc ad sinistram aduersitatis vertitur, aliter in die belli succumbet, qñ .s. aliquid graue iniunget. Religiosus qui in sua voluntate nutritur, destruitur. Tertium est ignis amoris: vt patet in cera que calefacta facile flectitur: ⁊ in metallis que ab igne liquefiunt, ⁊ sic facile formam rei cui infunduntur accipiunt. Et hoc valere potest ad hoc q2 cor per obedientiam magis flexibile fiat, si ignis diuini amoris oñdatur. Qualiter de⁹ dilexit nos. Luc. xij. Ignem veni mittere ⁊c. Frequenter cōgitandus esset amor ille: ex quo pro nobis altissimus obedire voluit vsque ad mortem crucis. Phil. ij. vt confunderemur in obedientes esse ad leuia que nobis ex ei⁹ imperio iniunguntur. Leuit. vj. Ignis in altari .s. cordis mei semper ardebit. quem nutriet sacerdos: homo contritus subijciens ligna .s. memoriam crucis per singulos dies .s. continue. Quartum est separatio rei ab aliquo magis flexibili cui adherebat: vt patet in corio adherenti ligno: quod flecti non potest nisi a ligno separetur: sic expedit ei qui perfecte obedire vult: q2 voluntatem suam ab omni re temporali separet: ⁊ eam recolligat. vt habeat eam paratā qñ mandatum superioris veniet. ps. cxviij. Paratus sum ⁊ non sum turbatus. Itez ps. lvj. Paratuz cor meum deus paratum cor meum. Bern. Paratū ad sublimia: paratum ad humilia. paratum ad omnia. Quintum est alicuius liquoris admistio: vt pellis dura vngit: vt sit tractabilior: ⁊ terre dure aqua miscetur: similiter vnctio gratie necessaria est vt cor magis obediens fiat. Ideoq3 qui in religione est frequēter in oratione debet supplicare vt gratiam obediendi ei tribuat: ⁊ cor eius leuiat ⁊ humiliet spiritussanctus: ⁊ prelato beneplacitum suū deus inspiret. Aug. x. lib. confes. Dn̄e continentiam iubes: da quod iubes: ⁊ iube quod vis. Ualet etiam ad obedientiam imperantis modestia. Seneca. Remissius imperanti melius paretur. Greg. Qui ab vnoquoq3 bono ēt subiectos vetat: necesse est vt multa pcedat: ne obēdientis mens funditus intereat: si a bonis omnib⁹ repulsa ieiunet. Unde dn̄s Ade vnicaz arborē prohibuit: oēs alias pcessit. Gen. ij. ⁊ iiij. Reg. xij. ppls inobediens factus fuit pp graue imperiuz. iij. Reg. xij. vij. q. j. deniq3: facit ad hoc. xxvj. q. vij. alligāt. xlv. di. cum beatus. Unde ⁊ dn̄s non precipit Petro s3 rogauit vt nauem a terra subducat. Luce. v. In quo confundit superbia prelatoꝝ qui semper imperant; ⁊ p obedientiā mandant: ⁊ vix aut nunq̄ rogant. Gladius in manu furiosi preceptum preceps in ore prelati. Ezec. xxxiiij. Cum austeritate imperabatis eis ⁊ cū potentia. xlvij. di. hoc habet, faciunt ad hec xlv. dist. licet. j. ⁊ ij. xcv. dist. esto. xj. q. iij. rogo. Hoc ēt est contra illos prelatos qui pro quacunq3 causa ⁊ precipitanter excommunicationis sententias ⁊ aliam censuram fulminant in subiectos, contra illa c. xj. q. iij. nemo. ⁊ nullus sacerdotum: extra de sen. excommunica. sacra. ⁊ eo. ti. cum medicinalis. lib. vj. ⁊ de re iudica. cum eternitas. lib. vj. Seneca. Generosus est animus ⁊ in potestate naturaliter recalcitrās facilius ducitur q̄ trahatur. Uera.n. obedientia ⁊ pura imponenda charitatem respicit non timorem. j. Pet. j. Castificantes animas in obedientia chari

Quibus iuuet obedientia.

tatis. Ouidius. Si quotiens peccant homines sua
fulmina mittat Juppiter: exiguo tempore nullus e-
rit. O Gradus aũt obedientie s̃m Bernar. septem
sunt. Primus est obedire libenter, quem gradum
(vt ipse ait) nec pôt ascendere qui voluntatem pre-
cipientis sed suam non fecerit. Libenter obediat q
dicebat. Joan. iiij. ⁊. vj. Meus cibus est vt faciam vo
luntatem eius qui misit me. Aug. x. lib. confes. Opti-
mus tuus minister est: qui non magis intuetur a te
audire quod ipse voluerit: sed potius hoc velle quod
a te audierit. Bern. Quisquis occulte satagit vt qđ
vult ipse hoc ei prelatus iniungat: ipse se seducat si for
te sibi quasi de obedientia blandiatur. Neq̃. n. in ea
re ipse prelato sed magis ei prelatus obedit. Para-
tam ad deum voluntatem ondit Paulus dicens.
Act. ix. Dñe quid vis me facere. Ber. in sermonib⁹.
Nec dubium quin ampliorem grãm mereatur qui
obedientem se exhibet ante mandatũ q̃ qui obedi-
re satagunt post mandatum. Requirit dñs oblatio
nes voluntarias. Exo. xxv. Omnis voluntarius ⁊
prono animo offerat primitias dño. coacta. n. sacri-
ficia deo non placent. xx. q. iij. presens. Sed quidam
religiosi sunt similes rusticis qui dñis suis nullum
seruitium volunt facere nisi coacti: ⁊ de hoc supra di-
xi. Et notandum ꝙ libenter obedire precipue lau-
dabile est quum grauia iniunguntur. Unde super il
lud. j. Reg. xv. Melior est obedientia. glo. Aug. Scie
dum est ꝙ obedientia aliqñ recusat. viij. q. j. scien-
dum: ⁊ de hoc. ƺ. Hinc Moyses principatum popu
li humiliter recusat. Exod. iij. ⁊. iiij. c. Paulus aũt au
dacter dicit Act. xiiij. c. Ego non solum ligari in Hie
rusalem: sed mori paratus sum. Est notandum insu-
per ꝙ obedientia in difficilioribus humilitatis gra-
tior est: ⁊ ex vltima superbie radice procedit. Bern.
de precepto ⁊ dispensatione: In obediendi ratione
hec regula gñalis teneatur: vt in difficilioribus qui-
buscq̃ agendis obedientia gratior q̃ preuaricatio
grauior iudicetur. Et in facilioribus minusq̃ onero
sis contemptus damnabilior q̃ actus commenda-
bilior existimetur. Aug. xiiij. de ciui. dei. In paradiso
tanto maior Inobedientia fuit: quanto id quod pre-
ceptum est nullius difficultatis fuit. Ubi. n. magna
est inobedientia: pena proposita. Quisnam satis ex-
plicet quantum malum sit non obedire in re facili, ⁊
tante potestatis imperio, ⁊ tanto terrenti supplicio?
Secundus gradus est obtẽperare simpliciter. Mul
tos. n. videmus s̃m Bern. post precipientis impe-
rium multas facere questiones: sepius ingeminare:
Unde hoc venit. Quis hoc inuenit consilium? inde
murmuratio, excusatio, simulatio, impossibilitatis
aduocatio. ps. xvij. In auditu auris obediuit mihi,
Ut ostendat vno eodemq̃ momento processisse: ⁊
imperantis imperium ⁊ obsequentis obsequium. ⁊
de hoc satis supra. Ad simplicitatẽ obedientie per-
tinet non iudicare quid vel quare precipiatur. Ber,
in lib. de consideratione. Omnibus nobis maxime in
conuersionis initio nulla magis virtus nobis neces
saria est: q̃ simplicitas humilitas ⁊ grauitas verecũ
da. Bern. ad fratres de monte dei. Perfecta obediẽ
tia maxime in suscipiente indiscreta est: hoc est nõ di
scernere quid vel quare precipiatur: sed ad hoc bene
niti, vt fideliter ⁊ humiliter fiat quod a maiore pre-
cipitur. Idem loquens de nouitio ait. Stultus fiat:
vt sit sapiens: ⁊ hec ois sit eius discretio vt in hac par
te nulla sit ei. Idem in sermonibus. Rara auis in ter
ris discretio: Ideo discretionis locum fratres in no-

Obediẽ-
tie grad⁹
septem.

bis suppleat virtus obedientie, vt nihil plus nihil
minus nihil aliter q̃ impetatum sit faciatis. Deute.
xij. Quod precipio tibi hoc tantũ facias: nec addas
quicquã: nec minuas: facit quod legitur ⁊ no. xlv. di.
disciplina, extra de of. cust. c. j. Quum Juli⁹ Cesar in
perdomandis hostib⁹ quinq̃ annoꝝ sibi permissum
terminum pertransisset: licet gloriose triumphasset,
honor tñ debitus denegatus est ei: nec vrbem intra-
re permissus est: eo ꝙ vltra terminũ sibi prefixum mo
ram traxisset. Deute. xij. Non facietis ibi quod nos
facimus. hic hodie, singuli quod rectum sibi videt
Aug. v. de ciui. dei. c. xviij. narrat de Torquato qui fi
lium, qui non solũ non contra patriam sed etiam pro
patria pugnabat: tñ qꝛ contra imperium suum hoc
fecisset occidit, ne plus mali in exemplo imperij con
tempti q̃ gloria occisi hostis esset: ⁊ etiam hoc posui
in prima parte istius operis. ã. in. §. sed licet. versi. cõ
simile: in. xlij. c. ⁊. in §. cũ vero. versi. amplius. in. xlij.
c. Secundum etiam leges siquis extra aciem contra
preceptum ducis etiam fortiter pugnauerit ⁊ vicerit
tñ punitur: quia contra preceptum fecit. ff. de re mili.
l. iij. §. in bello: ⁊ no. xxiij. q. v. relegentes: in glo. j. Et
Bern. super Canti, Qui vestri curam semel credidi
stis, quid rursus de vobis vos intromittitis? Per-
fecte obediens dꝫ se habere vt iumentum. ps. lxxij.
Ut iumentum factus sum apud te. Idem lxxvj. De
duxisti sicut oues populum tuum. Et iterum. lxxix.
Qui deducis velut ouem Joseph. De ista materia
sans per Jo. cass. in. iiij. li. de institutis renũtiantiũ in
vlti. c. de nouitio per patrem Pynusium informato.
Simplicitatem obedientie multum amabant anti-
qui patres in discipulis suis. ideo in principio nõ pre
cipiebant eis congrua ⁊ discreta. Unde in vitis pa-
trum dixit quidam abbati pastori. Seniores non lo
quuntur ab initio fratribus recta: sed magis distor-
ta, ⁊ si viderint quia ea que torta sunt faciunt: iã eis
non loquuntur nisi quoad expedit, agnoscentes qm̃
in omnibus obedientes sunt. Debent inferiores au
dire mandata senioꝝ ⁊ prelatoꝝ: quasi a deo decernen
tur. Mat. x. Qui vos audit me audit. Luc. x. xxj. di.
in nouo. Unde sicut nõ discernerent: si aliquid a deo
eis preciperetur, sed humiliter illud implerent: sic nõ
debent disceptare de mandatis prelati. Bern. Non
te moueat magistri impetus indiscreta potestas, sed
memento qꝛ nõ est ptãs nisi a deo ⁊ qui ptãti resistit:
deo resistit. xj. q. iij. q resistit. xxiij. q. j. quid culpatur.
Roma. xiij. Colo. iij. Ephe. vj. Hebre. vltimo. Serui
obedite per omnia dñis. Et sequitur Quodcunq̃ fa
citis ex animo operamini sicut dño ⁊ non hoibus.
Tertius gradus est hylariter obedire. Hilarem enim
datorem diligit deus. ij. ad Cor. ix. extra de dona. c. j.
Bern. Serenitas in vultu: dulcedo in sermonibus
multum colorant obedientiam obsequentis. Nubi
losa corporis compositio: ⁊ facies tenebris tristitie
occecata vel obfuscata: ab animo recessisse sinceram
⁊ iocundam animam signant. Incompositio enim
corporis (s̃m Aug.) inequalitatem mentis indicat.
xlj. di. §. sicut ergo. Sed ⁊ superior cum hilari vultu
precipiat Qui enim libenter obediat homini tristi-
tiam efflanti. Ephe, vj. ibi. Et vos dñi eadem facite
illis remittentes minas. Eccli. xxxv. In omni man
dato hilarem fac vultum tuum. Ouidius. Super
omnia vultus Accessere boni. Qui cum murmure
obediunt felle deum pascunt. ps. lxviij. Dederunt in
escam meam fel. Cibus christi obedientia est: vt su-
pradictum est Jo. iiij. Meus cibus est ⁊c. fel inquã

Candide
est ⁊ impe
randum ⁊
obediens
dum

murmuris.

murmuris. Obedientia talium est quasi obedientia demonum. Ad preceptum.n. christi exibant demonia a multis clamantia. Luce.iiij. qui licet obediãt: non tñ obedientes sunt: etsi dicantur esse. Matthei, xxvij. Inuenerunt hoiem cireneum Simonem nomine & hunc angariauerunt. Vere.n. tales cũ multa sui angaria & prelatoꝝ tristitia & melancholia obediunt: sicut hodie inter religiosos continua experientia manifestat. Tales sunt vt magni lapides: qui moueri non possunt sine afflictione mouentis. Eccle.x. Qui transfert lapides: affligetur ab eis: Ad literam hodie si prelatus transferat de loco consolabili fratrem ad alium locum non sibi consolabilez: afflictionem & persecutionem recipiet a fratre translato. Tales sunt vt rote carri: non solum in hoc ꝙ pro defectu vnctionis murmurant: sed quia vnus alterum precedere non vult: non faciã hoc dicit vnus nisi ille idez fecerit. Eccle. xxxiij. Precordia fatui quasi rota carri: vnde Jo.xxj. quum dixisset dñs Petro: Sequere me, & ille dixisset de Joanne. Hic aũt quid? ait ei dñs Quid ad te? tu me sequere. Tales etiam sunt sicut imagines in edificijs que sustinent columnas: que in facie tristitiam ostendunt. Prelatus cuius subditi cum tristitia & murmure obediunt: similis est illi qui hz omnia membra infirma: que necesse habet mouere, & nullum mouere potest sine magno labore & dolore: vnde est in magna miseria. Prelatus talis imperat istis: & ipse affligitur & contristatur: & ipse cuz eis: & sic qui obsequi debuerunt offendũt. Hebre.xiij. Obedite prepositis vestris: & subiacete eis. Ipsi.n. peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt hoc faciant cum gaudio & non gementes, hoc enim non expedit vobis. Seneca. in li. de officijs. Ita a natura comparatum est: vt altius iniurie ꝙ merita descendant. Illa cito defluunt: has tenax memoria custodit. Satisfacit dñs pro obedientia aliquoꝝ, si afflictionem ꝙ ipsi faciunt superioribus suis ignoscat. Quam hodie rõem prelatus pro subdito reddet dño: quum raro hodie quis obediat: nisi vbi consolationem suam viderit? Secure dicat eis prelatus si eos correxit. Munde sunt manus mee a sanguine vestro. Act.xx. xliij.di. ephesijs & vide quod legitur & no. extra de of. or. irrefragabilis. Quartus gradus est velociter obedire. Luce.xix. dictum est Zacheo. Festinans descende, & subditur remuneratio. Hodie salus huic domui facta est, Mat.iiij. Illi continuo relictis retibus secuti sunt euz. & de Mattheo dicitur Mat.ix. & Luc.v. Surgens secutus est eum.

Quod preceptum est cito impleatur.

Hiero. Perfecta obedientia est imperfecta relinquere Cant.v. Manus eius tornatiles. Valde gratũ solet esse principibus quum precepta eoꝝ velociter adimplentur. Prouerb.xxij. Vidisti hominem velocẽ in opere suo coram regibus stabit: nõ erit ante ignobiles. Ethicus. Tolle moras, nocuit semper differre paratis: extra de reg. iur. li.vj. mora. Marianum rauẽnatem epm reprehendit Greg. ꝙ statim in iniunctis sibi non obediunt. xviij.q.ij. dudum. Et epm firontinum. xxvij.q.j. si custos.ibi. Et statim non solum &c. Et Sergium defensorem.e.q. & causa: si homo.ibi. Omni ergo dilatione: omni excusatione postposita. Et pane Victor dicit. Nam si hoc agere cito neglexeritis &c. xc. dist. c. si. Et hic adde que scripsi.j. in.§. species acidie. versi. alia species acidie est tardiras, in.c.lxxv. Et Gelasius Castorium epm. xviij.q. ij. pudem. Quintus gradus est viriliter adimplere mandatum Bern. Manum tuam misisti ad fortia, agendum est instanter & constanter obediendum: nec inter aspirantem verberum tam regalis est semita relinquenda, & loquitur de semita obedientie. ps. xxvj. Viriliter agite Christus hanc semitam etiam p morte ignominiosissima relinquere noluit. Phil. ij. Factus obediens vsqz ad mortem. Bern. ad fratres de monte dei. Putas obedientie fructum quuz subditus audit obedientiaz ꝙ multis expetierat votis? quum ei precipitur quod redoleat dignitatem? E contrario meritum assigna illi obedientie que terreat animum audientis, grauis ad audiendum: grauior ad implendum, & grauissima ad tenenduz. Ad hoc facit. xix. di. in memoriã in prin. & c. dist. contra morem. in prin. Sextus gradus est humiliter obedire, vnde Bern. Magna virtus humilitatis, sine cuius obtentu virtus fortitudinis non solum virtus non sit, sed etiam in superbiam erumpit. Luce.xvij. Quum feceritis oia que precepta sunt dicite Serui inutiles sumus: quod facere debuimus fecimus. Septimus gradus est indesinenter obedire. Ber. Perseuerantia singularis est filia summi regis Matt.x. & xxiiij. Qui perseuerauerit. vii. q.j. suggestum. Idez. Quid currere prodest: & ante metam cursus deficere Sic currite: vt comprehendatis. j. ad Cor. ix. Grego. in moral. Incassum quippe bonum agitur: si ante vite terminuz deseratur: quia frustra velociter currit, q prius ꝙ ad metam perueniat: deficit. de hoc de peni. di. iij. in cassum: & de hoc legitur & no. extra de renun. c.j. Hi sunt septẽ gradus scale ꝙ vidit Jacob. Gen. xxviij. Hanc visionem vidit Jacob dormiens in itinere lapide supposito capiti. glo. Caput ponit in lapide: qui christo inheret mente. Et sm Aug. In itinere dormire: est in via huius seculi ab impedimento secularium actionum quiescere Beatus Basilius: & Augustinus, & Benedictus: & Franciscus, qui religionis instituerunt: quum christo corde adhesissent & a curis huius seculi quiescerent: spũaliter viderũt visionem illam. Scala hec obedientia est. iuxta illud Si vis ingredi ad vitam, serua mandata. Matt. xix Mar. & Luc. xviij. Cuius duo latera possunt intelligi: paupertas voluntaria, & continentia, vel abrenũtiatio proprij sensus & proprie voluntatis. Attendenda aũt sunt quatuor que de hac scala dicuntur. & tria infra adduntur. Primum est ꝙ erat stans super terram: in quo notatur rectitudo intẽtionis: que debet esse in ijs qui viam obedientie aggrediũtur: & excluditur per hoc macula intẽtionis terrene eoꝝ qui habent terrenam intentionem in religione: in quibus scala non stat: sed potius iacet super terraz. Eccle. iiij. Custodi pedem tuum: idest intentione & affectionem ingrediendo domum dei. Secundum est: cacumen eius tangebat celum: in quo figuratum est ꝙ conuersatio religiosoꝝ in celis dz esse. iuxta Paulum. Nostra cõuersatio in celis est. Phil. iij. Vel ꝙ immediatus transitus est in morte a via perfecte obedientie in celum: quia sm Bern. A cella itur in celũ, Parum.n. vel nihil morantur perfecte obediẽtes in purgatorio, quia hic in purgatorio vixerunt. Vera eniz religio purgatorium & fornax est: in quo purgantur & depurgant viri religiosi, de quo purificatorio igne xxvij.q.j. impudicas. & iuxta illud. Tanꝙ aurum in fornace &c. Sapien. iij. Et illud Eccle. ij. & xxvij. vasa figuli probat fornax: de pe. di. ij. si.n. vltra. iij. colum. versi. sedet, Et quia magis lucri est obedientia: vt supra plene ostensum est: ideo sufficit hic soluere debita: quia in vero obediente christus viuit & operatur,

Circa scalam ab Jacob visaz cõsiderãda.

Gala.ij. Viuo ego quasi non ego, viuit vero in me christus. Nec est verisimile q in futuro deus sit corvltor:quorum hic est author. Tertium est q Jacob vidit angelos ascendentes & descendentes per scalá illam,in quo insinuatur q via obedientie vita angelica est:siue.n.descendant vere obedientes fratribus suis ministrando.ps.ciij. Qui facit angelos suos spiritus:& ministros suos ignem vrentem,siue ascédát deo adsistendo in oratione,meditatione,lectione,sicut angeli qui semper vident faciem patris. Matth. xviij.ad modum angeloꝝ voluntem dei peragunt: ad hoc extra de renun.nisi cú pridem.§.porro.xxxvj. dist.c.vlti. Unde quantum ad illos impletur illa orationis dñice petitio:Fiat voluntas tua sicut in celo. & in terra. Mat.vj. Quartum est q dñs erat innixus scale:in quo insinuatur q perfecta obedientia se hz immediate ad deum. Nullum.n.interuallum vel modicum est inter mortem veri obedientis & diuinam visionem ps.lxxv. Tenuisti manum dexteram meam:& in voluntate tua deduxisti me:& cum gloria suscepisti me. Esa.lviij. Si auerteris a sabbato &c. & sequitur,Dum non facis voluntatem tuam &c.sequitur.Sustollam te super altitudinem terre & cibabo te hereditate Jacob patris tui. Multum dz incitare eos qui sunt in cella obedientie ad ascendendú viriliter spes & desiderium videndi dñm innixú scale:sicut quum clamatur in obsidione alicuius castri illum habiturú certum libras qui primo intrauerit spes:& desiderium tanti lucri facit aliquos per scalam ascendere tenentes clypeos supra se:licet lapidibus desuper percutiantur.Sic spes & desiderium paradisi deberent facere vt homines per scalaz obedientie ascenderent:omnes aduersitates que occurreret superando. Mat.xj. Regnú celoꝝ vim patit:& violenti rapiunt illud. Vere enim violenti sibi sunt: qui abnegantes propriam voluntatem:cogunt se alijs obedire.Felix talis coactio que est regni possessio Jtem insinuatur ex hoc q dñs innixus erat scale:q ipse paratus est iuuare & conseruare eos:qui viá obedientie aggressi sunt quasi suos.ps.lxij.Adhesit anima mea post te:me suscepit dextera tua.Attendendú est etiam quod sequitur.Vere dñs est in loco isto:dicit Jacob.Deus se exhibet specialiter vere obedientiam:eú iuuando:conseruando:prouidendo:& merito:quum ille exhibeat se seruum dei voluntatem ei⁹ adimplendo. Jté attéde q Jacob postea dixit.Qz terribilis est locus iste:sanctus locus religionis pp dñi presentiam:solicite enim se debent hic precipue que sunt in religione:pro eo q ibi dñs presens est: Hoc est vnum illorum que deus requirit ab homine:scilicet solicite ambulare coram deo suo. Michee. rem domini incutere ijs qui peccant in locis sanctis vj. Terro pena eorum qui in locis sanctis peccauerunt: vt pena luciferi. Esa.xiiij. xvj. q.i). cap.visis. Et pena Adam.Gen.iij.de vtroqz.xl.di.quelibet occulte.Et Heliodorus quia profanauit templum,accipiens pecunias depositas in erario eius: calcibus equi terribilis apparentis percussus semiuiuus relictus est.ij. Macha.iij.sequitur.Nó est hic aliud nisi domus dei & porta celi.Domus dei dr religio: quia in vere obedientibus dñs hz domum. Porta vero celi vocatur religio:pp propinquitatem qz hz perfecta obedientia ad dei visionem.Sed ve illis qui de porta celi faciunt portam inferni:de domo dñi speluncá latronum:vt qui simoniace intrant religionem aliquam:vel proprietarij sunt ibi:vel inobedientes,vel incontinentes. Mat.xxij. Mar.xj.Luc.xix.& Jo.ij. Domus mea domus orationis vocat. Vos aút fecistis eam speluncá latronum.j.q.iij.saluator. Nil enim prodesse humilibus obedientia videretur:si contemptus contumacibus non obesset:extra de postu. pre. c.j.§.nos igitur.ij.q.v.quanto.Jtem ve illis religiosis qui de scala celestis regni scalam faciunt confusionis:quoꝝ peccata tanto amplius fetent hominibus quanto ipsi in altiori gradu sanctitatis consistunt, stercus.n.hominis qui est post angelos nobilior creatura,horribilius fetet qz aliarum creaturaꝝ. Jn comitatu senensi cuidam simplici laboratori apparuit hec visio tempore meo non phantastica: sed verissima:videbat.n.ille in domibus religiosoꝝ mendicantium scalam positam:cuius cacumen celos tangebat que erat in terra fixa,& videbat continue per scalam illam homines ascendere vsqz ad celum:propellentibus eos religiosis illis qui stabant ad pedé scale.Et quú per eandem scalam ipsi religiosi ascendere niterentur per pauci ascendebant:propellentibus eos deorsum cadere alijs viris fulgentib⁹ qui super scalam innixi erant desuper:qz reuelationem quia simplex erat nó intelligebat,vnde eam in domo predicatoꝝ retulit. sed in parabolam versa est.Ego aút de visione timeo quia reuera religiosi huius temporis cú nostris predicationibus multos ad celum mittimus:sed quia dicimus & non facimus. Matth.xxiij.an prin.xix.di. secundum.j.q.j.non quales:multos non saluandos formido. Sequitur de partibus obedientie. Et notandum q est obedientia reprehensibilis. & obedientia commendabilis.Obedientia reprehensibilis est triplex. Prima est quum quis obedit creature inferiori homine,vt pecunie. Eccl's.x. Pecunie obediút oia.Secunda est quú & remissione superioris & quú ceruicositate inferioris fit:quum ille.s.obedit qui dz imperare:& ille imperat qui dz obedire:quum.s.ille est supra que debuit esse infra.& membrú supra verticé se extédit. Prouer.xxx.per tria mouet terra:& quartum quod non potest sustinere. Per seruum quum regnauerit:facit.lxxxix.dist.ad hoc:hoc est quum ratio obedit sensui carnali:& lex rationis legi carnalis. Roma.vij.xxxij.q.v.si paulus. Tertia est quú quis in malo simpliciter.s.in peccato obedit.Greg nunqz per obedientiam maluz fieri dz.xj.q.iij.quid ergo. c. Julianus.Bern.Facere malum:ad est peccatú quolibet etiam iubente constat non esse obedientiam: sz inobedientiam.Greg.Caueant subditi ne plus quá expedit sint subiecti &c.ij.q.vij.admonendi.August. Sic modus obedientie tenédus est:vt bonis in malo non consentias,nec malis in bono contradicas: de hoc.xj.q.iij.§.Jtem est qñ contra equitatem.cum c.multis se.Et de hoc satis supra in principio huius materie.s.de obedientia dictum est. Obedientia vero commendabilis quedam est necessaria: quedam abundans vel perfecta. Necessaria est quum aliquis obedit in ijs in quibus tenetur obedire. Bernar. Subiectus huiusmodi obedientiam que finibus cohibetur nouerit imperfectam. Nam perfecta obedientia legem nescit,terminis non arctatur, neqz cótenta angustijs professionis largiori charitate & humilitate fertur in altitudiné charitatis. Hec est professio fratrum minoꝝ regularis:que iubet in oibus obedire que non sunt contraria anime & regule. Nulla alia regula talem & sic strictam obedientiá habet: sed limitatam.c.xviij. q.ij.hoc tantum.Et hoc supra satis dictum est:maxime in isto capitulo.§.sed iterum

Obedientia reprehensibilis triplex.

Obedientia cómendabilis duplex.

facta

facta ver. religiosi. post. v. folia. Item ad perfectio-
nem obedientie pertinet facere non solum quod iu-
betur: sed etiam sicut iubetur. Ber. Illum optimum
dixerim obedientie gradum: quum eo animo opus
iniunctum recipitur, quo et precipitur. Gen. xvij. dicit
de Abraam. Et circũcidit carnem preputii eorum sta-
tim ipsa die sicut preceperat ei dñs. Mat. j. Exurgens
Joseph a somno fecit sicut ei precepit angelus. Joã.
xiiij. Sicut mandatum dedit mihi pater sic facio.
Et est notandum quod est obedientia que debet ex
natura: vt illa que debetur deo. Act. v. Obedire opor-
tet deo magis q̃ hominibus. et illa que debetur parẽ-
tibus carnalibus. Ephe. vj. Filij obedite parentibus
vestris p omnia. hoc enim et iustum est. et Col. iij. Fi-
lii obedite parentibus vestris per omnia. hoc .n. be-
neplacitum est in dño. lxxxvj. di. nõ satis. ver. ceterũ.
Item est obedientia que non debetur ex natura: sed
habuit voluntatem principium sui: vel voluntatem
liberam: vel non liberam. Voluntatem non liberam
principium sui habuit obedientia, quã seruus debet
dño. Col. iij. Serui per omnia obedite dñis vestris.
Voluntatem vero liberam sui principiũ habuit obe-
dientia, quã vxor debet viro: vel quam subditus pre-
lato. Ephe. v. Mulieres subdite sint viris suis in
omnibus. Gen. iij. Sub viri potestate eris: et ipse do-
minabitur tui. xxxiij. q. v. manifestum. c. est ordo. c. cũ
caput. c. mulierem. c. mulier. Hebr. xiij. Obedite ergo
prepositis vestris.

Obedientie aduersantia.

Multa autem sunt que obedientie aduersantur.
et primo ponitur primum proprius sensus et propria vo-
luntas: sicut equus viciens non est idoneus circuire
ad molam: Sic qui habet proprium sensum non est
aptus volubilitati obedientie. Deutero. xij. Non fa-
cietis ibi quod nos facimus hic hodie singuli quod
rectum sibi videtur. Judic. xvij. In illis diebus non
erat rex in israel. sed vnusquisq; quod sibi rectum vi-
debatur hoc faciebat. De christo dicitur Luc. ij. Et
erat subditus illis. Bern. Quis non erubescit obsti-
natus esse in consilio suo: quando sapiẽtia ipsa ipsũ
deserit? Proprius sensus occultus est veteris homi-
nis qui inimicus est deo: et ideo eruendus est. Mat.
xviij. Prouerb. iij. Ne innitaris prudentie tue: et ne
sis sapiens apud temetipsum. extra de const. c. j. c. ne
innitaris. Ve qui sapientes estis in oculis vestris: et
coram oculis vestris prudentes. Esa. v. Quo sensus
proprius obuiet obedientie: et quo non: quere. viij. q.
j. sciendum. Dicebat almus franciscus. Non est sine
loculis: qui loculos proprij sensus sibi reseruat. Ad li-
teram: verus obediens stultus fiat vt sit sapiẽs. j. ad
Cor. iij. De consilio proprio non sequendo, quere col-
lationem moysi de discretione secundam. in li. coll. Joã.
cassi. vbi etiã dicit de paulo: qui euangeliũ qd didice-
rat per reuelationẽ: predicauerat cũ virtute et signo-
rum operatione: voluit conferre cum Petro Jacobo
et Joanne Gala. ij. Dicebat pater Pinusius cuidam
iuueni, quem ad professionem recipiebat: q esset cec⁹
et stultus vt esset sapiens. vt dicitur in. iiij. li. institutio-
num Jo. cassi. Et tota synodus Nicena. cccxviij. pa-
trum stetit sententie solius pannutii. xxxj. di. Nicena.

Voluntatis proprie incõmoda.

De propria voluntate notandum est q ipsa multum
deo displicet: diabolo multum placet: hoi multũ no-
cet. Nec mirũ si multũ deo displiceat. ipsa .n. est q̃ pri-
mo deo iniuriatur. ipsa sola aufert dñium suum deo et
dat illud diabolo. Sicut .n. obediẽtia efficit hoiem ser-
uum dei: sic ppria volũtas efficit seruũ diaboli. et ideo
multũ sibi placet. Eccl. xviij. Post cõcupiscẽtias tuas
non eas: et a volũtate tua auertere. si .n. pstas aie tue
cõcupiscẽtias eius: faciet te in gaudiũ inimicis tuis.
Propria voluntas hoi multum nocet. Primo enim
aufert deum. Bern. super Cant. Non dabit inobe-
dienti copiam sui tantus obedientie amator, vt mo-
ri q̃ non obedire maluerit. Secundo beneficia dei
homini subtrahit. Greg. Dignum est vt ab eius be-
neficiis quilibet sit extraneus: qui eius iussionibus
non vult esse subiect⁹. Tertio meritũ euacuat. Esa.
lviij. Quare ieiunauimus et nõ aspexisti: et subditur.
Ecce in die ieiunij inuenit volũtas vestra. Ber. sup
Cant. Grande malum volũtas ppria: qua fit vt bo-
na tua tibi bona non sint. Quarto hoiem excõicat.
ij. Thessa. iij. Siquis non obedit ver. bo nostro: p epi-
stolam, hũc notate: et ne commisceamini cũ illo. xciij.
di. si inimicus. Frater qui corripit ab ecclesia et non
obedit: sit tibi sicut ethnic⁹ et publican⁹. Mat. xviij.
xxiiij. q. iij. notandum. ij. q. j. si peccauerit. extra de iu-
dic. nouit. nemo excommunicatur nisi pro contuma-
cia. xj. q. iij. nemo. Quinto hominem furem efficit. il-
le .n. qui est in religione proprie voluntatis: cõtrectat
rem alienam scilicet seipsum dño inuito. legitur et no.
extra de elec. ducum. Mat. xvj. Siquis vult post me
venire: abneget semet ipsum. vbi Greg. in homil. Nõ
est laboriosum homini relinquere sua. sed valde labo-
riosum est hoi relinquere semetipsum. minus quippe est
abnegare quod habet. valde autem multum est ab-
negare quod est. Luc. xiiij. Ois ex vobis qui nõ re-
nuntiat omnibus que possidet: non põt meus esse di-
scipulus. Inter alia possessa et corp⁹ et anima est, vñ
Luc. xxj. In patientia vestra possidebitis aias vras.
Verus ergo obediens nedum aliis: et seipso et ppria-
tus est. vnde nec animam habet: nec corpus quodã-
modo: q: prelati sunt ad vtendum. xij. q. j. nõ dicatis.
et̃ de elec. si religiosus. li. vj. Sexto reddit hoiem ma-
ledictum. Deutero. xxviij. Si audire nolueris vocem
dñi dei tui: vt custodias et facias mandata eius: ve-
nient super te maledictiones iste: et apprehendẽt te.
maledict⁹ eris in ciuitate et c. Septimo idololatriã
efficit. j. Reg. xv. Quasi peccatum ariolandi est repu-
gnare: et scelus idololatrie nolle acquiescere. vbi dicit
expositor. Idolum hominis est quicquid plus q̃
deum colit ac diligit. Filijs ergo inobedientie volun-
tas sua idolum est: cui mutuo contempta dei volunta-
te sequuntur. et quicquid ipsa insserit: quasi sacrosan-
ctum adorant. ad hoc. lxxxj. di. siqui. xxxij. di. §. verũ.
ver. porro. ibi, ait .n. samuel. Et de hoc etiam. ĩ. gl. so-
la est obedientia que fidei meritum possidet. sine qua
infidelis quisq; conuincitur: etsi fidelis esse dicatur.
Inobediens negat deum in quantum dñs est. Gre-
go. in moral. Contra deum superbire, est precepta eius
peccando transcendere: q: quasi iugum a se dñatio-
nis excutit: cui per inobedientiam subesse contẽnit.
Octauo hoiem a dignitate eiicit: vt patet in Saul.
cui dicit samuel. j. Reg. xv. Qr proiecisti sermonem
dei: proiecit te dominus ne sis rex super israel. facit.
xx. di. nulli fas. Nono aduersariũ suscitat. iij. Reg.
xj. fecit salomon quod non placuerat dño: et suscita-
uit dño aduersarium salomoni. Decimo hominem
confundit. Osee. x. Confundetur israel in voluntate
sua. Esa. xlv. Confundãtur oẽs qui repugnãt ei. In
hoc confunditur qui in religione ppriã volũtatem
sequit: q: cõtrarium accidit ei illius quod intendit.
q̃rit alienbi consolationẽ: et ex hoc post habet maio-
rem desolationem: vel in remissione conscientie: vel
impugnatione penitentie: vel infirmitatem q̃ quan-

doq; ex hoc sequit. Qui plus vult facere in religione voluntatem suam: plus cogitur facere contra eã. multa non conceduntur sibi que conceduntur vero obedienti. Jonas fugere voluit voluntatẽ dei: & tñ impleuit eam inuitus. Jone.ij. Greg. Ecce ionas fugitiuum dei potestas inuenit. sors ligat. mare recipit. & qui authoris voci obedire renuit: ad locũ quo missus fuerat: suo reus carcere portatur. Undecimo hominem affligit. Unde saul inobedientem malignus spiritus exagitat. j. Reg. xvj. Homo proprie voluntatis in religione animum habet inordinatum: & ideo affligitur. Aug. in. j. li. confessi. Jussisti dñe: & sic est: vt pena sit vnicuiq; omnis animus inordinat⁹. Duodecimo hominem morte tẽpali & eterna dignum efficit. Deutero. xvij. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio: moriatur. extra qui fi. sint leg. per venerabilem. §. rationibus. & de ma. & obe. c. ij. Deutero. xxj. Si genuerit homo filium contumacem: qui non audiat patris aut matris imperium: & coercitus obedire contempserit: lapidibus eum obruet pplus. Josue. j. Qui cõtradixerit ori tuo (& sequit.) moriat. iij. Reg. xiij. Uir dei q inobediens fuerit ori dñi: percussus est a leone: & tñ alter propheta deceperat eum: dicẽs q angel⁹ dixerat ei vt inuitaret eũ. Ber. Quid odit de⁹: aut qd perimit. ꝑter volũtatẽ ꝓpriã? cesset. enim ꝓpria volũtas & infern⁹ nõ erit. Quidã heremita (sicut in actis repi) dixit. q nihil aliud erat infernus: nisi nõ facere ꝓpriã volũtatẽ. sup quo vide qd scripsi. s. in. §. rursus q dicũt. in illo ver. in. c. lij.

Obediẽtia, q̃druplex.

Sciendum insuper est q est quadruplex obedientia. Una que obedit inspirationibus sanctis dei. de qua ps. lxxxiiij. Audiam quid loquatur in me dominus deus. huic inspirationi obediuit illa mulier Sareptana de qua dicit dominus. iij. Reg. xvij. Precepi mulieri vidue vt pascat te. Hoc preceptum. sz Augu. non fuit vocale: sed in mente inspiratio. de qua ẽt obedientia potest intelligi illud ps. xvij. In auditu auris, scilicet interioris, obediuit mihi. De interiori etiam locutione. Job. iiij. c. Ad me dictum est verbũ absconditum. i. carnalibus ignotum: & quasi furtiue. i. latenter suscepit auris mea. s. cordis venas susurrij eius. Uene susurrij sunt modi quibus ad intelligentiam nostram venit inspiratio dei. vide. s. e. c. §. & sm eorum ver. sed nunquid. Secunda obedientia est, q̃ fit legi dei & ecclesie. ex̃ de ma. & obe. c. j. & ij. Thessa. ij. Siquis non obedierit verbo meo: per epistolam &c. Tertia que fit rectoribus & prelatis. de qua plene. s. dictum est. Quarta que fit priuato homini propter deum. de qua Petrus. j. Pet. ij. & ex̃ de ma. & obe. solite. j. responso. & illud pauli, ad Ephe. v. Subiecti inuicem in timore christi. Tres prime sunt necessarie ad salutem: quarta de bene esse est & perfectorum. Quinta potest addi: vt quis obediat proprie rationi sequens eam. de qua dicit dñs Samaritane. Uade voca virum tuum. i. intellectum & rationẽ. sz Aug pugnantem contra sensualitatem. Jo. iiij. Leo. Tunc est vera pax hominis: & vera libertas: quando & caro iudice regitur: & animus deo perside gubernatur. Quantum obediens est spiritus deo: tantum & caro spiritui. sm Hugo. sancti victoris: & quantũ deo spiritus recalcitrat: tantum sibi caro. De errore vero illorum qui dicunt deo, & non homini obediendum: plene. s. scripsi inter errores beghardorum. & q̃ plurimis authoritatib⁹ & testimonijs noui & veteris testamenti, & iure canonico & ciuili probatũ est, non solum deo: sed etiam hominibus necessario obediendum esse. vnde hic nõ repeto: sed ibi vide in istã secunda parte istius operis. in. §. terti⁹ error. in. c. lii. Sed adhuc de virtute obediẽtie instruat nos ille humilis & obedientissimus sacer Franciscus in suis legendis. Legitur q quodam tempore sedens ipse inter fratres: tale quoddam emisit suspirium dicens. Uix aliquis religiosus est in toto mundo: qui perfecte obediat prelato suo. permoti fratres & timore ꝑculsi: dixerunt ei. dic nobis pater que sit perfecta obedientia. At ille verum describens obedientẽ sub figura corporis mortui. Coll. in. xvj. q. j. placuit. ij. responso. tolle inquit corpus examine: & vbi placuerit pone. videbis non repugnare motum. non murmurare situm. quod si statuatur in cathedra: nõ alta: sed ima petit. Hec est humilitas sine qua nullus obediẽs est. vt. s. dictum est. ps. cxij. Humilia respicit. si collocetur in purpura duplo pallescit. Hic ait verus obediens est: qui cum mouetur: non diiudicat. vbi locetur: non curat. vt transmittetur: nõ supplicat: nec instat. erectus ad officium solitam tenet humilitatem. xcv. dist. episcopus in ecclesia. c. dist. contra morem. plus honoratus plus reputat se indignum. Alia vice de hoc loquens. concessas post petitionem ꝓprie licentias, dixit. iniunctas vero nec postulatas sacras obedientias nominauit. vocauit autem obedientiaz tutiorem q̃ licentiam: quia in ista prima voluntas regnat: ideo non est pura obedientia. xij. q. j. nolo. & c. non dicatis. Summam vero obedientiam, & in qua. extra de sacra vnc. c. vnico. §. ad exhibendum. ibi. vt cortina cortinaz trahat. nihil habet caro & sanguis. illaz esse credebat qua diuina inspiratione. xix. quest. ij. due. extra de regu. licet. inter fideles itur. siue ob proximorum lucrum: siue ob martyrij desideriũ. hanc vero petere multum deo diiudicabat acceptũ. per obedientiam vero raro precipiendum censuit. nec primo iaculum fulminandum: quod debet esse extremum. Uide quod no. xxxv. dist. c. j. gl. fi. & quod no. s. in isto. c. in. §. commendabilis. ver. valet etiam. Ad ensem inquit non cito manus mittenda est. ensem vocabat obedientiam. sicut vocatur excommunicatio. xvj. q. ij. visis. Quum vero qui precepto obedientie obedire non festinaret: nec deum timere: nec hominez censuit revereri. Naz quid in temerario ꝓceptore authoritas imperandi: nisi gladius in manu furiosi? quid vero desperatius religioso obedientiam contemnente? Tam vberem asserebat obediẽtie sancte fructum: vt eis qui iugo eius colla sua mitterent: nil temporis sine fructu transiret. quere. s. in isto. c. Et dicebat in prelatione casus. xl. dist. ante omnia. xxij. dist. nerui. in laude precipitium vane glorie. vj. q. j. sunt plurimi. xj. q. iij. inter. in humilitate subditi animi lucrum est. q: in vero obediente nihil temporis sine lucro transit: vt proxi. dicitur. s. cur ergo periculis plus q̃ lucris attendimus: quum tempus ad lucrandum accepimus? Gala. vj. Dum tempus habemus operemur bonum. Greg. Omne tempus tibi impensum, requiretur a te qualiter fuerit expensum. dñs. n. non venit ministrari: sed ministrare. & dixit: Quicunq; inter vos voluerit maior fieri: erit vester minister. & quicũq; voluerit primus fieri: erit vester seruus. Luc. xxij. Mat. xx. di. xl. quiecũq;. Abhorrebat quippe sanctus Franciscus supbiã oluz malorũ originẽ: & inobedientiã pessimã eius prolẽ. Tob. iiij. Nã inobediẽtis fratris capitiũ in mediũ flammarũ fecit ꝓici vt oẽs aduerterẽt quãta: qualisq; vindicta sit offensa inobediẽtie percellẽda. Dicebat etiam

charissimi fratres primo verbo preceptum implete:
nec expectetis iterandū. Idem posui.s. in prin.istiꝰ
c.iii.§.j.quod dicit. Nihil etiā impossibilitatis cause
mini:qm̄ ⁊ si.s.vires ipse mandarez: merito obediē
tia non careret. Ipse etiam in quodam capitulo san
cte marie de portiuncula resignauit officiuz ministri
generalis:⁊ promisit obedientiam fratri Petro ca-
thanij,sicut generali.ac deinde vsq; ad mortez semp
remansit subditus quasi vnus de alijs fratribus. im
mo non solum generali ministro ⁊ prouinciali subdi
tus esse voluit:qm̄ in quacunq; prouincia morabat
vel iret ad predicandam obediebat ministro illius
prouincie. sed etiam propter maiorem perfectionem
⁊ humilitatem longo tempore ante mortem suam.
Quadam vice dixit generali ministro. Uolo vt com
mittas vicem tuam de me semper vni de socijs meis
cui obediam vice tua:quoniam propter bonuz ⁊ vir
tutem obedientie in vita ⁊ in morte, sp volo ꝙ ma-
neas mecum. Et exinde vsq; ad mortem sp habuit
vnum de socijs suis guardianum, cui obedientiam
promittebat ⁊ seruabat vice generalis ministri. Di-
xit etiam quadaz vice socijs suis.inter alias hāc gra
tiam contulit mihi altissimus: ꝙ ita libenter obedi-
rem fratri nouitio qui intraret hodie in religionez:si
esset meus guardianus: sicut illi qui esset sanctus ⁊
antiquus in religione:qm̄ subditus suum prelatum
non hominem debet considerare:sed deum.ꝑ cuius
c.Luc.x.Qui vos audit ⁊c.xxj.di.in nouo.⁊.viij.q.i.
qui vos.ii.q.vij.accusatio.amore sibi subditus est. Et
quanto p̄latus vilior est ⁊ simplicior:tāto ei obediēs
pp deum maius meritum habet: q; humilius agit.
c.j.q.j.non quales. subditus.n. prelatum suum vice
dei.s.caput suum posuit.xix.q.iij.statuimus.extra de
elec.si religiosus.li.vj.xvij.q.iij.§.j.in fi.ps.lxv. posui
sti homines super capita nostra. Similiter dixit.non
est prelatus in toto mundo: qui tantuz timeat potiꝰ
ametur.di.xcv.esto.a subditis ⁊ a fratribus suis: quan
tum dn̄s faceret me timeri a fratribus meis si vellē.
sed hanc gratiam contulit mihi altissimus: ꝙ volo
esse cōtentus omnibus ⁊ cōis sicut qui minor est in
religione.vnde quū alij fratres non satisfacerent sibi
in necessitatibus suis:vel dicerent ei aliquod verbū
per quod solet homo moueri ad scandalum: statim
ibat ad orationem:⁊ in reuersione sua nolebat recor
dari:dicens talis frater mihi non satisfecit: vel dixit
tale verbum: q; charitas omnia sustinet.j. Cor.xiij.
mihi.immo quodam tpe sue infirmitatis, oēs suos
socios resignauit generali ministro dicēs.nolo habe
re socium specialem: sed pp amorem dn̄i dei fratres
de loco ad locum mihi prouideāt ⁊ me associēt.sicut
dn̄s inspirauerit eis. Et ait.vidi iam cecum qui non
habebat nisi caticulam pro duce itineris sui. Dixit
etiam semel socio suo. non videor mihi frater minor
esse:nisi fuero in statu quem tibi describam: Ecce p̄la
tus fratrū existens:vado ad capitulū ꝑdico ⁊ cōmo
neo fratres ⁊ in fine di. s. me. non conuenis nobis
q; illiteratus.xxxvj.di.illiteratos.es elinguis:idiota
⁊ simplex.xxxix.di.petrus.tandem eijcior vilipēsus,
cum opprobrio ab omnibus. Dico tibi nisi eodem
vultu.eadem mentis letitia.⁊ eodem sanctitatis pro
posito,hec verba audiero que audiui quum factꝰ fui
prelatus ⁊ a fratribus laudatus: vere mortuus erat
mundo. Col.iij.frater minor non sum.⁊ ideo:q; hu-
millimus ⁊ obedientissimus fuit:obediat ei dn̄s ad
votum ⁊ creature.vt.s.in isto.c.dixi in.§. ad commē
dationē.¶.j.vt apparet in sua legenda. Exponebat
etiam illud Luc.xiiii.⁊ Joā.xii. Qui non renuntiat
omnibus que possidet: non potest meus esse discipu
lus. Mat. x. Et qui voluerit animam suam saluam
facere:perdet eam. Ille homo relinquit omnia q̄ pos
sidet: ⁊ perdit corpus suum: qui semetipsum totum
prebet ad obedienduz in manibus sui prelati. Et qc
quid facit aut dicit quod ipse sciat ꝙ non sit cōtra vo
luntatem eius: dummodo bonum est quod facit aut
dicit:vera obedientia est. Et si quando subditus vi-
derit meliora anime sue,q̄ ea que prelatus sibi preci
pit:suam voluntatem deo sacrificet: que autem sunt
prelati studeat adimplere. Nam hoc charitatiua. j.
Pet.j.obedientia est que deo ⁊ proximo satisfacit. Si
vero prelatus precipit aliquid contra animam suaz
subdito: licet ei non obediat: vt plene dictum est in
prin.istius.c.iii.§ j. tamen ipsum prelatum nō dimit
tat.viii.q.iiii.nonne. Et si ab aliquo inde persecutio
nem sustineret:magis eos diligat pp deum Mat.v.
nam prius sustineat:q̄ velit a suis fratribus separa-
ri.ad hoc.xxiij.q.iiij.c j.cū. vij.se.c. vij. q.j.§.hoc tm̄.
ver.cum autem.viij.q.iiij.nonne. Talis nō recedēs:
nec peccato obediēs, vere permanet in perfecta obe
dientia:q; ponit alam suam pro fratribus suis. Joā.
x. Unde ⁊ dicebat.sunt multi religiosi,quibꝰ sua me
liora videntur:q̄ que sui prelati precipiunt. Luc.ix
⁊ tales retro.de pe.di.ii.pennata.aspiciunt: ⁊ ad vo-
mitum proprie voluntatis redeunt.ii. Pet.ij.hi ho-
micide sunt.⁊ pp mala sua exēpla multos animas
suas perdere faciūt.xj.q.iij.ꝑcipue. Exponebat etiaz
verbum illud domini. Non veni ministrari: sed mi-
nistrare. Mat.xx. Illi qui sunt super alios constitu-
ti prelati, tantum de illa prelatione glorientur: quan
tum si essent ad abluendum pedes fratruz in officio.
Et quantum magis turbantur de ablata sibi prela-
tione, q̄ de pedum officio: tanto magis loculos ad
periculum anime componūt:q; ambitiosi.j.q. vj. si-
cut. Et dicebat.beatus ille prelatus,qui inuentus est
ita humilis inter subditos suos: sicut qn̄ est inter
dn̄os suos. Et beatus ille seruus qui sp est sub virga
correctionis ⁊ obedientie.talis enim purgatur:quia
obedientia purgatorium vt dixi.s.in isto.c.⁊ purgat
a malo crescit in bono in virtute proficiendo. de pe.
di.ij.dum sanctam.

Dicebat beatus egidius beati Francisci socius:⁊
erat laicus: quantomagis est constrictus religiosus
amore dei sub iugo obedientie, tanto maiorem red-
dit fructum. Et quātomagis est religiosus obediēs
⁊ subiectus prelato suo propter honorem dei: tanto
magis est verus pauper carens sensu proprio: pau-
per spiritu. Matth.v.idest humilis ⁊ timens deum
sm Aug.⁊ mundus a peccato suo purgatus in cami
no paupertatis,⁊ vincens cor suum de sensu ꝓprio.
quod est difficillimuz. Esa.xlviii. Elegi te in camino
paupertatis.l.di.⁊ purgabit. Pre ceteris hominibꝰ
huius mundi religiosus bene obediens similis est
militi bene armato sedenti super bonum equum, q
transit securus inter hostes:⁊ nemo potest offendere
eum. Religiosus autem obediens cum murmure,si-
milis est militi insidenti equo malo:qui transiēs in-
ter hostes cadit:⁊ ab inimicis capitur, vulneratur ⁊
vinculatur: ⁊ in carcere mittitur: ⁊ qñq; occiditur.
Religiosus qui in propria vult viuere voluntate:ad
ignē inferni vult ire per propriā voluntatē. ſz Ber.
⁊ dixi.s.eo.c.§.multa.in fi. Et q̄diu bos tenet caput
sub iugo implet horreum frumēto.xiii.q.j.§.his ita.
Bos autem non tenens caput sub iugo:sed vagād-

Religiosus obediens cui cōparet.

discurrens: sibi ipsi magnus dñs videtur: sed frumento horrea non implentur. Magni sapientes ponũt caput sub iugo obedientie humiliter, stulti de iugo obedientie caput abstrahunt. Religio .s. mater quãq3 filium .s. religiosuz exaltat: qui postq3 magnus effectus est: matri propter suam superbiaz non obedit: sed eã deridet & spernit. imo mater lactat .ij. q. vj. ad romanam .ij. filium. & ipse in sinu eius egerit. c. ex de iude. & si iudeos. Magis reputo obedire prelato homini propter deũ: q3 obedire creatori ipsi per seipsum mãdanti: quia maior fides & reuerentia. Videtur autez mihi, q siquis esset in tanta gratia, q cum angelis loqueretur: si vocaretur ab hõie cui promisit obediẽtiam: deberet colloquium angelorum dimittere: & homini cui promisit obedientiam obedire, q2 dum subditus est in hoc mundo, tenetur obedire prelato creature, cui subiectus est propter creatorem & hoc signum: q2 dñs Samueli non manifestauit voluntatem suam anteq3 licentiã habuissent ab Heli .j. Reg. iij. Qui caput posuit sub iugo obediẽtie: & postea vt viam sequatur perfectionis extrahit caput de sub iugo obedientie: hoc est signũ superbie magne: q2 vult viuere in sensu proprio: quod est proprium superborum. Immo abbas Joannes probatissimus anachorita dimisso eremo venit ad cenobium sub abbatis obedientia moraturus asserens maiorem fructuz assequi de obedientia q3 de anachoresi. vt narrat Jo. cassi. in li. coll. in coll. de fine cenobite & anachorite.

Dicebat quidam sanctus frater minor laicus florẽtinus Guido nomine, q si angelus de celo descenderet & predicaret in platea florentina: q non peteret licentiam a prelato audiendi eum. Renuebat cum dauid ps. lxxvj. consolari in anima sua: & se in vera obedientia abnegaret. Mat. xiiij. & magis meretur renuntians dei consolationi propter deum: quod perfectorum est in cruce gloriantium: non hic cõsolationem querentium. Gala. vj. Et nunq3 reperitur, q in vita sua licentiam aliquam petiuisset a prelato pro re aliqua: nisi q semel petijt se remoueri per custodiã de officio porte: q2 tempore hyemali prohibitus fuit a guardiano intromittere intra portam loci in vestibulo pauperes: qui expectantes eleemosynam extra portam frigore cruciabantur. non potuit pati videre tantam crudelitatem. Quum sanctus Franciscus considerans sanctitatem fratris Egidij, dixisset ei vt pergeret quo vellet. Respondit frater Egidius q in tam libera obedientia ire & viuere nolebat. De obedientia autem fratrum minorum sic ait frater Joannes de pichano magister in theologia super regulaz eorum. Primam virtutem prefert regula obedientiam. non qualemcunq3: sed que illaz dñi nostri emuletur: vt humana fragilitas patitur: qui vsq3 ad mortem patri humiliter obediuit. Phil. ij. Quuz igitur obedientes religiosi alij soleant obedientiam pmittere salua stabilitate ad locum. ex de iureiu. sicut ex literis. & non. ẽ. regulam quam vouerunt: sciat frater minor nullum ius sibi esse in loco: nec sibi in aliquo loci ambitu obedientiam coarctari: aut etiam terminari. Sciat etiam nihil intolerabile posse. ẽ. ius obedientie esse asserere: nisi contrarium sit regule vel saluti generaliter vel ex euidenti causa aliqua speciali. de hoc etiam. ẽ. in hoc. c. in. §. commẽdabilis. ẽ. obediẽtia vero & in. §. sed iterum. ẽ. religiosi. Sciat ẽt quo est efficacius humilius carni horribilius, qd sibi contingere obedienti aliter imponi: eo ad id debet esse paratior ex sio. viij. q. j. sciendum. Obedientia vero savorabiles pro viribus declinare. hoc est. n. obediẽdo sanctum euangelium obseruare. Sicq3 sibi pspiciat: vt quicquid facit per superiores obedientiã faciat: vt dum bona facie ex charitatis & obediẽtie radice: ex cõcursu harũ duarũ virtutũ sp meritum duplicetur.

Ad commendationem huius alme virtutis obedientie, scale celi, extirpatricis superbie, filie humilitatis, singularis dei cultricis, exterminatricis casus, filie primogenite fidei, matris castitatis, pacificatricis fratrum & prelatorum, mortue in anima & in corpore, nutricis vite, & reductricis protoplastorũ & ppaginis eo4 in paradisuz nõ terrestrẽ: sed dei viuẽtis celestẽ. & pro expeditione eius aliqua iungã originalia pter superius allegata. Valde iniquum est velle sibi obtẽperari a minoribus & nolle obtẽperare maioribus. gl. j. ad Cor. xj. facit. ij. q. vj. q se scit. Qui se scit alijs esse pposituũ: nõ moleste ferat aliquẽ sibi esse platũ. Redde reuerentiã & obedientiã plato. quarũ altera cordis est: altera corporis. Nec. n. sufficit exterius obtẽperare maioribus nostris: nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Bern. in sermonib. Bñ ita regi est cũ timore honorem impendere. gl. ad Hebr. xij. Tãto citius quisq3 deũ placat: quãto ante eius oculos repssa arbitrij sui supbia, gladio pcepti se immolat. viij. q. j. sciendum. Greg. in moral. li. xxxv. Ad obedientiã requirunt. Rectũ: qr nõ est obediendũ cõtra deum. xj. q. iij. si is. Voluntariuz: q2 qd ex necessitate fit: nõ est bonũ. ex de re. iu. q ex timore. xv. q. j. nõ est. Purũ: vt intentio sit pura: q2 si oculus simplex est: totũ corpus lucidũ est. Luc. x. Mat. v. & xviij Discretũ: ne qd nimis. qui. n. rõne offert: si non rõne diuidat: peccat. de cõ di. ij. si credis. de off. cust. c. j. Firmuz. i. perseuerans. perseuerantia. n. oia claudit, & tenet. nullum bonum sine perseuerantia est. vij. q. j. suggestum. vt autem perseuerantiaz habeat manus obedientie inherere sibi debent propugnacula patiẽtie. Bern. in sermonibus. Sic multorum vsq3 hodie pusillanimitas & peruersitas exigit: vt ab eis queri oporteat a prelatis, qd vis vt faciam tibi? Luc. xviij. non ipsi querere, dñe qd vis me facere. Act. ix. Tales considerant quid sibi precipi velint: non que sit voluntas preceptoris. qui aperte vel occulte satagit: vt quid vult ipse. hoc enim prelatus iniungat: ipse se seducit & frustra sibi de obedientia blanditur. nõ enim in ea re ipse prelato: sed magis ei platus obedit. Ber. in sermonibus. & de hoc etiam supra. Qui importabilibus. extra de pae. c. si. exceptis partez acerbissimã seruitutis elegit. s. facere quod velit. non qui iussus facit miser est: sed qui inuitus facit. Seneca in epis. Dixit dñs ad adam Gen. ij. xj. q. iij. qd ergo. de oĩ ligno paradisi comede: de ligno autem scientie boni & mali non comedas. De omni ligno paradisi poterat comedere: q2 dum non venit contra obedientiam non peccauit. ille enim comedit de ligno scientie boni: q voluntatem suam sibi appropriat: & se exaltat de bonis q dñs dedit, & operat per eum & per suggestionẽ diaboli & transgressionem mandati. factum est ei pomum scientie mali. vnde oportet q sustineat penaz. Franciscus. obedientia est mater quodammodo custosq3 omnium virtutum. Aug. in li. xiiij. de ciui. dei. c. xv. Sicut abrae non immerito magna obedientia pdicat: cui vt occideret filio res difficillima est imparata. Gen. xxij. xxij. q. ij. pphetauit. de quo plene. ẽ. c. c. Ita in paradiso tãto maior inobediẽtia fuit: quãto id qd pceptũ est nullius difficultatis fuit. Magna. n. est hois miseria aduersus eũ ipsum inobediẽtia eius

Obedientie cõmendatio.

Ad obedientiã requisita.

ipsius. qm̃ nec voluit quod potuit: quod non potest velit. extra de off. deleg. qm̃. In paradiso. n. etiaz si nõ omnia potuit ante peccatum: quicquid tñ non poterat non volebat. ꝫ etiã poterat omnia que nolebat. Nunc autem ps. cxliij. homo similis factus est vanitati. Quis enumeret q̃ꝫ multa que non potest: velit ꝫ dũ voluntati sue ipse animus: eoqꝫ inferior caro non obtemperet. Ro. viij. xxxij. q. v. si paulus. Ipso nãqꝫ inuito ꝫ animus plerunqꝫ turbat: ꝫ caro dolet ꝫ veterascit ꝫ morit. Aug. de ciui. dei. li. xv. diuino intonãte precepto obediendum est. xiiij. q. j. quod precipit. non disputandum. Aug. li. quo. ẽ. Diuinis imperijs cedendum est obtẽperando: non resistendum disputando. Aug. contra Faustum. Ut sciremus non dei creaturam esse culpabilem: sed inobedientiam cõtumacem ꝫ cupiditatem inordinatam: non pp porcũ, sed pp pomum, primus homo inuenit mortem. Et esau primatus suos non pp gallinam sed pp lenticulam perdidit. Gen. xxv. Aug. super Jo. homil. xix. facit. xlj. di. qsquis. ꝫ. c. delicie. ꝫ. xiiij. q. vlti. c. vlti. Qui se sibi magistrum constituit: stulto se discipulum subdit. etenim quid alij de se sentiant ignoro: ego de me expertus sum quod dico: ꝫ facilius imperare ꝫ securius preesse alijs multis q̃ꝫ mihi. Bernar. in epl'a ad odonem. Quicquid nobis a senioribus fuerit imperatũ, sit tamq̃ꝫ si de celo sit ore dei prolatum. nihil reprehendas nihil despicias: in nullo penitus murmurare psumas: qꝛ in monasterio seruire venisti: nõ imperare. obedire: non iubere. totum sanctum. totuz vtile indica: quicquid aut tibi aut aliis videris imperari. Cesarius in sermone. Obedientia in omni rõnali creatura est omnis iustitie origo atqꝫ perfectio. Uñ per obedientiam ꝫ inobedientiam distinguit chrs ab adam. Unde apl's ad Ro. vj. Sicut p vnius hois inobedientiam ꝫc. Aug. super qõnis. lxxj. Prepositum monasterij timeas: vt dñm diligas: vt patrẽ credas tibi salutare quicquid ille pcipit: nec de maioris snia iudices: cuius est officium obedire ꝫ que iubent implere. Hiero. in epl'a ad Rusticum. Didicit ex his q̃ passus est obedientiam. ad Heb. v. Hoc dupliciter põt intelligi. aut. n. dictum est, didicit q̃ alios discere fecit: aut qꝛ experimento didicit quod p scientiã non ignorauit. Anselmus in li. Cur de⁹ homo. c. xj. Aliqñ precipitur bene ꝫ obeditur bene: vt quum precipit seruari castitas. aliqñ pcipit male ꝫ obedit male: vt quuz alicui precipit furari aliqñ precipit bene ꝫ obedit male, vt cum alicui captiuo dicit, fuge ꝫ ero p te in vinculis ꝫ penam pro te accipiam: vt fecit Saccellus p diacono capto a longobardo: vt narrat Greg. in. iij. li. dialogorũ. Bona quidem est talis preceptio: qꝛ ex pfecta charitate: sed mala obediẽtia: qꝛ obuiat charitati. Aliqñ precipit male ꝫ obedit bene: vt quũ prelatus sibi precipit afferri a subito qd qõ sine piculo esse non potest: vt dauid q precepit sibi aquã deferri de cisterna bethleem cum periculo missi: quã ppea effudit ꝫ dño libauit. Anselmus de similitudinibus. ij. Reg. xxiij. xlj. di: delicie. Omnis virtus ab obediẽtia incipit: quemadmodum omne vitium ab inobedientia pcessit. Frustra namqꝫ vel inobediẽtia rebelli vel cõtumaci doctrina: vel non intelligenti pceptũ daret. Hugo de similitudinib⁹. j. p te. xiiij. c. iiij. Obedientia ad oẽ qõ iniungit spontaneo vigore: alacriqꝫ animo fert: modum non considerans in infinituz libertate extendit. Unde etiam si impossibilia iniũgũtur: confidens de dei bonitate, obedit ex charitate. Bern. de pcepto. Obedientie limes sui tps est ipsa tpis extremitas: vt sit terminus obediẽtie, q ꝫ vite quod nobis maxime commendat vnigeniti dei exẽplum: qui factus est p atri obediens vsqꝫ ad mortez. Phil. ij. Bern. de pcepto. Obedientia nõ seruili metu: sed charitatis affectu seruanda est. non timore pene: sed amore iustitie. Greg. in mora. sed a timore incipit ꝫ in charitatem pficit. de pe. di. ij. sicut seta. Bonus obedientie gradus si pp metum gehenne: siue pp factam professionem, quaz professus est qsqꝫ obediat. Melior autem cuz dei amore obedit. illa qppe obedientia necessitariasta charitatis est. Ille autez optimus est obedientie gradus: quum eo aĩo opus iniunctum recipit: quo ꝫ precipit. Greg. ibidez. Imperfecti cordis, ꝫ infirme voluntatis indicium est statuta seniorum studiosius discutere: rationem ad oĩa que iniungũtur exigere. de qbusqꝫ male suspicari. de oĩ pcepto (cuius cã latuit) nec vnq̃ꝫ libẽter obedire: nisi ꝫ audire contigerit, quod forte libuerit: aut qõ non aliter licere vel expedire monstrauerit vel apta rõ: vel indubitata authoritas. Greg. ibidẽ. Etsi oĩs inobedientia inexcusabiliter sit culpabilis: nulla tñ eternaliter est damnabilis: nisi quam remediuz penitentie non sanat. nulla est letaliter criminalis: nisi q̃ contemptum superbie non euitat. Unde si iubẽte seniore vt sileam: verbuz mihi forte per obliuionẽ elabitur: reũ me fateor inobediẽtie: sed venialiter. Sed si ex contemptu. xj. q. iij. §. pmissis. ꝫ. §. cuz ergo. in fi. xxiiij. q. iij. notãdũ. in fi. ex. d cle. ex. ini. si celebr. in fi. sciens ꝫ deliberans in verba prorupi: ꝫ silentiũ rumpo: preuaricatorem me constituo ꝫ criminaliter pecco: ꝫ si impenitens vsqꝫ ad mortẽ persenero: dãnor. Greg. ibidem. Adolescens sine obedientia inter seculi abusiua est. obedientia mater omnium disciplinarum est. Cyprianus de. xij. abusiuis. vide. ẽ. c. §. cõsequenter. ver. inter. xij. abusiua. in. c. xviij. qui obedit prelatis: habet sibi corpus obediẽs. Bern. in sermo. festi, Erat subditus illis. Luc. ij. Quis? quibus? de⁹ hoibus. deus cui angeli subditi sunt erat subdit⁹ marie. nec tm̃ marie: sed etiam Joseph pp mariaz. Mirare ergo vtrũqꝫ: ꝫ elige quod amplius mireris. filij benignissimam dignationem: an matris excellentissimam dignitatez. vtrunqꝫ stupor. vtrũqꝫ miraculũ. Et q deus femine obtemperet: humilitas sine exemplo. ꝫ q femina deo pcipiat: sublimitas sine socio. In laudibus virginum. Apocal. xiiij. dicit singulariter: q sequuntur agnum quocunqꝫ ierit. Quibus ergo laudibus indicas dignam: que etiaz preit? Addisce homo obedire. certa subdi. disce obtẽperare. De authore nostro ꝫ peeceptore dicit: Et erat subditus illis. Erubesce superbe cinis. dñs se humiliat: ꝫ tu te exaltas. deus se humilibus subdit: ꝫ tu te preponis authori. Quoties. n. preesse desidero: toties deũ meũ preire contendo. Si hominis o homo imitari dedignaris exemplum: certe non erit tibi indignum imitari authorem tuum. Bernar. super Missus. Homo subdere ei q. ẽ. te est. ꝫ infra te erunt illa quibus ppositus es. Qꝛ. n. homo deseruit eũ sub quo esse debuit: ideo subditus est eis. ẽ. que esse debuit. Supra te de⁹ est: sub te pecora. agnosce euz qui. ẽ. te est: vt agnoscãt te que infra te sunt. Ideoqꝫ quum Daniel cognouisset. ẽ. se deum: agnouerunt illum. ẽ. se leones. Daniel. vit. Si autem superiorem contemnis: subderis inferioribus. propterea superbia egyptiorum de ranis. Exo. viij. ꝫ muscis condemnata est. poterat de⁹ leones mittere: sed aliqs magnus leone terrẽd⁹ est. quanto illi erant supiores: tanto de rebus contemptibili-

bus ⁊ abiectis fracta est eorum ceruix mala. Aug. super epistolam Jo. homil. viij. Non erit caro subiecta anime: nec vitia rationi succumbent: si animus non est subditus authori suo. Tunc autem rationi subijciuntur nobis omnia que nobis sunt: si nos subijcimur ei a quo nobis illa subiecta sunt. Nam q̄ videntur subiecta ei esse qui deo subiectus non est: nō sunt vere subiecta ei: sed ille potius subijcitur eis qui suaȝ voluntatem subiugabit eis. Isidorus de summo bono. li. j. Dei prouidentia regēs ministris suis vniuersam creaturam naturas ⁊ voluntates. Naturas vt sint. voluntas autem vt nec infructuose bone: nec impunite sint male subdidit. Prim° subdidit omnia: deinde creaturam corporalem creature spirituali. irrationalem rationali. terrestrem celesti. femineaȝ masculine. minus valentem valentiori. indigentē copiosiori. Aug. super Gen. li. viii. Puer parentibus subditus erat. Luc. ij. doctrina eniȝ deus apparebat ⁊ actibus homo. Aug. de vera religione. c. xx. Ois creatura velit nolit subest creatori. Sed a creatura rōnali voluntaria subiectio tripliciter esse debet. vt q̄ certū est deum velle id quod nos velimus. ⁊ id quod certum est eum nolle id execremur, quod autem incertum est vtrum velit an nolit: neqȝ velimus ex toto: neqȝ penitus non velimus. Bern. Quidam amant subesse vt possint preesse. honores fugiunt vt honoribus obuient. Hugo de claustro. li. iii. Et de hoc. ē. in hac. ij. parte. in. §. porro. ver. quidā amant. in. c. xxiij. Bonum est obedire maioribus: parere perfectis: ⁊ post regulas scripturarum vite sue tramitem ab alijs discere: nec preceptore vti pessimo. scilicet p̄sumptione sua. Hiero. in epistolis. Seruias fratribus: hospitū pedes laua: passus iniuriam taceas: prepositum monasterij timeas vt dominum: dilige vt patrēȝ: credas tibi salutare quicquid ille precipit: nec de maiorum sententia iudices: cuius officium est obedire, ⁊ implere que iussa sunt. Hiero. ibidem. ⁊ de hoc etiam. ē. in c. xxij. §. porro. Quedam sunt pura bona: quedaȝ pura mala. in his nulla debetur hominibus obediētia. quī nec illa omittenda sunt, etiam quuȝ prohibent, nec ista etiam quum iubent sunt cōmittenda. Porro inter hec sunt media quedam: que pro modo loco ⁊ tempore iudicis ⁊ persona ⁊ mala possunt esse ⁊ bona. Et in his lex posita est obedientie tamq̄ in ligno scientie boni. Gen. ij. vide. ē. eo. ver. dix. ⁊ mali. quod erat in medio paradisi. in his omnino prelatorum, nec iussio: nec prohibitio est contemnenda. Bern. in epla. Monachum obedientissimuȝ dico: cui ex quibuslibet seniorum verbulis, ne vnum qdē iota preteruolat. Mat. v. nec attēdit quale sit quod precipitur. ⁊ fit obedientia sine mora. Bern. ibideȝ. Quum semel vicarius beati Francisci teneret capitulum: ⁊ ipse in cella sua oraret: vnus ex fratribus de sensionis quodam contextus palliolo non se disciplinae subdebat. videns hoc vir sanctus absens in spiritu, vocauit quendam de fratribus ⁊ dixit ad eum: vidi frater diabolum super illius fratris inobedientis dorsum, collum eius tenentem adstrictum: q tali sessori subiectus: obedientie freno spreto instinctus eius sequebatur habenas. ⁊ cum rogarem deū pro fratre subito confusus demō abscessit. vade igitur ⁊ dic fratri vt obedientie sancte iugo collum sine mora summittat. monitus per internuntium frater statimque conuersus ad deū, ad pedes vicarij humiliter se proiecit. In legenda beati Francisci, in titulo de intelligentia scripturarum, ⁊ spiritu prophetie

Quod in 20. casibus offendunt multi
religiosi contra obedientiam
aut eius puritatem.
Cap. 70.

Contra sanctam obedientiam, aut eius puritatem supra copiosissime approbatam commendatam ⁊ descriptam, multipliciter fit a religiosis istius temporis hypocritalis: qui ei capita summiserunt. Et primo ⁊ grauius: quia multi ex eis nedum non obediūt simpliciter: sed precipientibus eis prelatis multas verbales inferunt iniurias. ⁊ aliquoties (quod est desperatius) manus mittunt in christum dn̄i prelatum suum. contra illud. j. Reg. xxiiii. ⁊ ij. Reg. j. ij. quest. vij. §. de his etiam illud versi. Item in libro regum. extra de sen. ex. cum illorum. Secundo, quia etsi nō iniuriantur prelatis: sicut sepe eis iniuriantur: vt vidi fieri dicentibus subditis: tantum tibi obedirem: quantuȝ cani vel asino. non tamen obediunt: sed instan tacent vel recedunt a facie eius: sicut cayn a facie domini. Gene. iiij. ⁊ de pe. di. j. ⁊ venit. Vidi quendam fratrem. ⁊ vtinam solus esset. in eremitorio chibotoli in custodia perusina in prouincia beati Francisci: vbi eram de familia: qui in mea presentia: quuȝ precepisset ei gardianus, q̄ redderet mantellos superfluos quos habebat in cella pro forensibus fratribus, qui venerant: noluit reddere. ⁊ quum frater fugeret ad cellam recedens a facie Gardiani: cucurrit post eum gardianus clanculo: ⁊ ego cum eo. ⁊ reinueniens mandauit ei iterum per obedientiaȝ, q̄ redderet mantellos. ille nunc nolens audire obedientiam quam ante tamen audierat: cum ambabus manibus clausit aures suas: ⁊ sicut serpens obturauit aures suas. ad literam ne vocem incantatoris id est preceptoris audiret: ⁊ cellam suam sic intrauit. ps. lvij. Contra tales Hieremias. Hiere. xxij. Locutus sum ad te in abundantia tua id est superbia vel auaritia. que vtraque fuit in isto fratre. ⁊ dixisti non audiam. ⁊ Ezech. iij. Domus israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. Omnis quippe domus israel attrita fronte est ⁊ corde duro. Item contra tales Act. vij. Dura ceruice ⁊ incircumcisis cordibus ⁊ auribus ⁊c. Contra tales etiam dicitur Job. xxx. Seruum meum vocaui: ⁊ non respōdit mihi Contra tales etiaȝ dicitur Esa. xxx. Aures tue audient post tergum monentis te. Zach. vij. Auerterūt scapulas ⁊ aures aggregauerunt: ne audirent. Esa. xlvj. Audite me duro corde qui longē estis a iustitia. Esa. xxx. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit respondebit tibi. Tertio: aliquoties respondent suis prelatis quum precipitur eis aliquid. faciatis vos. accipiunt personam prelatorum: quum sint subditi. contra illud. lxxxix. distin. ad hoc. xxj. distin. inferior. cum. ij. c. seq. Quarto: quidam se excusant ⁊ falso cōmuniter. contra id ps. cxl. Non declines cor meū in verba malitie: ad excusandas excusationes in peccatis. Deutero. xxx. Mandatum quod dedi tibi: non est supra te. extra de consue. quanto. xvj. q. j. predicator. Quinto: ⁊ si aliquoties obediunt, cū murmuratione tamen ⁊ displicentia ⁊ tristitia. Exo. xvj. Non est dicit moyses: murmur vestrum contra nos. sed contra dn̄ȝ. nos. n. quid sumus? cōtra murmuratores. ⁊c. di: alienus. ij. q. vij. §. de his. ver. item obijcitur. Quum semel murmuraret dn̄ā fratre. Egidio

Religiosorum taxat inobedientia.

ſocio beati franciſci quidam frater de obediētia ſibi
data:dixit ei frater Egidius. Amice mi, quanto plus
murmuras:plus te oneras. ⁊ quāto humilius ⁊ de-
uotius ſummiſeris caput obedientie: tanto levior ⁊
ſuauior tibi erit. vince temetipſum: ⁊ vinces oīa. qꝛ
parum eſt hoī vt trahat aīas ad deum niſi ſemetip-
ſum vincat. Et dicebat beatus Franciſcus, ꝙ victo-
ria mundi a ſemipſius eſt victoria inchoāda. Sexto,
tarde obediūt. cōtra id Mat. iiii. ibi. Illi aūt ſtati ⁊c.
⁊. ē. dixi. Septimo, non complete obediūt: vel am-
plius ꝗ̄ eis fuerit imperatum faciunt. Cōtra primū
ex̄ de reg. iur. defleat peccator. de pe. di. v. c. j. Exo. xix.
Oīa que ꝓceperis nobis faciemus. Cōtra ſcḋm eſt qꝛ
idem eſt facere plus in talibus: ꝗ̄ minus. ex̄ de off.
cuſt. c. j. cū ijs ꝗ ibi no. ⁊ de hoc. ē. in. lxix. c. in. §. com-
mendabilis. ver. quartus gradus. Octauo, frequē-
ter audiunt vocantes prelatos eos: ⁊ non rndent ex
ſuperbia vel impatientia vel acidia vt preceptū ſub-
terfugiant. Non ſic ſamuel dicens heli. Ecce ego. vo
caſti. n. me. ⁊ tñ non vocauerat. j. Reg. ij. Nono, ab-
ſcondunt ſe ne a prelatis inueniantur: ⁊ ne eis preci-
piatur. Iſti vere cōtumaces obedientie ſunt. extra de
alie. iudi. mu. c. j. ibi. vel malitioſe ſe duxerint abſentā
dos. ex̄ de off. deleg. conſultationibus. in fi. ibi. Niſi is
qui poſſidet ſe pro cōtumacia abſentaſſet. extra vt lit.
non con. qm̄ frequēter. §. porro. ibi. Siue qꝛ malitio
ſe ſeipſum occultat. ſiue ꝙ impedit ne poſſit ad eum
citatio puenire. extra de ele. non reſi. ex tue. ibi. Qui
ſe fraudulenter abſentāt. v. q. v. qdam ibi. q ſi nō exie
rint. faciunt ꝗ no. extra de do. ⁊ cō. c. ij. in gl. cōtuma-
cia. Decimo, faciunt ſe timeri a prelatis verbis ⁊ ſi-
gnis ⁊ factis ⁊ iniurijs ⁊ minis, ne eis aliquid preci
piant. ita ꝙ prelati non audent cōiter hodie aliquid
precipere eis magis timentes ſubditos tales ꝗ̄ ipſi
eos: ⁊ qꝛ nolunt ſcandalizari in ſe paſſiue nec in ſub-
ditis. Tales ſubditi filij mortis ſunt: qꝛ nihil poſſunt
aut audent eis prelati precipere: nec in ſubiectione
viuunt: ſed in ſupbia ⁊ elatione ⁊ rebellione. Tales
proprie filij belial ſunt. i. abſqꝫ iugo. ſic. n. interpretaꝛ
belial. ita vt nemo maxime prelati poſſint eis loq. j.
Reg. xxv. Undecimo, obediūt ex timore ſeruili nō
amore: ⁊ ideo meritum obedientie perdunt. extra de
reg. iu. qui ex timore. qꝛ timor non eſt in charitate. j.
Jo. iiii. xxiiij. q. vj. §. ex his. ⁊ de hoc etiam loquitur.
viii q. j. ſciendū. ⁊. j. Pet. j. Caſtificantes aīas in obe
dientia charitatis. Duodecimo, quiꝫ vtcunqꝫ obe
diunt: mercedem temporalem ⁊ conſolationeꝫ expe
ctant ⁊ recipiunt. vnde meritum obedientie pdunt:
qꝛ ſub iſta ſpe obediunt: ⁊ ſic mercedem ſuā recipiūt.
Mat. vj. ⁊ op. c. xvij. q. ij. ſi quilibet. vbi obſtetrices
pro reſeruatione puerorum domos temporales rece
perunt. tales miſeri ſtulti peccatores ſunt: qui bonuꝫ
opus obedientie vnde poſſunt habere vitaꝫ eternā:
vendunt pro vili pictātia: vel vili tunica: vel vili mu
nuſculo: vel aliqua alia cōſolatione tpali: cōtra quos
Grego. Quum pro opere recto laus tranſitoria aut
premium querit: eterna retributione res digna vili
ꝓcio venditur. Decimotertio, quiꝫ obediunt. ⁊ ite
rum de eadem materia. vt de eundo pro pane: vel fa-
cere hebdomadam: vel aſſociando fratrem: vel conſi
mili: vel alia eis a prelatis precipitur: improperant,
⁊ referunt queſtiones eis. toties iui pro pane, vel ſi-
mile. quaſi obedientia ſit terminis concluſa: vel limi
tata vicibus: ⁊ nō perpetua ⁊ vſqꝫ ad mortē vt chri-
ſti. Phil. ij. ⁊ de hoc ſatis. ē. in. lxix. c. in. §. commēda
bilis. ad fi. ver. obediētia vero. Decimoquarto: in-
ſtant cum prelatis precipientibus ꝑcibus ⁊ frequē-
ter minis: vt reuocent obedientias eis datas: vel per
ſuperiores prelatos: ⁊ frequenter p ſeculares eas fa-
ciunt reuocari. quod idem eſt in effectu: ⁊ peſſimo ⁊
contumaci affectu. ac ſi dicerent. nolo facere qḋ vis
prelate. Iſta autem reuocatio. etſi exterius in foro cō
tentioſo excuſare videaꝛ vt inobediens non iudiceꝛ:
nec vt inobediens non puniatur: in foro tñ conſcien
tie non excuſat. Nec credo eos excuſari a mortali: qꝛ
reuera inobedientes ſunt. extra de ma. ⁊ obe. ſiquis.
qꝛ prelati tunc obediunt: ⁊ ſubditi ꝓcipiūt. quod eſt
ordo retrogradus ſm̄ vnum intellectum. xxxiij. q. v.
eſt ordo. quum contrarium debeat eſſe. xcv. di. eſto a
ſubdiacono. ⁊ tales proprietarij ſunt proprie volūta
tis: ⁊ in ſuo proprio peſſimo corde viuunt. extra de ſe
pul. c. vlt. li. vj. ⁊ de teſta. c. vlt. li. vj. Decimoquinto,
accipiunt vnam licentiam vel obedientiā eundi ad
vnum locum: ⁊ vadunt ad alia ⁊ ad perſonas alias.
Et proprie tales contra obedientiam vel licentiam
faciunt: qꝛ formam obedientie eis traditam non ſer
uant: que eſt exacta diligentia obſeruanda. extra de
reſcrip. cum dilecta. vbi de hoc ⁊ de off. deleg. venera
bili. ibi. contra mandati noſtri tenoreꝫ. extra de reſt.
ſpo. c. vlt. ff. manda. diligenter. Uel vltra terminū eis
datum in obedientia ſtant: quum tamē dies aſſigna
ta pro prelato interpellet. ⁊ extra de loca. potuit. Nō
enim poſſunt ſubditi ſine voluntate ꝑlati ſibi termi
num obedientie prorogare. c. op. extra de off. dele. de
cauſis. Et vt narrat climacus ſenior ſanctiſſimꝰ miſ-
ſus alexandriam ab abbate pro neceſſarijs: qꝛ nō ve
nit in termino ꝑfixo: ꝗ̄ꝗ̄ fuerit legitime impeditus:
⁊ vtiliter egit agenda monaſterij: publiceꝫ nihilomi
nus coram fratribus penitentiam fecit impoſitaꝫ p
abbatem. Et in lxix. c. §. commendabilis. ver. cuꝫ in
ſius. ē. dictum eſt de Julio cui honor ſolitus redeun
ti negatus fuit a ſenatu: qꝛ vltra terminū quinqꝫ an
norum ſibi aſſignatum tardauit: ꝗ̄ꝗ̄ cum maxima
victoria rediſſet. Decimoſexto, qꝛ raro per obedien
tiam vadunt: ſed p licentias procuratas: ne dicā ex-
tortas. ⁊ frequenter cum minis ⁊ ſubſannationibus
expetitas: procurantes cum talibus licentijs ſuas cō
ſolationes corporales ⁊ temporales eundi pariſius,
ſtandi cuꝫ cardinalibus, regibus, ⁊ epīs, ⁊ alijs dnīs
mundi, viſitandi conſanguineos ⁊ amicos. eoꝝ ma
ledictas deuotas in monaſterijs pellicientes. vide qḋ
legiꝛ ⁊ no. xxxiij. diſt. laici. ⁊ de pe. diſt ij. ſi enim. vltra
v. col. ver. petrus. ibi pelliciūt. ⁊ in gl. a. alliciūt. biben
di, diſcurrendi, ⁊ per peregrinationes vagādi potius
ꝗ̄ plorādi. cōtra illud. viij. q. j. ſciendum. extra de off.
or. quanto. xvj. q. j. monachi vagantes. xviij. q. ij. qdā
monachoꝝ. Decimoſeptimo, qꝛ licētias tales quas
procurant faciunt eas p ꝑlatos in literis eis datis ad
eoꝝ quaſi excuſationem ⁊ vanam gloriam obedien
tias appellari: quum tñ proprie non poſſit dici obe-
dientia: niſi quam prelatus ſubdito ſuo motu ſuo ſi-
ne requiſitione eius imponit ⁊ volūtate. alias ponꝰ
obedit prelatus ⁊ ſatiſfacit miſere conſolationi ſub-
diti, ꝗ̄ econtra. vt. ē. c. e. §. ſciendum. ver. alia vice di-
ctum eſt. Eſt aūt differētia inter licentiā ⁊ obediētiā
ꝗ eſt quodāmodo inter ꝑmittere ⁊ ꝓcipere ⁊ velle. Inter licentiaꝫ ⁊ obediētiā deſcrimē.
quod autem permittimus inuiti toleramus. xxxj. q.
j. hac ratione. iiij. di. denicꝫ. Permittere autem tribꝰ
modis accipiꝛ. vt no. iiij. di. c. vlt. quod autē precipi-
mus volumus. xiiij. q. j. qḋ ꝓcipiꝛ. Uñ ⁊ tales dupli-
citer offēdūt. ⁊ qꝛ ꝓcurāt ⁊ extorquēt tales carnales
licētias. ⁊ qꝛ fingūt eas obediētias. qḋ eſt quoddaꝫ

tacitum mendaciũ & hypocrisis,xxij.q.v.cauete xij.
q.j.nolo. Decimooctauo aliquoties non obediunt
sub specie spiritus.qñ eis aliquod consolabile ꝑ cor
pore vel pro aïa a prelatis iniungitur:vel vt vadant
ad hospitium vel forestariam ad comedendum : vel
ꝙ sedeant in loco superiori: vel ꝙ non veniãt ad cho
rum: vel ꝙ vadant ad orandum quum alij laborãt:
vel ꝙ dimittant abstinentiam specialem . & hoc sub
specie humilitatis,quasi vel austeritatis,sed ista sup-
bia occulta est.c.xxij.q.ij.cuz humilitatis.q: vera hu
militas.vere obediens est in oibus,nihil habens de
suo.xij.q.j.non dicatis.& talis austeritas voluntaria
fructu caret.Esa.lvij.In die ieiunij vestri inuenit vo-
luntas vr̃a.& de hoc.s.in.§.multa,ver.tertio in.lxix.
c.Et idem genus inobedientie est vel pro refectione
vel pro ieiunio:vel pro orando: vel ꝑ dormiendo se-
nioris violare mandatũ.sꝫ Daniele.in coll.iiij. & de
hoc.s.etiã.Posset tñ subditus in tali cõsolatiua obe
dientia dicere prelato suo: Si placeret vobis pr̃,refu
gerem istam consolationem.sinaũt:fiat voluntas ve
stra.& sic intelligit.viij.q.j.sciendum. pfectius est tñ
simpliciter obedire & nihil prelato dicere . Et de tali
obedientia dico,ꝙ benedicta sit talis obedientia q̃
corpus & aïam consolat:q: aliquam similitudinẽ ha
bet cum illa quã sunt sancti in patria habituri in du-
plici stola,corporis & aïe.Apocal.vj.Esdre.ij. Deci
monono,sciunt frequenter voluntatem p̃lati:licet eis
nihil dicant timore:aut ne eos tribulent:& nõ faciũt
cõtra tales dicit Luc.xij.Seruus sciens voluntatẽ
dñi,& non faciẽs , vapulabit plagis multis.xxxviij.
di.§.vt itaqꝫ.religiosus autẽ seru⁹ est.liiij.di.multos.
Uigesimo obedictias impositas per constitutiones
vel ordinationes prelatoꝝ cõiter non seruant:dicen-
tes:non seruant prelati:non seruemus nos.contra ta
les dicit dñs Mat.xxiij. Omnia quecunqꝫ dixerint
vobis seruate & facite:sꝫm opera vero eoruz nolite fa-
cere.xix.di,sꝫm.j.q.j.non quales. Nam & si constituẽ-
tes prelati seruare debeant que constituerunt ; vt.ix.
di.iustuz est .Et quod quisqꝫ iuris statuit:ipse debeat
vti eo.ex̃ de consti,cum omnes.ff. quod quisqꝫ iuris.
l.j.& in prin.decretorum , humanum.nec debẽt aliis
legem imponere: quam ipsi negligunt obseruare. ex̃
de preben.pro illoꝝ.si tñ non seruant.seruare tenent
subditi.j.q.j.oïa sacramenta.&.c.significasti.&.c.non
quales.j.q.vij.siquis omnem. C.de legi. & cõsti.l.le-
ges.extra de const.c.j.&.c.vlti.xix.di.romanoꝝ.Oẽs
autem predicti capituli obedientie & puritatis eius
infectiui & siqui alij inueniri possunt,ꝑ originalia su
perius allegata,referendo singula singulis & adaptã
do sꝫm prudentiã legentiũ,que hic cã breuitatis nõ
repeto,ostenduntur clare & legitime refelluntur . Et hu-
iusqꝫ de obedientia & multiplici eius commendatio
ne & transgressione dixisse plenissime sufficiat.

De disciplina diuerse acceptiones
disciplinę. Cap. 71.

SEd quia dictum est de obediẽ
tia , qua redditur quod debet
superiori: Congruz est vt dica
mus de disciplina , que reddi-
tur quod debetur inferiori.
Disciplinę acceptiones. Primo igitur ponaz diuersas
acceptiones huius nominis
disciplina.Disciplina igit quã
doqꝫ dicitur desiderium corrigendi inferiores : & sic
videtur pars iustitie.Quãdoqꝫ dicitur disciplina id
quod adhibetur ad correctionem aliorum.sic sumit
Heb,xij.Fili mi noli negligere disciplinam. in eodẽ.
In disciplina perseuerantes &c. Item si extra disci-
plinam estis &c.sic etiã sumitur. xlv.dist. disciplina.
Quandoqꝫ disciplina dicitur effectus discipline sum
pte secundo modo. & sic videtur eam describere Cy-
prianus dicens: Disciplina est morum ordinata cor
rectio:& maiorum precedentium patrum regularuz
obseruatio. Item magister Hugo de sancto victore.Di
sciplina inquit,est cõuersatio bona & honesta: cui pa
rum est non malum facere:si non studet in his q̃ be-
ne agit per cuncta irreprehensibilis apparere . p̃s.
xxxiij.&.xxxvj.&.j. Pet.iij. Declina a malo & fac bo
num.Bern.in epistolis.Disciplina ceruicez summit
tit.deponit supercilia:q: verecũda & pudorata.lxxxvj.
di. non satis.xcvj.di.in scripturis. cõponit vultuz li
gat oculos.xxxij.q.v.nec solo.cachinnos.v.q. iiij.in
loco.cohibet.moderat linguam.v.q.iiij.in loco.gulã
frenat.xlj.di.c.j.cum seq,rixam.xc.dist. per totum.se-
dat format incessum.xlj.di.§. sicut ergo,xlj. dist.§.si.
Item magister Hugo de sancto victore . Disciplina
est omnium membrorum motus ordinatus:& dispo
situs dicens in omni habitu & actione . Disciplina
primo modo sumpta idem potest esse quod zelus. de
quo in p̃s.lxviij. & Joã.ij. Zelus domus tue, come- Zelus qd sit.
dit me.& ex̃.de custo.eucha.c.ij.Qui zel⁹ sic ab Aug.
describitur in loco predicto. Bonus zelus est feruor
animi quo mẽs abiecto timore humano:ꝑ virtutis
defensione accenditur,& comeditur.qui quelibet pra
ua q̃ viderit corrigere satagit: si nequit tollerat & ge-
mit.hoc probatur.vij.q.j.omnis qui.&.c.aduersitas
§.hoc etiam.ver.hinc etiaz Aug.ibi.Irascitur iustus
peccatis palearum &c. & .j.ibi.non clamat glo. alte:sꝫ
intus gemit dicens . Q: defecit in dolore vita mea;
& anni mei in gemitibus & ver.hic idẽ.colũba a mo
lestijs querit auolare.sed dilectionẽ non amittit:sed
semper gemit.facit.xj.q.iij.qñ.xxiij.q.iiij.qsqs.c.rece
dite.c qdam. ibi.Cum vero eis ꝑ quos ecclia regit:
adest salua pace potestas discipline &c. Ad zelũ aũt Ad zeluz q̃ spectẽt.
primo videtur pertinere dolor de dei cõtumelia. qui
est quasi scissura cordis: quam interdum indicat scis
sura corporis vel vestis. Johel.j.de pe.di.j.§.hoc idẽ.
ver.hinc etiam. Secundo tabescentia:que est quuz
dolor vehemẽtior aut diuturnior fuerit.p̃s.cxxxviij.
Super inimicos tuos tabescebam.Et idem.p̃s.lxij
zelaui super iniquos.Tertio ira per zelum:que est ap
petitus vlciscendi dei offensam: que ira est odium cõ
tra vitium. p̃s. cxxxviij. Nonne qui oderunt te dñe
oderam.vij.q.j.§.hoc etiam tunc. ver. hic idẽ in p̃s.
irascit iustus peccatis palearum.lxxxvj.di.odio.xxij.
q.iiij.duo ista.in iudice quuz oẽ signũ ire maxime in
ferenda sñia cauendũ est.xj. q.iij.§.si ergo. ver.ira.n.
viri.&.c.illa.&.c.ira.&.c.cum apud. Iteꝫ p̃s. cxxxviij.
Perfecto odio oderam illos. Perfectum odium est
quo inimicos dei vsqꝫ ad dilectionẽ ꝑsequimur:non
habentes pacẽ cum eis:q̃zdiu sunt de inimici.q: sꝫm
Greg.dei se amicũ denegat:qui eius placet inimicis.
De isto bono odio loquit.xxiij.q.v. non est innocen
tie.Uel ꝑfectũ odium dicit oium ꝑfectoꝝ:quo pecca
ta hominum non homines odio habentur.vt pre.c.
odio.&.c.duo.Amb. Qui habent zelum dei oẽs ini-
micos putant suos qui sunt hostes dei:q̃uis patrez
fratrem sororem.de oibus dicunt.p̃s.pre.Et inimici
facti sunt mihi. De isto zelo. xxiij. q.v. si audiens. &
q.iiij. ꝙ christus:xlv.dist. disciplina.xxiij. quest.viij.

legi. ⁊ c. petrus. xij. q. j. dilectissimis. Idē. Nemo grauior hostis odium: q̄ qui odium ledit authorem. Aug. Unumquēq; christianum zelus domus dei comedit. Non. n. est magis domus tua: q̄ illa vbi habes salutem eternā: si ergo in domo (ne quid peruersuz fiat) satagis: in domo dñi. vbi salus est pposita ⁊ requies sine fine non debes pati quantum in te est, si quid peruersum forte videris. Notandum etiam ꝙ non videtur omnino idem esse zelus ⁊ ira per zelum. Bonus zelus est: vt ait glo. Aug. super illud Joan. ij. ca. zelus domus tue ⁊c. feruor animi ⁊c. vt proxi. versi. disciplina. §. Ira vero per zelum est ira iusta: de qua glos. super illud Mat. v. Ois qui irascitur. Justa ira est mater discipline. Et super illud Job. v. virum stultū interficit ira: dicit Greg. Est ira per zelum qua irasci sicut nobis nostris proximis errantibus debemus: de hac ira dicit glo. super illud Eccle. vij. Melior est ira risu ⁊c. Hec est ira qua vitijs irascimur. Item notandum ꝙ super illud Ezech. iiij. Sume tibi sartaginem ferream: dicit glo. Grego. Nullum maius sacrificium deo est, q̄ zelus animarum: dei gloriā in hoc mundo defendit. Zelus carbo est quem vnus de seraphin accepit de altari celesti, ⁊ tetigit labia Esa. eiusdem. vj. viij. q. j. in scripturis. Nam non sunt digna predicare labia illa verbum dei: que hic carbo non tetigerit. ps. lviij. Mors in labijs eorum: vbi litera cōis habet, gladius in labijs eorum. In labiis quorundam verbum dei, quod dicitur esse spūs ⁊ vita: de pe. di. iiij. si ex bono. mors est, pp defectum. n. zeli verbum dei ita frigide annuntiant aliqui: ꝙ auditores eorum inde potius frigescunt q̄ accendantur. Grego. Pectus frigidum verba ignita proferre non potest. pp ignem istum dictum est de helia. Eccle. xlviij. Surrexit Helias propheta quasi ignis. Prouer. xxx. Ois sermo dei ignitus ⁊c. Zach. xij. Ponam duces Juda sicut caminum ignis in lignis.

Ad correctiones faciendas incitantia.

Sequitur de his que possunt incitare ad correctionem faciendam. Et primo incitare pōt frequens admonitio sacre scripture. Mat. xviij. Si peccauerit in te frater tuus: corripe eum inter te ⁊ ipsum solum. ij. q. j. si peccauerit, vbi de hoc. xlv. dist. sed illud. vbi de hoc. xxiij. q. iiij. ita plane. ⁊ c. duo ista vbi de hoc: ex̄ de iudic. nouit. vbi de hoc. ex̄ de heret. cum ex iniuncto. §. ne quisq̄ vbi de hoc. Gal. vj. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spūales estis: instruite hmōi in spū leuitatis. j. ad Thessalo. iiij. Rogamus vos fratres corripite inquietos. Prouerb. xxiij. Noli subtrahere a prauo disciplinaz Eccli. vij. Filij tibi sunt erudi illos: ⁊ curua illos a pueritia eorum. Eiusdem. xxx. Tunde latera eius dum infans est: ne forte induret ⁊ non credat tibi. Ibidem. Doce filiū tuum: ⁊ operare in illum: nē in turpitudinem illius offendas. Ephe. vj. Educate filios vestros in disciplina ⁊ correctione dñi. ij. ad Timot. iiij. Argue obsecra increpa. ⁊c. xlv. di. c. j. ⁊ c. cum beatus. ij. ad Timot. iij. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum: ad arguendū, ad corripiendū ⁊c. ps. xcviij. Deus tu propitius fuisti eis ⁊ vlciscens in omnes adinuentiones eorum: vbi dicit expositor: non odij, sed pacis est talis vltio qua flagellat pater filiuz ne pereat. nec se dñs iudicem exhibet sed amicum. Esa. ix. Zelus dñi exercituum faciet hoc: dum in virga ⁊ verberibus iniquitates visitat ⁊ peccata. Apo. iij. Ego. quos amo arguo ⁊ castigo. Amos. iij. Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terre: idcirco visitabo sup vos oēs iniquitates vr̄as:

de hoc. xlv. di. quasi p totū ⁊ maxime l p. c. cū paulus. ⁊ §. Salomon. ⁊ licet. c. disciplina: ⁊ c. iz. ij. xxiij. q. iiij. ipsa pietas. c. quid faciet. c. nimium sunt inquieti. ca. displicet. c. qui peccat. c. si ecclesia. v. q. v. non omnis. c. non osculatur: extra de offi. or. licet. c. irrefragabili: ex̄ de accusa. qualiter. ij. de simo. licet heli: de stat. mo. in singulis. ⁊ c. ea que. cum multis. Secundo incitat ad correctionem faciendam, exemplum maxime christi de cuius zelo habes Matt. xxj. Joan. ij. Mar. xj. ⁊ Luce. xix. ps. lxviij. Zelus domus tue comedit me ⁊c. extra de custo. eu. c. j. j. q. iij. Uendentes. ca. saluator. xxiij. q. iiij. qui peccat. lxxxviij. di. eijciens. xvj. q. vij. ⁊ hoc diximus. Esa. lix. Opertus est dño pallio zeli. Can. ij. En ipse stat post parietez: ad modum. s. zelantis ⁊ auscultantis. Exemplū zeli habes. Exo. xxxij. in Moyse ⁊ leuitis vindictam sumentibus de idololatria populi Judaici: ⁊ pre. c. disciplina: dist. xlv. Nume. xxv. in phinee qui occidit filium Israelitam coeuntem cum madianita: de quo dñs ad Moysen: Phinees filius Eleazari auertit iram meam a filijs Israel: quia zelo meo contra eos commotus est: de hoc. xxiij. q. viij. legi: cum. ca. seq. ij. q. vij. §. Item cum Balaam. versi. tunc phinees. ⁊ xxiij. q. iij. ꝙ christus Item in Helia. iij. Reg. x. qui interfecit prophetas Baal, ⁊ fecit descendere ignem super duos quinquagenarios. iiij. Reg. j. ⁊ pre. c. ꝙ chrūs. Item in Matathia. j. Machab. ij. qui trucidauit Judeum sacrificantem idolis: ⁊ pre. c. ꝙ christus; Item in Petro animaduertente in Ananiam ⁊ Saphyrā. Act. v. xxiij. q. viij. legi. ⁊ c. Petrus. Item in Paulo excecante Elimā magum. Act. xiij. xlv. di. §. Salomō. de isto zelo est quarta beatitudo. Bti qui esuriunt ⁊ sitiūt iustitiam. Tertio vtilitas ex correctione proueniens. virga enim correctionis fructifera est. ps. xxij. Uirga tua ⁊ baculus tuus ⁊c. Greg. Uirga percutimur: baculo sustentamur. xlv. di. disciplina, vnde significata est per virgam illam: que protulit flores ⁊ amygdala. Num. xvij. Utilitatem correctionis in multis locis insinuat sacra scriptura. Prouerb. xxvij. Melior est manifesta correctio q̄ amor absconditus: ⁊ in eodem. Meliora sunt vulnera diligentis q̄ fraudolēta oscula odientis. v. q. v. non omnis. ⁊ c. non osculatur. xxiij. q. iiij. n. ⁊ nimium. ⁊ c. xxviij. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum: magis q̄ qui per blandimenta lingue decipit, eiusdez. xxix. Uirga atq; correctio tribuit sapientiam. Eccls. vij. Melius est a sapiente corripi q̄ stultorum adulatione decipi. Eccli. xxx. Qui diligit filium assiduat illi flagella, vt letetur in nouissimo suo. facit. xxiij. q. iiij. ea vindicta. Item in eodem. Qui docet filium suum laudabitur in illo Aug. ad Uincentiuz. Non omnis qui parcit amicus est. nec omnis qui verberat inimicus. Melius est cum seueritate diligere: q̄ cum lenitate decipere. vtilius esurienti panis tollitur: si de cibo securus iustitiam negligat, q̄ esurienti panis frāgitur, vt iniustitie seductus acquiescat. ⁊ qui phreneticum ligat: ⁊ qui lethargicum excitat. ambobus molestus, ambos amat. hec verba ponuntur in pre. c. nimium. xxiij. q. iiij. ⁊ c. ipsa pietas. ⁊ c. quid faciet. Itē Aug. Quis nos potest amplius amare q̄ deus? ⁊ tamen nos non solum docere suauitatem: verum ēt salubriter terrere nō cessat. Quarto damnū proueniens ex defectu correctionis. quod in multis scripturis insinuat. j. Reg. iij. Suscitabo aduersus heli oīa que locutus sum super domuz eius: eo ꝙ non erit indigne agere filios suos: ⁊ tamen non corripuit eos.

vnde & voce diuina dicitur ei. Honorasti filios tuos magis q̃ me: de hoc. xlvij. di. §. necesse. iij. Regum. j. Adonias eleuabatur: dicens: Ego regnabo. & j. nec corripuit eum pater eius aliqñ: quem hac occasione postea Salomon frater eius fecit. occidi. Unde & gratianus. Hinc etiam dauid erga filios bonitatem nõ discipline seueritatem exercens, coꝝ iuuentutẽ experimento dicidit perniciosam: quoꝝ pueritiam vaga licentia permisit esse voluptuosam. Unus quippe eorum sororem suam stupro corrumpens. ii. Reg. xiij. a fratre eius Absolone. s. inter epulas quas fratribus suis fraudulenter parauerat, obtruncatus est. Absalon postq̃ veniam a patre obtinuit. de regno illum expulit: & ad concubinas eius ingressus est, demum per inuia deserti patrem persequẽs quercui inhesit. xlvij. di. pre. §. necesse. Item Prouer. xiij. Qui parcit virge: odit filium. qui aũt diligit instanter erudit. facit. xxiij. q. iiij. displicet. versi. quare mouetur pater. Prouerb. xxix. Puer qui dimittitur voluntati sue: confundit matrem suam. Eccle. xxij. Confusio pr̃is est de filio indisciplinato: eiusdem. xlj. De patre impio queruntur filij: qm̃ pp eum sunt in tormento. ij. q. vij. queritur. Esa. xiiij. Preparate filios eius occi-

Correctionẽ impedientia. sioni in iniquitate patrum eoꝝ. Sequitur de impedimentis correctionis. Notandum igitur q̃ octo sunt que solent impedire ne correctio debito modo fiat. Primum est indiscreta humilitas. August loquens prelatis. Quando necessitas discipline in moribus coercendis dare vos dura verba compellit: si etiam vos excessisse modum sentitis: non a vobis exigitur vt a subditis veniã postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos: dum nimium seruatur humilitas regẽdi frangatur authoritas: & tñ petẽda est venia ab omnium dño qui nouit eos quos plus iusto forte corripitis: quanta beneuolentia diligatis. lxxxvj. di. qñ vbi no. q̃ authoritas illa. Uade prius reconciliari fratri tuo. Matth. v. de prelatis non intelligitur, nisi qñ ex odio corrigunt. Itẽ Eccle. xiij. Noli esse humilis in sapientia tua. Ad Titũ. ij. Hec loquere & exhortare & argue cum omni imperio. Secundum est timor scandali, sed veritas vite doctrine vel iudicij, pp scandalum dimittenda non est: ex̃ de reg. iur. qui scandalizauerit, vbi de hoc no. xj. q. iij. inter verba: & vide quod no. ex̃ de renun. nisi cum pridem. §. pro graui. ex̃ de no. op. nun. c. cuz ex iniuncto. Item Gala. ij. dicit paulus. Quum venisset Petrus Antiochiam: in faciem restiti ei qr reprehensibilis erat. ij. q. vij. Paulus Mat. xv. quum diceretur christo. Scis qr pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. ipse respondit. Oĩs plantatio q̃ non plantauit pater meus eradicabitur. sinite eos qr ceci sunt & duces cecoꝝ. pre. c. inter verba. Tertium est timor humanus vel mundanus, contra quod legitur de Helia Eccle. xlv. Non pertimuit principem: nec superauerit eum verbum aliquod. & iij. Regum. xviij. dixit. Helias ad Achab regem. Non conturbo ego Israel sed tu & domus patris tui. & Joannes Herodem arguebat dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Matt. vj. xxij. q. iiij. vnusquisq; Facile enim a iustitia deuiat, qui hominem timet: sic Pilatus timore dñm Jesum Christum morti adiudicauit. Joan. xix. xj. q. iij. quatuor. & c. quisquis. Quartum est remissio: de qua exemplum habetur in Heli. j. Regum ij. qui remisse arguebat filios suos dicens. Quare facitis res hmõi quas ego audio. xlvij. di. §. necesse. nõ sic Paulus. xliij. dist. ephesis. non Moyses. xlv. di. disciplina. De negligentia maxime in corrigẽdo prelatorum, que est in eis peccatum mortale. lxxxiij. di. in primis. v. c. vsq; ad. §. sicut autẽ. & ex̃ de of. Archi. ea que legitur & no. ex̃ de of. or. irrefragabili: vbi de hoc legitur & no. in glo. j. Quintum & sextum sunt austeritas & indiscretio. contra que duo sunt in arca testamenti cũ virga & manna. Heb. ix. In virga correctio, in manna mansuetudo, contra austeritatem. xlv. di. disciplina: contra austeritatem dr̃ Gal. vj. Uos qui spirituales estis instruite hmõi in spũ lenitatis. Contra indiscretionez dr̃ Prouerb. xiiij. In ore stulti virga superbie. Faciendum est ergo temperamentum quoddam inter rigorem & desidiam: vt pre. c. disciplina. & c. di. oẽs qui. Et leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti asperitatis aũt nimie increpatio: nec correctionem recipit: nec salutem. xlv. dist. cum beatus. Item rectorem subditis pietas matrẽ: disciplina vero patrem exhibebat. xlv. di. sed illud: & in. §. seq. hinc etiam. Septimum est ira vel odium. Prouer. xviij. Spiritum ad irascendum facilem: qs poterit sustinere? Eccle. xix. Est correctio mendax in ira contumeliosi: videtur esse correctio. quod potius est corruptio vel cõuiciatio. xj. q. iij. ira. j. & c. ira. ij. & c. illa. & pre. c. quatuor. In vitis patrum legitur: q̃ discipulus Macharij ipsuz precedens in via: inueniẽs presbyterum idoloꝝ: dixit ei: quo vadis demon? quẽ ipse presbyter percussit vsq; ad mortez. Macharius sequens discipulum: & obuians eidem presbytero: dixit ei saluerus: ex quo verbo cõuersus fuit presbyter. vnde Hierony. Uide quid benignitas sermonis: qd austeritas fecerit. Sapiens ecclesiasticus. Eccli. vj. Uerbum dulce multiplicat amicos: & mitigat inimicos. Octauum est amor terrenoꝝ. Genes. iiij. dixit Cayn. Num custos fratris mei sum ego? de pe. dist. j. serpens. Cayn interpretatur possessio. Amator possessionum: cust odiam fratrum negligit, contra illud Eccli. xxix. Perde pecuniam propter fratrem. Malus autem prelatus dicit verbum Cayn: qui magis curat de pecunia q̃ de anima: pp quã christus Apo. j. Ephe. v. mortuus est. Bern. Cadit asina: & est qui subleuet: perit anima, & non est qui adiuuet. Idem Uenient ante tribunal christi: & audietur populoꝝ querela grauis: & accusatio dura: quoꝝ vixere stipendijs & non diluerunt peccata. ad hoc. j. q. j. ipsi sacerdotes. iij. q. j. placuit. l. di. siquis diaconus, expressuz. nonũ est timor detractionis vel appetitꝰ adulationis. Prelati. n. timẽtes asperitatẽm lingue subditoꝝ, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes libenter accipientes permittunt eos in peccatis iacere: & isti ante tribunal christi accusaturi sunt tales prelatos in die iudicij: vt dicit papa hormisda l. di. siquis diaconꝰ aut presbter. & Hiero. xlv. di. sed illud: pp easdez adulationes iustitia deseritur. j. q. j. sunt nonulli.

Corrigendi modus. Sequitur de modo faciendi correctionem. Attendendũ ergo q̃ correctio procedere debet ex amore. Apoc. iij. Ego quos amo corrigo, arguo, & castigo. xlv. di. ij. Sed sunt aliqui qui illos maxima corrigũt, quos non amant: quorum ab his quibus adhibetur non reputatur correctio: sed hostilis persecutio. Esa. xj. Egredietur virga de radice iesse. Jesse interpretatur incendium. & debet ex incendio amoris, egredi virga correctionis. ij. Thessa. vlti. cap. Nolite quasi inimicum existimare illum: sed corripite vt fratrem. Quia autem ex amore correctio facienda est: est, expressum. xxiij. q. iiij. ita plane. ibi. Et hec omnia cum dilectione corrigendi: non cum odio persequendi faciat. & c.

nimium: vltra medium ibi. Illi seuientes cupiditateste charitate. et c. ex vindicta. Ea vindicta que valet ad correctionem non prohibetur. et .j. Sed huic vindicte inferende non est idoneus: nisi qui odium quo flagrare hoies solent: qui se vendicare desiderant dilectione et mansuetudine superauerint. et .j. Quem enim diligit dns: corrigit: flagellat aut oem filiu que recipit. Prouer. iij. et Heb. xij. et .j. Animaduertentes eos non amare correctione: sed odio desiderare vindictam. Itez correctio dz fieri cum copassione. Aug. Duo ista noia qum dicimus, homo, peccator: non vtique frustra dixit: qa peccator est corripe et qz homo miserere: nec omnino liberabis hoiem: nisi quum persecutus fueris peccatorem. xxiij. q. iiij. duo ista. ps. cxl. Corripiet me iust[us] in misericordia et increpabit me sicut dicit glo. super illud Mat. v. Beati qui esuriunt et sitiunt iustiam: iustitie lumen est misericordia. Jacobi. ij. Iustitia sine misericordia: cecus furor: zelus absqz misericordia est vt cecus sagittarius qui intendens occidere feram: occidit hoiem: sicut lamech: qui intendens sagittare feram: sagittauit Cayn. Gen. iiij. xxxj. quo: ignis zeli ardere. xlv. distin. disciplina: dz in oleo misericordie. Greg. super Ezech. Zeli sacri districtio de virtute misericordie necesse est vt ardeat: ad ad hoc. xlv. di. disciplina. Ideo necesse est eum qui alios hz corrigere: iugiter meditari in seipso propriaz infirmitatem: vt sciat quid alij portare possunt. l. dist. considerandum nobis est. viij. q. j. clemens. Contra quod aliqui prelati faciunt. xxvj. q. vij. alligant. ps. ix. Sciant gentes qm hoies sunt. Gala. vj. Considerans temetipsum: ne et tu tenteris. Ecclesiastici. xxxj. Intellige q sunt proximi tui ex teipso. Grego. Omnipotens deus idcirco principem aplor permisit cadere, vt in culpa sua disceret qualiter alijs misereri debuisset: vt in pre. c. considerandum. Et de christo legitur Esaie. liij. Viru dolor et sciente infirmitatem: ad Hebre. iiij. Non habemus pontifice qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatuz aut per oia pro similitudine absqz peccato, qui non didicit pati disciplinaz nescit ea in alijs. c. j. c. considerandu. exercere. Quidam religiosi habentes abbatem tortorem crudelissimum inexpertem discipline: q volebat in alios exercere: coegerunt eum sedere per mensem inter fratres: et gerere se tanqz simplicem fratrez quem quotidie perclamantes et egregie verberantes: tandem restituerunt eum sedi sue: dicentes. Ecce per mensem fuisti in scholis discipline: et non solu audisti doctrinam discipline: sed etiam sensisti. non erat mirum si nesciebas quod non didiceras sis memor eor que didicisti, alioquin rememorationez faciem[us] tibi: vbi Heb. iiij. Esa. liij. Et[us] que didicit ex his qui passus est disciplinam. Unde dicit sapiens. Ecclesiastici. xxxiiij. sententialiter. Inexpertus quid nouit? et Greg. ix. Cum in magistrum sumi no debeat: qui formam discipuli non assumpsit: nec sit preficiendus q precesse non nouit, ex de elec. cum in magistrum: facit. lxj. dist. miserum. xvj. q. j. si clericatus. Sunt qui multi qui alios dure volunt corrigere: se tn nolentes corrigi. Contra. quos Bern. super illo verbo. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Matt. v. Sunt multi q zelum iustitie videntur habere sed si verum haberet zelum se sestimarent corrigere et correctione recipere: sed qz hoc nolunt verum zeluz non habent. Contra tales dicit dns Mat. vij. et. Luc. vj. Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Inter alia signa que ponit Aug. quo cognoscatur hypocrita est vnuz quia hipocrite faciles sunt ad reprehendendum: vt videantur habere zelu. Talium qui nolunt corrigi. est ille qui dicitur. Noli me tangere. tales a solo deo sunt curabiles: quum oem humanuz tactum fugiunt pro quibus dicitur a dno in ps. lxxxij. Imple facies eor ignominia: et querent nomen tuum dne. Superbi et pestilenses nolunt corrigi. Prouerb. xv. Non amat pestilens qui se corripit, et Sap. ij. Dixerunt impij non recte cogitantes et c. et .j. Imperat nobis peccata legis: et diffama in nobis peccata discipline. Prouerbiorum xv. Qui increpationes odit morietur. Incorrigibilis characterem habet bestie: id est diaboli, qui est incorrigibilis. Apoc. xix. Unde Iudeis incorrigibilibus ait dns. Joan. viij. Vos ex patre diabolo estis: et talis incorrigibilis a dno maledicitur Deutero. xxviij. Sit celum qd supra te est eneu, et terra q calcas ferrea. Tunc ergo fit celum eneu, qn orans non hz deuotionem, terra fit ferrea qn ceci ducunt et obstinatis nullum fructum affert impatientia. Luce. xviij. Esa. xlviij. Scio qz durus es tu: et neruus ferreus ceruix tua: et frons tua enea: verbum corrigentis. Esa. xlv. Audite me duro corde. Prouerb. xviij. Peccator quum in profundum malor venerit: contemnit. s. correctionem. xvij. dist. nec licuit: vbi ponuntur hec verba. Et sequitur ibi. Ita obstinati et contumaces extiterunt vt doceri non velint: et extra de iudic. cum non ab homine. ps. xciiij. Nolite obdurare corda vestra. Item correctio dz fieri cum mansuetudine. ps. lxxxix. Superuenit mansuetudo et corripiemur. Seneca. Vitiuz animi sicut vitia corporis leniter tractanda sunt. Ambro. super Lucam. Plus proficit amica correctio, q accusatio turbulenta: illa pudorem incutit: hec indignationem mouet. Gal. vj. Vos qui spuales estis: instruite hmoi in spu lenitatis. l. di. pondere: faciunt sepe all. c. xlv. di. licet. j. et ij. et. ca. disciplina: zelus sedet in fornace vel iuxta fornacem scilicet vim irascibile: vnde de facili emicant scintille ire quibus turbatur oculus mentis. ps. xxx. Conturbatus est in ira oculus (idest ratio) meus et illud Cato. Impedit ira animum ne possit cernere veruz. Et super illud Job. v. Virum stultum interficit iracundia. dicit Grego. Ira per zelum turbat. Ipse namqz zelus rectitudinis dum aciem mentis agitat: turbat. Ideo sancti viri impetum ire sentientes: supersedent correctioni donec ira cessauerit, et tranquillitas in mente facta sit, imitari volentes illu cui dicitur. Sap. xij. Tu dnator virtutis cum tranquillitate iudicas. Aug. Non concupiscit deus teor vindictam tanqz saturari desiderans: sed quod iustum est cum tranquillitate discernit, et recta volutate disponit: vt etia mali sint inordinati. Greg. Ira dei non est vt hominis perturbatio concitati animi: sed tranquilla iusti iudicij constitutio. de pe. di. ij. productior: neqz enim deus hoibus: sed vitijs irascitur. dicit Hier. de pe. di. j. quamobrem. Jaco. j. Ira viri iustitiaz dei non operatur. vj. q. iij. ira. j. et ij. cum. c. seq. Diogenes philosophus quum esset iratus seruo suo ait: Iam te nisi essem iratus verberibus enecassem. xj. q. iij. cum apud Cassianus in. viij. li. de spu ire ait. Ira. n. in nostris cordibus insidente: et oculum mentis noxijs tenebris execante: nec iudicium recte discretionis acquirere: nec contemplationis intuitum: nec maturitatem consilij possidere, nec vite participes: nec iustitie tenaces: sed nec spualis quidem ac vere luminis capaces poterimus existere: qz turbatus est inquit ps.

xxx.pre.ira oculus.s.ipsa mens.⁊ Eccls. vij. Ira in
corde insipientium requiescat:⁊ ira que perdidit pru
dentes:⁊ vir iracundus inhonestus est:⁊ iracundia
agit sine consilio.⁊ Prouer.xxix.sm aliam transla-
tionem:sed sententia vna. Prouer.xvj. Homo iracū
dus suscitat rixas:eiusdem.xxix. Uir iracundus pro
uocat rixas.⁊ Eccli.xxviij. Homo iracundus ince-
dit litem. Uir aūt iracundus effodit peccata. In om
nibus autē iracundis non exilit scintilla de fornace
vis irascibilis.sed flamma totum vorans:⁊ qd̄ zelo
sancto ceperint:furore consumunt. In eis opus san-
ctum qd̄ zelus sanctus tenebat:ira rapit ⁊ sibi ven-
dicat:scintilla vero ire:etsi aliquid turbationis oculo
mentis ingerat:non tñ opus scientie zelo inceptum
sibi vendicat. Gre. Illa prepositoꝝ sollicitudo est vti
liorilla est cautela laudabilis:in qua totuz ratio agit,
⁊ furor sibi nihil vendicat. Restringenda est sub ra-
tione ptās:nec est quid agendum prius q̄ꝫ concitata
ad tranquillitatem mens redeat. Nam commono-
nis tpe:iustum putat esse omne qd̄ fecerit.xj. q.iij.il-
la. Simile inuenitur in viro:qui ex iustitia reddere
vult debitum vxori cuius operi dupliciter se potest
ingere voluptas. Uel sic vt opus iustitie nō auferat,
vel ita vt in totum sibi rapiat:vt.s.voluptatis amore
consumetur. Gala.iij. Sic stulti estis:vt cum spū cepe
ritis:nunc carne consumemini. Hiero. Adulter est in
suam vxorem amator ardentior.xxxij.q.iiij. origo.⁊
vide.xxxiij.q.v.c.j.⁊.xiij.dist.neruii:in fi. Simile acci-
dit in illo qui ex charitate vult dare elecmosynaz:cui
vanagloria dupliciter se potest ingerere:aut per mo-
dum titillationis vel tentationis,aut per modū cō-
sensus deliberati:de qua incipit quis tabescere ⁊ con
tabescere:exinaniri ⁊ inflari:⁊ se holbus appetit in-
notescere:non dei gloriam querens:sed suam,vt ab
holbus videatur:sm Aug.in sermone de confessore
non pontifice. Prima periculosa nō est:qr omne bo
num opus gloriam secum portat:⁊ letitiam, que nō
homini,sed deo assignanda est:vt deus glorificetur,
⁊ proximus vt edificetur. Mat.v. Luceat lux vestra
⁊c. Secunda periculosa.de qua legitur ⁊ no.j.q.j.[vi-
de.in glos.] Simile etiā accidit in eo qui ex deuotio-
ne inchoat iter hierosolymitanuz:⁊ intrat in cor:eius
cogitatio de negotiatione ibi exercēda que cogitatio
dupliciter se potest ingerere vt prius,⁊ tunc periculo
sa,vel vt posterius ⁊ tunc nō:quia principalis est in-
tentio attendenda,sm Augu.in primo sermone.⁊.c.
xxiij q.v.de occidendis. Item correctio occulte ⁊ se-
creto facienda est:si occulta sit culpa. Mat.xviij. si
peccauerit in te ⁊c.ij.q.j.si peccauerit.⁊ ex̄ de iud.no-
uit.vbi de hoc.⁊ ex̄ de here.cū ex iniuncto.§.nec quis
quā.vbi de hoc. Si vero culpa sit manifesta,manife-
ste facienda est.j.ad Timoth.v. Peccantes corā oī-
bus argue:vt ceteri timorem habeāt.xlv.di.sed illud
Isido. Manifesta peccata nō sunt occulta correctio
ne purganda,que palā nocent,palam corrigātur: vt
dum aperta obiurgatione sanantur: hi qui imitan-
do eos deliquerunt corrigantur. dum vnus corripi-
tur plurimi emendantur:necesse est:,vt pro multoruz
saluatione vnus cōdemnetur:q̄ꝫ per vnius licentiā
multi periclitemur. Aug. Ita erga delinquentem ser
mo est proferendus:sicut eius qui corripitur expostu
lat salus.de hoc legitur ⁊ no.ex̄ de pe. ⁊ re.c.j. Item
in correctione attendendus est status personarum q̄
corrigantur,quia non sanat oculum. qd̄ sanat calca-
neum.ad hoc op.ar.eorum que leguntur ⁊ no. xxiiij.
q.j.qui contra.xl.dist.homo christianus ex̄ de iureiu.

quidaz medicus imperitus vno collyrio omniū ocu
los vult curare.xix.di.sciendū. Seneca. Cum vetera-
nis parcius est agendum.j.ad Timoth.iiij. Seniorē
ne increpaueris,sed obsecra vt patrem. ⁊.lxxxvj.dist.
tanta ibi canis,tuis parcimus: qd̄ qualiter intelligē
dum sit habetur.ij.q.vij.paulus. In correctione et
seruanda est modestia,tenendum enim est medium
inter remissionem ⁊ discretum zelum.ij.ad Timot.ij.
Seruum dn̄i opz esse patientem:cum modestia corri
pientem:de hoc satis s̄. maxime.xlv.di.quasi per to-
tuz. Qui non pn̄t benignitate corigi terrore sunt cor
rigendi:optime facit.xxix.dist.sciendum.l.dist.vt cō-
stitueretur.ibi. Cogunt.n.multas inuenire medici-
nas:multoꝝ experimenta morboꝝ, ⁊ extra de vi. ⁊
ho.cleri.vt clericoꝝ.ibi,vt quos diuinus timor a ma
lo non reuocat:temporalis saltem pena cohibeat a
peccato.vbi de hoc plures sunt concordantie. Aug.
ad Bonifacium. Quidam dixit pudore ⁊ libertate
liberos retinere sanctius esse credo:q̄ꝫ metu: Et sub-
dit Aug. Hoc quidem verum est. Sed sicut meliores
sunt quos dirigit amor:ita plures sunt quos corrigi
timor. Roboam filius Salomonis, credens consi-
lio iunioꝝ, terrens populum ⁊ comminationibus
vtens decem tribus perdidit.iij. Regum xij.vij. q.j.
deniq3. Isidorus. Qui blando verbo castigatus nō
corrigitur,alicuius acrius necesse est vt arguatur. Cū
dolore eniz abscindenda sunt que leniter sanari non
possunt. Syricius papa. Ferro necesse est vt abscindā
tur vulnera , que fomentoꝝ non senserint medicinā.
lxxxij.dist.plurimos.in fi. Idem dicit Symmachus
xvi.q.j.in cannonibus. Bern.super Cant. Zelum in
quit tuū inflammet charitas,informet scientia, fir-
met constantia:sit feruidus:sit circumspectus: sit in-
uictus. Idem, Quo zelus feruidior,ac vehementior
spūs,profusiorq3 charitas,eo vigilantiori scientia o-
pus est:que zelum supprimat:spm̄ temperet:ordinet
charitatem. Sunt qui zelum hn̄t non sm scientiam.
Rom.x.xv.q.j.§.j.qui vulgariter vocantur hoīes si
ne capite:beluina rabie seuientes in peccatores con-
uicijs eos dehonestantes:non medicos:sed hostes se
exhibentes:quantum in eis est iudicium dei euacuā
tes:dum oīa hic vindicare volunt:si.n.oīa hic iudica
rentur(vt dicit Aug.)locum diuina iudicia non ha-
berent.vj.q.j.si omnia . Ipsi officium demonum qd̄
est torquere. Mat.xviij.tradidit cum tortoribus: de
pe.di.iij.§.j.versi.tradidit:diligenter facerent : si ha-
berent prātem in ore coꝝ personant he voces diabo
lice:crucifigatur. Luc xxiij.confundatur: deponatur
eijciatur:potestas coꝝ vt gladius in manibus furi-
bundi:vix ab ore coꝝ audis:corrigas:ipsi solum vre-
re norunt.⁊ secare cum omni egritudine ignem ⁊ fer
rum adhibere volunt,ignorantes q̄ꝫ olum medica-
mentoꝝ saluberrimum est sapientia. Sap.ix.circa fi-
nem. Per sapientiam sanati sunt quicunq3 placue-
runt ab initio:eiusdez xvj. Nec herba:nec malagma
sanauit eos:sed sermo tuus dn̄e qui sanat oīa Pecca
tores (vt ait Dionysius) tamq̄ꝫ ceci manuducendi
sunt. Tullius. Undiq3 fulciendi sunt qui ruunt .eri-
gendi sunt qui ceciderunt. ⁊ sanandi qui vulnerati
sunt:⁊ nouo vulnere transfigendi. Qui zelum indi-
scretum hn̄t,similes sunt illis qui reficiunt veteres
patellas:qui foramen vnum volentes obstruere:vno
ictu mallei multa faciunt:vel illud augent:vel patel-
lam oino confringunt:facit.xxvi.q.vij.alligant vidē
tur tales credere q̄ꝫ oīa vasa sunt malleabilia quū tñ
fictilia vel vitrea malleatione potius confringantur.

facit.xxiij.q.iiij.qui ſm carnē. Correctio eſt refectio
vaſoꝝ ſpūaliū confractoꝝ. Eccle.xxj. Cor.fatui quaſi vas confractum ij. Timoth.ij. In domo magna
ſunt vaſa: non ſolum aurea ⁊ argentea: ſed etiam lignea ⁊ fictilia: vt pre.c.qui ſm carnem. Hi correcto
nem ſolum facile deſperant: ad male ſentiendum de
hoibus faciles, ad male faciendum difficiles, contra
illud Amb.de oibus iudicat: glo.ideſt bene preſumit
qui fidem eſſe in oibus arbitratur.xxij.q.iiij.innocēs.
Hi peruerſum ianitorem cordibus ſuis perfecerunt:
qui mala fratrum tā faciliter permittunt intrare: bona vero vix vel raro. Opinionem malā de aliquo cō
ceptam vix aut raro deponunt: contra id.xj.q.iij.abſit: ⁊ melius.in.c.multis. Contra muſcas vel pulices
in gladio magno pugnare volunt: ſimiles quidam q
dum muſculam quādam q̄ videbat ſuper caput alterius volitantem ſecuri intenderet percutere excerebrauit eum. Multotiens dum tales ligna peccatoꝝ intendunt cedere: fugit ſecuris manū eoꝝ: ⁊ ferrum lapſum de manibus proximum occidit. Deute.
xix.glo.ſimplr ligna ſuccidimus, quum delinquentium vitia pia intentione reſecamus: ſecuris manū
fugit: quum increpatio in aſperitatem ſeſe pertrahit.
ferrum de manubrio proſilit: quū de correctione ſermo durior exijt amicum occidit: qui per aſperam correctionem eum magis inobedientē facit. Ber. Cōmotio tua ibi moriat, vbi orituri ne permittatur exire que mortem portat. Eccle.xxviij. Flagelli plaga
liuorem facit.ſ.in membris corporis: plaga aūt lingue comminuit oſſa, ideſt virtutis mentis. Tales zelatores pro medicina venenum portant ⁊ propināt.
Job.xx. Panis eius in vtero illius vertet in fel aſpidum intrinſecus. Tales ſimiles ſunt cuidam fatuo:
qui rectiſſime volens incedere ſine ruina domorum:
non poterat p ciuitatē incedere. Tales ſpūaliter multos corruere faciunt: in tempeſtate ⁊ turbine ſunt vie
eoꝝ: Naum.j. Prouerb.x. Quaſi tempeſtas trāſiēs
non erit impius. Tales ſimiles ſunt pugilibus: qui
incedentes per medium preſſure, alios impellunt:
alios conculcant: alios impediunt a greſſu. maledictionem multitudinis poſt ſe relinquunt. Sic in quacunq; conuerſatione tales conuerſati ſunt: poſt deceſſum vel receſſum querelas vel maledictiones relinquunt. Hi periculoſe ambulant inter ventres pregnātium. Quis.n.enarraret aborſus ſanctoꝝ propoſitorum quos faciunt? ⁊ teneroꝝ aialium vel ſpūalium?
Tales in principe demonioꝝ ejiciunt demonia: ⁊ ſathan a ſathan expellitur. ſi tn̄ expellitur: ⁊ non potiꝰ
introducitur. Luc.xj. ⁊ Mat.xij. Interdum.n.querentes ſe expellere ſpm̄ luxurie, non expellunt eū, ſ
latere cogunt introducentes cum eo alios ſpūs nequam ⁊ nequiores: ſpm̄ mendacij, ſimulationis, ire
⁊ odij. Unde opportunitate inuenta exeunt vitia: vt
beſtie de cauernis cum multitudine nouoꝝ vitioꝝ, ⁊
eſt error nouiſſimus peior priore. Mat.xij. ⁊ procurant ut quandoq; depoſitiones habentium zelū indiſcretum: vel etiam mors eoꝝ. Multum attendenda eſſet in correctionibus infirmitas corrigendoꝝ. ⁊
ptās correctionis: ne ſtragem multoꝝ operetur correctio: ſed ſalutem paucoꝝ. c.l.di vt conſtitueret. ⁊.ca.
conſiderandum.xxiij.q.j.noli ex̄ de cleri.ex.mi.latores. Erubeſcenda eſt medicis ſpūalibus timoratio
medicoꝝ tpalium: quemadmodum ſolicite cauēt ne
medicina eoꝝ ſint mortis occaſio: ex̄ de eta.⁊ qua.ad
aures: deridenda eſt eoꝝ iuſtitia: qui ne amittant de
ſuo vilem denarium: parati ſunt centum marchas expendere. Timendum eſt ne zelū aliquoꝝ inanis gloria concitet: vt cuidam accidit: qui vt iuſtus appareret proprium filium pro leui delicto decollauit: mercator inſaniſſimus qui mortem filij ſui vanam laudem
ficca iuſtitia comparauit. Zelus iſte indiſcretus procedere ſolet ex inexperientia diſcipline in ſeipſis: ⁊ ex
ignorantia proprie infirmitatis ⁊ aliene ⁊ ex amore
inanis glorie: talibꝰ non eſſet danda poteſtas. Ipſi
ad inſtar demonū quocunq; introeunt, incendium
poſt ſe dimittunt. Qui vero zelum diſcretum hēre cupiunt. medicos corpoꝝ imitentur. morbos ſpūales
perſequentes: ſalutem vero egrorum querentes.c.ex̄
de pe.re.cum infirmitas.§.ſi. Non iraſcuntur medici corpoꝝ patientibus: immo ꝯſolantur eos ⁊ ad tollendum horrorem medicine: prius inde guſtant. Unde dicit Aug.de ſaluatore. Calicem inquit paſſionis
prius bibit medicus. ne illum abhorreret egrotus.
Non puniunt hoies hn̄t zelum diſcretum ſm merita. hoc.n.deo relinquunt: ſufficit eis vt faciant hoies
penitere: puniunt vt emendent: vt qui peccauerunt
humilientur: non conterantur. tales officium tortoꝝ
diabolo ⁊ angelis eius relinquunt. Matth.xviij.de
pe.di.iiij.in pun.verſi.tradidit. Unde legitur in legēda antiqua btī Franciſci, ꝙ quum quidam frater redargueret beatum Franciſcum ꝙ non corrigeret fratres. qui recedere videbantur a via ſimplicitatis: ⁊
paupertatis. Rn̄dit ſanctus Franciſcus ⁊ ait: meū
officiū eſt ſpūale: videlicet ſuper fratres: quia debeo
emendare vitia ⁊ eis dn̄ari: vnde ſi vitijs fratrum dominari ⁊ ea emendare non valeo predicatione verbo ⁊ exemplo: nolo carnifex fieri ad percutiendū ⁊
flagellandum ſicut poteſtates huius ſeculi. Sed confido in dn̄o, ꝙ adhuc inimici inuiſibiles.ſ. demones
qui ſunt caſcaldi dn̄i ad puniendum illos in hoc ſeculo ⁊ in venturo: qui tranſgrediuntur mandata dei
ſumient de ipſis vindictā facientes ipſos corrigi ab
hoibus huius ſeculi: ⁊ ad improperium ⁊ verecundiam ipſoꝝ reuertentur ad profeſſionem ſuam ⁊ vocationē ſuam. Uerumtamen vſq; in diem mortis mee
exemplo ⁊ operatione non ceſſabo fratres docere ambulare per viam q̄ mihi dn̄s oſtendit: ⁊ ego oſtendi eis: ⁊
ipſos informaui: vt ſint inexcuſabiles coram dn̄o ⁊
ego coram ipſo de ipſis, ⁊ de me non tenear vlterius
reddere rōnem. Ecce forma ⁊ verba ⁊ doctrina ſancte correctionis ſanctoꝝ prelatoꝝ volentium ſe ⁊ animas ſubditoꝝ ſaluare. ad hoc.xlv.diſt.ephebus, ⁊
optime.xlvij.di.c.vlti. Tales boni correctores ſic ſecant putrida.xxiiij.q.iij.reſecande.extra de ſta.mo.ea
que.j.reſponſo: vt ſana illeſa relinquant. ſic herbas peſtiferas euellunt, ex̄ de ma.⁊ obe.ſolite.§.j.vt ſalutares non ledant. ſic zizaniam extirpant.xxiiij.q.iij.notandum: vt tritico leſionem non inferant. Matt.xj.
xj.q.iij.nolite, xxiij.q.iiij.quantus. Quidam habentes zelū: non ſcientiā.xv.q.j.§.j. ſic hortos abbatiarum ſuarum purgauerunt ab arboribus fructiferis:
vt fere ibi nullam relinquerent. Et notandū ꝙ quū
parcere ⁊ punire (vt contrarioꝝ) in eadem ſit diſciplina. ff.de verb.obli.inter ſtipulantem.§ ſacramenta. Qui neſcit parcere: neſcit punire. Et notandum
etiam: ꝙ ſicut zelus indiſcretus reprehenſibilis eſt:
ita remiſſio eſt reprehenſibilis: Bern. Non iraſci vbi
iraſcendum eſt: nolle emendare peccatū eſt. Plus
vero iraſci q̄ iraſcendum eſt: peccatum peccato addere eſt remiſſio ipſa eſt vt ſonnolentia in rectore nauis. Prouer.xxiij. Eris ſicut dormiēs in medio maris: ⁊ quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo. Unde

dñs ait Petro in persona prelatoꝝ. Simon dormis. Mar. xiiij. Isidorus prelatum negligentem dormiē ti assimilat: de cuius manibus cadit baculus pastoralis: ⁊ pictores pingunt ipsum accumbentem in cathedra super cubitum somno grauatum: ⁊ cadentē de manu eius baculum pastoralem: de quo baculo ꝺ consecra. di. j. nullus eps. ⁊ xlv. dist. disciplina: ⁊ vide qꝺ no. ex̄ de sacra vnc. c. vnico. §. fi. in. fi. in glos. martialis. in fi. ⁊ in glo. seq. que incipit: qꝛ baculus. Itē remissio pigritie agricole assimilatur. Prouer. xxiiij. Per agrum hois pigri transiui, ⁊ per vineā viri stulti, ⁊ ecce totum repleuerant vrtice: ⁊ operuerant superficiem eius spine. facit ex̄ de sta. mo. ne in agro: in clea in prin. Remissio est velut defectus latratus in cane gregem seruente. Esa. lvj. Canes muti non valentes latrare: qꝺ exponit Grego. in pastorali: de pastoribus prelatis negligentibus predicare ⁊ corrigere. xliij. di. sit rector. Item sicut defectus gladij in custode. Esa. lvij. Super muros Hierusalem constitui custodes, sed non chartarum. xvj. q. j. in canonib⁹. Prelatis. n. proprie dicitur. Gladij ancipites in manib⁹ eoꝝ. ps. cxlix. ⁊ ij. Macha. xv. Accipe gladium sanctum. s. correctionem ⁊ predicationem pungentes: ex̄ de priuil. ex ore. l. di. si quis in fi. ibi. que est ista iustitie inimica bonitas: palpare criminosos: ⁊ vulnera eoꝝ vsqꝫ in diem iudicij incurata seruata. Heb. iiij. Viuus est sermo dei ⁊c. penetrabilior omni gladio ancipiti: minus a deo: in quo deijcies aduersarios populi mei: idest mala opera ⁊ voluntates. Item defectus bucine in speculatore. Ezech. xxxiij. Si speculator viderit gladium venientem, ⁊ non insonuerit buccina: ⁊ populus non custodierit se: veneritqꝫ gladius ⁊ tulerit de ijs aiam: ille quidem in iniquitate sua captus est: sanguinem aūt eius de manu speculatoris requiram. ex̄ de off. or. irrefragabili: vbi de hoc ⁊ de reg. c. vlt. in prin. vbi de hoc. Speculator aūt prelatus est. xliiij. di. sit rector. Sunt qui remissionem misericordiam reputant: quum tn̄ potius sit crudelitas. xlj. di. sepe. xxiij. q. iiij. est iniusta. Misericorditer agitur cum phrenetico quum ligatur: ⁊ cum lethargico quum excitatur. xxiij. q. iiij. quid faciet ecclesie. ⁊ c. nimium. Et cum eo qui in igne est: quum per capillos inde trahitur: si aliter inde extrahi non potest. De ore lupi infernalis violenter extrahendi sunt homines. Amos. iij. Quo si eruat de ore leonis duo crura: aut extremū auricule: sic eruentur filij: Job. xxix. Conterebam molas iniqui: ⁊ de dentibus illius eripiebam predam. Mole diaboli sunt vitia ⁊ peccata. Eadem etiaꝫ dentes possunt dici. Eccle. xxj. Dentes leonis dentes illius ⁊c. Item extrahendi sunt de aquis delitiarum ⁊ inuiti anteqꝫ ibi submergantur. cap. xxiij. displicet. Et de hac materia satis supra. Et notandum ꝙ ij qui faciunt correctionem non debēt de se considerare: sed de deo: ⁊ orationi debent instare, quum solius dei sit holeꝫ corrigere. Ecclesiastes. vij. Considera opera dei: ꝙ nemo potest corrigere quem ille despexerit: cōsidera: idest discerne inter opera dei. sibi hoc spera esse possibile ⁊ non alij. s. hominem corrigere: corrigere. n. est cor hois dirigere ⁊ regere. xlvij. di. §. necesse. in fi. ps. v. dirige ī ꝯspectu tuo viaꝫ meaꝫ.

Incitantia ad recipiendam equo animo disciplinam.

Sequitur de iis que incitare possunt ad libenter recipiendum vel correctionem vel disciplinam. Primo multiplex admonitio sacre scripture. ps. ij. Apprehendite disciplinam ⁊c. Prouer. iij. Disciplinaꝫ dñi fili mi ne abijcias, ⁊ eiusdem. iiij. Tene disciplinaꝫ ⁊ ne dimittas eaꝫ. Heb. xij. Noli negligere disciplinā. Item: in disciplina perseuerare. ps. cxviij. Bonitateꝫ ⁊ disciplinam ⁊c. Item ⁊ disciplina tua ipsa me docebit. Secundo vtilitas ex correctione vel disciplina proueniens. Prouer. xxix. Virga atqꝫ correctio tribuit sapientiam: ⁊ eiusdem. xij. Qui diligit disciplinam: diligit sapientiam, qui aūt odit increpationes: insipiens est. Disciplina vel correctio placet sapientibus ⁊ in eis proficit: insipientibus vero displicet nec proficit in eis. Eccle. x. Vir prudens ⁊ disciplinatus non murmurabit correctus (alēs correptus) Prouer. ix. Argue sapienteꝫ ⁊ diliget te ⁊ eiusdem. xv. Nō amat pestilens eum qui se corripit, eiusdem. ix. Qui arguit in ipsum generat maculaꝫ sibi. idem ibidem. Qui erudit derisorem. ipse sibi iniuriaꝫ facit. ⁊ j. Noli arguere derisorem: ne oderit te. Eccle. j. Peruersi. difficile corrigūtur. Peruersus est qui ⁊ in intellectu ⁊ in affectu a bonitate auersus est. Ecclesiastici. xxxij. Homo peccator vitabit correctionem. Prouer. xvij. Plus proficit correctio apud sapientem: qꝫ centum plage apud stultum, eiusdem. xxvij. Si contuderis stultum in pila: quasi ptisanas feriente de super pilo: non auferetur stultitia eius. Tertio malum proueniens ex eo ꝙ disciplina vel correctio abijcitur: virga enim correctionis in colubrum vertitur. qui eniꝫ hic non corrigitur: in futuro a serpentibus infernalibus punietur. Exod. iiij. Proiecit Moyses virgam que versa est in colubrum. Prouer. xv. Qui increpationes odit: morietur, ⁊ eiusdem. xxix. Viro qui corripientem se dura ceruice contēnit: repentinus superueniet interitus. Eccle. xix. Qui odit correctionem, minuetur: vita inquam triplici: nature, gratie, ⁊ glorie. Homo qui est sine disciplina: terrenis adheret: de eternis non curat. Job. xvij. Cor eoꝝ longe fecisti a disciplina: propterea non exaltabitur. Glo. qui per disciplinam minime custodire vitam student: semper ꝑ desideria in ruinis iacent. Qui sine disciplina est in periculo est. Prou. xv. Qui abijcit disciplinam: despicit animam suam, sicut carnem despicit: qui eam non vult sale condire ne putrescat. qui contēnit disciplinā per consequens abijcit omne bonum. Sap. iij. Sapientiam ⁊ disciplinam qui abijcit infelix est: fugiunt enim cum ola bona. talis diabolo multum assimilaf qui incorrigibilis est. Eccle. xxj. Qui odit correctionem vestigium est peccatoris: diabolus peccator dicitur antonomastice: cui multuꝫ assimilatur. Qui od[...] rectioneꝫ vt vestigium similes similis est pedi in pinguedine terre ⁊c. Gene. xxvij. pinguedo terre grana cōpunctionis: impinguaf terra quum in ea fimus iacitur: ⁊ cor. peccatoris quum in correctione compungitur. Luce. xiij. dixit cultor vinee: de ficu quam volebat dñs excidere. Fodiam circa illam ⁊ mittam stercora: increpando ⁊ exprobrando ei peccata sua. Sed quidam sunt terra maledicta: qꝛ vnde deberent impinguari: inde contingit eos miserabiliter indurari: qꝺ no. Eccle. xxij. De stercore boum lapidabif piger qꝺ est: qn̄ de increpatione prelati indurescit peccator vbi dicit Bern. Quid faciemus tibi o piger: nonne bonus fimus spargitur in agro tuo? vnde ergo lapides, idest tu inimicus homo hoc facis: qui fimum tibi conuertis in lapides. Et notandum ꝙ laudabilius est correctionem libenter accipere: qꝫ audacter facere. Aug. ad Hiero. Quum sanctius sit a tenendo itinere in nullo qꝫ in aliquo declinare: multo tn̄ est mirabilius ⁊ laudabilius libenter accipere corrigentem qꝫ audacter corrigere deuiantem. Partes disciplinae multe sunt. Est disciplina ad oēs pertinēs

Discip' ne pars

scilicet

scilicet disciplina proprii corporis: de qua Esa.liii. Disciplina pacis nostre super eum. Et est disciplina pertinens ad eos: qui presunt ceteris hoibus. Prima multiplex: vt ieiunium: asperitas vestimentorum: duritia lecti: peregrinatio: vigilia, disciplina verborum. Secunda vero duplex est: quedam spūalis: qua in .s. delinquentes feriuntur gladio spūali: que spūaliter pertinet ad prelatos ecclesie. xvj. q.ij. visis. Quedam vero materialis: qua in .s. delinquentes feriuntur gladio mālī que maxime pertinet ad principes terrenos. xxiii. q. v. rex. & c. regum & quasi per totam illam questionem.

De erroribus circa disciplinam. De errore illorum qui dicunt nullum excommunicandum. Cap. 72.

Sequitur videre de erroribus circa disciplinam: & primo de errore illorum qui dicunt nullum esse excōicandum. Secundo de errore illorum qui dicunt maleficos non esse puniendos pena corporali. Primus error videtur inniti his testimoniis sacre scripture. Luce. vj. Nolite iudicare & non iudicabimini. xxiij. q. iiij. §. j. peccant ergo sacerdotes qui excōicationis sententiam ferendo homines excōicantes iudicant. Item ad Rom. ij. Inexcusabilis es o homo ois qui iudicas: in quo enim iudicas alium: teipsum condēnas. Item Roma. xij. Benedicite & nolite maledicere. xxiiij. q. iij. §. illicita. Peccant ergo sacerdotes qui hoibus maledicunt. j. ad Cor. vj. neque maledici: neque rapaces regnum dei possidebunt, pre. §. illicita. Item. ij. Pet. iij. Non reddentes malum pro malo: ad quod monemur exemplo christi. j. Pet. ij. Cum malediceretur non maledicebat. Item Eccle. xxj. Dum maledicit impius diabolum: maledicit ipse aiam suam. Si ergo diabolus maledicendus nō est: vt est expressum. xxiiij. q. iij. si igitur: multo fortius hoies non sunt maledicendi. Ad primum dicendum est: quod est iudicium iustum & iudicium iniustum. Iudiciū iniustum prohibitū est. iudicium vero iustum non est prohibitum: immo christus monet ad illud Joan. vij. Nolite (inquit christus) Iudeis secundum faciem iudicare: sed iustum iudicium iudicate. De manifestis concessum est nobis iudicare: non de occultis. xxxij. di. erubescant: vbi de hoc. xxxij. q. v. christiana. j. ad Cor. iiii. Nolite ante tēpus iudicare. ij. q. j. multi. in prin. & ad fi. ibi. Non enim contrarium est huic loco illud qd dicit apls Roma. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo dño stat aut cadit. Noluit enim hoiem ab hoie iudicare ex arbitrio suspitionis: vel etiam extraordinario & suspecto iudicio: sed potius ex lege dei secundum ordinem ecclesie. Quia apostoli potestatem habuerunt iudicandi, ostenditur in hoc qd dicitur Petro. Mat. xvj. Quodcunque ligaueris super terram &c. xxiiii. q. j. quodcunque. Item eiusdem. xviij. Quecunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in celis: de pe. di. j. quē penitet. Jo. xx. Quorum remiseritis peccata: remittuntur eis: & quorum retinueritis: retenta sunt. j. ad Cor. v. ostendit apls se iudicasse corinthum fornicatorem Ego inquit absens corpore: presens aūt spū: iam iudicaui eum qui sic operatus est in nomine dñi nři Jesu christi: congregatis vobis & meo spū cum virtute dñi Jesu: tradere huiusmōi sathane in interitum carnis: vt spūs saluus sit in die dñi nři Jesu christi. & hoc. ij. q. j. de manifesta. xj. q. iij. audi. e. ti. de do. & contu. veritatis. Item eiusdem j. Cor. vj. An nescitis quia sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus indigni estis: qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? ex. qui fi. sint le. per venerabilem. §. sunt autem fi. Ad aliud dicendum est, quod ecclesia non reddit malum pro malo: nec malum optat quum aliquē excōicat. Excōicatio enim medicinalis est: non mortalis xxiiij. q. iij. notandum. ij. q. j. multi: extra de sen. ex. cū medicinalis. li. vj. Nec excommunicatio est mala: etsi malitia pene: extra de sen. ex. sacrorum, tantam infligere penā insonti. sicut medicina amara dicitur quū vere bona sit: eo quod sit morbi expulsiua ex sui nā: licet aliud frequenter contingat ex vitio eam contemnentis xj. q. iii. §. premissis Et licet excommunicatis male excommunicatio videatur (vt dictum est) bona tñ est: quia iustitia est. Non enim iudex crudelis est iustitiam faciendo: immo crudelis esset eam non faciendo. xxiij. q. iiij. ne amissio. & c. est iniusta. Vel furem patibulo suspendendo: & si illi cui infertur pena crudelis appareat. xxiij. q. v. non est crudelis. Excommunicatio est ad hoc: vt homines conuertantur & salui fiant. xj. q. iij. audiat in prin. ps. lxxxij. Imple facies eorum ignominia: & querent nomen tuum dñe. Augu. Quicquid facit mater ecclesia vera & legitima: etiam si asperum amarumque sentiatur: non malum pro malo reddit: sed expellendo malum iniquitatis. bonum discipline apponit: non odio nocendi, sed dilectione sanandi: ad hoc facit. xxiiij. q. iij. §. precepta. & q. v. prodest. Item. Aug. melius dolor capitis dolet dum curatur: quam dum parcitur & non sentitur & nō sanatur: ad illud no. Eccle. xxj. Dum maledicit impius diabolū &c. Dicendū est quod verbum intelligendū est quātū ad illos q ad sui excusationem maledicunt diabolo: imputantes ei peccatum suum. sicut eua peccatū suū imputare voluit serpenti. & per consequens authorē serpentis accusauit latenter. Gene. iiij. de pe. di. j. serpens. Authoritatem autem excōmunicandi & maledicendi habet ecclesia ex diuersis locis scripture sacre. Mat. xviii. Sic ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. ij. q. j. si peccauerit. extra de iudic. nouit. & Mat. xxj. & Mar. xj. Maledixit dñs ficulnee fructū non ferenti. & Act. viij dixit Petrus simoni mago: Pecunia tua sit tecum in perditionem. j. q. j. reperiuntur. & c. qui studet. Et quod sancti possint maledicere ex causa, habetur. xxiiij. q. iij. §. sed qui pro. & c. sancti. ij. Joā c. j. Siquis venit ad vos & hanc doctrinam non habet: nolite hunc recipere in domum: nec aue ei dixeritis. xxiiij. q. j. ois qui. xj. q. iij. excommunicatos. j. ad Cor. v. Siquis frater nominatur. ij. q. j. multi. vbi exponitur hec authoritas in eodem. Nescitis quod modicum fermentum totā massam corrumpit? expurgate vetus fermentum. Item. Auferte malum ex vobisipsis. eiusdem vlti. Siquis non amat dominum nostrum iesum christum sit anathema. Item Gala. vlti Siquis vobis euangelizauerit preter id quod accepistis anathema est. Item. j. ad Timoth. j. Ex quibus est Hymeneus & Alexander quos tradidi sathane: vt discant nō blasphemare. sicut ouis morbida a grege separatur: ne grex ex ea inficiatur. xlv. di. sed illud. xxiiij. q. iij. corripiantur extra de sen. mo. ea que. j. respōso. Et sic membrū infirmum & corruptum abscinditur, ne cetera membra per illud corrumpantur. xxiij. q. iij. resecande. & c. corripiantur. & sicut humores mali a corpore edu-

Excōicationis sententia an sit in aliquem ferenda.

Iudiciū duplex.

Excōicandi authoritates vñ hz ecclesia

cuntur: ne infirmitatem corpori inducant: sic homines pestilentes a corpore ecclesie per excommunicationem separandi sunt: ne ceteros corrumpant: ut de hoc. xj.q.iij. quasi per totum. & xxiiij. q.j. quasi per totum. & extra de sen. excommuni. per totum. Aug. Mali christiani sic sunt in corpore christi mystico: quod est ecclesia. xxiij. q.v. de liguribus: quo humores mali qui quando evomuntur: tunc relevatur corpus, de conse. di. iiij. est virtus: sic & mali quando exeunt tunc ecclesia relevatur, & dicit: ex me exierunt humores isti: sed non erant me. cap. ad hoc de peniten. distin. iiij. si ex bono.

Malefici an ultimo supplicio sint plectendi.

Sequitur de errore illorum qui dicunt maleficos non esse puniendos pena corporali maxime morte: & quia et tot videtur posse muniri his testimonijs sacre scripture. Gene. ix. Quicunque effuderit sanguinem humanum: fundetur sanguis illius. Item Exo. xx. Non occides. xxiij. q.v. si non licet: quod verbum adiunxit dominus Matth. v. Non occides. Roma. xij. Hebre. x. Deut. xxxij. Mea est ultio &c. Ezechie. xviij. & xxxiij. Nolo mortem peccatoris &c. Item Mat. v. Ego dico vobis non resistere malo. In eodem Qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio: si ergo non licet irasci fratri ergo non licet eum occidere. Item in eodem. Diligite inimicos vestros: & eiusdem. xiij. de zizanijs superseminatis: dicunt servi. Vis imus & colligimus ea? & ait paterfamilias: non, ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticum, sinite utraque crescere usque ad messem. xj. q.iij. nolite. ij. q.j. multi. Item Luce. vj. Nolite condemnare & non condemnabimini. Roma. xij. Non vos defendentes charissimi: sed date locum ire. scriptum est .n. Prouer. xx. quantum ad sententiam. xxiij. q.j. §.j. mihi vindictam. j. Joan. iij. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in se manentem. Mat. xxvj. Omnis qui acceperit gladium: gladio peribit. Item Joan. viij. Dimisit dominus in pace mulierem in adulterio deprehensam. liij. q. vij. qui sine. & ca. postulastis. Predicte authoritates & alie pro ista parte ponuntur. xxiij. q.j. §.j. & q. iiij. §. ex his omnibus colligitur. & q. v. §.j. & q. viij. §.j. Ad primum dicendum, quod illud Gen. ix. Quicunque effuderit &c. & illa Mat. xxvj. Omnis qui acceperit gladium &c. potius ostendunt (si diligenter inspiciantur) aliquem quam neminem debere occidi. Quum .n. sententia domini indubitanter sit iusta: quicunque sanguinem humanum iniuste fuderit: iustum est ut gladio pereat: ergo in aliquo casu sanguis humanus iuste effunditur, & homo iuste gladio perit. Et sicut quum paterfamilias prohibet ne quis accipiat de vino alicuius dolii sui: non est intentio sua: ut non accipiat ille cui ipse hoc iusserit: sed ne hoc aliquis sua authoritate accipiat, quia in generali sermoni persona loquens intelligitur excipi. ff. locati: qui insulam. §. fi. C. de solu. ij. quisquis. C. de consti. pecu. autem: sed et a. ff. de condi. & demonstra. qui heredi. § plautius. ex. de iureiuran. petino. Sic quum dominus dixit, Non occides, non fuit intentio sua: ut non occideret quis in casibus illis in quibus ipse hoc permisit: vel precepit: sed ne aliquis occideret aliquem authoritate propria. xxiij. q. v. §. hinc apparet. & c. si non licet. Unde post illud verbum: non occides. dominus in eodem lib. in multis casibus precepit occidi. Unde etiam Exod. xxxij. unde in Deute. xxxij. Mea est ultio. Illud autem Ezechie. Nolo mortem peccatoris &c. de morte eterna potest exponi. iij. q. iiij. hi qui. xxvj. q. vj. agnovimus. De morte etiam temporali verum est: quod deus non mortem peccatoris: quinque quem previdet corrigendum esse & misericorditer ipsum expectat ad misericordiam. Sapien. xj. Roman. ij. & ix. Mors vero illius peccatoris, qui sibi nocet. peccatum peccato addendo & alios subvertendo & corrumpendo, de cuius correctione spes non habetur: indubitanter sibi & ecclesie dei utilis est. c. bonum. xxiij. q. iiij. siquis fortitudinem. Ad illud Mat. v. Ego dico vobis non resistere malo. Et illud Ro. xij. Non vos defendentes charissimi, dicendum est quod loco & tempore debet aliquis, & potest non resistere malo: & non defendere se: ut fiebat in ecclesia primitiva quando per miracula & passiones ecclesia novella plantanda erat loco: & tempore potest homo resistere malo & se defendere, nisi .n. ecclesia ab infidelibus defenderet se posset ab eis occidi: & sic periret honor & cultus divinus. Luc. xxij. ait dominus. Qui non habet gladium: vendat tunicam suam & emat gladium. At illi dixerunt ei. Ecce duo gladij hic: quibus dominus: satis est: si non habet ecclesia nisi gladium spiritualem: dicendum fuit: unus est. & non fuit dicendum, satis est. De hoc plene dixi in prima parte istius operis. ar. xl. in fi. vel si scribitur etiam & in ista. ij. parte. §. si autem queratur. vel ij. aliud quod opponitur, m. c. lviij. Item paulus restitit malo secum ducens milites. Act. xviij. xxiij. q. iij. maximianus. & q. v. de occidendis. Ad illud Luc. vj. nolite condemnare &c. prohibetur condemnatio inordinata & ubi incerta est culpa eius qui condemnatur. xj. q. iij. grave. ij. q. j. multi. & c. deus. Ad illud. j. Joan. iij. Omnis homicida qui occidit: non habet vitam &c. dicendum est quod non reputatur homicida qui precepto dei hominem occidit: sed qui odio vel desiderio vindicandi se hominem occidit. xxiij. q. v. cum minister. c. miles. c. officia vindicte. & c. cum homo ab homine. Aug. in questionibus levitici. Quum homo iuste occiditur lex eum occidit: non homo. xxiij. q. v. cum homo. ij. Et qui peccat: non peccat legis authoritate xxiij. q. iiij. qui peccat. Tunc ergo homicidium imputandum est: quando ex corde & voluntate propria mala procedit. Ex corde .n. procedunt cogitationes male homicidia &c. Mat. xv. xv. q. vj. c. j. Ad illud Matth. xiij. Sinite utraque crescere usque ad messem: ne forte colligentes zizania &c. dicendum est quod dominus non dixit hoc nisi ut parceretur tritico: ergo noluit parci zizanijs in tritici detrimentum: ergo quando potest eis parci sine tritici detrimento voluit eis parci: ubi ergo crescunt zizania & suffocant triticum: noluit zizanijs parci: & hoc etiam observant heretici in agris proprijs: ubi enim vident zizaniam: vel alias herbas noxias: quas possunt eradicare sine tritici damno crescere in agris suis: & credunt nisi fuerint carni. extra de sta. mo. ne in agro. in clemen. In agro vero hominis: idest in ecclesie: pertinaciter contendunt eradicationem in consimili casu nullo modo debere fieri. Nec mirum quum ipsi zizanie sint: & sententiam mortis timeant. extra de here. sup eo. Siquis vero dicat quod ij qui sunt zizania possunt fieri triticum: hoc verum est: sed hoc incertum est an futuri sint triticum: sed certum est quod triticum suffocant: quia simplices subvertunt: & raro vid類emus hereticorum veram conversionem: sed frequenter bonorum subversionem, ex. de here. ut officium. §. j. li. vj. Ideo bonum conversionis rarum: & valde incertum: & valde difficile: unde non debet preponi damno magno & frequenter accidenti. ff. de legi. nam ad ea que dum vana spe parsis parcitur irreparabilis multitudo per eos perdatur. Hoc enim tale esset, ac si paucis lupis in medio gregis existentibus & gregem lacerantibus parceretur, quia forte illas oves aut agnos

faciet deus: ꝛ paucos leprosos dimitteremus populi corrumpentes eum: q꜄ forsitan illos deus sanabit facilius rabies lupina seuit in gregem: ꝙ̃ mansuetudinē trāseat in ouinā. ex̄ de elec. ne pro defectu. Et cōtagiū lepre facilius a leprosis deriuaẜ ad sanos: ꝙ̃ a sanis sanitas ad leprosos. Et iura ad ea ꝗ frequentiꝰ accidunt: adaptanẜ. ff de legi. nam ad ea. Quod aūt dictū est de hereticis qui sunt zizania nō tolerandis: sed ꝑcidendis. ex̄ de here. sup eo. li. vj. ꝛ si fuerint incorrigibiles secūdo corporaliter puniēdos: intelligēdum est de manifestis. de qbus. xxiij. q iiij. qm̄. ex̄ de here. excōicamus. j. ꝛ. ij. Secus de occultis: q non possunt separari a tritico: vel a grege. ꝛ sic intelligiẜ illa parabola de zizania tolerāda vsq꜄ ad messem ac crescenda. de qbus. xxiij. q. iiij. quātus. ꝛ c. quidā cū bonoꝝ. ꝛ. xj. q. iij. audi.

Hoiez oc cidere licet. Qꝛ aūt licitū sit in multis casibus hoiez occidere: manifeste pōt ostēdi testimonijs sacre scripture. Luc. xix. Inimicos meos illos q noluerunt me regnare sup se adducite ante me ꝛ interficite. Mat. xxij. Missis exercitibus ꝑdidit homicidas illos. Greg i homil. Angeloꝝ agmina sunt exercitus regis nostri missis ergo exercitibus extinxisse homicidas dicit: q꜄ in hoibus oē iudiciū p angelos exercet. homicidas ergo ꝑdit: q꜄ ꝑsequētes interimit. ciuitatē eoꝝ igni succendit: q꜄ illoꝝ non soluz aie: sed caro quoq꜄ in qua habitauerunt eterne gehenne flāma cruciabiẜ. Ro. xiij. de illo q habet potestatem, dei minister est, vindex in iram ei qui malum facit. Luc. xviij. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum ꝛ proiice abs te Idē Mat. xviij. Ergo ecclesia abscindere debet membrum: quod corrūpit cetera membra Tullius. Sicut quedam amputanẜ si languent: ꝛ tanꝙ̃ spiritu carere ceperint: nocētq꜄ reliquis partibus corporis: sic ista in figura hoīs falsitas ꝛ immanitas belue a cōi humanitate segregāda est. Iaco. ij. Abraam pater noster nonne ex operibus iustificatus est offerens filiū super altare? Ergo abraam placuit deo: q꜄ ad preceptum eius voluit occidere filium suum. xxiij, q. v. si non licet. ꝛ Abraam non solum ꝛc. qui precepto domini occidit hominē non peccat. Item. j. ad Timoth. ij. ibi precipitur orari pro regibus: qui habent gladium materialem ad iustitiā faciendaz xxiij. q. v. regū. Ro. xiij. Nō est potestas nisi a deo. ꝛ paulopost. Dei minister tibi est in bonum. si enim malum feceris time. non enim sine causa princeps gladium portat. xxiij. q. j. quid culpatur. ꝛ. q. v. solum. Luc iij. approbatur militia. ꝛ. xxiij. q. j. quid culpatur. ꝛ. c. militare. Item petrus occidit ananiam ꝛ saphyram. Act. v. xxiij. q. viij. legi. ꝛ. c. occidit. Siquis dicat ꝙ occidit sed non gladio: sed idez est lingua occidere. de pe. di j. periculose. l. dist. siquis viduam. extra de homici. sicut dignum. Rationibus etiam potest ostendi ꝙ liceat in casu hominem occidere. Primo sic. aut paruuli sunt erudiendi ꝛ corripiendi. saltem leuibus flagellis: aut non si non: ergo dimittendi sunt omnibus vitiis. ꝛ minus curādum est de eis: ꝙ̃ de equis ꝛ asinis. si ergo paruuli corripiendi sunt. v. q. v. non omnis. c. non osculatur. multo magis adulti quum malitia eorum magis sit noxia. Item constat ꝙ bruta de puteis ꝛ cisternis extrahuntur: si in illa ceciderint s̄m illud Luc. xiiij. Cuius vestrum asinus aut bos ꝛc. multo potius homines extrahendi sunt etiam inuiti a periculis corporalibus. si sic vero occurriẜ morti corporali: quāto magis occurrenduz est morti spirituali? sic argumētatur Aug. xxiiij. q. iij. displicet. Item si furiosi sunt includendi vel ligandi ne sibi vel alijs corporaliter noceant: multo fortius mente insani cohibēdi sunt, ne se spiritualiter occidant. sic etiam argumentatur Aug. xxiij. q. iij. nimium. Si vero homines pro leuibus culpis leuiter sunt puniendi si culpa augeatur: augeri debet ꝛ pena. extra vt lit. non contest. qm̄ frequenter. ergo quum culpa augeri possit vsq꜄ ad homicidium: ergo ꝛ pena augeri potest ꝛ debet vsq꜄ ad homicidium. scilicet vt pro iniusto homicidio: quod aliquis commisit: iuste occidatur. Item aut mors corporis est pena omni culpa maior: aut non. si sic ergo deus male inflixit eam pro comestione pomi vetiti. Gen. iij. Si non: ergo aliqua culpa punienda est morte corporali. Item si homicidium iniustum est puniendum: aut erit puniendu3 morte corporali: aut pena minori. si morte: ergo licet aliquem occidere. si pena minori: aut in infinitum minore aut non. si sic: ergo nullius comparationis erit id quod patiẜ: ad id quod intulit. vnde talis erit iustitia: vt siquis dāpnificasset alium in mille milibus librarum: ꝛ puniretur amissione minoris festuce. Si vero pena minori: sed non in infinitum: tale est ac si damnificasset proximum in tribus marchis. ꝛ puniretur in vna. Itez qui deum impugnat in beneficio accepto ab eo: meretur illud beneficium amittere. xcvj. di. si imperator ꝛ. j. q. vij. c. j. vbi de hoc. ꝛ extra de postu. c. si. vbi. plene de hoc. ergo qui vita sua a deo accepta, deum impugnat meretur vitam amittere. Item si mors eterna infligenda est pro aliqua culpa: quanto magis tēporalis. Mat. xxv. ibi. Item maledicti. Preterea. nonne contra dei inimicos est pugnandum ꝙ̃diu resistunt. vel saltem repugnandum ꝙ̃diu impugnant. si vsq꜄ ad mortem corporis: repugnandum erit eis vsq꜄ ad mortem., vel si non est repugnandum fugere debet tota ecclesia. vel permittendum est ꝙ tota occidatur: ꝛ ꝙ cultus dei destruatur: vt corporibꝰ impiorum parcatur. Patet ergo ꝙ heretici sub specie pietatis honorem dei ꝛ religionem fidei destruere possunt. Et ipsi sunt pij in lupos: ꝛ crudeles ouibus ꝛ agnis. c. bo. xxiij. q. iiij. qm̄ vult. Mat. vij. Attendite a falsis prophetis ꝛc. ipsi pij sunt in fures ꝛ alios maledicos: crudeles vero in innocentes. Item si verbo contradicendum est hereticis. xxiij. q. vj. vides. nō est ratio aliqua quare potius manus debeat esse exēpta, ꝙ̃ lingua que pro deo pugnet. Item si bestie: vt lupi leones serpentes exterminande sunt pro salute corporum: quanto fortius spirituales bestie pro salute animarum. c. xxxviij. di. sedulo. Et est conueniens similitudo habito respectu ad venenum pseudo ꝑdicatorum. Tullius. Quid interest: vtrum ex homine quis se conuertat in beluam: an sub figura hoīs immanitatem gerat belue? Gualfredus. Quid prodest hoīes ab hoībꝰ appellari: si (iudicio veritatis) canes malitia. sues immunditia. vulpes astutia. serpentes odij ꝛ inuidie virulentia. vana gloria volucres reputari? Item hereticus in ecclesia est vt ouis morbida in grege: vel vt membrum cancerosum in corpore: ergo quod faciendum est de oue pro grege. ꝛ de membro canceroso pro corpore: hoc faciendum est de heretico pro ecclesia. xlv. di. sed illud. extra de sta. mo. ea que. j. rn. xxiij. q. iij. resecande. Et notandum ꝙ de illis hereticis specialiter est iustitia qui negāt iustitiaz faciendam tanꝙ̃ de manifestis hostibꝰ iustitie: quaz colere summum bonum est in hac vita. xij. q. ij. cap. cum deuotissimam Siquis vero dicit hereticos occidendos a deo: non ab ecclesia: ergo ecclia exponen-

da est ⁊ sine defensione dimittenda. quod est contra illa.c.xxiii.q.v.principes. ⁊.c.regum.⁊.c.de liguribus. c.quali.c.relegentes. Item dominus hereticos vult occidi ⁊ mandat. Deuter.xiii. Si audieris in vna de ciuitatibus quas dominus deus dabit tibi: inhabitare illic dicentes. Eamus ⁊ seruiamus diis alienis, quos non nosti: interficiens necabis omnes q sunt in ciuitate ⁊c.xxiii.q.v.si audieris.vbi de hoc legitur ⁊ no.ꝙ heretici possunt occidi. Idẽ legitur ⁊ no. xxiii. q.iiii.qu in gl.vlt.⁊.c.est iniusta.circa prin. Preterea q de causa volunt tãtum heretici parci corporibus malorum a morte. Si propter spem correctionis: vbi nõ est spes correctionis: ibi cessare debet falsa pietas. c. op.xxiii.q.iiii.est iniusta. Si vero propter preciositatem vite corporis: propter maiorem preciositatẽ animarum.xii.q.i.scimus.non erit eis parcendum: quia maius est periculum animarum ꝗ corporum.c.xxiii. q.iiii.quando.xxiii.q.iii.quidam.ver.manichei.propterea manichei qui dicũt corpora esse a diabolo: nõ habent quid rñdeant.destruenda enim erunt a filiis dei: quum sint opera diaboli: qui sunt huius erroris sub specie pietatis ipsis corporibus nocent. Reprobi enim quo amplius viuent: amplius in inferno puniuntur. addendo enim peccata cumulant supplicia suppliciis. ⁊ quantum ad corpus, ⁊ quelibet pars suppliciorum infernalium maior videtur esse supplicio mortis corporalis.c.de pe.di.vii.nullus.ad fi. vbi loquitur de pena purgatorii que maior est omni pena vite huius: multo potius infernalis. Item licet cõcupiscentia rei aliene sit inhibita. Exo.xx.xxiiii.q.v. penale.tñ qui rem alienam iniuste vsurpat: iuste re sua priuatur. ergo a simili: licet homicidium sit prohibitum: tñ qui iniuste occidit: iuste occiditur. Item cuꝫ nemo habens mentem bene dispositam dubitet in rebus ceteris ab hoĩe corruptura esse auferẽda: quare heretici in solis hominibus hoc non recipiũt. Ad quod potest dici ꝙ fures ⁊ alii malefici non libenter dant sententiam quaꝫ vident contra se esse: immo dicunt maleficos iniuste occidi: sed non est in hoc fides adhibenda: contra scripturam diuinam superius ⁊ inferius memoratam. Item quum heretici sint lupi rapaces intrinsecus. Mat. vii. extra de hereti. vt officiuꝫ.§.si vero.li.vi. ipsi bene vellent ꝙ non essent canes: id est predicatores.xliii.dist. sit rector.in grege domini qui eos a grege arcerẽt. Item si non est distinguendum circa hoc preceptum: Non occides.q2 euangelium non distinguit: ergo occidere quẽꝗ semper est peccatuꝫ mortale: ergo mortaliter peccat: qui culicem vel pulicem occidit: sicut dicunt aliqui ex eis heretici.quod est falsum: q2 occidere interpretationẽ

Occidere nonnũꝗ meritoriũ

recipit.xxiii.q. v. si non licet. Quia autem occidere frequenter ⁊ in casibus non sit peccatum: immo meritum in gratia existenti apparet authoritatibus no. ⁊ ve.testa. ⁊ canonum ⁊ legum. Unde dominus ad moysen. Maleficos ne patieris viuere. Exod. xxii. xxiii.q.viii.§.i. Item qui coierit cum iumento: morte moriatur. Leuiti.xx.⁊.xxxv.q.i.mulier. Itẽ adulteri ⁊ blasphemi lapidari in lege iubentur. Iod. viii. Dan.xiii. Leuiti.xxiiii. Siquis blasphemauerit nomen domini: morte moriatur.iii. q.vii. postulatus. Moyses cultores idoli morte puniuit. Exod.xxxii. xlv.di.disciplina. Samuel regeꝫ amalech Agag pinguissimum in frusta concidit.i.Regũ.xv. Et Phinees occidit iudeum coeuntem cum madianita.⁊ reputatum est ei ad iustitiam. Numeri.xxv.de hoc.ii. q.vii.§.his ita.i.q.iiii.§.notandum.xxiii.q.v.§.i.⁊.q. viii.occidit. Item Augustinus ad publicolaꝫ.xxiii. q.v.de occidendis. De occidendis hominibus ne ab eis quisꝗ occidatur: non mihi placet consilium: nisi forte sit miles: aut publica functione teneatur: vt nõ pro se hoc faciat: sed pro aliis ⁊c. Item Augustinus in lib.de ciuita.dei. Nequaꝗ contra hoc preceptum fecerunt quo dictum est, Non occides. qui deo authore bella gesserunt ⁊c.xxiii.q.v.si non licet.vbi laudatur Abraam, qui obedienter voluit filium occidere. Sic etiam excusatur Iepte qui filiam occidit. Iudi.xi.⁊ Samson qui se occidit. Iudi. xvi. quia spiritussanctus hoc latenter iusserat. Item Augu.li.i.de ciui.dei. Miles quum obediens potestati sub qua legitime constitutus est hominem occidit: nulla sue ciuitatis lege reus homicidii est: immo nisi fecerit reus impii deserti atꝫ contempti est ⁊c.xxiii.q.v.miles. Ad hanc materiam vide originalia Aug. Hiero. Ambro. Cypriani. ⁊ aliorum.xxiii.q.v.lex c. cum homo.c. regum.c. non solum.c. qui malos.ca. homicidas.c.si audieris.c.sunt quidam.c.rex debet.c.si homicidium.c.cum homo.c. cum excommunicatoruꝫ. Item propter peccatuꝫ vane glorie Dauid angelus domini.lxx.milia de populo interfecit.ii. Reg.c.vlti. i.q.iiii.§.his ita.ver.item dauid. Item dominus precepit filiis israel: vt populis amorreorum, chananeorum: ⁊ aliorum nationum, propter peccata eoꝝ non parcerent: sed omnes morti traderent: ⁊ terram eoꝝ possiderent.xxiii.q.v.§.hinc notandum. Item in lege dñi dicitur Deutero.xiii. Si frater tuus: ⁊ amicus tuus: ⁊ vxor que in sinu tuo dormit: deprauare voluerint veritatem: sit manus tua super eos: ⁊ effundes sanguinem ipsorum.xxiii.q.viii.legi. Ad ideꝫ.c.q.occidit.⁊.c.petrus.⁊.c.quicunꝗ.

De castitate honore religiosorum ⁊ aliorum ⁊ de immunditia malorum. De occasionibus luxurie. Cap. 73.

Discusso longe lateꝗ de inobedientia religiosorum nrĩ tpis: ⁊ que sit: ⁊ in quibus consistit vera obedientia. Recta etiam occasione pertractato de disciplina prelatorum: quõ eam facere debeant: ⁊ subditi sustinere: ⁊ quõ possunt exedicare rebelles: ⁊ quo illi q potestatem habent: possunt licite occidere impios. Nunc de immunditia vel incestu

De inhonestate religiosorũ.

⁊ eorum fornicationibus: qui mali sunt religiosi: ⁊ castitate ⁊ mundicia eorum: qui boni sunt: tractandum est. Tertiũ enim substantiale eorum trium que promittunt: castitas est. extra de sta.mo.cum ad monasterium.§.si xxvii.q.i.nuptiarum. De fornicatione aũt aliqd tractaui in hac.ii.parte.vbi dixi de anachoritis: in materia begardorum: in errore eoꝝ: qui dicunt non esse peccatum fornicari.in.§.septimus error.in.c.lii.sed hic latius pertractabo. Et primo de

Occasio imũditie.

occasionibus fornicationis: maxime in religiosis. occasio aũt in eis ⁊ in quocũꝗ immunditie vtiaꝗdeꝫ est gula. Cõiter eniꝫ religiosis istius tpis gastrimargi.i.gulosi sunt. Gule autem due species sunt. crapula.i.cruda epula.⁊ ebrietas.i. potus extra mensuraꝫ. Ro.xiii. Non in comessationibus ⁊ ebrietatibus. ex de vi.⁊ ho.cle.a crapula. vbi de hoc. vtrũꝗ istoꝝ luxuriã puocat. De vino dicit apls ad Ephe.v.⁊ xxxv. dist.in palea.vinolentum. vinum ⁊ ebrietas incen-

diū est ibi. Nolite inebriari vino in quo est luxuria.
non formaliter: sed per accidens. extra de iureiu. c. si
christus. Hiero. Luxuriosa res est vinum. xxxv. di. lu
xuriosa res est. Et iterum ibi Prosper. c. luxuriam.
Luxuriā facit ꝛ nutrit vini perceptio nimia: nō na
tura. Noe i ebrietate nudauit femora. Gen. ix. xxxv.
di. §. j. ꝛ. c. vj. Item loth inebriatus concubuit cū fi
liab⁹. Gen. xix. de quo. xxxv. di. §. j. ꝛ ꝺ quo dicit Am
bro. ꝙ fuit in eo ebrietas incestus origo. xxxv. di. sex
to die. xv. q. j. inebriauerūt. ꝛ Hierony. Venter mero
estuans facile despumat in libidinem. xxxv. di. §. j. ꝛ
in palea venter. Inno. iij. Ebrietas ꝛ mētis inducit
exilium: ꝛ libidinis prouocat incentiuum. vt in. c. a
crapula. extra de vi. ꝛ hone. cle. Vēter ꝛ genitalia si
bimet vicina sunt: vt ex vicinitate membrorum, con
federatio intelligatur vitiorū. xliiij. di. §. j. Nabuzar
dā princeps coquorū muros hierusalem destruxit.
iiij. Reg. vlt. q: venter cui multitudo coquorum de
seruit: edificia virtutum ad solū redigit. xliiij. di. §. j.
Nilus monachus ait. Castitatem generat continen
tia. concupiscentia autem gule mater libidinis est. vt
pre. c. a crapula. Qui impugnatur a spiritu fornica
tionis concupiscentie saturitatem percipit. versus.
Subtrahe ligna foco si vis extinguere flammam:
Si carnis motus ocia vina dapes. Qui repleuerit
ventrem ꝛ promiserit castitatem: similis est ei q dicit
se posse refrenare ignes in palea vel stipula. quemad
modum enim ignis impetum in arundineto discur
rentem coercere impossibile est: impetum libidinis
ardentē sic impossibile est in saturitate compescere.
Columna confirmatur super basim: ꝛ fornicationis
passio in saturitate requiescit. hucusq; nilus. Hieron.
in Michea. Ecclesie principes qui delicijs affluūt:
ꝛ inter epulas atq; lasciuiam pudicitiam se seruare
credūt: propheticus sermo describit, ꝙ eijciendi sunt
de spaciosis domibus lautisq; conuiuijs ꝛc. xxxv. di.
ecclesie. Bern. Periclitatur castitas in delicijs. humi
litas in diuitijs: pietas in negotijs: veritas in multi
loquio: charitas in hoc seculo nequā. Nilus. Ligno
rum copia ingentem suscitat flammam. multitudo
autem escarum nutrit concupiscentiā flamma ignis
obscuratur deficiente materia: ꝛ escarum indigentia
desideria carnis marcescunt. spinas germinat terra
inculta: ꝛ mens gulosi germinat cogitationes turpis
simas. nescit dolorem ignis corpus mortuum: neq;
continens concupiscentie mortue voluptatem. No
miserearis corpori si lassitudinem defleat. nec velis
saginare cum affluentia escarum. si enim preualue
rit: insurget aduersum te: ꝛ bellum sine federe cōmo
uebit aduersum te, donec capiat aīam tuam. ꝛ quasi
seruum tradat spiritum fornicationis vitio. hucusq;
Nilus. Cassian⁹ in. v. lib. de gastrimargia ait: Qui
buslibet escis refectus vēter seminaria luxurie parit.
Sodomitis cā luxurie saturitas extitit panis. Ezec.
xvj. Et q: per saturitatem panis, inextinguibili car
nis ardore fuerunt succensi, iudicio dei celitus igne
sulphureo concremātur. Q: si illos panis nimietas
ad tam preruptum flagitiorum precipitium vitio sa
netatis impegit: quid censendum est de ijs qui vege
tato corpore perceptionem carnium ꝛ vini immo
derata libertate presumunt: nec quantū expetit im
becillitas: sed quantum libido animi suggerit: vsur
pantes hec cum carnis cura in desiderijs, cōtra apo
stolum Ro. xiij. di. v. non mediocriter. in fi. vbi etiā
de hoc in gl. fi. Idem in eodē. Non habet perpetuā
castimonie puritatem quisquis non iugem tempe
rantie equalitatem tenere contentus est. Rome. ix.
Idem in eodem. Nunquid poterit ardentis concu
piscentie stimulos cohibere, quisquis desideria gule
refrenare nequiuerit? Interioris hominis castitas
virtutis huius consummatione discernitur. Nunq̄
enim robustioribus emulis colluctari posse cōfidas
eum quem in leuiori conflictu conspexeris ab infir
mioribus paruisq; superari. Idem in eodē. Impos
sibile est saturum ventrem pugnas interioris homi
nis experiri: nec bellis robustioribus attētari dignū
est eum qui potest deijci leuiori conflictu. Item Cli
macus in gradu. xiiij. de gula. Gula est delectationū
libidinis foris fornicationis patratrix. tribulatio ve
ro ventris conciliatrix est castitatis. Quis suum vē
trem ꝛ fouet ꝛ contendit spiritum fornicationis ex
tinguere? Immundus demon gule recedit post ci
bi repletionem: ꝛ fornicationis spiritum nobis mit
tit. qui veniens ꝛ inueniens ventrem grauatū som
no ligat pedes eius ꝛ manus: ꝛ omnia quecunq; vo
luit de reliquo fecit: ꝛ corpus ꝛ animam phantasijs
ꝛ inquinationibus ꝛ collutionibus fedauit ꝛ sordi
dauit. Ampla ꝛ spaciosa est via ventris: que ducit in
fornicationis perditiones. Mat. vij. Luc. xiij. ꝛ mul
ti sunt qui vadunt per eam. l. di. tua. q: angusta ꝛ ar
cta est ieiunij ꝛ abstinentie via: que ducit in vitā ca
stitatis: ꝛ pauci sunt qui ingrediuntur per eā. xxviij.
di. de his. filius primogenitus gule, minister fornica
tionis. vincens gulam ad impassibilitatem ꝛ castita
tem ascendit. Hucusq; climacus. Secunda occasio
ꝛ materia fornicandi religiosis ꝛ cuicunq; est con
uersatio mulierum ꝛ iuuenum. Unde Nilus. Oleū
enutrit lucernam: ꝛ ignem luxurie confabulatio mu
lierum. Facies mulieris sagitta est virulenta. Infli
xit vulnus in anima: ꝛ venenum ibi reposuit: ꝛ quā
to magis memoratur: ampliorem putredinem ope
ratur. Qui cauet hec iacula: non se ingerit solennita
tum frequentie: neque in festiuitatibus quasi amēs
ꝛ stupidus circumuagatur. Melius namq; est ma
nere in domo ꝛ vacare orationibus: q̄ si putet ho
norare festiuitates: ꝛ cum inimicis confideat. facit
optime quod legitur ꝛ no. xxiiij. q. j. odi. in glo. c. con
tra. Item Nilus. Fuge confabulationes mulierū
si castus esse volueris: ꝛ ne tribuas eis fiduciam ali
quando audere in tuis conspectibus comparere.
Religionem in initijs aut habent aut simulant: po
stea audebunt omnia procaciter. Prima confabula
tione obtutum habent deorsum: loquuntur mitius:
ꝛ compatiendo lachrymas fundunt: habitum prefe
runt honestatis: ꝛ ingemiscunt amariter. sciscitan
tur de pudicitia: ꝛ cum deuotione auscultant. Secun
do iuisti ꝛ vidisti: ꝛ pusillo innuunt. Rursum tertio:
ꝛ incendunt procaciter. Subrisisti: ꝛ ille profuse risē
re. Exornantur deinde ꝛ euidenter se tibi ostendūt.
obtutum componunt vt annuntient passionem. Su
percilia extendunt ꝛ palpebras subuertunt. denu
dant ceruices. ꝛ toto corpore franguntur. verba lo
quuntur quibus passio emollitur: ꝛ loquelam studēt
seductionis, vt auditum permulceant. ꝛ in omnibus
his animam tuam impugnant. Hec autem efficiun
tur tibi hami inescantes ad mortem: ꝛ velut nebula
multimoda trahens in perditionem. Non te deci
cipiant verbis cum modestia abitentes. Absconsū
namq; in eis est venenū bestiarū nequissimū. Ma
gis appropinqua igni ardēti q̄ muleri nouelle: quū
ipse maxime sis iuuenis. Igni namq; accedēs quū
doiueris cito exilies. mulieris vero sermonib⁹ emol

litus, nõ facile valebis abscedere. Germinãt herbe
que secus aquas constiterint: passio libidinis in cõ-
fabulatione mulieris. Fluctus maris comminat pe
riculum, forma mulieris parturit perniciem. Forme
pulchritudo peius ꝙ procella. consurgunt procelle:
sed quidem ob vite desiderium inter eas possumus
tranare. species autem mulieris si semel deceperit: et
ipsam vitam contemnere facit. Exo. iii. Rubus soli-
tudinis flammam ignis effugit illesus. ⁊ pudicus re
motus a mulieribus non est inflammatus libidinis
vitio. Sicut ignis memoria non comburit mentem:
sic nec passio preualet si non fuerit presens materia.
Si misertus fueris hostis erit tibi inimicus. Seneca.
Caue tibi de inimico reconciliato. Et si peperceris
passioni: insurget super te libidinosa illecebra. Ad vo
luptatem pertrahit facies mulieris impudice. castus
vero commouet ad glorificationem dei. Si quieue-
rit passio in confabulationibus mulierum ne credi-
deris ei quasi impassibilitatem tibi promittat. Nam
canis qñ commouerit caudam: congaudet. siquidem
si capiatur a turba. foris autem progrediens ppriã
ostendit nequitiam. Qñ mulieris memoria impassi
bilis efficitur: ⁊ phantasia eius non commouet pas-
sionem: tunc existimato fines conscendere castitatis.
qñ autem figmentum eius te ad contemplationem
suscitat: ⁊ membra eius potest coaptare virtutibus:
tunc confide in natura esse virtutis. Sed nec sic ve-
lis remorari in eius cogitationibus. neqȝ multũ vo
luas in mente tua formam mulieris. est enim passio
que facile in aliud transfert. ⁊ periculũ habet in pro
ximo. ⁊ res de facili ad suam naturam reuertit. ff. de
pac. si vnus. c. xxxv. di. ab exordio. Natura castissima
corrumpitur: si diutius phantasie mulierum in ani-
mo immorentur. In paleis si retardet ignis: excitat
flammam. sic memoria mulieris succendit concupi-
scentiam. hucusqȝ Nilus. Item Jo. cassi. in. vi. li. de
spiritu fornicationis ait. Humani generis conditor
opificii sui naturam pre omnibus emendationemqȝ
cognoscẽs, illic curam adhibuit medicine vñ causas
morbi pñcipaliter nouerat emanare: inquiẽs. Mat.
v. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam:
iam mechatus est eam in corde suo. xxxii. q. v. qui vi
derit. Petulantes oculos notans, non tam eos ar-
guit: ꝙ illum interiorem sensum qui officio eorũ male
vtitur ad videndum. Super verbo autem illo deca
logi, Non mechaberis ⁊c. dicit Aug. Nõ mechabe-
ris. i. non ibis ad aliquam aliam preter vxorem tuã.
Tobie. iiii. Attende tibi fili ab omni fornicatione: ⁊
preter vxorem tuã nunqȝ patiaris crimen scire. Tu
enim hoc exigis ab vxore: nõ vis hoc reddere vxori:
quum debeas in virtute precedere vxorẽ. xxxii. q. v.
non mechaberis. ⁊. q. vi. nõ mechaberis. Turpe est
aũt vt vir dicat nõ posse fieri qđ femina facit: vir nõ
potest. Noli aũt dicere, vxorẽ nõ habeo. ad meretri
cẽ pergo nec hoc pceptũ violo quo dicit, nõ mecha-
beris. Jã. n. nosti pctum tuũ. iam nosti qđ mãduces:
qđ bibas. immo quẽ mãduces quẽ bibas. Abstine
ergo te a fornicationibus. Quũ. n. imaginẽ dei quod
es tu, corrũpis p fornicatiões ⁊ defluẽtias libidinis:
ipse etiam dñs q scit quid tibi vtile sit: hoc pcipit ne
p illicitas voluptates corruat templum eius qđ esse
cepisti. ad hec. xxiiii. di. audite charissimi. ⁊ est palea.
de pe. di. i. agite. xxxii. q. iiii. meretrices. Item Hiero
sup pdicto verbo, Qui viderit mulierem ⁊c. Inter
passionẽ ⁊ ppassionẽ hoc interest: ꝙ passio reputat p
vitio. ppassio licet vitii culpã habeat: non tñ erit in
crimine. Ergo qui viderit mulierem ⁊ ala eius fue-
rit titillata: hic propassione percussus est. Si ergo con-
senserit: de propassione transiuit ad passionẽ. ⁊ huic
non voluntas peccandi deest: sed occasio. Quicunqȝ
ergo viderit ad concupiscendum: si sic aspexit vt con
cupiscat ⁊ facere disponat: iste recte mechatus dicit
in corde suo. Item Aug. Nam tria sunt quibꝰ im-
pletur peccatum. di. vi. in palea. sed pensandũ. de pe.
di. ii. sicut tribus. s. suggestio. ꝙ per memoriam sit siue
per corporis sensus. At si frui delectauerit: delecta-
tio illicita refrenanda est. Si autem consensio facta
fuerit: plenum peccatum erit. Verum tñ delectatio
ante consuetudinem vel nulla est vel tenuis: cui con
sentire peccatum est. Si autem ⁊ in factum processe-
rit: videtur satiari ⁊ extingui cupiditas. Sed postea
quum suggestio repetitur: maior accenditur delecta-
tio. que adhuc minor est ꝙ illa que in cõsuetudinem
vertitur. quã vincere difficile est. Adde hic ꝙ scripsi
⁊ additionaui. s. in. ii. parte. i. iii. c. Hiere. in lra Ayn.
in verbo Oculus meus. in. c. vi. ⁊. in. c. lii. §. septimꝰ.
in prin. Greg in. xxi. moral. Quisquis vero incaute
exterius respicit: plurimum in delectatione peccati
cadit: atqȝ obligatus desideriis incipit velle quod no
luit. Valde namqȝ caro deorsum trahit. extra de re-
num. c. i. ⁊ semel species forme cordi per oculos illiga
ta, vix magni luctaminis manu soluitur. Prouiden
dum ergo nobis est. q: intueri non debet quod non
licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatio
ne seruet: a lasciuia vo uptatis sue deprimendi sunt
oculi quasi quidam raptores ad culpã. De aspectu
mulierum. i. c. c. ver. est etiam religiosis. ⁊ ibi etiam se
quitur de collocutione mulierum. Item ibi Chry-
so. Si ergo velis continue pulchris faciebus oculos
infigere: capieris omnino: etsi bis vel ter fortasse pos
sis continere. non enim es extra humanam naturã.
Qui autem flammam semel accendit visa muliere,
etiam ea absente format apud se imagines turpium
actionum: a quibus multotiens proceditur ad opus.
At si aliqua se ornando oculos hominum ad se at-
traxerit etiam si nulli plagam intulerit: penam patie
tur extremã. quia nocere tentauit. de pe. di. i. in prin.
in. ll. ibi canonizatis. ⁊ causam mali dedit quantum
in se fuit. ex̃ de homic. de cetero. vbi de hoc. ⁊ de iniu
riis. c. fi. Venenum enim confecit: etsi nullus q bibat
inuentus est. Quod autẽ viris dicit: hoc ⁊ ad femi
nas loquitur. i. viro. xxxii. q. v. cum caput. capiti. n. lo
quens ⁊ corpori persuadet. Item Jo. cassia. in. vi. li.
de spiritu fornicationis. Purgationis fornicationis
prima est custodia, vt memoriam sexus feminei ꝙ
citissime de cordis nostri recessibus extrudere festi-
nemus. ne talis memoria morosa precipitet men-
tem: ⁊ cogitationes noxias possit inferere. Item
Joan. Climacus in. xv grada de castitate ait. Qui-
dam monachi plerunqȝ degentes cũ feminis ex hoc
in concupiscentia omnino non impugnantur: nec in
tentationem inducuntur cogitationũ. qua ex re bea
tificauerunt seipsos miserabiles: ignorãtes quia vbi
maior interitus: ibi opus minoris custodie non exi-
stit. Nam propterea hostis callidus eos tunc non
impugnat: vt fiduciam ⁊ libertatem cum mulieri-
bus conuersandi accipientes turpius corruant. Itẽ
idem ibidem. Vidi delicientes ⁊ continuantes: ⁊ ad
tempus non statim inquinatos. Vidi quoqȝ cũ mu
lieribus comedentes ⁊ commorãtes: ⁊ nullã tũc ad
psens meditationem aut intentionẽ malignã habẽ
tes vel cogitantes. Hinc quidem igitur ipsi seducti,

confidentes

confidentes & pariter suipsorum curam & vigilantiam exuentes: qñ putabant pacem habere, & in suis cellis securitatem & quietem certam possidere: sunt passi exterminium & interitum repentinum. Idem in eodem. Quidam patrum expertus dolũ demonis narrauit qm̃ plerunq; demon fornicationis pfecte se subtrahit: & summã religiositatem reuerentiam & honestatem monacho: & ſm tps lachrymarum fontem submittit & ingerit. Quũ vero ei suggesserit cũ mulieribus familiariter loqui & residere: & admonere eas ad castitatis honestatem & continentiã & memoriam mortis & eterni iudicij: vt pp sermonem & fictam religiositatem preoccurrant lupo miserabiles vt pastori: & de cetero consuetudine & familiaritate contracta & securitate & cõfidentia facta tunc lapsuz & ruinam miserrimus ipse sustineat. Fugientes fugiamus: vt fructum non videamus nec audeamus de quo nunq̃ gustare ordinati & constituti sumus. Miror enim si dauid propheta. ij. Re. xi. de pe. di. j. §. ex his itaq;, ver. dicendum quoq;. & de pe. di. ij. §. opponitur vtiam. ver. vnde quid. ver. & tñ. nosipsos fortiores reputamus. quod nature impossibile est. hucusq; Io. Cli. Dixit Abraam discipulus abbatis. Sisoy ad eum. Pater senuisti. eamus parum iuxta mundum. Dixit ei sisoy. Ubi non est mulier illo eamus. Dixit ei abraã. Et vbi est locus qui non habeat mulierẽ: nisi forte in solitudine? Dixit ei senex. Ergo in solitudinem me tolle. Cuidam seni seruiebat quidã frater & quedam virgo. accidit vna die q vterq; sibi ad senem venientes occurrerunt in via. Quumq; sero facto ad sua remeare nõ possent: imprudẽter egit. & causam crimini prestitit. lxxxiij. di. error. facit quod legitur & no. extra de iude. ita. & in gl. c. posuit in arctã senior inter vtrosq; vt dormirent. Frater ille carnis sue pugnam non ferens: miserandam virginẽ stuprauit. quod peccatum ex occasione perpetratum est. ex de eo qui cogno. consan. vxo veniens. ii. ibi. Et qñ se opportunitates ingerebat cognoscebat vtramq;.

Quidam senex egrotans videns laborem fratrum sibi seruientium: dimisso deserto iuit in Egyptuz. cui tñ dixit abbas Moyses q non iret: q in fornicationem caderet. cui senex contristatus ait. Mortuũ est corpus meum: & tu mihi ista dicis? Quũz ergo abijsset in Egyptum: virgo quedam fidelis obtulit se in eius obsequium. Et post aliquantulum tpis quum paululum conualuisset: incurrit in eam. & concepit. Et interrogata a vicinis a quo: dixit q a sene. Illis vero non credentibus: dixit senex. ego hoc feci. Sancta verecundia & confessio. de pe. di. iiij. ille rex. & di. j. quem penitet. sed custodite mihi infantulum quem pepererit. Ablactatum autem eum tulit senex in humeris suis. & die qua erat festiuitas in scythia intrauit ad multitudinem fratrum. Illi aũt vidẽtes fleuerunt. & dixit senex. Uidetis infantem hunc? filius est inobedientie. Cauete ergo vos. q in senectute hoc feci. & orate pro me. Qui iste sibi non pepercit. deus sibi pepercit. ignouit ei christus: q etiam ipse peccatum suum publice agnouit. de pe. di. j. veritas. cum. §. pre. quecunq;. alias sunt. §. sub. c. gs aliqñ. Ubi etiã dicit per Aug. in persona peccatoris. Tu ne punias q ego punio. Et ignosce q ego cognosco. pergens ad cellã suam ad initium prime cõuersionis sue reuersus est. Item quidam frater iter faciens secum suam matrẽ habebat iam vetulam. qui quum venissent ad quendam fluuium non poterat illa transire. & tulit filius suus frater ille pallium suum: & inuoluit manus suas ne aliquo modo tangeret corpus eius. & ita portans eam transiuit fluuium. Dixit autem mater ei. vt qd operuisti manus tuas fili? Rñdit. Quia corpus mulieris ignis est. xxxij. di. hospitiolum. cum. c. seq. Hiero. Quid ardenti corpusculo oleum adijcimus? facit xxxiij. q. iiij. vir cum propria. ibi. Qui in igne positus nescit ardere. Greg. in. iiij. li. dialogoruz. & est. xxxij. di. presbyter. Quidam grecus presbyteram suam a tpe accepti sacri ordinis vt sororem diligebat. sed quasi hostem cauebat. & ad se nunq̃ propius accedere sinebat. Tandem ad extrema deductus est post lõgam etatem. Quem quum presbytera sua conspiceret si quod ei adhuc vitale spiramen inesset. naribus eius apposita curauit aure cognoscere. Quod ille sentiens quantum a visu potuit: se recolligens ait. Recede a me mulier. adhuc igniculus viget. paleam tolle. Ad quem statim apostoli Petrus & Paulus venerunt. quos videns ait. Ecce venio. gratias ago. & inter hec verba animam reddidit. Greg. iij. libro dialogorum sic ait. Quid diuina misericordia circa Andream Fundane ciuitatis epm fecerit: quatenus legentes vt videant exhortor. qui corpus suum continentie dedicant: habitare cum feminis non pſumãt. ne ruina menti tantomagis repentina subrepat: quãto plus ad hoc quod male concupiscitur in presentia cõcupite forme famulatur. Hic nempe vir venerabilis plenus virtutibus quandam sanctimonialem certus de sua eiusq; continentia secum habitare permisit. Ex qua re actum est vt antiquus hostis apud eum aditum tentationis inueniret. Nam cepit speciem illius oculis mentis imprimere: vt illectus nefanda cogitaret. Nam & vnus malignus spirit⁹ animam eius per speciem illius sanctimonialis in tentationem carnis commouit. adeo vt in tergũ illius sanctimonialis epõ blandiens alapam daret. Quaz tentationem epõ per quendam iudeum qui hoc audierat in conuentu demonum, sciens: & orationi se dans: non solum illam sed omnem quoq; feminam de suo habitaculo expulit. atq; omni illa tentatione funditus caruit. xxxij. di. hospitiolum. Item in vitis patrum legitur q quidam frater multum tentabatur de quadam pulchra muliere nupta: quam viderat in seculo. que tandez mortua fuit. quod ille frater audiens iuit de nocte ad sepulcruz eius: & fodiẽs extraxit de putredine corporis eius. & portauit in cellam. & pones frequenter ante se & os suum: dicebat sibi. Ecce quod desiderabas. satiare ex eo. & sic faciebat donec satietate fetoris morerentur concupiscentie eius. bonus medicus fetore fetorem expellens. c. extra de re. iu. omnis res. Item dixit senex. Cuz muliere non comedas: etiam si sit mater vel soror: que pugnam augent. Item Ioan. cas. in coll. Serapionis de octo vitijs ait. Puritati studentibus plurimum confert vt carnalium passionũ ipsas materias sibi primitus & penitus subtrahant: quibus potest vel occasio vel recordatio earundem passionũ egrotantium adhuc anime generari. Necesse est enim vt morbo duplici duplex adhibeatur curatio. Nã corpori (ne carnalis concupiscentia in effectum tentet prorumpere) necessario effigies & materia illiciens subtrahenda est. & anime nihilominus ne eam contagionem concipiat: attentio & meditatio scripturarum & solicitudo peruigil ac remotio solitudinis vtiliter apponenda. Itez Ioan. cas. in coll. Sereni de mobilitate aie dicit de abbate Paulo: q quũz ad visitandum quendam fratrẽ eunti mulier occurrisset

offensus occursu eius tanta fuga ad monasterium est reuersus, pretermisso quod arripuerat visitationis officio quanta nullus a facie leonis aufugeret. quod licet castitatis ⁊ puritatis ardore fecisset: tamen qꝛ nõ habuit scientiam (non enim solam familiaritatem q̃ vere est noxia feminarum: sed ipsam quoqꝫ figuram sexus illius credidit execrandam) tali confestim correptione percussus est: vt eius vniuersum corpus paralysis valetudine solueretur. Dicitur paralysis a para quod est dis ⁊ lysis quod est solutio quasi corporis dissolutio. Est autem paralysis lesio partis cum priuatione siue diminutiõe sensus vel mot⁹ vel vtriusqꝫ. Eo autem redactus est: vt infirmitati eius nullo modo virorum diligentia deseruire sufficeret: nisi sola ei in quodam cenobio virginũ per annos fere quatuor idest vsqꝫ ad vite sue terminum muliebris sedulitas ministrasset. a quo tamen tanta virtutum gratia procedebat vt quum de oleo quod cadauer suum poti⁹ q̃ corpus contigisset vngerentur infirmi: confestim cunctis valitudinibus curarentur. Itē in vitis patrum quidam frater in templo idolorum vidit sathanam sedentem ⁊ omnem militiam adstantem ei. ⁊ quum multi spiritus narrarent ei mala que fecerant. ⁊ hec ei pauca ⁊ parua viderentur ei: iussit eos flagellari. Alius vero demon adueniens adorauit ⁊ ait. In eremo fui .xl. annis impugnãs quendam monachum: ⁊ hac nocte preualui vt facerem eũ fornicari. Quod diabolus audiens, surgens osculatus est eũ. ⁊ tollens coronam quam in suo habebat capite fecit eũ sedere prope se: coronans eum illa corona dicẽs. Magnam rem fortiter egisti. Et propter hoc ille frater factus est monachus. Item narrat Joan. cassi. in dicta coll. Sereni ꝙ quum quidã ex fratribus in quodam antro quadam nocte mansisset: cepit subito cateruas demonum intueri. inter quas vnus magnitudine cunctis procerior ⁊ vultu terribilior aduenit. qui vniuscuiusqꝫ actus cepit discutere. ⁊ eos qui eorum emulos homines necdum potuissent circumuenire, velut pro mercede a conspectu suo iubebat expelli. illos vero qui nunciabant sibimet consignatos decepisse, summis laudibus attollebat. In quorum numero quum quidam nequissimus spiritus letior aduenisset: asseruit quendam monachum post .xv. annos quibus eum iugiter obsedisset: ipsa nocte ruina fornicationis turpiter elisisse. super quo magnis preconijs a principe tenebrarum coronatus abscessit. Frater autem visionem videns, accedens ad locũ vbi ille habitabat monachus: inuenit ꝙ ille monachus monasterio derelicto. cum quadam puella casu miserabili corruisset. Item Jo. cassi. in coll. abbatis Joannis de fine cenobite sic ait. Quemadmodum corpori vsus libidinis carnisqꝫ vicinitas: ita etiam menti memoria eius penitus est subtrahenda. satis enim perniciosum est adhuc infirmis pectoribus vel remissam recordationem huius passionis admittere. ita vt nonnunq̃ eis sub recordatione sanctarum feminarum velut sub sacre lectionis historia noxie titillationis stimulus excitetur. cuius causa seniores nostri huiusmodi lectiones sub presentia minorum solent consultissime preterire. Sane perfectissimis quibusqꝫ ⁊ summo affectu iam castimonie confirmatis probationes quibus se examinare valeant deesse non possunt: quibus perfectissima mentis integritas ⁊ cordis incorrupta conscientie iudicio comprobetur. Erit enim consummatissimo viro probatio sui: si. qui radicem morbi huius luxurie penitus iã se extirpasse cognouerit: explorande gratia castitatis interdum etiam aliquam exploratione sui imaginationem femineam possit admittere. Ceterum ab his qui minus firmi sunt: hanc examinationem nullatenus conuenit vsurpari. vt coniunctionem femineam ⁊ palpationem quodammodo teneram ac mollem corde pertractent. erit enim eis noxia: non salubris. Quum ergo perfectissima quis virtute fundatus: ad illecebram blandientium cogitationum nullum mẽtis assensum. nullam commotionem carnis in se deprehenderit excitari: certissime puritatis sue capiat documenta. ita vt ad hanc se firmitatẽ puritatis exercens, castitatis atqꝫ incorruptionis bonum non solũ mente possideat: sed etiam si corporalem femine attactum causa cuiusuis vt adsolet necessitatis attulerit: passionis sensum penitus ignoret. Item Jo. cassi. in coll. abbatis Pinufij de fine penitentie sic ait. Solet etiã frequenter accidere vt dum vel suos vel aliorum lapsus imperitorum quispiam miserantis retractat affectu: ipse etiã subtilissimi teli voluptario perstringatur assensu. ⁊ initium sub specie pietatis exortum obsceno ⁊ noxio fine cõcludat. ⁊ quod erat ad remedium: tendat ad noxam. xlv. di. licet .ij. ⁊ extra de excep. pia. j. rñ. li. vj. Item in vitis patrum quũ abbas Arsenius sederet in canopo: quedam virgo Romana prepotens ⁊ diues venit ad cellam eius. ⁊ contigit ꝙ tunc extra ambularet Arsenius. quem vt illa vidit: ante pedes eius se in faciem prona prostrauit. quam ille cũ festinatione suscitans ita compellabat. Si faciem meã tñ peruidere desideras, intuere. Illa vero pre verecundia oculos suos non audebat attollere. sed ait. Exoro vt pro me ores: ⁊ me in memoria habere digneris. Cui Arsenius. Oro deum meũ vt deleat tuam ex corde meo memoriã. Quo verbo illa infirmata est pre tristitia. quam archieps Alexãder confortans ait. Nunquid nescis te esse feminã? ⁊ qꝛ per feminas solet inimicus hominem impugnare: ideo vultum tuum de corde suo deleri dixit. Nã pro anima tua dñm deprecatur. Quibus verbis recreata recessit. Item in vitis patrũ quedã mulier inhonesta submissa a iuuenibus, venit in desertum sero ad quendam solitarium nominatum. q̃ quum pulsasset ostium celle, dicens se a via errasse: petebat ingressum. quã ille etsi turbatus introduxit in atriũ celle sue. ipse vero clauso ostio intrauit cellã. Illa vero nocte clamabat. Abba: fere me comedunt. Ille vero turbatus est timens iudiciũ dei: dicebatqꝫ: Unde venit mihi fera hec? ⁊ aperiens ostiũ introduxit eã intus. Cepit autem diabolus cor eius sagittare. Qđ senex cognoscẽs dixit in se. Uie inimici tenebre sunt. Ro. xiij. Filius autem dei lux est. Jo. viij. Accendit ergo lucernã. ⁊ quum inflãmaret dicebat. Qui talia agũt: in tormẽtis vadũt. j. Thessal. iiij. ⁊. Pet. ij. ibi. nouit deus. Et mittẽs singulatim oẽs digitos in lucernã, nõ sentiebat pp flãmam libidinis. ⁊ sic faciẽs vsqꝫ mane eos combussit. Qđ videns illa velut lapidea effecta est. Mane veniẽtes q eã submiserãt: eam mortuã inuenerũt. Senex vero ostẽdẽs digitos ait. Ecce qđ fecit mihi ista filia diaboli. ⁊ narrauit eis tẽtationẽ suã. ⁊ ait. Nõ reddam⁹ malũ p malo. j. Pe. ij. Ro. xij. xxiij. q. iiij. cũ in lege. ⁊ resuscitauit eã. Illa vero postmodũ in penitẽtia mãsit. In vitis patrũ quidã magnus senex versabat cũ quadã virgine secrat: q̃ ei sepe arridebat: ⁊ cũ eo iocabat. Ad vltimum conceperunt dolorem ⁊ pepererũt iniquitatẽ. ps. vij. ⁊ mansit cũ ea mensibus sex. qua derelicto a deo cõ

punctus intrans eremum ⁊ nudus coopertus capillis penitentiam fecit: habens palmam que quolibet mense vnum botryonem dabat: qui ei sufficiebat per totum mensem. Item in vitis patrum dixit senex. Non habeas amicitiam cum muliere, neq; cum puero, neq; cum hereticis. ⁊ erit mens tua pacifica. Item in vita Captiui monachi dicitur ꝙ cum quadam muliere captiuus esset. ⁊ quum eorum dñi cogerent eos ad matrimonium: simulauerunt nuptias. ⁊ quū soli habitarent ⁊ pascerent pecora: nunꝗ tñ nudum corpus mulieris vidit monachus: nunꝗ eius carnē tetigit: timens in pace perdere quod in prelio seruauerat. diligens eam vt sororem: non tñ se ei credens vt sorori. Item in vitis patrum quidam duxit secū in desertum Scythie filium lactantē vbera. qui in monasterio nutritus nesciebat quid essent mulieres. qui quum factus esset maior: ostenderunt ei demones de nocte habitum mulierū. ⁊ mirabatur pater. cui hoc filius reuelauit. Semel etiam cum patre suo ascēdit in egyptum. ⁊ videns mulieres dixit patri suo. Abba: ecce isti qui veniebant ad me in Scythia nocte. ⁊ dixit ei pater. Isti sunt de seculo monachi fili. alio habitu vtuntur isti. alio eremite. Et miratus est senex quō ⁊ in Scythia ostenderunt demones imagines mulierum. ⁊ statim reuersi in cellam suam. Item in legenda Balaam legitur ꝙ magus quidam consuluit regi patri. Iosaphat conuersi a Balaam ꝙ a filio suo cunctos remoueret: ⁊ puellas decoras ⁊ honoratas introduci preciperet: vt semper cum eo essent: sibiq; ministrarent. nihil enim sic potest iuuenes seducere sicut facies mulieris. Nam rex quidam quū filiū habuisset: dixerunt ei peritissimi medici ꝙ si intra decem annos solem videret: oculorū lumine priuaretur. Rex ergo in quadam spelunca toto illo tpe filium esse fecit. Quo finito, iussit rex vt oium rerum genera ante eum adducerentur. vt oium noia ⁊ notitiam habere posset. Adductis ergo ante eum auro, argento, lapidibus preciosis, vestimentis preciosis, ⁊ equis, mulierib⁹ ⁊ aliis omnibus, puer de quolibet per se quid esset querebat. ⁊ ministri sibi oia per sua noia indicabant. Quum autem nomen mulierū anxie q̄reret discere: spatarius regis ludendo dixit. Demones sunt qui seducunt hoies. Rege ergo querente a filio quid sibi de omnibus ampli⁹ placuisset: ait: Demones qui seducunt homines mihi super omnia placuerunt. in nullo. n. vt tūc anxia facta est aīa mea. Legitur etiam in legenda beati Andree ꝙ diabolus se transformauit in speciem cuiusdā pulcherrime mulieris ad decipiendum quendam sanctum epū deuotum beato Andree. quam quum epūs ad prandium inuitasset: epūs ⁊ illa ex opposito consederunt. intendebat autem in eam crebro epūs: cuiusq; faciem nō desinebat intueri ⁊ pulchritudinem admirari. Sicque dum oculus figitur: animus sauciatur. xxxij. q. v. nec solo. Et dum eius faciem non desinit intueri: ⁊ pulchritudinem admirari: antiquus hostis cor eius graui iaculo vulnerauit. quem tñ demonem transfiguratum beatus Andreas in forma peregrini ad ostium epi veniens effugauit. Legitur etiam in legenda almi Francisci ꝙ ipse mulierum familiaritates colloquia ⁊ aspectus, que multis occasio sunt ruine, sollicitius euitari iubebat: asserens per hmōi debilem frangi, ⁊ fortem sepe spiritū infirmari. Earum contagionem euadere conuersantem cum eis tam facile dixit ꝗ̄ iuxta scripturam in igne ambulare ⁊ non comburere plantas Esa. xliij. Quum ambulaueris p ignez

non combureris. Siquidem ipse adeo auerterat oculos suos ne hmōi vanitatē viderent. ps. cxviij. Auerte oculos meos ne vid. vani. Quod sicut aliquando socio dixit, quasi nullam recognoscebat in facie. non enim securum esse putabat earum formaꝝ introrsus haurire imagines. que possunt aut edomite carnis resuscitare igniculum: aut pudice mentis maculare nitorem. Asserebat etiam friuolum mulieris esse colloquium: excepta sola confessione vel instructione leuissima. xviij. q. ij. in decima. in fi. iuxta quod ⁊ saluti expedit ⁊ congruit honestati. Que sunt inquit religioso cum muliere tractanda negotia: nisi quum sanctam penitentiam vel melioris vite consiliū religiosa petitione deposcit. Utinam nunꝗ hodie cōiter fratres confessiones mulierum etiam religiosarū audirent: nec tali audiendi confessiones priuilegio vterētur. qz quod prouisum est ad salutem confitentium: tendit ad noxam confessiones mulierum audientiū xlv. di. sed illud. Ex nimia securitate minus cauet hostis. Diabolus si de suo capillū habere potest in homine: cito excrescere facit in trabem. Hac etiam rōne precepit in sua regula ꝙ fratres non haberent suspecta consortia vel consilia mulierum. Sanctus etiā Lodoicus epūs tolosanus frater minor filius regis Sicilie dñi Caroli quū semel aliunde veniens Neapolim accessisset: regina mater eius occurrens amplexata est eum. ⁊ more gallicorum ⁊ prouincialiū voluit eum osculari. sed pudicus iuuenis faciem suam ab ea auertit: ne oscularetur eum. Cui quum mater diceret. Nunquid non ego mater vestra sum? ⁊ osculari possum? Respondit virginalis ⁊ tantus iuuenis. Mater quidem estis: ⁊ femina. quod verbum de corde mundissimo emanauit. Dicebat etiam frater Iacobus benedicti Luderti frater minor perfectus. Ego tm̄ curarem si viderem pulchram faciem mulieris: quantum si viderem caput asini. sed iste modus non est tutus neq; pro omnibus. Quādo sanctus Franciscus cum femina loquebatur: sonora vt ab omnibus posset audiri voce dicenda pmebat. Interrogatus a socio cur non respexerit quandam virginem visitantē ⁊ corporaliter ipsum reficientē, rñdit: Quis non debet timere sponsam christi? ꝙ si oculis pudicis. c. xxxij. q. v. nec solo. predicatur: ⁊ facie ipsa me viderit: non ego illam. Ordinauit etiam beatus Franciscus propter honestatem. ⁊ deuotionem loci sancte Marie de angelis, ꝙ nulla mulier deberet intrare claustrum illud. Legitur de sancto Rogerio prouinciali fratre minore summe contēplatiuo, ꝙ quum quadam die iret cum socio suo: obuiauit cuidam dñe: quam pluries ipse visitauerat in domo sua: ⁊ cū qua pluries locutus in porta ecclie fuerat. Quum igitur eam obuiantem salutasset: ⁊ sic trāsisset: interrogauit socium an illa erat talis dña. cui dixit socius ꝙ sic. ⁊ adiecit socius. Nunquid vos nō cognoscatis eam? non (inquit) qz nunꝗ vidi eā in facie. etiam matrem meam. postꝗ fui frater minor. Tunc socius qui sciebat eum valde securum: dixit ei. Quū sciatis vos in facto mulierū securū sic esse: vñ est ꝙ tm̄ timeatis eas aspicere? Et ipse rñdit. Frater (inqt) in potestate hois est vitare occasiones peccādi. ⁊ ideo ꝗ̄diu homo facit quod in se est ⁊ dñs facit qđ in se est: tuēdo hoiē a peccato. Impossibile est. n. ꝙ vnꝗ̄ dñs deserat mentē quā possidet: nisi hō habeat culpā dū nō vitat oēz occasionem peccādi. Ex quo tu exponis te periculo per occasiones quā potes vitare: maxime in tali tentatione ad quam multum

declinat homo ex corruptione nature: confidens de viribus tuis: & tunc dñs non tenetur te defendere: sed potest sine omni iniustitia tuis viribus in quib⁹ confidisti te dimittere. Et ideo vulgariter dicit. Qui se custodit deus eum custodit. ij. Parali. xv. Dñs vobiscum: quia fuistis cum eo. si quesieritis eum: inuenietis. si autem dereliqueritis eum: derelinquet vos. Et propterea (inquit.) & mens que deum diligit: ita tarde declinaret scienter ad venialissimum peccatum sicut ad mortalissimum. Item Hugo de sancto victore in libro de claustro anime. Mulieris vox blanditur auribus: & facies oculis. Isaac de Syria ait. Quũ homo accedit ad deum: fedus init cum eo non videre faciem mulieris. Job. xxxj. nec aspicere formosorum aspectus. Nam & quidam de religiosis certatoribus videns quendam fratrem imberbem similem mulieribus: reputauit hoc nociuum menti atque damnosum in pugna sua. Unde non acceptauit vt intraret cellam eius vt salutaret eum. Decreuit. n. prudenter ille senex. qz si cogitauero tñ hac nocte q hic sit talis: fiet mihi iactura non parua. Et quum discipul⁹ eius ei diceret. Nunquid & tu pater talia times? Rñdit. Ego quidem fili non timeo. verũtamen nolo mihi inducere pugnam in vanum. Nam talium recordatio infructuosam facit menti turbationem. Ad vnumquodque membrum corporis habet pugnã homo. & debet custodire seipsum: & diminuere pugnam in ipsis. Quãuis homo sibi faciat violentiam ad bonũ. periclitatur tñ semper. Uidendo atque concupiscẽdo quecunque ferunt nobis confusionem in recordatione sui: expedit nos timere: nec conculcare. Itẽ conscientia maius est omnibus: vt causas pugne plongemus a nobis: quãuis ex hoc corpus angustiam patiatur. qz timendum est quum venerit occasio: ne ruinam quis incurrat. ex. de eo qui cogno. consan. vxo. sue. veniẽs Idem. Qui occasionem peccati non tollit: inuitus trahit ad peccatum. qz quum rerum opportunitates accipimus: nosipsos non possumus continere. Idẽ. Sepe multis sanctorum inimicus illudit phãtasmatibus pulchritudinem mulierum. Multoties autem & ad illos qui sunt in mundo vel appropinquãt mũdo quasi vno miliario vel duobus vel vni⁹ diete spatio, ipsas mulieres cõuertit adduci. Distantibus vero a mundo quibus hoc nequit facere: in phãtasmatibus ostendit earum pulchritudinem. quandoque in ornatu vestiũ in impudico aspectu: aliquoties in specie nude mulieris superauit eos. Idem in eodẽ. Nõ appropries corpori alicuius preter necessitatis causam. nec corpori tuo permittas aliquam appropinquare: nisi (vt dixi) ex causa rationabili. Cõpulsus loqui cum muliere verte faciem tuam a visione: & sic cum ea loquere. A monialibus fuge sicut ab igne & laqueo diaboli. Obuiationem earum & collocutionẽ fuge: ne colorent cor tuum sordibus vitiorum. Quãuis sint sorores tue sm carnem. lxxxj. di. legitur. sicut ab extraneis te custodi. A fiducia iunctura & locutione sicut amicitias diaboli fuge. Meli⁹ est tibi habitare cum dracone mortifero: quã cum muliere comedere. quãuis sit mater vel soror tua. Melius est habitare cum dracone: quã dormire cum aliquo: & cooperiri cum eo. quãuis sit tibi frater sz carnem. In vitis patrum. Qui cum puero fatue loquitur: iam cum eo mechatur. In vitis patrum. Quum quidam frater iussisset ad quandam sororem suam que erat in monasterio q vellet eam visitare. rñdit illa sanctimonialis. Sufficit tibi frater q videamus nos in alia vita.

Item ibi. Monachus occurrit ancillis dei in itinere quodam. quibus visis diuertit extra viam. cui dixit abbatissa. si tu perfectus monachus esses: nõ respexisses nos vt agnosceres: qz femine eramus. Item ibi. Beata Syncletica dixit. Nos qui religioni nos submisimus: castitatem summa debemus diligentia custodire. nam plures seculares videntur castitatem seruare: sed adest eis stultitia: dum per alios omnes sensus peccant. nam & aspiciunt indecenter: & rident inordinate: audiunt turpia & loquuntur: & cogitant feda. Castus autem sensibus mortuus est. Alia occasio fornicationis in religiosis est otium & negligẽtia: cui multum vacant. Pro nihilo habent tempus perdere in vanis locutionibus & vagationibus & nimio somno multi ex eis. & propter hoc cadunt in illud peccatum. Ezech. xvj. Hec fuit iniquitas Sodome sororis tue, superbia, saturitas panis, & abundãtia, & otium ipsius. Ad hoc facit quod legitur & no. extra de renun. nisi cum pridem. §. verum. in gl. Iuxta illud Ouidij de remed. Otiũ fornicatiõis occasio.

Otia si tollas: periere cupidinis arcus.
Queritur, Egistus quare sit factus adulter,
In promptu causa est. desidiosus erat.

Ad idem quod legitur & no. de conse. di. v. nunquã. in gl. vlti. Unde & ibi dicit Hierony. Ama scientiã scripturarum: & carnis vitia non amabis. Aqua que nõ mouetur: generat vermes. & otium tentationes carnales. Plures fornicatores inueniuntur in ciuitatibus. qz ibi magis vacatur otio: quã in castris vel villis. qz ibi laborant hoĩes. Qui confessiones audiũt sciũt hoc. Somnus autem nimius inimicus & emulus castitatis est. vnde & ibi plerunque contingũt religiosis pollutiones nocturne. de quibus. vj. dist. testamentum. Alia occasio luxurie in religiosis maxime est arrogantia & elatio & superbia. Uere enim hodie cõiter incomparabiliter arrogantiores sunt secularibus. Prouer. xvj. Contritionem precedit superbia: & ante ruinam. s. fornicationis exaltat spirit⁹. Et iterum Prouer. xvj. per alia verba: qz est alia trãslatio. Immundus est apud deum omnis qui exaltat cor suũ. de pe. di. ij. §. n. vltra medium. ver. nõne tibi videtur. Unde Climacus in gradu. xv. de castitate ait. Lapsus corporis ex elatione alta sapere est sepe. Humiliat. n. deus cor altum per lapsum carnis. Unde in vitis patrum legitur de quodam eremita q quum polleret virtutib⁹: cepit intra se inaniter gloriari. ad quem nocte venit diabolus in specie mulieris. & tetigit membra eremite singulatim. & quum latus inclinaret vt commisceretur cum ea: euanuit diabolus: & ipse fedatus remansit. & diabolus cum multitudine demonum deridens eum exclamauit. O monache qui te vsque ad celos extollebas: quõ demersus es in infernum disce. Qui se exaltat humiliabit. Luc. xiiij. & xviij. Mat. xxiij. Ille vero se desperãs omni se immunditie mancipauit. Item quum vna virgo sanctimonialis elata semel dixisset q nollet q esset Magdalena: quasi maius premium expectaret quã illa que fuit famosa meretrix. Luc. vij. j. q. vij. siquis cõem. illa nocte in fornicationem cecidit. Unde Jo. cassi. in coll. Theremonis de castitate sic ait. Quantum. n. quis in lenitate & patientia cordis: tantum in corporis puritate proficiet. quantoque longius propulerit iracũdie passionẽ: tanto tenacius castitatem seruabit. qz beati mites: qm ipsi possidebunt terrã. Mat. v. scz corpora sua. ne. s. germinet eis spinas & tribulos. carnalium. s. tentationum & cogitationũ. Gen. iij. Nulla

reos sic castitatem conseruat:sicut timere, ⁊ humile sa
pere. Alia occasio luxurie in religiosis est: qꝛ recipiũt
epheosios ⁊ impuberes ⁊ pueros ad religionẽ:⁊ per-
mittunt eos adinuicem conuersari:⁊ cum aliis fratri
bꝰ indistincte:ex qua familiaritate ⁊ receptione mul
ta in ordinibus sunt flagitia subsecuta: ⁊ multa scan
dala suscitata, ⁊ multa infamia etiam apud seculares
exorta:⁊ multa apostasia ꝓuenit: qꝛ pauci postq̃ in-
carcerantur pro tali flagitio:remanent in ordine con
fusi rubore. Et qꝛ tales in ordine cõiter non promo-
uentur:nec ordo de eis confidit:consternantur men-
te ⁊ non contentantur de ordine:⁊ ex hoc dant in cõ
motionem pedes suos. Non.n. tales dolent qꝛ deũ
⁊ ordinem offenderunt:sed quia hic suam gloriã per
diderunt:⁊ ideo raro contriti sunt:nec penitentiam
dignam agunt:sicut expertus fui sepe in fratribus ca
dentibus in ordine quum eos ad penitentiam con-
fortarem. Ad hoc de pe.di.j. quis aliquando ꝓpost.ca.
mensuram. Unde Jo.cassian.ij.li.de canonico oratio
num modo ait. Summa nãq; obseruãtia custoditur
ne quisq̃ cum alio ac precipue iuniores vel ad pun-
ctum tpis pariter substitisse aut vspiam recessisse vel
manus suas inuicem tenuisse deprehendantur. Dan
tur etiam in ordine minoꝝ sub specie cõitatis tante
carnium ⁊ salernoꝝ portiones pauperibus sicut ⁊ se
nibus: Plures ex religiosis senes ⁊ iuuenes plus co
medunt de carnibus in religione:q̃ in seculo come-
dissent:⁊ plus bibunt de vino:q̃ bibissent in mundo:
⁊ ideo cõiter sunt carnales:qꝛ quod natum, supple ⁊
nutritũ, est ex carne caro ẽ. Jo.iij. Qui xp̃i sunt:cruci
figunt se in carne. Non saturant se carne. Gala.v. Se
cundum carnem viuentes moriuntur. Ro.viij. Un-
de merito contra tales dispensatores dicitur verbũ
Hiero. Quid ardenti corpusculo ignem carnis:⁊ per
consequens libidinis aducimus? De periculo fami-
liaritatis iuuenum.ã.proxime dixi. Alia occasio im-
mundicie in religiosis est conuersatio cum sanctimo
nialibus. Habent.n. in monasterijs deuotas suas:cũ
quibus se ⁊ sepius longe ⁊ lõgius absq; arbitris col-
loquuntur extorta potius a prelatis licentia q̃ obtẽ
ta:ibi risus inconditi, ibi reciproci oculi, ibi verba scu
rilia ⁊ vana ⁊ carnalia:ibi tactus venerei : ibi corda
igne estuantia. ibi omnes fenestre aperte ad mortem
que ibi fiunt. Hiere.ix. Alia inhonestum est scribere:
sed scelestissimum est facere:propter huiusmodi mul-
ti incarcerati sunt:multi abierunt retrorsuꝫ. Mittũ
tur ibi ad predicandum ex parte prelatoꝝ:sed ipsi ta-
les potius vadunt ad sic fornicandum. In cõi ibi
predicant sed in speciali ⁊ cum speciali se ⁊ ordineꝫ
vituperant. Quod in communi edificat talis predi
cator:in speciali destruit. Munuscula sibi dãt ⁊ mit-
tunt:⁊ ignem succedunt. Quicquid misera talis im-
pudica religiosa ⁊ die ac nocte laborauit:totum cor-
ruptori suo erogauit. Dicit se talis eleemosynam fra
tri dedisse:ego dicam eam immundicie pabulum pre
stitisse. Uix aliqua sanctimonialium sine deuoto car-
nali stat:vnde ⁊ primam fidem irritam facit christo.
xxvij.q.j.hec vero. Talem deuotioneꝫ ego appello cor
ruptionem. Contra tales deuotiones frequenter in
monasterijs predicaui, ⁊ eoꝝ ⁊ earum odium incur-
ri. Sciunt hoc abbatisse ⁊ earum prelati ⁊ murmu-
rant:sed non corrigunt:qꝛ indignationẽ eoꝝ ⁊ earũ
timent:immo (qđ est nefandius) specialem licentiaꝫ
hñt ab earum quibusdam prelatis propter rusticus
earum de hmõi deuotionibus:⁊ quedam eorum non
verecundantur inter alias:⁊ derelictam se tenet que
talem suum deuotum immo corruptoreꝫ non habet
Sciunt hoc seculares ⁊ coꝝ parentes:⁊ murmurant
⁊ scandalizantur ⁊ conqueruntur prelatis:⁊ parum
proficit:quia ignis carnalis vsq; ad consumptioneꝫ
deuorans. Job.xxj. accensus est. ⁊ non potest extin-
gui:quovsq; veniat ignis qui deuoret tales qui in tã
to ⁊ tam nefando ardent igne. ps.xx. Pones eos vt
clibanum ignis:qꝛ in ordinibus maxime mendican
tium multi prelati qui deberent alios corrigere: sunt
alijs subditis cum deuotionibus eoꝝ mortis occa-
sio ⁊ exemplum. xj.q.iij. precipue:⁊ extra de vo. ⁊ vo.
re.magne. Et adde hic quod no.ĩ.co.§. feminarum.
versi.lxvij.in.c.xlj. Totum quod dictum est de ista
pestifera deuotione quam habent religiosi cum san-
ctimonialibus:est contra mentem ⁊ verba canonuꝫ
xxvij.q.j.c.j.ibi Quanto magis vidue que dei reli-
giositatẽ mutauerunt:i crimine adulterij notabuntur
si deuotionem quam sponte non coacte deo obtule-
runt:libidinosa voluptate corruperint ⁊c. ⁊ in fi.ca.
Habentes damnationem:qꝛ primam fidem irritam
fecerunt. ⁊.c. viduas. in fi. ibi. Quia non solum qui fa
ciunt:sed etiam qui consentiunt facientibus:rei iudi
candi sunt. ⁊.c. nec aliqua:in princi.ibi. Et si incorru-
pta inuenta fuerit virgo ea parte qua mulier potest
esse poterit tñ ex alia parte.s. aia q̃ est pars corporis, fꝫ
Aug. corporis peccasse:eaque corrũpi potest: ⁊ tñ inspici
non potest. xxxij.q.v. magis timeamus. ⁊.c.seq. Cer-
te ipse concubitus non carne:sed complacentia ⁊ vo
luntate, ipse cõplexus, ipsa confabulatio:⁊ osculatio:
⁊.j. Quantum dedecoris ⁊ criminis confitentur.
⁊.j. Christus dñs ⁊ iudex noster quum virgineꝫ suã
dicatam sibi ⁊ sanctitati sue destinatam iacere cuꝫ al
tero cernit q̃ꝫ, idest quantuꝫ indignat̃ ei ⁊ irascit̃ ⁊c.
⁊.j. Aut si cum eisdem in vna domo ⁊ sub eodem te-
cto ⁊c. ⁊.c. nuptiarũ bonum. ibi. Etiam si non nu-
bat:nubere velle dãnabile est:⁊ ibi. Habentes quidẽ
damnationem:qm̃ primam fidem irritam fecerunt:
etsi non nubendo, tñ volendo. ⁊ ibi. Damnatur pro
positi fraus:damnatur fracta fides voti. ⁊.j. Ut vo-
luntas que a proposito cecidit appareat esse damnan
da. xviij.q.ij. peruenit:vbi prohibentur mulieres ad
monasteria accedere:⁊ monachos commatres facere.
⁊.§. non solum:cum c.seq. vbi prohibetur q̃ non ha-
bitent in vno monasterio monachi ⁊ monache:adul
terium enim intercipit cohabitatio si habeat aditũ
monachus ad monacham vel monacha ad mona-
chum secreto singulariter ad collocutionem. Nõ cu
bet monachus in mulierum monasterio:nec cuꝫ mo
nacha singulariter conuiuetur.j. Porro si contige-
rit ⁊ aliquam propinquam suaꝫ videre voluerit mo
nachus:in presentia abbatisse huic confabuletur per
modica ⁊ compendiosa verba:⁊ in breui ab ea disce-
dat. ⁊.c. i nullo. ⁊.c. monasteria. ⁊.c. in decima. ibi. Ea
tñ circa monachos cautela seruata:vt remoti ab earũ
familiaritate nec vsq; ad vestibulum habeant acces-
di familiare permissum. Sed neq; abbatem vel eum
qui preficitur extra eam que preest loqui virginibus
christi aliquid quod ad earum institutionem vel ad-
ministrationem pertinet licebit:nec cum ea sola que
preest frequenter eos loqui opꝫ, sed sub testimonio
duarum vel trium sororum:ita vt rara sit accessio ⁊ bre
uis omnino locutio. De prohibita ⁊ periculosa fami
liaritate mulierum. di. xxxij. hospitiolũ. ⁊.c. presbyter
xxxiij. dist. c. j. lxxxj. dist. clericus. ⁊.c. nolumus. cum
omnibus. c. vsq; ad fi. distinctionis:extra de cohabi.
cleri. ⁊ mu.c.j. ⁊.ij. ⁊ de vi. ⁊ hone. cle. monasteria. De

corruptione mentis sine corruptione corporis.xxxii.
q.v.magis.⁊.c.sicut.cum.ea.seq.vsq ad.§.quamuis.
Multa autem sunt que aggrauant peccatū inmun
circumstā ditie in religiosis, maxime in sacris ordinib9 con
tie grauio stitutis. Primum est voti fractio. q2 castitatem pro
ra faciens misit religiosus in professione.xxvii.dist.diaconus.⁊
tes religio ordinis susceptione.quam aufert deo quum fornica
sos scelera tur.que res irrecompensabilis est.q2 omnis pondera
tio non est digna anime continentis Eccl.xxvi.legit
⁊ no.extra de sta.mo.cum ad monasterium.§.fi. Est
etiam furtum. q2 contrectat rem alienam.s. seipsum
qui se deo totaliter dedit.⁊ uito dño.ex de elec.cū dū.
ij.§.predictis. Committit etiam sacrilegiū de se. q2
res oblata deo est ipse.xxiij.q.iiij.quid ergo. xxvii.q.
j.s.i cū dū. Item scandalum ⁊ derisio ppli.ex de pur.
ca.c.ij.ij.q.j.pbyter ⁊.c.si mala. Itē quāto sapiētior,
tāto magis peccat.xxxvii.di.§.fi.Et Greg.Ubi mai9
donū sciētie:trāsgressor maiori subiacet pene. Item
q2 est de familia dñi ad eius expēsas ⁊ vestes.xij.q.j.
clericus.xxj.di.cleros.in prin.ps.liiij.Si inimic9 me9
maledixisset mihi ⁊c.facit.xxij.di.si inimicus. Itez
q2 decipiunt populū de cuius eleemosynis viuunt:⁊
pro quibus tenent orare.sed quo orabūt in scelere
dño displicētes? Ad hoc.j.q.j. ipsi sacerdotes. iij. q.j.
nulli.iij.q.vij.in grauibus.Et Bern. Ue q ambulāt
in carne.⁊ placere nō possunt: ⁊ placare deū velle p
sumunt.Ro.viij.Et q2 si presbyteri sunt : adhuc of
fendunt amplius.xlix.di.sacerdotes.j.q.j.sacerdotes.
vū Ambi. Qui indigne christum sumit.idem est ac
si interficiat.Et super illud Heb.x. Filiuz dei concul
cauerit. Augu. Conculcat christum qui libere peccat
⁊ absq timore ⁊ qui eo indigne participat. Item
quia minister dei est qui debet esse mundior.ps.c.
Ambulās in via immaculata hic mihi ministrabat.
Et.j. Regū.ij. dicitur de Samuele q puer Samuel
ministrabat domino accinctus ephot lineo.i.mundi
tia castitatis. Augusti. Melius est spiritualia peni
tus omitti:q̄ indigne tractari vel tangi. In ecclesia
sticis beneficijs dominus non frequentiam mini
strorum : sed deuotionem probat animorum . extra
de eta.⁊ qua.cum sit.in fi.xxiij.distin.tales. Itez q2
angeli vocentur. Malachi.ij. xliij. distin. sit rector.
Immo maiorem dignitatem habent presbyteri q̄
angeli:qui non possunt christi corpus conficere: nec
habent ordinem talem. Nec angelis dicitur: Quo
rum remiseritis peccata ⁊c. Joan.vlti. Mat. xviij.
de peni.dist.j. quem penitet. Item quia vt deus no
ster in terra.ps.lxxxj. ⁊ Joan.x. Ego dixi dij estis.⁊
Matth.xvj.ibi. Uos autem quem me esse dicitis?
dicit interlinearis glos. Uos ab illis discreti non ho
mines sed dij. Unde in Exo.xxij.c. ⁊ extra de hereti.
cum ex iniuncto. Dijs non detrahes.glos.i. sacerdo
tibus.Et quale est hoc? quia ille viuat vt porcus qui
est vt deus. Item quia filius dei est singularius q̄
alij christiani. Narrat autem Moyses causam di
luuij Gen.vj.xxxv.q.j. cum igitur ⁊ ibi notatum ha
bes.ī.parte prima.c.xxxvj.litera.F. Quia filij dei.i.
de genere Seth qui successit Abel , filias hominum
qui descenderunt de Cayn acceperunt. Quantuz er
go credendum est deo displicere:q filij dei peculiares
scilicet religiosi cum filiabus hominum fornicant?
Item quia cetus religiosorum nobilior pars est spō
se christi.scilicet ecclesie. vnde per faciem intelligitur
Can.ij. Ostende mihi faciem tuam. Et ideo sponso
maxime displicet macula in facie sponse. Unde iu
dei in faciem christi spuerunt : vt contumelia ma
ior esset. Marc.xiiij. Job xxx. Esa.l. Sic chīo ma
gnam contumeliam faciunt:qui faciez sponse: q̄ que
abluenda faciem suam sputis Judeoꝝ opposuit ma
culant in se vel in alijs. Item committit apostasiam:
quia rumpit promissam castitatem:de quo Prouer.
vj. Homo apostata vir inutilis. quia quicquid facit
in claustro remanendo in immunditia non valet ei
ad meritum vite eterne. Quantum placeat diabolo
hoc peccatum in religiosis, patet per exemplum qd
supra dixi d sathana coronante aliuz demonem qui
monachum instigauerat fornicari. ibi eadem narrat.
cum versi.prece. Hoc etiam peccatuz in sanctimonia
libus non solum est fornicatio ⁊ religiosis:sed etiam
adulterium ⁊ incestus et stuprum contra nām pec
catum ⁊ sacrilegium: Adulterium quidem: quiz ibi
sit accessio ad sponsam christi Unde beata Agne di
xit. Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt ⁊c.Et si
seruanda est pactio hoibus:quanto magis deo.xxvij.
q.j.viduas ⁊.c.nec aliquando.Si superueniens ma
ritus sponsam suam iacentem cum altero videat: nō
ne indignatur ⁊ fremit:⁊ per zeli dolorem portat gla
dium in manu sua? Et chūs dñs ⁊ iudex noster quū
virginem suam dicatam sibi ⁊ sanctitati sue destina
tam iacere cum altero cernit:nōne indignatur ⁊ irasci
tur? ⁊c.⁊.j.ibi. Que christi adultera est.⁊.c.siquis epi
scopus.ibi. Quia sponsam christi corrupit ⁊.c.hec ve
ro.ibi. Nam si inter hoies solet bone fidei contract9
nulla rōne dissolui:quanto magis ista pollicitatio q̄
cum deo pepigit:solui sine vindicta non debet? ⁊.c.q̄
christo spiritualiter nubunt ⁊c.⁊ ibi . Que ante se im
mortali sponso coniunxerat.⁊.c.siqua monacharum
ibi.ad lapsum adulterij deducta fuerit.⁊.c.nuptiaruz
ibi. Ne ipse christus (quod sentire nefas est) adulte
rium faciat:cui viuente marito nubit. ⁊ ibi. Quum
christus eis videatur quasi secundus maritus: ⁊ ibi
Sed plane non dubitauerim dicere lapsus ⁊ ruinas
a castitate sanctiori que ponetur deo , adulterijs esse
peiores. In tali etiam adulterio est proditio: sicut di
cebat sanctus Joseph de vxore dñi sui tentante eum
ad peccatum. Gen.xxxix. Quō possum facere hoc ma
lum? Ita etiam est dilecta ista sponsa deo: q inclusit
eam zelans eam:extra de sta.regu. periculoso. lib. vj.
Unde ad hoc adulteriuz potest reduci. Prouer.vj.
Zelus ⁊ furor non parcet in die vindicte. Committi
tur etiam cum talibus incestus,q2 cuz sponsa patris
nostri que est nobis affinis.q.j.virginibus sacris.ibi.
Incestu.xxxv.q.ij.de incestis.c.nec eam.⁊.xxxvj. q.
j.§. cum erga. Christi incestus est consanguineorum
vel affinium abusus:⁊ etiam sanctimonialium. q in
cestus maior est adulterio.xxxvij.q.vij.adulterij. Ad
hoc potest etiam referri.j.ad Cor.v. Audit inter vos
fornicatio.⁊ talis fornicatio ⁊c.Et gen.penult. Ru
ben effusus est ⁊c. Committitur etiaz cuz talibus stu
prum quod committitur cum virgini. vt pie.§. cum
ergo.⁊ legitur ⁊ no.extra de adul.c.ij.in glos.stupruz.
Est etiam peccatum contra naturam.q2 peccant cuz
religiosis que mundo mortue sunt. xvj. quest.j . pla
cuit . Est etiam peccatum sacrilegij . quia religiosi ⁊
religiose sunt templa domino cōsecrata. xxvij. quest.
j.sciendum.xvij.q.iiij.§.sacrilegium.xij.q.ij.c.iij. Qd
prohibitum est in genere de familiaritate mulierum.
in.iij.occasionibus seq. prohibet in specie. Dicebat
frater Egidius laicus socius beati Francisci . Caro
nostra est sicut porcus : qui auidius currit in lutum
⁊ delectatur in luto esse.ij. Pet.ij. Sus lota in volu
tabro luti.de peni.dist.ij.sunt qui dicunt.Caro est sic

vt crebro qui super stercus se voluere delectatur. Josue .xj. Computruerunt iumenta in stercore suo. Grego. Iumenta in stercore putrescere, est hoies carnales in carne vitaꝫ finire. Caro est pugil diaboli. Esa.liiij. Ego creaui fabrum .i. diabolum sufflantem in igne .i. carnes prunas .s. tentationes. Dixit frater quidam patri Egidio. Quomodo possumꝰ vincere vitia carnis? Rñdit ei. Qui vult transferre saxa magna ⁊ magnas trabes: studet ea transferre ingenio magis ꝙ viribus. ⁊ in hoc facto est similiter procedendū. Omne vinum ledit castitatem. Est enim sicut speculū clarum: quod per halitum solum obscuratur. Impossibile est hominem venire in gratiam dei: dum in carnalibus delectatur q̄ sm̄ Paulū. Qui in carne ambulant: deo placere non possunt. Ro.viij. Volue igit ⁊ reuolue desuper ⁊ desubter hinc ⁊ inde. ⁊ non est aliud nisi pugnare contra carneꝫ: que vult te tradere nocte ⁊ dieꝙ qui vincit: omnes inimicos suos vincit, ⁊ venit in omne bonum. ad Rom.vij. Quis me liberabit de corpore mortis huius. xxxij. q.v. si paulus. Dicebat aūt: Ego inter oēs virtutes preeligerē castitatem sanctaꝫ? Dixit ei frater. Nonne maior virtus est charitas .j. Cor.xiij. Rñdit Egidius. Et quid est castius charitate? Et frequenter cantendo dicebat O sancta castitas: qualis es? Tu es talis ⁊ tanta qualem ⁊ quantam te fatui non cognoscunt: ⁊ sine qua nemo videbit deum. Hebre.ij. Que aūt sit differentia inter virginitatem: pudicitiam, ⁊ castitatem. no. xxxij. q.v. in summa. Est etiam religiosis ⁊ alijs alia occasio fornicandi .s. aspectus mulierum. Unde Gene.iij. Vidit mulier ꝙ bonum esset lignum ad vescendum: ⁊ pulchrum oculis aspectuꝙ delectabile ⁊c. vbi Grego. ⁊ dixi .s. Non debemus intueri quod non licet concupisci. Gene.xxxiiij. Quū vidisset Dinaꝫ ⁊c. ⁊ Gen.xxxix. Iniecit dn̄a oculos in Joseph. ⁊ .ij. Regum.xj. Vidit Dauid Bersabee ⁊c. Et de Juditħ legitur Judith.x. Statim captus est in suis oculis Holofernes. Eccle.xvj. dicitur de muliere. Laqueus est venatorꝫ. Et Prouerb.xxiij. Fouea profunda meretrix. Eccle.ix. ne respicies mulierem multiuolā. Et ibidem. ⁊ Job.xxxj. Virgineꝫ non conspicias ne forte scandalizeris in decore illius. Et ibidem Eccle.ix. Auerte faciem tuam a muliere compta: ⁊ ne circūspicias speciem alienam. Propter speciē mulieris multi perierunt. Et ibi. Speciem mulieris aliene multi admirari reprobi facti sunt. Thren.iij. Oculus meus depredatus est animam meam ⁊c. Plures differentias rerum ostendit visus ꝙ ceteri sensus: vide quod legitur ⁊ not. de conse. distin.iiij. venisti: in glo .i. quod audieris. ⁊ .iij. q.ix. testeam glo .i. aliquo. Unde ministrat materiam tentationis ⁊ quantuꝫ ad concupiscentiam carnis, ⁊ quantum ad concupiscentiam oculorꝫ, ⁊ quantuꝫ ad superbiam vite: que tria regnāt in hoc mundo .j. Jo.ij. Unde philosophus. Totius hominis est libertas oculos perdidisse. Unde super illud Mat.vij. Quid vides festucam ⁊c. glo. Oculꝰ qui post culpam in paradiso est reseratus: mores videt non vnde proficiat, sed vnde in deterius cadat. Job.xxxj. in princi. Pepigi fedus cum oculis meis: ne cogitarem quidem de virgine. Unde Grego. Ne minus caute respiceret. qđ post inuitus amaret. lingua aliquoties cessat loqui: sed oculi non cessant respicere. ij. Petr.ij. Oculos plenos habentes adulterio. Quod proprie locum habet in religiosis loquentibꝰ cum suis deuotis sanctimonialibus nō christi. Et nihil oculo nequius. Eccl.xxxj. Unde ⁊ legūtur quidā philosophi sibi oculos eruisse. Et Augu. de fide christiana. ⁊ est. xxxij. q.v. nec solo. Nec solo affectu ⁊ tactu: sed aspectu quoꝙ appetit ⁊ appetitur cōcupiscētia feminarū. Nec dicatis vos animos habere pudicos: si habeatis oculos impudicos. q: impudicꝰ oculus impudici cordis est nuncius. ⁊ quum se sibi inuicem etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nūtiantur impudica: ⁊ sm̄ concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore: etiam intactis ab immūda violatione corporibus: fugit castitas ipsa de moribus. Ad idem. ⁊ .q. c. sicut. ⁊ .c. qui viderit. Alia occasio fornicationis religiosis ⁊ alijs est colloquium mulierum. ex eo ꝙ verba earum tete sunt. Prouer.vij. loquitur de muliere. Irretiuit euꝫ multis sermonibus. Et colloquium earum ignis est. Eccl.ix. Colloquiuꝫ enim illius quasi ignis exardescit. ⁊ gladio comparatur. Prouer.v. ibi. Labia meretricis. ⁊ .j. ⁊ acuta q̄si gladius biceps. Cantus etiaꝫ earum ⁊ chorizare cū eis periculosum est ⁊ incitamentum libidinis. Eccl.ix. Cum saltatrice ne sis assiduus. xxij. q.iiij. vnusquisꝙ Eccle.ij. Feci mihi cantores ⁊ cantatrices. Ubi dicit magister Hugo de sancto victore. O infelix: nūquid his delectationibus queres sapientiam quam querere proposuisti? Exiisse videbaris a vanitate: quomodo cantico reuersus es: nisi quia in circuitu cum impijs ambulasti: ⁊ in voluptate tua semita tua ⁊ captiuus factus es vanitatis. Esa.xiiij. Respondebunt tibi vlule. vbi dicit gl. Ulule sunt magnitudinis coruine: que rostro in palude fixo horrende strident. Tales sunt mulieres que in choreis clamorem horrendum emittunt: dum cantica ad immundiciam incitandam canunt. Quicquid in choreis fit: totum ad immundiciam irritat. Nam ⁊ tactus manuum reciprocus, ⁊ oculorum aspectus, ⁊ auditus immūdus, ⁊ odor carnalis, ⁊ saltus petulcꝰ laquei mortis sunt. ⁊ de talibus oritur idololatria. Exo.xxxij. Sedit populus manducare. ⁊ ibi. Surrexerūt ludere .i. choreizare. ⁊ ibi. Uitulum adorauerūt. Unde ⁊ dicitur ibi. Uocem cantantium ego audio. ⁊ sequitur. Et vidit vitulum ⁊ choros. ⁊ ibi. Corrumpuntur etiam boni mores per colloquia praua .j. ad Corin.xv. Alia occasio immundicie in eis ⁊ in alijs est tactus impudicus in se ⁊ in mulieribus ⁊ in masculis. Eccl.ix. Cuꝫ aliena muliere nō sedeas omnino: nec accumbas cū ea super cubitum. Et Eccl.xxj. Qui tenet illā: quasi qui apprehendit scorpionem. Et Eccle.vij. Uincula sunt manus eius. Prouer.vj. Nūquid potest homo ignem abscondere. Hiero. Qui tangit carnem mulieris: non euadet sine periculo anime sue. Ad hoc facit exempluꝫ Fundane ciuitatis episcopi Andree quod supra posui. Et de presbytero greco. ⁊ de sancto patre non tangente matrem. Eccl.xiij. Qui tetigerit piceꝫ: coinquinabitur ab ea. Unde legitur de quodā patre ꝙ quum percussisset in natibus diaboluꝫ apparentē sibi in forma mulieris: ꝙ ex tunc manus eius cōputruit intolerabiliter per tres annos. Tanta esse posset delectatio cum consensu in tactu: etiam in tactu manus mulieris vel iunioris: ꝙ ibi esset mortale peccatum. ita est periculosus sensus tactus. queꝫ frater Jacobus benedicti leoneꝫ vocabat. Unde non est tutū maxime iuuenibus religiosis tradere manus deosculandas mulieribus. maxime iuuenibus vel adolescētulis. nec tenere manus complicatas cum manibus eorum. quia totum corpus earum ⁊ eorum ignis est. cui debet dici a sapiente castissimo. Noli me tangere. sicut patet in exemplo supra posito de beato Lodoi-

Colloquꝫ muliebre.

Tactus impudicus.

co: qui matrem noluit deosculari. ad hoc.xxxij.dist. hospitiolum.vbi dicit Hiero. Si bonum est mulierez non tangere: ergo maluz est tangere.& .xxxij.q.v.nec solo. De tactib⁹ impudicis in se tetigi.s. in ista.ij.parte.in expositione threnorum. in.ij.c.in.§. plura ergo. ver.est autem.cum ver.se. Alia occasio est videre vel sentire alios pariter cõmisceri. quia ex hoc incitatur natura corrupta ad libidinem. Unde concilium toletanum. Proclinis est ad voluptatem & imitatrix natura vitiorum.xxx.q.iii.c.ij. Non expedit castis habitare cum coniugatis. Pro omnibus istis corruptionibus mentalibus & sensuuz dicebat sanctus Basili⁹. Mulierem non cognoui: & virgo non sum.quia vera pudicitia non soluz est in corpore: sed in animo potius & sensibus.xxxij.q.v.per prima.xvj.c.

De vitio ambitionis religiosoruz aliquorum & aliorum. Cap. 74.

Expediris preuaricationibus aliquorum religiosorum in tribus substantialibus que promittũt scilicet in paupertate, obedientia, & castitate. & hec plenissime pro eorum salute.ad alia eorum vitia etiã in quibus hodie participant cuz alijs huiusmodi hominibus accedamus. Unde & eorum aliud vitiosuz communiter est ambitio. Nam isto carnali tempore religiosi quidã magis sunt ambitiosi ad scientiã honores & gloriam huius mundi: q̃z alij seculares. Nã & per se & per amicos cõsanguineos suos intus & extra ordinẽ honores & studia (vt presuit) procurant: & precibus & encenijs & frequenter minis & terroribus & malitijs & cauillationibus. Nam & communiter ad nullum alium finem student multi ex eis (sicut experientia manifestat) nisi vt possint fratribus dominari: & in ordine & extra ordinem exaltari. Unde nec communiter vacãt studio diligenter: & cõiter parum sciunt. quia non diligunt scientiaz: que est donum spiritussancti. Esa.xj. propter eius finez debitũ. vt deuz melius cognoscant: & ei seruiant & proximo. sed vt ex ea potius apparenti q̃z existenti honores & exemptiones & diuitias consequantur. sicut oculate videm⁹. Magnitudo huius peccati ambitionis cognoscitur per penas pro eo inflictas. Chore enim cũ multis leuitis de maioribus igne diuino succẽsi sunt quia sacerdotium rapere voluerunt. Nume.xvj.vij. q.j.denique. Itez Dathan & Abiron quia inuiderunt Moysi de ducatu: terra absorbuit. sicut ibidem legitur.& ex̃ de elec.licet. Item Ozia rex lepra percussus est: quia sacerdotium occupare voluit.iiij. Reg.xv.& ij. Paral.xxvj.ij.q.vij.§. item cuz Balaam ver.sicut ergo. Et propter hoc committitur simonia. Omnis enim ambitiosus in simoniã tendit.ij. Machab.iiij. Ambiebat Iason frater Onie summum sacerdotiũ adito rege promittens argenti talenta trecenta octoginta &c. Istud fuit peccatum primum luciferi ambientis sedem equalem deo. Esa. xiiij.de pe.di.ij.principium.cum.§.prece. Ber. Quanti vsque hodie feda sequuntur vestigia? immo q̃z pauci euadunt quibus libido dominandi non dominetur quam sequuntur miseri? Nonne iste est mons in quem ascendit angelus: & factus est diabolus? Itẽ Berñ. Ambitio subtile malum.secretuz virus.pestis occulta. doli artifex mater hypocrisis.liuoris parens.vitiorum origo.criminum fomes.virtutum erugo.tinea sanctitatis.cordiũ occecatrix. ex remedijs morbos creans. Hoc peccatum dissuadet apostolus ad Hebre.v. Nec quisq̃z (inquit) sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanq̃z Aaron.viij.quest.j.in scripturis. extra de elect. qualiter. Sic vocatus Nicolaus.sic sanctus Ambrosius.sic sanctus Seuerus.lxj.dist.§. his omnibus.sic Matthias. Actuum.j.xxvj.quest.ij.non exemplo.sic Iosue Iosue.pri.viij.quest.pri. Moyses. Quoniam etiam quos canonica electio & concors vocat: deus vocare presumitur.viij.quest.pri.licet ergo.pri.quest. pri.ordinationes.cap.si quis neque. Sed hodie canonica electio facta est diabolica. Plures enim sunt in ecclesia qui eliguntur a diabolo: q̃z a deo. & qui non per gratiam dei: sed per gratiam hominuz electi sunt permittente deo pri.quest.pri.si quis neque.& .c.nullus itaque.viij.quest.pri.audacter. Unde non deberent tales prelati ponere in literis suis, gratia dei. sed gratia hominum & dei furoris electos. Osee.xiij. Dabo tibi regez in furore. Spiritus mendax ascendit in cor elatum & altum.iij. Regum.xxij.& dicit. Ascẽde in Ramoth galaad. Ramoth interpretatur excelsum signũ. & significat dignitatem. cuius appetitus est certũ signum reprobationis. quia secundum Gregor. quicunque desiderauerit primaturam in terra: inueniet confusionem in celo. Nec inter seruos christi computabitur: qui de primatu tractauerit.xl.dist. quicunque alias est sub c.multi. Galaad interpretatur transmigrantes testes. quia ibi fit transmigratio de bonitate in iniquitatem. Psal.x. Transmigra in montem sicut passer. quia honores potius de regunt secundũ Archid.q̃z mutant mores. sicut patet in Saule ante regnum humili, post superbo.pri. Regum.xv. Greg. Superbus toties ad culpã apostasie dilabitur: quoties preesse hominibus delectatur. Chry. O prelate: tanto igitur submittis caput oneri. Sed quem contigerit saluari de ijs qui principantur in tantis ruinis & tanta pigritia? video tamen currentes & sponte se proijcientes in pericula. Nume.xxv. Tolle cunctos principes populi: & suspende eos contra solem. vbi Greg. Hec si homines cogitarent: principatus non ambirent. sufficit enim pro peccatis proprijs argui & reddere rationem.quid necesse est pro peccatis populi ostentari contra solem? Fugit christus in montem quum vellent eum facere regem. Ioan.vj. Grego. Rex fieri noluit: ad crucis vero patibulum sponte venit. Oblatam gloriam culminis fugit. penam probrose mortis appetijt. vt membra eius discerent fauores mundi fugere: terrores minime timere. Contra ambitiosos.pri.quest.pri.principatus.& cap.nullus itaque. vbi de hoc. & quest.vj.cap.vlti. vbi de hoc: & quest.vij.sancimus.lxj.distinc.miramur. viij.quest. pri.in scripturis.& cap. qui episcopatum extra de prebend.quia intantum. extra de rescrip. quia per ambitiosum lib.vj.de elec.auaritie.in princip.lib.vj. & cap. quorundam.quod cap. expresse loquitur de ambitione religiosorum. Cito me de hoc vitio expediui: quia que hic de hoc scripsi & plura alia pertractaui supra in prima parte. §. cum vero ecclesia. ver.habet cupido glorie.in c.lxij. Itẽ in ista secunda parte in.ij.capit. Threnoruz.in.§. quomodo.versic. iuxta tropologiam. in capi.quinto.

Religiosoruz ambitio.

De quinq₃ nobis imitandis in formica. Cap. 75.

Accidia

Cciosum aliud vitium religiosorum nostri temporis propriū accidia est. que desinitur a Damasceno, afflictio siue tristitia aggrauans. Et hec est infirmitas religiosoꝝ quorūdā qui designati sunt in Helia. de quo dicitur. iii. Reg. xix. ꝙ quū fugeret a facie Jezabel: in deserto proiecit se ad vmbram iuniperi: & petiit anime sue vt moreretur tedio affectus. Secundum Joan. cass. in lib. de accidia. Accidia dicitur tedium vel anxietas cordis. Cōtra tales accidiosos sunt exempla de sole peragente continue cursum suum ab oriente in occidentem: qui remunerationem quasi sui laboris non expectat. Eccle. j. Oritur & occidit sol. Augu. Indecens est christiano si radius solis eum in lecto inueniat. Posset enim dicere sol si loqui posset: Amplius laboraui ꝙ̄ tu: & tamen iā surrexi. & tu adhuc dormis. De herbis crescentibus: que impedimentum habent caloris & frigoris. Mat. vj. considerate lilia &c. Item de formica. Prouerb. vj. Vade ad formicam o piger. Ubi quinq₃ notabilia & exemplaria sunt de ea. s. ꝙ a puro animali docetur homo. e. xxiii. q. iii. si habes. Secundum, ꝙ per multos cursus & discursus querit cibum suum. & homo est remissus in querēdo cibo aīe sue: & corporis etiā frequenter. cōtra quos ps. cxxv. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Ecc de. xj. Mane semina semen tuum: & vespere non cesset manus tua. Tertium, ꝙ non habet ducem quem sequatur: & qui puniat negligentiam eius. homo vero habet. vij. q. j. scilicet mo. Quartum est, ꝙ purum granum eligit. & homo spurcius. Prouerb. xvj. Os stultorum dissimile erit. Quintū, ꝙ formica adeo se onerat ꝙ minor videtur suo onere: & homo vix pro anima parū laborare potest. qui si vellet. multo plus posset facere ꝙ̄ credat. ad hoc. xlvii. di. oēs huius seculi. Item de ape cum tanta solicitudine aluearia fabricante. de conse. di. v. nunꝙ̄. Item labor agricolarum, mercatorum, artificum, militum, nautarū, qui tot labores pro corporibus perferunt. & tamen pro regno celesti vix modicū possumus laborare. prec. c. oēs. Aug. O si possemus excitare homines: & cum ipsis pariter excitari: vt tales essemus amatores vite permanentis: quales sunt homines vite fugientis. Quidam patrum videns meretricem ornatā: ait. Ignosce mihi omnipotēs deus: quia meretricis huius ornatus pro mūdo superauit totius vite mee industrie ornamenta. Abbas Pembo videns aliā meretricem in Alexandria: fleuit. & ait querentibus quare fleret. Due sunt cause. vna de perditione illius anime. alia, q: non habeo tale studiū placendi deo: quale habet ista vt placeat hominibus. Item exēpla sanctoꝝ. Dauid ait. ps. lxxxv. Pauper sum ego: & in laboribus a iuuentute mea. Prouer. vlti. Panem otiosa non comedit. Exemplum de christo Jo. iiij. Fatigatus ex itinere &c. Ber. Quandiu vixero: memor ero laborum quos christus sustinuit in predicando. fatigationum in discurrendo. Luce. viij. temptationum in ieiunando Mat. iiij. & Luc. iiij. vigiliarū in orando. Mat. xij. & xiiii. & Luc. vj. lachrymarum in compatiendo. Luc. xix. Recordabor etiā dolorum, conuiciorum, sputorum, colaphorum. Mat. xxvj. subsannationum, exprobrationum, clauorum, & similium. alioquin requiretur a me sanguis iustus qui effusus est super terram. Unde & dicebat ps. ix. Tu solus laborem & dolorē consideras. Job. v. Homo nascitur ad laborem. vbi Ber. Homo ad laborē natus si laborem refugit: nec facit ad quod nat⁹ est: ad quod venit in mundum: quid respondebit ei qui misit eum: qui instituit vt laboret? Contra non laborantes ps. lxxii. In labore hominū non sunt. vbi Bern. Sunt necesse est in labore demonum. qui in labore hominum non fuerunt. de pe. di. j. serpens. Requisitus Arsenius in quo confideret. respondit. in eo quod homines fugi: aliquādiu tacui: fleui: potissime in hoc gaudeo: quia manibus laboraui cū Paulo Ephe. iiij. de cons. di. v. nunꝙ̄. De nostra dña legit Luce j. abiit in montana cū festinatione Gen. xviij. Festinauit Abraā &c. Orig. Senex currit: Sara accelerat. puer festinat. nullus piger inuenitur in domo sapientis. Et christus zacheo. Luc. xix. Festinans descende. Hiero. super illud Ezechiel. xvj. Hec fuit iniquitas sodome &c. Semper inquit aliquid est faciendū: ne ager nostri pectoris manu cessante malarū cogitationum sentibus occupetur. Eccle. vii. Non oderis laboriosa opera. Rusticatio a deo data fuit quando Ade dixit Gen. iii. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. vel qñ positus fuit in paradisum vt operaretur. Gen. ii. Eccle. ix. Quodcunq₃ potest man⁹ tua instanter operare &c. ij. Thessa. iii. Si quis non vult operari: non manducet. ij. ad Timo. iiij. In oībus labora. Galat. vj. Bonum facientes non deficiamus. Apoc. iij. Utinā esses frigidus aut calidus. sed quia tepid⁹ es &c. vbi dicit interlinearis gl. ꝙ maior spes est de frigidis ꝙ̄ de tepidis: quia tepidi quādā fiduciā & securitatē accipiunt de eo ꝙ aliquid boni agūt & ideo se non corrigunt sicut in religiosis apparet: q cōiter postꝙ̄ sunt tepefacti: sunt incorrigibiles. quia tenent se & reputant. Sed tales euomunt ab ore dei: qñ in deteriora precipitantur: vel impenitentes moriuntur. De hoc per Joan. cassi. coll. iiij. Danielis de hoc. j. e. §. ver. contra illā. De hac tepiditate dic. t Hiero. Sola est que solet deo vomitum prouocare. Luc. xiij. de ficulnea nō reddente fructum dicitur. Succide illam. Mat. xxv. Tollite ab eo. s. pigro talētū &c. Mat. iij. & vij. Luc. iij. Omnis arbor que non facit fructum: succidetur & in ignem mittetur. extra de dec. quāuis. Rabanus. Si sterilitas in ignē mittetur rapacitas quid meretur? Job. xl. Circundant eum salices de torrente. i. infructuosi faciunt vmbrā diabolo: sub qua requiescit. Jud. j. de Adonibezech qui amputauit. lxx. regibus manuum & pedum summitates. Adonibezech qui dicitur dñs nutis vel dñs fulgurans: vel dñs egestatis vel vani conté ptus. est diabolus qui amputat hominibus (q se deberét regere) summitates pedum & manuum: vt laborare non possint. In domum vacantem intrat diabolus cum septē spiritibus nequioribus se. Mat. xij. Luc. xj. Job. xxvj. Qui extendit aquilonem s. diabolum super vacuum. i. cor otiosum vacuū bono. & dormit in secreto thalami id est hominis otiosi vani & infructuosi Job. xl. Prouer. xx. Propter frig⁹ piger arare noluit. mendicabit ergo estate: & non dabitur ei. & Prouer. x. Egestatē operata est manus remissa &c. Et. xxviij. Qui operatur terram suam: saturabit panibus. Qui sectatur otiū: replebit egestate. & xxiiij. Usq₃quo piger dormis? vsq₃quo de somno consurges? Parum inquam dormies. modicum dormitabis paulisper manus cōseres vt quiescas & veniet

In formica quid cōsiderãdū.

tibi quasi cursor egestas tua. & mendicitas quasi vir
armatus. Et loquitur de egestate & mendicitate perpe
tua gehennali. in qua tales acidiosi famem patientur
vt canes secundum Dauid. ps. lviii. Job. xviij. Attenuetur fa
me robur eius: & inedia inuadat costas eius. Prouer.
xxiiij. Per agrum hominis pigri transiui: & ecce
totum repleuerant vitice. tentationes scilicet carna
les pungentes. Eccl. x. In pigritiis humiliabitur con
tignatio. contignatio est lignorum coniunctio que fit
in inferiori parte tecti. quam piger ex pigritia permit
tit humiliari & destrui. Hoc est proprium pigri: non
subuenire periculis in tempore opportuno. Eccle. xxij.
In lapide luteo lapidatus est piger. & omnes loquen
tur super aspernationem illius. De stercore boum la
pidatus est piger. & omnis qui tetigerit eum: excutiet
manus. Desideria occidunt pigrum. Prouerb. xxi.
quia acidiosus affligitur spirituali paralysi: designatus
per puerum paralyticum iacentem in domo centu
rionis. qui male torquetur: quia quiescendo torquere
tur. sed qui torquetur laborando: bene torquetur. quia
vtiliter. Mat. viii. Gen. iij. Maledicta terra in ope
re tuo. in laboribus comedes ex ea cunctis diebus
vite tue. spinas & tribulos germinabit tibi. Bernar.
Hec est maledictio Ade: vt in terra laboris nostri &
in agro cordis & corporis nostri noxia & inutilia gra
tuito passimque proueniant. vtilia vero & necessaria
cum labore. Si spiritus remissus fuerit: caroque aduer
sus spiritum concupiscit: quotidie aliquid super ipsum
apponit. Prouer. xij. Manus remissa tributis seruiet
manus fortium dominabitur. Ibidem. Qui opera
tur terram suam: satiabitur panibus: qui autem secta
tur otium stultissimus est. Cant. ij. Tempus putatio
nis aduenit. Bern. Quis ita ad vnguem omnia a se
superflua resecauit: vt nihil se habere putet putatio
ne dignum? Credite mihi & putata repullulant: & ef
fugata redeunt: & reaccenduntur extincta: & excitan
tur sopita. Parum est ergo semel putasse. sepe putan
dum est. imo si fieri posset, semper quia semper quod
putari oporteat: si non dissimulas: inuenis. Quan
tumlibet in corpore manens profeceris erras: si vi
tia credes emortua & non magis oppressa. Velis no
lis inter fines tuos habitat Jebuseus. id est concul
catio. xj. q. iij. nolite. Judi. j. Subiugari potest: sed non
exterminari. Unde in tanto discrimine consilium est:
obseruare diligenter: & mox vt renascentium vitiorum
capita apparebunt: prompta seueritate abscindere.
quod sine ingenti labore non fit. Mat. xxv. dicitur
de pigro. Tollite ab eo talentum. Luc. xix. Auferte ab
illo scilicet pigro misericordiam &c. Jo. xiiij. Qui non di
ligit me &c. Greg. Nunquam est amor dei otiosus. ope
ratur enim magna si est. si autem operari renuit: amor
non est. Acidia nedum priuat gratia: sed & fructu. s.
gloria. Bern. Citius me priuares amara morte vita:
quam fructu gratie. nam vita sine fructu mors. Deinde
duplex malum paratur ligno infructuoso securis &
ignis. Mat. iij. & Luc. iij. Regnum celorum vim patitur
Mat. xj. vbi glos. Grandis violentia est in terra na
sci. & celum rapere & habere per virtutem. quod per
naturam non possumus. Gregorius. Nemo in hoc
vite itinere torpeat: ne in patria locum perdat. Idem.
Justus ne celestia perdat, cauet: & ne inanis ab ope
re dies eat. Acidiosus tempus perdit quod preciosum
est. Bern. Non parum estimes tempus quod in fa
ctis vel dictis otiosis expenditur. volat enim verbum
irreuocabile. volat tempus irremediabile. nec auer
tit insipiens quid amittat. Idem. Nihil preciosius
tempore. sed heu nihil vilius hodie reputatur. Idem.
Tempus tibi impensum requiretur qualiter sit ex
pensum. & sicut capillus non perit de capite: ita nec
momentum peribit de tempore. ps. lxxiiij. Quum ac
cepero tempus: ego iustitias iudicabo &c. Thre. pri.
Uocauit aduersum me tempus. Joan. cass. in. x. lib. de aci
dia. ait. Acidia affinis est tristitie ac solitariis magis
experta infestior hostis ac frequens: maxime circa
horam nonam monachum inquietans. vt quedam
febris ingruens tempore prestituto ardentissimos
estus accessionum suarum solitis ac statutis horis ani
me inferens egrotanti. Et denique nonnulli senum hunc
esse pronunciant meridianum demonem. ps. xc. A de
monio meridiano. qui quum miserabilem obsederit
mentem: horrorem loci, celle fastidium, fratrum quoque
qui cum eo vel eminus commorantur tanquam negli
gentium ac minus spiritualium aspernationem gi
gnit atque contemptum. Ad omne quoque opus facit
desidem atque inertem. Non enim in cellula residere
non operam sinit impendere lectioni. nihilque se pro
ficere sine tempore in ea commorans crebrius inge
miscit. nec habere se fructum aliquem spiritualem do
nec fuerit illi consortio copulatus queritur atque suspi
rat. & ab omni se dolet spirituali questu inanem in lo
co vacuumque consistere: vtpote qui quum posset alios
regere: nullum edificat. abscitita longeque posita mo
nasteria loca etiam illa magis ad profectum vtilia de
scribit consortia quoque fratrum ibi suauia & plena con
solatione spirituali. depingit econtrario vniuersa que
habentur pre manibus aspera. & non solum edifica
tionem nullam esse in fratribus qui morantur in lo
co: sed nec ipsum quidem victum corporis absque in
genti labore conqueri postremo non posse in eo loco
durantem deinde lassitudine in corporis cibique esu
riem quinta sextaque hora tantam suscitat: vt velut lon
go itinere grauissimoque labore confectus sibimet las
susque videatur. Tum preterea huc illuc anxius circum
spectat. & fratrem sibi quempiam aduenire suspirat.
sepiusque ingreditur & egreditur cellam. ac solem velut
ad occasum tardius properantem crebrius intuetur.
Et ita quadam irrationabili mentis confusione ve
lut tetra repletur caligine. omnique actu spirituali red
ditur otiosus ac vacuus. vt nulla re alia tante oppu
gnationis remedium quam visitatione fratris cuiuspiam
seu somni solius beneficio posse existimet inueniri.
deinde honestas idem morbus ac necessarias sugge
rit salutationes fratribus exhibendas visitationes
infirmorum vel eminus vel longius positorum pere
grinationes etiam sanctorum suggerit. & ibi multas
indulgentias obtineri. Quedam etiam pia suggerit
officia. s. parentes debere inquiri: & ad salutandum
eos crebrius properari. De hoc vitio Dauid. ps.
cxviij. Dormitauit anima mea pre tedio. i. pre acidia
proprie salutis. Non corpus dixit sed animam dor
mitasse. vere enim ab omni contemplatione virtutum
& intuitu spiritualium sensuum dormitat anima mea: que
perturbationis huius telo fuerit sauciata. Contra
hunc morbum Apostolus ad Thess. in. j. epistola. iiij. c.
Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis:
& operam detis vt quieti sitis: & vt vestrum negocium
agatis: & operemini manibus vestris sicut precipimus
vobis: & vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt:
& nullius aliquid desideretis. Que verba contra aci
diosos exponit vtiliter Jo. cass. in predicto vitio de
acidia & predicto loco. & posui latius supra in hac par
te in. §. ex quo sponsa. ver. Item idem in. x. lib. in. c. j.

Hec est autem apud Egyptum ab antiquis patrib⁹ sancita sententia operantem monachū demone vno pulsari: otiosum vero innumeris spiritibus infestari. Nilus acidia est lassitudo anime qui tentationibus fortiter nō resistit. Quod enim est esca in corpore sano. hoc tentatio infortissima anima. Nubes sine aq̄ ventus prosequitur. ⁊ mens patientiam non habēs a spiritu acidie dissipatur. Spirit⁹ acidie expellit monachum de loco suo. qui autem habet tolerantiam: cum silentio degit. Semper infirmorum visitationē immittit acidia. patiens autē contentus est proposito suo. Acidiosus monachus in ministerio velox mandatum reputat satisfactionem suam. Circuitor monachus quasi frigore in solitudine modicum nō quievit. ⁊ rursus fertur. ⁊ non faciet fructuz virtutis. Oculus monachi otiosi semper attendit ad ostium. ⁊ mens eius adventum visitantium meditat. Stridor: ēm ianua dedit: ⁊ ille protinus exiliuit. vocez audiuit ⁊ per fenestram aspexit. Acidiosus lectitans se pius oscitatur: ⁊ in somnum demergitur facile confricat aciem: ⁊ manus extendit. ⁊ oculos avertens a codice, parietem intuetur. ⁊ rursum rediens incipit paululum legere. ⁊ aperiens vltimam partem libri verboruz curiosus existit ⁊ numerat quaterniones: supputat versus. postremo complicans librum capiti suo supponit. Ordina tibimetipsi in omni tempore mensuram: ⁊ nec primum abscedas: donec consumaveris illud. ⁊ ora iugiter profunde ac fortiter. ⁊ spiritus acidie effugabitur abs te. Climacus in gradu. xiiij. de acidia. Acidia est anime remissio, ⁊ resolutio mentis, pusillanimitas excitationis, odium professionis, mundanorum beatificatrix, dei quasi inuisceros ⁊ sine benignitate detractrix, in psalmodia infirmans, in oratione ferrea, in operatione manuum importune pigra, in obedientia improba. Medicus mane visitat infirmantes. ⁊ acidia exercitatores circa medium diem. In oratione stantibus necessaria negocia reducit ad memoriam. non presente psalmodia acidia non apparet. ⁊ finito canone aperti sunt oculi. In tempore acidie apparent violēti: qui inde sibi inferunt ⁊ rapiunt celum. Mat. xi. Nihil enim aliud ita sicut acidia coronas consiliat. In vitis patrum legitur ꝙ quodam tempore abbas Antonius dum resideret in eremo: spiritu tentatus acidie, cogitationibusq̄ diversis implicatus, dicebat ad dn̄m. Dn̄e saluari desidero: sed cogitationes varie non permittunt. Et post paululum surgens quēdam sibi similem suspicit torquentem funiculum ⁊ surgentem ⁊ orantez. Erat enim angelus ad emendationē Antonij destinatus. a quo sermonem audiuit. Et tu ita faciens Antoni saluaberis. Item quidam frater requisiuit Achillam dicens. Nulla opera facio monachi: sed in negligentia cōstitutus comedo, bibo, dormio. Cui senex dixit. Curre ⁊ sede in cella tua. ⁊ quod potes fac sine perturbatione animi. ⁊ confide in deum: quoniam qui sedet in cella propter deum invenitur in loco vbi est sanctus Antonius. Tentato fratri de acidia volenti de cella recedere ⁊ infirmos visitare quia non poterat ieiunare: ait Arsenius. Vade manduca ⁊ bibe ⁊ dormi: ⁊ ne opereris. tātummodo pedem tuum extra cellā non efferas. continentia enim celle monachum ad ordinem solet bonorum vite deducere. Alter requisiuit abbatem Achillam dicens. Cur sedens in cellam meam patior acidiam? cui senex. Quia necdum vidisti requiem quaz speramus: neq̄ tormenta que timemus. si enim ea diligenter inspiceres: etiam si vermibus esset plena cella tua vsq̄ ad collum: tu tamē in ipsis iacens permaneres sine acidia. Dixit quidam senex. Ideo non proficimus: quia mensuras proprias ignoramus. nec habemus patientiam in opere quod incipimus: sed sine labore volum⁹ adipisci virtutem de loco in locū. acidia turbante transimus sperantes quia inveniemus locuz vbi non est diabolus. Serapion in collatio. de. viij. vitijs. Acidie genera sunt duo. Unum qd̄ ad somnum precipitat estuantes. Aliud quod cellaz deserere ac fugere coarctat. Circa acidiaz religiosorum multiplex malum invenitur: Unum est ꝙ quū ipsi sint quasi continue in colloquio cum deo: tamē oculos cordis non aperiunt: nec vidēnt: nec audiūt quid deus eis loquitur: vel ipsi deo. Greg. Quū oramus: cum deo loquimur. Quum vero legimus: loquitur nobis deus. Item aliud ꝙ non proficiunt in iis que religionis sunt. immo quanto diutius in religione sunt: tāto magis dissoluti sunt. quod valde miserabile ⁊ verecundum est. sicut in scholis esse ⁊ non addiscere. xij. q. ij. socrates. sub cap. gloria. Itez aliud quuz sint in statu in quo non solum currere sed ⁊ volare deberent: sicut viri contemplativi. de quib⁹ Esa. lx. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Pigri tamen ⁊ tardi inveniuntur: etiam illi qui strenui erant in seculo. Unde super illud. ps. xviij. Exultauit vt gigas ad currendam viam, scilicet christus. Bern. Currentem non apprehendit: quia ⁊ ipse pariter non cucurrit. Item aliud ꝙ in loco vbi maior est conflictus securi ⁊ somnolenti efficiunt. In maiori cōflictu sunt claustrales q̄ alij. ⁊ plus gaudet diabolus qn̄ claustralis tangit mulierem mala intentione: q̄ de adulterio hominis secularis. c. xl. dist. homo. vide qd̄ no. xxvij. q. ij. iuncta. ⁊ quod legitur ⁊ no. xxxij. q. v. qui viderit. Unde non deberent claustrales esse securi. sz cum timore ⁊ tremore salutem suam operari. In eis enim dicit Apostolus ad Ephe. vj. Non est nobis colluctatio. s. religiosis, adversus carnem ⁊ sanguinē subaudi tantū. sed adversus principes ⁊ potestates adversus mundi rectores tenebrarum harum ⁊c. Item aliud ꝙ volunt esse otiosi vbi nō est loc⁹ otij. s. in agone ⁊ cursu. j. ad Corin. ix. Species acidie. xvj. Acidie
sunt: tepiditas, mollities, somnolentia, otiositas, dilatio, tarditas, negligentia, imperseverantia, remissio, dissolutio, penuria, ignavia, indevotio, tristitia, tedium vite, desperatio. Tepiditas est parvus amor boni. que videtur esse radix i peccato acidie: ⁊ origo ceterorum que enumerata sunt. Inde accidit ꝙ homo fortis ⁊ sapiens non facit decimam partez penitentie quaz facit vna vetula pauper simplex. hoc est propter parvum desiderium boni. Bern. Ideo multa non possumus: quia multa nolumus. Itez ibidē. Si incipis: incipe perfecte. Si in profectu es: hoc ipsum iam perfecte age. si perfectionis aliquid attigisti: ipsum in temetipso metire. Si vero quis desiderat: desideriuz deus adimplet. ps. xx. Desideriū anime eius tribuisti ei dn̄e. Quis hodie dicit cum ps. xxxvij. Dn̄e ante te omne desiderium meum. Et iterum. xlij. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquaruz. Contra istam tepiditatem dictum est Apoca. iij. Utinam esses calidus aut frigidus. aut religiosus spiritualis, aut frigidus secularis. sed q: tepidus es: tepefactus religiosus a feruore cum quo mundum dimisisti. incipiam te euomere ex ore meo. q: peior est ⁊ fastidibilior cibus tepefactus q̄ frigidus vel calidus. sic peior religiosus tepefactus ⁊ relapsatus q̄ secula.

Acidie species multe.

Tepiditas.

ris.c.xlvij.di.quantumlibet.xij.q.j. scimus.de pe.dis.
ij.pennata.de hoc late in coll. Danielis que est quar
ta in libro collationum. Sequitur de mollitie. que *Mollities.*
est impatientia rei dure. Unde Prouerb.xviij. Qui
mollis est ⁊ dissolutus in opere suo: frater est sua ope
ra dissipantis. Mollis est qui cedit duris: ⁊ tribula
tionibus succũbit: ⁊ ab opere desistit. Talis sua ope
ra dissipat. Ad quam miseriam veniant molles ostẽ
ditur Deutero.xxviij. Tenera mulier ⁊ delicata que
super terram ingredi nõ valebat: nec pedis vestigiũ
figere propter mollitiem ⁊ teneritudinem nimiam:
inuidebit viro suo ⁊c. Summum remedium contra
mollitiẽ est ignis spiritussancti qui lutea consolidat.
⁊ assuetudo durorũ. Bern. Rusticus duros hʒ ner-
uos fortes lacertos.exercitatio fecit.sed torpore mol
lescit. Sequitur de somnolentia. de qua Prouerb.
xix. Pigredo immittit soporem. Quod potest intel *Somnolentia.*
ligi de sopore contemplationis in illis qui nomine
orationis palliant suam pigritiam: nolẽtes aliquid
operari. sicut dicunt ⁊ faciunt Begardi de Aleman
nia. ⁊ alij de Lombardia qui vocantur Apostoli. de
quorum numero quum quidam venisset ad abba-
tem Siluanum: ⁊ reprehendisset quia fratres mani
bus laborabant. senex fecit eum includi in quadam
cella ⁊ dari ei codicem ad legendum. Hora solita co
mederunt fratres: ⁊ non vocauerunt illum. Quũqʒ
transisset hora: respiciebat ille vtrũ vocaretur ad ci
bum. ⁊ interrogauit senem, vtrum fratres comedis-
sent: ⁊ quare non vocauerant eũ. Cui senex. Tu ho
mo spiritualis es: ⁊ non habes necesse hanc escã car
nalẽ. nos autem carnales comedimus: ⁊ ideo opera
mur. ⁊ quum audisset: incepit penitere. Cui abbas.
Ergo necessaria est Marthe Marie. Luc.x. extra
de renun.nisi.§.pen. Idem no.ã.§. ex quo sponsa. ℣.
alius frater.in.cap.ij. De somno corporis. Prouer.
xxiiij. Usqʒquo piger dormis? Bern. Caue serue dei
inquantum potes: ne sit somnus non quies lassi, sed
sepultura corporis suffocati. Eccl.xxij. Cum dormiẽ
te loquitur qui enarrat stulto sapientiam. ⁊ in fine ora
tionis dicit. Quis est hic? Si stultus non habuisset
voluntatem dormiendi per duos dies: tamen tẽpo-
re lectionis vel sermonis dormiret. quod immissio-
ne demonis fit. vt in vitis patrũ legitur de Mache
to. qui a domino hanc gratiam impetrauit: vt quot-
quot diebus ac noctibus spiritualis collatio ageretur:
nunqʒ dormiret. Siquis vero detractionis verbum
seu otiosum tentasset in fratre: in somnum protinus
concidebat. vt narrat Jo.cassi.in.v.lib.de gastrimar
gia. De hoc somno venit multiplex malũ. Judi.iiij.
⁊ de Sysara qui dormiens occisus est. ⁊ eodem.xvj.
de Samsone qui obdormiuit inter genua Dalile: ⁊
excoculatus est. Itẽ in libro Judith que occidit ho
lofernem dormientẽ Judith.xiij. Et Isboseth dor
miendo decapitatus est.ij.Regũ.iiij. Ad hoc vt de-
bito modo dormias necessarius est labor discretus.
Eccle.v. Dulcis est somnus operanti siue parum si-
ue multum comedat. Et sobrius cibus ⁊ potus est
custodia sensuum tuorum. Bern. Sobrium cibum,
sobrium sensum, sobrius sequitur somnus. Est autẽ
alter somnus dulcis contemplantium. De quo Hie
re.xxxj. Somnus meus dulcis mihi. Tales sponsus
prohibet excitari. Can.iij. Adiuro vos filie hierusa-
lem. ⁊.j. Ne suscitetis neqʒ euigilare faciatis dilectã:
donec ipsa velit. De hoc etiam somno Gene.ij. Im-
misit ergo dñs deus soporem in Adam: quũm ob-
dormiuisset. Unde super Cañ. Bern. Iste sopor ra-
ptus fuit de pe.di.ij.§.romanos.℣.adam. Unde di-
cit ibi. Mihi videtur incommutabilis veritatis in-
tuitum ⁊ abyssum diuine sapiẽtie corporis excedẽs
sensibus obdormisse quod ex verbis eius conijci po
test: dum tanqʒ ebrius de cella vinaria veniẽs ⁊ eru
ctans magnum pietatis sacramentum quod tanto
post in christo ⁊ ecclesia apostolus commendauit.ad
Ephe.v. Hoc nunc (inquit) os ex ossibus meis ⁊c.
xxxv.q.x.fraternitatis.extra de biga.debitum. De *Otium.*
otio. Prouer.xij. Qui sectatur otium: stultissim⁹ est.
Stultus quidem quia futuram vitaʒ non preuidet:
⁊ presentem negligit. Stultior quia hostibus ⁊ de-
monibus se exponit. Stultissimus quia hostes suos
nutrit quia otio vitia nutriuntur ⁊ impinguantur: si-
cut solent in otio impinguari. De primo, Ecclesi.ix.
Melior est canis viuus leone mortuo. Leo mortu⁹
est aliquis magnus otiosus: cui preualet canis viu⁹
id est aliquis viuus strenuus ⁊ operans. Nec soluʒ
mortuus est otiosus: sed bis mortuus quia in corpo
re ⁊ in anima. Unde in canonica Jude.i.c. Arbores
autũnales infructuose bis mortue. De secũdo Thre
no.iij. Tetendit arcum suum ⁊ posuit me sicut signũ
ad sagittam. Otiosus enim est quasi signuʒ ad sagit
tam. quia potest vndiqʒ a demonibus sagittari. Est
eniʒ velut castrũ sine muro. Unde Ezechie.xxxviij.
Ascendam ad terram absqʒ muro. verbuʒ est diabo-
li. Ueniam (inquit) ad quiescentes habitantesque
secure. Homo bene occupatus, est velut castruʒ clau-
sum Augu. Non facile capitur a tentatione: qui bo-
no vacat exercitio. Otiosus non tantum vni hosti:
sed pluribus exposit⁹ est. vt dixi supra de acidia. De
tertio, Bern. Omnium tentationum ⁊ cogitationũ
malarum ⁊ inutilium sentina est otiuʒ: quia omnes
sordes luxurie verbositatis ⁊ nugaruʒ necnon ⁊ cu-
riositatis ⁊ superbie recipit. De luxuria exemplũ in
Dauid. qui postqʒ fuit in pace ab hostibus: cũ Ber
sabee adulterauit.ij.Regum.xj.de pe.di.ij.§.opponi
tur.ver.nunquid Dauid. Et de Salomone fornicã
te ⁊ idololatrante in otio.iij.Reg.xj.xxxij.q.iiij. Sa-
lomon. De verbositate ⁊ curiositate.j.ad Timo.v.
Adolescentiores viduas deuita ⁊c. De nugis. Ber.
Otiositas mater nugarum: nouerca virtutum. ⁊ qꝛ *Otiositas.*
otiosus locum facit diabolo in se: ideo omni loco est
indignus preterqʒ inferno. In celo eniʒ non recipie
tur. celum enim merces tm̃ erit operariorum. Mat.
xx. Uoca operarios ⁊ redde illis mercedem. Nec in
paradiso terrestri. Gen.ij. Tulit ergo deus hominẽ:
⁊ posuit eum in paradiso voluptatis: vt operaretur
⁊ custodiret illum. In purgatorio non. Unde in ps.
lxxij. In labore hominum non sunt ⁊c. Et ideo non
cum hominibus flagellabuntur in purgatorio sed
cum demonibus in inferno. Multam malitiam do
cuit otiositas. Eccle.xxxiij. Frater Egidius socius
beati Francisci dicebat qꝫ ociosus amittit hunc mũ
dum ⁊ aliũ: non fructificando sibi nec alijs. Im-
possibile est virtutes acquiri sine solicitudine ⁊ labo
re. Inuenis qui laborem recusat: regnum celorum
recusat. Si solicitudo non prodest: negligentia non
nocet.ij.q.v.quanto.extra de postu.prel.c.j.§. nos er-
go Quia sicut bonum non prodest: malum non no-
cet. Sicut otiositas mala est via ad infernuʒ. ita otio
sitas ⁊ quies sancta est via ad celuʒ. De quo otio san
ctus Aug. Otium sanctum querit charitas verita-
tis .i. contemplationis. Negotium iustum suscipit
necessitas charitatis. viij.q.j.qui episcopatum. Itẽ
Egidius. Homo petit a deo bonum sine mensura ⁊

sine

sine fine: et vult ei seruire cum mensura et cum fine.
Qui ergo vult sine mensura et sine modo amari et re
munerari: debet sine modo amare et sine mēsura ser
uire et sine modo. Qui exstructat corpus suum amo
re altissimi de bono quod facit a celo inferiꝰ premiuꝫ
non requirit aliquod. Ego possez dicere veraciter ꝙ
qui (quod est leue) alleuiat sibi iugum dñi et laborē:
aggrauat sibi illud Mat.xj. et qui id aggrauat: sibi
alleuiat. Utinam facerent hoīes illud Mat.xj. etiaꝫ
quod melius esset corpori in hoc mundo. corpus aūt
sentit de bonis anime. Multum debet homo esse so
licitus ad custodiendum sibi gratiam datam a deo:
et cum ea fideliter laborare. ij. Cor. vi. qꝛ sepe amittit
fructus pro folijs. et grana pro paleis. Quibusdam
auteꝫ dat fructus: et frondes facit ei caras. quibusdā
dat vtrunqꝫ. Maius reputo bona data a deo cōser
nare: ꝙ acquirere. Qui nouit acquirere, sed nescit re
ponere: nunquam ditabitur. Homo pp negligentiaꝫ
suam perdit perfectioneꝫ suam. Siquis esset pauper
rimus: et diceret ei aliquis, accommodo tibi hanc rē
vt per tres dies exstructes eaꝫ: et per hoc habebis the
saurum infinitum. nonne iste studeret exstructare soli
cite illaꝫ? Res mutuata nobis a deo est caro nostra.
et quasi tres dies sunt totum tempus vite nostre. Si
vis ergo frui: stude lucrari. si. n. non laboraueris: non
quiesces. Si omnes agri et vinee huius mūdi essent
vnius hominis qui non coleret: quem fructum per
ciperet inde? Alius autem habens paruaꝫ quantita
tem agrorum et vinearum: et bene colens: percipit in
de fructus pro se et pro alijs. Uerbum ironicum est.
Ad spem vicini tui non ponas ollam ad ignem. Nō
est homo beatus si bonam habet voluntateꝫ: nisi bo
nis operibus studeat eam sequi. qꝛ ad hoc deus dat
gratiam suam homini: vt sequatur eaꝫ. Paulꝰ. Gra
tia dei sum id quod suꝫ. et gratia in me vacua nō fuit
Dilatio. j. Cor. xv. hucusqꝫ frater Egidius. Sequitur de alia
specie acidie, que est dilatio. que multuꝫ nocet: qꝛ no
cuit semper differre paratis. qꝛ qui non est hodie cras
minus aptus erit. De dilatione conuersionis. Eccl.
v. Non tardes conuerti ad dñm. Sopho. j. Uoꝫ can
tantis in fenestra coruus in superliminari. Aug. Dif
ferebam de die in diem viuere in te: et non differebaꝫ
mori in memetipso. Item Aug. Ipsa res est que mul
tos occidit: quum dicunt cras cras: et subito clauditur
ostium et remanēt foris cum voce coruina: qꝛ nō ha
bent gemitum columbinum. Cras cras vox corui
est. Eccl. xxxij. Hora surgendi nō te tricos id est alijs
curis implices. Ber. Ab ore putei gehenne eripiar: et
inducias petam: et cunctabor exire? Abscondi igneꝫ
in sinu meo: et exusto iam latere, iam nudatis viscerι
bus, iam sanguine defluente, diu mihi deliberanduꝫ
est: an expergiscar, an excutiam: an abijciam illum.
Contra talem malam dilationeꝫ ad remanendū in
pcō de pe. di. iij. ille rex. Ille rex tantus et potens nec
exiguo quidem momento manere penes se delicti
passus est cōscientiaꝫ: sed prematura confessione atqꝫ
immenso dolore reddidit peccatum suo dño ꝛc. Qꝛ
mora noceat. extra de reg. iur. mora. li. vj. Nescimus
quid erit cras. Mat. vj. xij. q. j. habebat Actu. j. Nō
est vestrum nosse tempora. Ber. Quid de futuro mi
ser tam temerarie presumis. tamꝗꝫ pater temporum
momenta in tua et non magis in sua posuerit pote
state? Ber. Computatio dilata multa facit obliuisci.
Contra dilationem confessionis de pe. di. vij. sed nul
lus. Utrum quis teneatur statim confiteri quuꝫ pec
cat et sacerdotum habet teneatur ꝙ nō. no. de pe. di. v.

in summa. Alia species acidie est tarditas. Bern. **Tarditas**
Magna confusio: ardentius desiderant seculares
semper vinosa: ꝗꝫ nos vtilia. Contra eam. Magi ab
oriente properant. Mat. ij. Et Maria cum festina
tione abijt in montana Luc. j. Et tres Marie val
de mane veniunt ad monumentum. Mar. Mat. et
Luc. vlt. et Jo. xx. Et dñs non permisit filium sepeli
re patrem: sed ꝙ statiꝫ sequeretur eū precepit. Mat.
viij. et Luc. ix. Idem de Petro et Andrea Jacobo et
Joanne. Mat. iiij. et Mattheus statim christum se
cutus est. Luc. v. Mat. ix. Et Zacheus festinus descē
dit de arbore. Luc. xix. Et in credēdo tarditas incre
patur. Luc. xxiiij. Adde que scripsi. s. in. §. commenda
bilis. in. §. quartus gradus. in. c. lxix. et quod scripsi.
s. e. §. occultum aliud ver. de dña legitur in isto c.
Alia species acidie est negligentia. que est contraria **Negligentia.**
diligentie. de qua commendatur mulier habēs drach
mas decem. Luc. xv. et de qua Prouer. xxiiij. Diligē
ter exerce agrum tuum. quod dixit Herodes Mat.
ij. maliciose nobis predica. Ite et interrogate diligēter
de puero. Qui timet dñꝫ nihil negligit. Eccl. vij. De
negligentia prelatorum. s. in multis locis tractaui.
de qua. ix. q. iij. cum simus. lxxxix. di. volumus. xliij.
di. ephesijs. xl. di. si papa. extra de of. ordi. irrefragabili.
j. rūso. vbi de hoc. de reg. c. vlt de sta. mo. cum ad mo
nasterium. §. pen. vbi de hoc. de offi. archid. ea q. vbi
de hoc. et de reg. iu. Quis. vbi plene de hoc. Alia fi **Imperseuerantia.**
lia acidie est imperseuerantia. que est de illis qui non
ducunt ad finem quod incipiunt bonuꝫ. Nō sic chri
stus qui non descendit de cruce. ꝗꝫ dicerent iudei:
Descende: et credimus tibi. Mat. xxvij. vbi Raba
nus. Si autem tunc de cruce descenderet insultanti
bus credens: virtutem nobis patientie non demon
straret: sed expectauit paululum. irrisioneꝫ sustinuit.
et qui de cruce descēdere noluit: de sepulcro surrexit.
et in. e. c. Mat. ibi. Alios saluos fecit: seipsum nō pōt
saluum facere. Bern. Quum sit ipse salus: saluatione
non indiget. sed operatur salutem nostram. nec eun
daꝫ patitur deesse de sacrificio vespertino hostie salu
taris. Nam quum saluus esse non possit: nisi qui pse
uerauerit vsqꝫ in fineꝫ. Mat. x. et. xxiiij. de pe. di. ij. §.
euidenter. ver. adhuc. et ver. in bono. et ver. pp. et ver.
multa. et ver. mirandum. et ver. item illud. quāto mi
nus pōt esse saluator? Et Jo. iiij. Meus cibꝰ est ꝛc.
et post vt perficiam opus eius. Eccl. xvij. Opus con
summaui. et Deutero. xxxij. Dei perfecta sunt opera.
Diabolus autem insidiatur calcaneo eius id est fini.
Gen. iij. Luc. xiiij. Hic homo cepit edificare: et nō po
tuit consummare. Bern. Est singularis filia summi
regis perseuerantia. illa enim sola est heres regni
eterni. Item idem. Cetere virtutes coronam regni
contexunt: sola perseuerantia eam capitibus super
imponit. Papa Liberius. Unde namque beata
est perseuerantia: nisi de virtute patientie? vij. quest. j.
suggestum est nobis. Iteꝫ illud Matthei. x. et. xxiiij.
Qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit.
vij. quest. j. suggestum est nobis. de peni. distinct. ij. §.
euidenter itaque. ver. item illud euangelicum. et ver.
multi bene. de peniten. distinctio. iij. in casum. de pe
ni. dist. iiij. in domo vlti. colum. ibi. vnde et dominus.
et. c. si ex bono. et extra de renun. ca. j. Grego. Talaris
tunica Joseph perseuerātia est. de qua Gen. xxxvij.
Unde magdalena vidit primo dominum. qꝛ perse
uerauit ad monumentum. Jo. vlt. Unde Greg. Cōn
tigit vt sola eum videret: que remansit vt quereret.
Quid prodest homini ieiunare: orare: eleemosynas

facere, corpus affligere, sentire quoque de deo magna: & nõ peruenire ad portũ salutis? Ecce apparet aliquã in mari nauis formosa magna & noua multo thesauro plena: aliquo sibi occurrente periculo ad portum non peruenit: sed perit. & quid profuit omnis multitudo illa? Et iterum Est in mari quãque nauis aliqua deformis vetus & onusta multo thesauro: & cũ multo labore euadens maris pericula peruenit ad portũ. sola hec commendabilis. Simile euenit in hominib[us] huius mundi. Merito ergo omnibus est timendũ. Quamuis enim arbor sit nata: nõ statim est magna. & si magna: non florida. & si florida: non statim producit fructus: & si producit: non statim sunt magni. & si magni: non statim maturi. & si maturi: non statim veniunt ad os comedentis. sed multi decidunt & putrescunt: & a porcis & aliis bestiis deuorentur. Ad hec de pe. di. ij. §. hec que de charitate. cum. c. se. Dixit quidam fratri Egidio. De[us] bene faciat te finire. Rñdit ipse. Quid prodest mihi si regnum celorum mandu cassem: nisi bene finirem? Sapiens. Oĩs laus in fine canitur. Philosophus. Cuius finis bonus est: ipsum quoque bonum est. Sapiens. Oĩa in fine conseruant. & iterum. Finis non palma coronat. Multi currunt

Remissio sed vnus accipit brauium. j. Cor. ix. Sequit[ur] de alia specie acidie que est remissio. quo vitio laborat qui quotidie deterior efficitur. Unde primo incipit strenue. secundo die minus. tertio nihil. Eccle. xxij. Filia fatua in deminoratione. q[uia] anima fatua semper decrescit: sicut iustorum semita crescit. Prouer. iiij. Egestatem operata est manus remissa manus autem fortium diuitias parat. Prouer. x. Item Prouerb. xij. Manus fortium dominabitur. que autem remissa est: tributis seruiet. Hebre. xij. Remissas man[us] & dissoluta genua erigite. xlix. di. j. ver. claudus. De prela-

Dissolutio. to remisso extra de sta. mo. cum ad monasterium. §. pen. Sequitur de dissolutione alia filia acidie. qua laborat qui inueniens difficultatem in sui regimine, dimittit se oĩno absque gubernatione. Prouerb. xxij. Eris sicut dormiens in medio mari & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Prouer. xix. Aia dissoluta esuriet. Hiere. xxxj. Usquequo deliciis dissolueris filia vaga? Talis dissolutio dissoluit hominem a vinculis diuine legis. Et est dissolutus ille demoniac[us]: de quo legitur Luc. viij. q[uod] ruptis vinculis agebatur a demonio in deserto. Eccl. ij. Ue dissolutis corde. Talis est ille paralyticus: de quo Mat. ix. Dicit[ur]. n. paralysis a para quod est dis, & lysis quod est solutio, quasi dissolutio vide in additione. ã. e. §. nunc de immunditia. ver. Item Jo. cass. in. c. lxxiij. q[uia] peccatum dissoluit hominem a lege charitatis que operari facit. q[uia] amor otiosus non est ẽm Greg. in homil. penteco. Et tales dissoluti paralytici efficiuntur insensibiles in aĩa. de qua insensibilitate Prouerb. xxiij. Traxerunt me: & ego non sensi. Prouer. xviij. Qui mollis & dissolut[us] est in opere suo: frater est sua opa dissipantis. Ex hac surgit pessima paupertas & penuria bonorum spiritualium. Prouer. xxviij. Qui sectatur otium: replebitur egestate. Apoc. iij. Dicis q[uod] diues sum &c. Et nes-

Ignauia. scis q[uia] tu es pauper & nudus. Sequitur de ignauia. qua laborat ille qui potius eligit in magna miseria permanere: q[uam] aliquantulum laboris subire. Eccl. iiij. Stultus complicat manus suas. & comedit carnes suas dicens. Melior est pugillus cum requie: q[uam] ple-

Indeuotio. na vtraque manus cum labore & afflictione aĩ. Sequitur de alia filia. s. de indeuotione. que est quedã ariditas spiritualis. ps. cxlij. Aia mea sicut terra sine aqua tibi. & alibi. xxxiiij. Sterilitatem aĩe mee. Et Nume. xj. Aĩa nostra arida est. Ber. loquens in persona illi[us] qui deuotionem amisit occasione superbie. Ab heri & nudiustertius inuasit me lãguor aĩe. hebetudo insolita q̃dam inertia spiritus ex sup[er]bia inuenta est in me. Non sapit psallere. non legere libros. non orare delectat. meditationes solitas non inuenio. Ideoque ad opus manuum piger ad vigilias somnolent[us]: ad iram preceps: ad odium pertinax: plingue & gule indulgentie securior: & obtusior ad predicationem. Heu oẽs montes in circuitu visitat dñs. ij. Regũ. j. ad me aũt non appropinquat. ps. cj. Aruit cor meum. Prouer. xiij. Uult & non vult piger. Secundum Jo. cassi. in colla. iiij. Danielis de concupiscentia carnis ac spũs. Mentis sterilitas triplici ratione prouenit. Aut. n. de negligentia nostra, aut de impugnatione diaboli aut de dispensatione dñi ac probatione descẽdit. Et de negligentia quidem: quum vitio nostro torpore precedente circũspecte nosmetipsos & remissius exhibentes, & per ignauiam & desidiam de noxiis cogitationibus pascentes terram cordis nostri, spinas & tribulos facimus germinare Gen. iij. quibus in ea pullulantibus consequenter efficimur steriles: atque ab omni spirituali contemplatione ieiuni. De impugnatione vero diaboli: quum etiam bonis nonnunquam studiis deditis, callida subtilitate mentem nostrã aduersario penetrante, vel ignorantes ab optimis intentionib[us] abstrahimur vel inuiti. De dispensatione autem ac probatione dei: vt paulisper a dño derelicti, & mẽtis nostre infirmitatem humiliter intuentes, superpendente puritate cordis que nobis est illius visitatione donata nullatenus extollamur. probantesque nos ab eo quodammodo derelictos, gemitibus nostris & industria illum letitie ac puritatis statum recuperare non posse intelligamus. & preteritam cordis alacritatem non nostro studio sed illius nobis dignatione collatam: & presentem de ipsius rursum gratia & illuminatione esse poscendam. Bonum est ergo nobis a dño subderelinqui: sed non totaliter derelinqui. Unde Dauid. ps. cxviij. Non me derelinquas vsquequaque. Quarta ratio est istius sterilitatis superbia & ingratitudo. q[uia] consolationes quas deus facit: imputat elatus laboribus suis & bonitati sue. & ideo a deo deseritur. vt a deo eas esse cognoscat. ps. xciij. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animam meam. Et hãc

rationem tangit Ber. ã. proxime. Sequitur de alia Tristitia. profana filia acidie, que est tristitia. que impedit letitiam spiritualem. ij. ad Cor. ix. Hilarem datorem diligit deus. extra de dona. c. j. ps. cxxxvij. Et cantent in viis dñi: q[uo]m magna est gloria dñi. Eccl. xxx. tristitiã longe expelle a te. Eccl. xxxvij. Cor prauum dabit tristitiã. Et tristitia cordis flectit ceruicẽ. Eccl. xxxviij. Et ibidem. Ne dederis in tristitia cor tuũ. Et ibidẽ A tristitia. n. festinat mors. Est autem triplex tristi-

tia. s. tristitia peccati, tristitia peccatum, tristitia de pec- Tristitia triplex. cato. Tristitia peccati est amaritudo conscientie que semper est in prauo opere. de qua Eccl. xiiij. Beatus qui non est stimulat[us] in tristitia delicti. Isi. Uis nũquam esse tristis? bene viue. reus oĩum nunquam securus est. Tristitia peccatũ est dolor immoderatus p[ro] amissione t[em]p[or]alis rei: vel consanguineorum: vel amicorum. vel ex eo q[uod] quis non habet quod t[em]p[or]aliter desiderat. xiij. q. ij. c. q[uam] preposterum. c. habent. cum. c. se. ij. Cor. vij. Tristitia seculi mortem operatur. s. anime & frequenter corporis. Eccl. xxx. Multos occidit tristitia: & non

est

est vtilitas in ea. Tristitia de peccato est dolor penitentialis. de qua .ij. Cor. vij. Que secundum deum tristitia est penitentiam in salutem stabilem operatur. Eccl. vij. Cor sapientum vbi tristitia est. Tristitia est demonium vespertinum. qui tunc incipit homines vexare: quum dies prosperitatis incipit declinare. Vexat enim in amissione temporalium: in inflictione flagellorum: ⁊ in amissione consanguineorum. Contra primum Esa. xv. Aque dybon (quod interpretatur fluxus eorum) .s. lachryme illorum qui plorant pro fluxu rerum temporalium. replete sunt sanguine. quia fedant non mundant. vnde sequitur. Ponam super dybon additamentum .s. de lachrymis ad lachrymas. de laboribus transibunt ad labores: ⁊ contritione duplici conterentur. extra de iudi. cum non ab homine. Hiere. xvij. Contra secundum Prouer. iij. Disciplinam domini fili mei ne abijcias. Contra tertium .j. ad Thessal. iiij. Non contristemini sicut ⁊ ceteri qui spem non habent. xiij. q. vlti. habent. cum. c. seq. Quidam frater requisiuit abbatem Pemen dicens: Quid faciam? quoniam turbor tristitia. Dixit ei senex. Neminem pro nihilo aspicias ij. q. j. multi. Nullum condemnes. Nulli detrahas. vj. q. j. summa. ⁊ dabit tibi deus requiem. Idem requisitus ab altero fratre dicente, Si peccauero, etiam in quocunque iniquo peccato: ⁊ consumat me cogitatio mea ⁊ arguat dicens. quare peccasti? ⁊ efficior tabefactus tristitia. quid faciam? Respondit senex. Quacunque hora ceciderit homo in culpam: ⁊ dixerit ex corde. Deus tibi peccaui indulge mihi. mox cessabit cogitatio vel tristitia ⁊ illa consumptio. Jo. cass. in colla. Serapionis de. viij. vitijs. in li. colla. ait sic. De ira tristitiam ⁊ acidiam necesse est pullulare. ⁊ .j. Quamobrem vt acidia vincatur: ante superanda est tristitia. vt tristitia propellatur: ira prius est extrudenda. Idem in eadem. Tristitie genera sunt duo. Vnum quod iracundia desinente vel de illato damno ac desiderio preperdito cassatoque generatur. Aliud quod de irrationabili mentis anxietate seu desperatione descendit. ⁊ .j. in eadem. De tristitia rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. De acidia, otiositas, somnolentia, importunitas, inquietudo, peruagatio, instabilitas mentis ⁊ corporis, verbositas, curiositas. Item Jo. cass. in li. ix. de spiritu tristitie sic ait in princi. Edacis tristitie stimuli retundendi sunt. que si passim per singulos incursus ⁊ incertos ac varios casus obtinendi animam nostram habuerit facultatem: ab omni nos separat diuine contemplationis intuitu. ipsamque mentem ab vniuerso puritatis statu deiectam funditus labefacit ac deprimit. Non orationes eam explere cum solita cordis alacritate permittit. Non sacrarum lectionum sinit remedijs incubare. Tranquillum quoque ac mitem fratribus esse non patitur. ⁊ ad cuncta operationum religionis officia impatientem ⁊ asperum reddit omnique perdito salubri consilio ⁊ mentis constantia perturbata velut amentem facit ⁊ ebrium seu suffrangitque ⁊ obruit desperatione penali. Sicut enim tinea vestimento ⁊ vermis ligno: ita secundum scripturam virus tristitie nocet cordi. Prouer. xxv. Nonnunquam autem ire precedentis vitio subsequi seu concupiscentie lucri, vel cuiusdam detrimenti causa generari solet. quum se harum rerum quadam spe mente concepta quis viderit excidisse. Interdum etiam nullis existentibus causis quibus ad hanc labem corruere prouocemur: inimici subtilis instinctu tanto merore repente deprimimur: vt ne charorum quidem aduentum solita suscipere affabilitate possimus. Idem in eadem. Est etiam aliud detestabilius tristitie genus: quod non correctionem vite, nec emendationem vitiorum, sed perniciosissimam desperationem anime iniicit delinquenti. quod nec Caym fecit post fratricidium penitere. Gen. iiij. de pe. di. j. §. ex his itaque. Nec Judam post proditionem ad satisfaciendum festinare permisit: sed ad suspendium desperatione pertraxit. Act. j. Mat. xxvij. de pe. di. iij. iudas. ⁊ c. nihil inde cum. c. se. Ideoque vtilis nobis vna re tamen tristitia iudicanda est: quum hanc vel plenitudine delictorum, vel desiderio perfectionis accensi concipimus. sed talis tristitia, que secundum apostolum .ij. Cor. vij. salutem operatur, obediens est: affabilis, humilis, mansueta, suauis, ac patiens vtpote ex dei charitate descendens: ⁊ ad omnem dolorem corporis ⁊ spiritus contritionem infatigabiliter semetipsam desiderio perfectionis extendens. ⁊ quodammodo leta ac spe profectus sui vegetata, cunctam affabilitatis ⁊ longanimitatis retinet suauitatem: habens in se fructus spiritussancti. qui sunt secundum apostolum charitas ⁊ gaudium ⁊c. Gala. v. Hec vero asperrima, impatiens, dura, plena rancore ⁊ merore infructuoso ac desperatione penali, cum quem amplexa fuerit: ab industria salutari dolore frangens ac reuocans: vtpote irrationabilis ⁊ intercipiens non solum orationum efficaciam: verum etiam vniuersos fructus spiritus. Hanc ergo perniciosissimam passionem ita de nobis expellere poterimus: vt mentem nostram spirituali meditatione occupatam iugiter futura spe ⁊ contemplatione repromisse beatitudinis erigamus. Hoc etiam modo vniuersa tristitiarum genera siue que ex precedenti ira descendunt: siue que acquisitione lucri vel detrimenti illati nobis adueniunt: siue que de illata nobis generantur iniuria: siue que de irrationabili mentis confusione procedunt: seu que letalem nobis desperationem inducunt: valebimus superare. quum eternarum rerum intuitus speculantes, semper leti ac immobiles perdurantes, nec casibus deiecti presentibus, nec prosperis fuerimus elati: vtraque velut caduca ⁊ mox transeuntia contemplantes. hucusque Jo. cass. Item Nilus in titulo de tristitia. Tristitia est meror anime: ⁊ insistit cogitationibus ire. Desiderator namque est vltionis furor. si vero non adipiscatur vindictam generabitur tristitia. Tristitia os est leonis ⁊ contristatum deglutiet facile. Vermis cordis est tristitia. Prouer. xxv. Et omnis plaga tristitia cordis est. Eccl. xxv. ⁊ xxx. Tristitiam longe expelle a te, multos enim occidit tristitia. ⁊ non est vtilitas in illa. Nescit leticiam spiritualem ⁊ suauitatem quam fuerit in tristitia monachus. neque mellis gustum, qui febribus exuritur vehementer. Omnium bonorum impedimentum est meror .s. tristitie. Qui diligit mundum contristabitur multum. qui autem contemnit que in eo sunt: letabitur semper. Qui spernit pecunias: sine tristitia est. Cupidus in amaritudine est. Amator glorie lugebit quum ignobilitas venerit. qui autem humilis est quasi conuiuium eam suscipiet. Sensus dei gustus aufert tristitiam. gustus seculi parit eam. Qui autem voluptates mundi abiecit: molestiam non patitur a cogitationibus tristitie. Dicitur in legenda beati Antonij egypty. Vna est ratio vincendi inimicum: leticia spiritualis: ⁊ anime dominum semper cogitantis iugis recordatio. Et de eo dicitur ibi quod semper hilarem faciem gerens liquido ostendebat se cogitare de celestibus. sicut scriptura ait. Eccl. xxvj. per alia verba: sed magis ad literam Prouer. xv. ibi. Cor gaudens exhilarauit faciem. merore animi deiicitur. Prouer. xvij. Animus gau-

dens etatē floridaꝫ facit. ſpiritus triſtis exiccat oſſa.
Corde letāte vultus floret. in merore cōſtitut⁹ triſtaſ.
In antiqua legēda beati Franciſci legitur ſic de eo.
Tm̄ autem diligebat virum letitia ſpirituali plenuꝫ
ꝙ pro generali commonitione in quodam capitulo
cōſcribi fecit hec verba. Caueāt fratres ne ſe oñdant
extrinſec⁹ nubiloſos ⁊ hypocritas triſtes. ſed oñdant
ſe gaudentes in dño hilares ⁊ iocundos ⁊ conueniē
ter gratioſos. Item ſup illud Mat. vj. Nolite fieri
ſicut hypocrite triſtes. dicit Chryſ. Nō autem poteſt
fieri vt ſit hilaris qui ieiunat. ideo non dixit. Nolite
eſſe triſtes. ſed Nolite fieri triſtes. Qui. n. per impo
ſturas aliquas pallētes apparent: illi nō ſunt triſtes:
ſed fiunt. Qui autem naturaliter pp aſſiduum ieiu
nium triſtis eſt: non fit triſtis: ſed vere eſt. Hec ſancta
triſtitia vertetur in gaudiuꝫ. Jo. xvj. Sequiſ de alia (Tedium vite.)
ſpecie acidie, que eſt tedium vite ꝗ prouenit ex lōga
triſtitia. vt non ſoluꝫ diſpliceat ei deo ſeruire: ſed etiā
viuere. Quod prouenit ex diuerſis cauſis. Aliqñ eſt
tedium vite ex amore dei ⁊ deſiderio vite celeſtis.
Phil. ij. ex̄ de renun. niſi. §. porro. Greg. Sācti graui
ter tolerāt quicqd nō ſonat id quod amant. Itēꝫ ex
conuerſatione malorum mundi. ij. Pe. ij. ibi. Aiam
iuſtam iniquis operibus cruciabant. Itēꝫ ex nimia
tribulatione. Job. x. Tedet animam meā vite mee. ⁊
ij. ad Cor. j. ibi. Ut tederet ēt nos viuere. iij. Reg. xix.
de Helia: qui petiit aīe ſue vt moreretur. ⁊ de Saul. ij.
Reg. j. Multi deſiderant mori vt preſentes dolores
fugiant. ⁊ de doloribus ſempiternis non cogitāt. con
tra quos Amos. v. Ue deſiderantibus diē dñi. Se (Deſperatio.)
quiſ de deſperatione alia filia acidie: que ſolet proue
nire ex triſtitia. Prouer. xv. In merore ai deijciſ ſpi
ritus. ſ. in profundum deſperationis. Et Prouerb.
xvij. Spiritus triſtis exiccat oſſa. qꝛ fortem animum
deſiccat ab humore gratie: vt per peccatum deſpera
tionis frangaſ. Eccl. xiiij. in princi. Felix qui non ha
buit aī ſui triſtitiaꝫ: ⁊ non excidit ab ſpe ſua. Hieron.
ſuper. viij. Pſalmum dicit, ꝙ magis offendit deum
Judas qñ ſe ſuſpendit: ꝗꝫ in hoc ꝙ euꝫ tradidit. De
hoc peccato Jude de pe. di. iij. iudas. ⁊ c. nihil. ⁊ c. ſce
leratior. Hoc peccatum virtutem ſecundam. theolo
gicam. ſ. ſpem adnihilat. quum dicat ps. xxx. Et ſpes
mea in deo eſt ⁊, In te dñe ſperaui. Et Eſa. xl. Qui
ſperāt in dño: habebūt fortitudinē. ps. xc. Sperauit
in me ⁊ liberabo eū. Contra hoc peccatū eſt memo
ria dñice paſſionis. Ber. Peccaui peccatum grāde.
cōſcientia mea turbaſ: ſed nō perturbaſ. qꝛ vulneruꝫ
dñi recordabor. Quid tā ad mortē: quod nō morte
chriſti ſoluaſ? Si in mentē venerit tā potens tanꝗꝫ
efficax medicamentū: nulla iā poſſuꝫ morbi maligni
tate terreri. Aug. Null⁹ de miſericordia dei deſperet.
maior eſt. n. eius miſericordia ꝗꝫ noſtra miſeria. Tar
dius ſiquidē videſ ei veniā dare: ꝗꝫ peccatori accipe
re. Sic. n. feſtinat a tormēto cōſcientie reū abſoluere.
quaſi eū plus cruciet cōpaſſio miſeri ꝗꝫ ipſuꝫ miſerū
cōpaſſio ſui. De deſperatis diciſ Baruch. iij. Depu
tatus es cum deſcendentibus in infernum. Ber. Si
ſupra modum peccaui: non deſpero. qꝛ ſupra moduꝫ
doluit in quo reſpiro. Si exacerbatur pater in imma
nitate ſceleris mei: mitigabiſ in dolore filij ſui. Item
Ber. Omnino propter manſuetudinem ꝗ in te pre
dicatur currimus poſt te dñe ieſu. ps. xliiij. Propter
veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊c. Mat. xj. ibi. Quia
mitis ſum. audientes ꝙ non ſpernis pauperem. pec
catorem. ps. xxj. Neqꝫ deſpexit deprecationem pau
peris. Non horruiſti confitenteꝫ latronē. Luc. xxiij.
xxvj. q. vj. agnouimus. de pe. di. j. importuna. Nec la
chrymantem peccatricē. Luc. vij. j. q. vij. ſiquis. Nō
ſupplicanteꝫ. Mat. xv. de pe. di. j. importuna. chana
neam. Non deprehenſam in adulterio. Jo. viij. iij. q.
vij. poſtulatus. Non ſedentem in teloneo. Mat. ix.
⁊ Luc. v. Non ſupplicantem publicanuꝫ. Luc. xviij.
Non negantem diſcipulum. Luc. xxij. l. di. ponderet.
⁊. c fidelior. Non crucifixores tuos. Luc. xxiij. Non
perſequentes diſcipulos. vij. q. j. § hoc etiam tūc. In
odore ergo vnguentorum tuorum curremus. Cant.
j. extra de ſacra vnc. c. vnico. §. refert. verſi. chriſtus.
Dicebat abbas Pemē de abbate Iſidoro ꝙ quan
do inimicus conturbabat eum ⁊ ſuggerebat ei de
ſperationes ⁊ penas: dicens, Poſt hec oīa in tormē
ta ibitus es. dicebat ei Iſidorus, Quamuis ego ad
tormēta mittar: tamen te ſubtus me inuenio. Abba
ti quoqꝫ Moyſi frequenter apparuerūt ſpirit⁹ mali:
dicentes, Euaſiſti nobis ⁊ nihil poſſumus tibi face
re. quoniam quoties te per deſperationem humiliare
voluerimus: exaltaris. quoties autem exaltaremus te
humilias vt nullus de nobis accedat ad te. Iteruꝫ
quidam ſenex tētabatur a cogitationibus p annos.
x. ita etiam vt deſperaret: dicens, Perdidi animam
meam. ſed quatinus ſemel perij: reuertar ad ſeculum.
Quum autem proficiſceretur: peruenit ad eum vox
dicens illi. Decem anni in quibus deprecatus es, co
rone tue erunt. reuertere ergo ad locuꝫ tuum ⁊ ab oi
malo cogitationis tue libero te. Non eſt ergo bonū
quemꝗꝫ deſperare propter cogitationes. Ille. n. ma
gis coronas prouident. vij. q. j. aduerſitas. de pe. di. ij. ſi
enim. ſi vtiliter eas pertractantes tranſierimus ſuffe
rentes non conſentientes. Jac. j. de pe. di. ij. ſi. n. Sed
nota ꝙ non bene ſperat: qui aliqualiter nō deſperat.
vt deſperationis metu cautior fiat. ſm Hiero. de pe.
di. ij. ſi enim. poſt tres col. ver. verum nec Montan⁹.
De deſperatione Cayn Gen. iiij. de pe di. j. ⁊ venit. ⁊
c. ſerpēs. ⁊. §. ſe. ex ijs. ver. deniqꝫ. Hec deſperatio vnū
de ſex peccatis in ſpiritumſanctuꝫ eſt Mat. xij. vt le
gitur ⁊ no. de pe. di. j. §. poteſt etiam. in gl. peccatuꝫ in
ſpiritumſanctum ⁊c. Eſt autem nedum deſperatio
verbalis ⁊ mentalis: ſed etiam quodammodo actua
lis. c. bonum. xxiiij. q. iij. de illis. licet quis verbo non
deſperet vel mente. ſ. continue peccare: ⁊ nunꝗꝫ peni
tere. Et de talibus dicit Hiero. ꝙ aſſidue peccantium
non miſeretur deus xxiij. di. diaconi. v. in fi. Et pecca
tor quum in profundum malorum venerit contem
nit. Prouer. xviij. xvij. di. nec licuit. extra de iudi. cuꝫ
non ab homine. §. j. De bona temporis occupatio
ne contra acidiam. ⁊ eius filias maledictas. extra de
renun. niſi cum pridem. §. veruꝫ. ⁊ de con. di. v. nūꝗꝫ.
Inter alia remedia contra acidiam eſt conſideratio
pene future. Hiere. j. Quid tu vides Hieremia? Uir
gā vigilantem ego video. Uirga vigilans a ſomno
acidie eſt conſideratio pene eterne ⁊ iudicij finalis.

De vitio ſuperbie religioſorum quorundā. Cap. 76.

ALiud vitium aliquorum reli (Uentoſa religioſorū ſupbia)
gioſorum iſtius temporis qui
habent commune cum alijs ſe
cularibus: ⁊ vere plus ꝗꝫ alij ſe
culares: eſt tumida ⁊ acephala
ſuperbia. Superbia autem ſe
cundum Climacum in gradu.
xxij. de ſuperbia. eſt dei negatio:
demonum inuentio: deſpectio hominum: condem

rationis & iudicij mater:laudum proles:infructifi-
cationis argumentum:a dei adiutorio effugatio: nõ
spiritus sed carnis ectasis precursor & amẽtie:lapsuũ
& ruinarum conciliatrix:defectionis occasio: furoris
fons:hypocrisis porta:demonum firmamentũ: pec
catorum custos:inuiscerositatis adiutrix: compassio
nis ignorantia:rationis amarus punitor & exquisi-
tor:exactor crudelis & inhumanus: dei luctator con
trarius:blasphemie radix. Initium superbie, finis va
ne glorie. Medium, contemptus proximi:& laborũ
propriorum & dolorum inuerecunda propalatio:lau
dis cordialis amor:redargutionis odium. Finis ve
ro negatio dei adiutorij:& proprie festinantie & solici
tudinis extollentia. Mos demoniacus. Altũ sapiẽs
monachus contradicit vehementer. humile vero sa-
piens contradicere nescit. Dedignatur arrogãs mo
nachus & superbus corde obedientiã possidere. Vir
altus corde desiderat principatum. Superbis deus
resistit. Jac.iiij.j. Pe.v. Quis ergo horum valet mi
sereri? Immundus est coram deo omnis arrogans
corde. Prouer.xvj.per alia illa de pe.di.ij. fi.n. vltra.
col.ver.petrus. Et quis de cetero eos mundare vale
bit? Correptio & disciplina, superborum ruina & la-
psus. famulus vero, demon Derelictio autẽ ectasis
mala & amentia. Qui amouet a se redargutionẽ: pas
sionem significauit. Qui odit correctionem: vestigiũ
est peccatoris. Eccl.xxj. Accedens vero a vinculo sol
uit. s. peccato. ps.cxv. Dirupisti vincula peccatoris.
Superbia est diuitiarum spiritualium & sudorum p-
ditio. ps.xvij. Clamauerunt nec erat qui saluos face
ret penitus, q: cũ superbia clamauerũt ad dñm. & nõ
exaudiuit eos penitus. q: causas cõtra quas orabãt
non absciderunt. Senex redarguebat superbientem
fratrem. ille vero ait. Indulge pater q: superbus nõ
sum. & senex ad eum. Et qualem ait fili euidentiorẽ
ostensionem istius nobis vitij exhibebis: qᵃ & dice-
re, superbus non sum? Noli arrogans altum sapere:
quum sis terrenus. Multi.n. de celis eiecti sunt quũ
fuissent immateriales & sancti. Esa.xiiij. de pe.dist.ij.
principium. & c. fi.n. inquit. Monachus ꝓprie est
non elatus oculus, humilis aie intuitus, & immotus
corporis sensus. Monachus est qui impugnatores
instar bestiarum aduocat & irritat quum fugiunt ab
eo. Monachus est incessabilis excessus & tristitia vi
te.ij. Cor.vij. Monachus est qui ita afficitur & quali
ficatur virtutibus: sicut alius delectationibus vitio-
sis & concupiscentijs. Monachus est incessabile lu-
men in oculo cordis. Monachus est abyssus humi
litatis. Superbia est nouissima aie penuria: diuitias
scilicet spirituales. i. virtutes phantasticans: & lumẽ
in tenebris: videre se arbitrans. Monachus supbus
demone non indigebit. ipse enim de cetero sibiipsi fa
ctus est demon & impugnator. In cordibus supbo-
rum fient verba blasphemie. Progenies supbie sunt
spiritualiũ ruine & lapsus, ira, detractio, amaritudo,
furor, & clamor, blasphemia, hypocrisis, odium, inui
dia, contradictio, voluntatis proprie complacentia,
& regulatio, impersuasibilitas, & inobediẽtia. Nemo
potest venire in cognitionem dei nisi per humilita-
tem. Via eundi sursum est ire inferius. Omnia pe-
riculosa & omnes casus magni qui acciderunt in mũ
do: non nisi per eleuationem capitis acciderũt. sicut
apparet in lucifero creato in celo. Esa.xiiij. Luc.x. de
pe.di.ij. si enim. ad fi. & c. principiũ. Et in Adã ino-
bedientie. Gen.iij. xl.di. quelibet. xj.q.iij. qd ergo. Et
in pharisco euangelico. Luc.xviij. Et oia bona q̃ fa-
cta sunt magna: propter inclinationem capita facta
sunt. sicut patet in beata virgine. Luc.j. xxvij.q.ij.§.j.
Et in publicano. Luc.xviij. Et in latrone sctõ. Luc.
xxiij. de pe.di.j. importuna. & pluribus alijs. Dixit
quidam. Non possemus nos habere vnam molam
grauem: que faceret nos semper caput humiliare? c.
Mat.xviij. ibi. Expedit ei vt suspendatur mola asi-
naria in collo eius. ex de renun. nisi. § pro graui. Et
dixit ei quidam. Quomodo possemus nos effugere
istam superbiam? Rñdit Egidius. Laua tibi inde
manus vbi posueris os: vbi tenes pedes. Si consi-
deres beneficia dei: debes inclinare caput tuum. Si
cõsideres peccata tua: debes inclinare caput. Ve aũt
illi qui vult honorari de malitia sua. extra de ex. pre.
q̃ graue. lxxxvj.di. donare. Si persistas coram dño
integre teipsum vituperans & inculpans superbiam
quasi araneam reputabis. de pe.dist.j. veritas. sub. §.
quecumq;. Equus vero superbie vana gloria est su-
per quem ascendit. sancta vero humilitas seipsaz in-
culpans atq; vituperans deridebit equum etiã ascẽ
sorem eius. in cantico Moysi Exo.xv. Serapioni
in colla. de. viij. vitijs. Supbie genera sunt duo. Pri
mum carnale. s. de gloria mundi & carnis. Secundũ
spirituale. quod est etiam periculosius. Illos namq;
specialius impugnat quod in quibusdam virtutibᵘ
profecisse reperit Abachuc.j. Cibus eius electus. vbi
Hiero. Job subuertere querit. & deuorato Juda ad
turbandos apostolos expetit potestatem. Luc. xxij.
de pe.di.ij. si.n. ad tres colum. ver. frustra. Est super
bia in religiosis sicut & in alijs. In ornatu & habitu
delicato. Hester. xiiij. Tu scis infirmitatem meam &
necessitatem meaz: q: abominer signum superbie &
glorie mee quod est super caput meũ. In vestitu ne
glorieris vnq̃. Eccle.xj. Et diues ille indutus erat
purpura & bysso ad suam ostentationẽ. Luc. xvj. de
hac. xxj.q.iiij.c.j. & c. di. contra morem. Jaz religiosi
irreligiosi contra eorum regulas & statuta in vestibᵘ
preciositatem querunt, si possunt, non vtilitatẽ. Lon
gitudo per terram serpit. plicatur cum futuris subti-
lissimis. multe sunt. capitia post nates descendũt. am
plitudo eius vt tentorium est. Chordula minorum
subtilis & alba plurimis nodulis terraz tangit. Qđ
a Francisco humili pro dedecore datũ est: priuignus
eius accipit ad decorem. Crucis habitus crucem cõ
culcat. quales foris tales intus. xlj.di.§.fi. Vide. j.§.
se. ver. contra superbiaz ornatuum in isto. c. & in ver.
in qua preciositate. cum. ij. se. Item est in actu. ps.c.
Non habitabit in medio domus mee qui facit sup
biam. Exemplum de Nemroth superbo robusto ho
minum oppressore. Gen. x. vj. di. §. fi. in fi. Itẽ super
bia in verbo. sicut in Antiocho. ij. Macha. ix. Et in
Sennacherib & Rapsace principe suo. Esa. xxxvj.
& xxxvij. ps. xvj. Os eorum locutum est superbiam.
xlvj. di. c. j. de pe. di. ij. fi. n. vltra medium. ver. nonne.
ibi. loquuntur grandia. Et totus eoꝝ sermo supbia
est. Qđ ad literã religiosos precipue tangit. q: & in
disputationibus & pdicationibus & cõibus locutio
nibus arrogãter & pompatice loquunt. & actus & si-
gna supbie oñdunt: & se extollunt & laudant: & noua
& subtilia fari gestiũt: & suas opiniones magnificare:
& alioꝝ deprimere & cõculcare. nec patiuntur sibi ab
aliquo cõtradici. & ostẽtant q̃ sciũt & nesciũt & q̃ nõ
intelligũt frequenter exponũt & simulãt se intellige
re. qđ ꝓhibet. Chalcedonẽse cõciliũ. xviij. q. ij. qdam
monachoꝝ. Et contra illud quod dicit Ambr. in li.
de officijs: & est. vj. q. iij. sigs vero. ibi. Quoniaz veri-

tatis ea regula est: vt nihil facias commendandi cãtui quo minor alius fiat. neq̃ si aliquid boni operis habeas id ad deformationem alterius & vituperationem exerceas. Nam & aliorum honores non debent esse aliis occasio nocẽdi. C. de statuis & imagi. l. vlti. Nec aliquis debet appetere per q̃d honor aliorum imminuatur. xcix. di. nullus. Item superbia in loco. ps. lxxiii. Supbia eorũ qui te oderunt ascẽdit semper. Et tales religiosi appetunt ad literã primas cathedras in synagogis: & primos accubit⁹ in cenis Mat. xxiii. vbi Rabanus. Notandum q̃ non salutari in foro, non primo sedere vel discumbere vetat eos quibus hoc officii ratione competit: sed eos qui hec siue habita siue non habita indebite amãt: a fidelibus quasi improbos docet eos cauendos. De superbia pro loco vel in loco. xlviii. di. §. i cũ. ii c. sc. ver. elatio. Et supbia ꝓprie diabolo attribuit. Luc. xiiii. Recumbe in nouissimo loco. Contra hãc quadruplicem speciẽ superbie attende christi quadruplicẽ humilitatem. Luc. ii. Inuenietis infantem. i. nõ fantem: contra superbiam in verbo. Pannis inuolutũ contra superbiam in ornatu. Et inuolutum, cõtra superbiam in actu manuum vel incessu pedum. Positum in presepio contra superbiam in loco. Item

Supbia quadruplex.

Greg. quadruplicem superbiam ponit principaliter in moralibus. Una est quãdo quis quod habet a deo se habere non recognoscit. cõtra illud Ro. xi. Quis prior dedit illi: & retribuetur ei? q̃m ex ipso: & per ipsum: & in ipso sunt oĩa. Et. i. ad Cor. iiii. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti: q̃d gloriaris quasi non acceperis? Unus magnus gradus humilitatis est in homine: cognoscere semper se esse cõtrarium bono suo. Ramus humilitatis & donũ est: reddere aliena & non sibi appropriare ea. hoc est oĩa bona deo attribuere cuius sunt: & sibi mala. Iac. i. Oẽ donum &c. h. q. i. q̃ pio. Beatus qui se habet vilẽ coram hoĩbus: sicut se vilem inuenit coram deo. Beatus qui se iudicat nunc: q̃ non veniet in alium iudicium. i. Cor. xi. de pe. di. i. iudicet. Beatus hõ q̃ ambulat fideliter ad iudicium & ad obedientiã alterius. Hoc enim fecerunt apli etiam repleti iam spiritusancto. xxi. di. in nouo. xciii. di. qui cathedram. Qui vult pacem & tranquillitatem habere: omnem hominem reputet superiorem suum & dñm. Luc. xxii. Qui maior est in vobis fiat sicut minor. Idẽ Matthei. xx. Beatus ille qui non vult videri in suis verbis & moribus: nisi in illa compositione in qua diuina gratia composuit eum. Mat. vi. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hoĩbus vt videamini ab eis. Alia est quãdo quod habet boni tpalis vel spiritualis: suis meritis se reputat habuisse. ꝯtra id. i. ad Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum. Si aũt gratia iã nõ ex operibus: alioq̃n gratia iam non est gratia Ad roma. xi. i. q. i. gratia. Alia est quã q̃s se iactat vel reputat habere quod non habet. contra id Apoc. iii. Dicis q̃ diues sum & locupletatus: & nullius egeo: & nescis q̃ tu es miser & miserabilis & pauper & cecus & nudus. Alia est quãdo quis non appetit q̃ aliquis habeat quod ipse habet & singulariter vult in oĩbus apparere. Ista est supbia istius euangelici pharisei. Luc. xviii. qui ascendit in templum, dicens. Nõ sum sicut ceteri hominum. Isti inuidi sunt filii supborũ. q̃ mater inuidie sẽ Aug. supbia est. vnde dicit. Tolle matrẽ: nõ erit filia. q̃ superbus parẽ non patit. sicut patet in lucifero. Esa. xiiii. & de pe. di. ii. principiũ. Adde hic quod scripsi. i. §. prox. ver. i. Ioan. cassi. in xii. li. de spiritu superbie. Huius bestie immanis & sęuissime duo sunt genera. Unũ quo spirituales viri, summiq̃ pulsantur. Aliud quo incipientes penitentiam carnalesq̃ complectitur. Quemadmodum vero huius morbi virus perniciosissimum deuitemus, instrui poterimus: si ruine angelice causas atq̃ originem prosequamur. Esa. xiiii. Lucifer namq̃ indut⁹ diuina claritate, & inter ceteras superbas virtutes cõditoris largitate ꝑfulgens. de pe. di. ii. principium. & splendorem sapientie & virtutum plenitudinẽ qua ornabatur gratia conditoris nature sue potentia nõ munificẽtie illius beneficio se credidit obtinere. Et ob hoc elatus tanq̃ qui ad perseuerantiam puritatis huius diuino non egeret auxilio: deo se similem iudicauit: vtpote qui nullius indigeret. ps. xv. Bonorum meorum non indiges. quemadmodum de⁹ auxilio liberi scilicet arbitrii libertate confisus per illam credens affluenter sibimet oĩa suppeditari q̃ ad consummationem virtutum vel perennitatem summe beatitudinis pertinerent. Hec ei sola cogitatio facta ruina est. ob quam desertus a deo quo se credidit non egere: instabilis repente ac nutabundus effect⁹, & infirmitatem proprie nature persensit: & beatitudinem qua dei munere fruebatur amisit. Et q̃ dilexit ps. li. verba precipitationis: quibus dixerat. s. corde: In celum conscendam. & linguam dolosam qua vel de se dixit. Esa. xiiii. Ero similis altissimo. vel de Adã & Eua. Eritis sicut dii. Gen. ii. ps. li. deus destruet illum in finem. euellet eum. & emigrabit de tabernaculo suo: & radicem suam (superbos charactere supbie infectos. Apoc. xx.) de terra viuentium. Tunc ruinã eius iusti videntes timebunt, electi & boni angeli. de conse. di. i. hi duo. & super eum ridebũt dicẽtes. (Quod etiam ad hos qui sine protectione & auxilio dei summum bonum perficere confidunt. xxiiii. q. iii. quidaz ver. pelagiani, extra de here. ad nostrum. ver. v. in clemẽ. iustissime dirigetur.) Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. & preualuit in vanitate sua. Cõtra hanc superbiam Dauid ps. cxxx. Domine non est exaltatũ cor meũ: neq̃ elati sunt oculi mei. Neq̃ ambulaui in magnis neq̃ in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebã &c. Et iterum. ps. c. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiaz. Iterum orat. Non veniat mihi pes. s. affectus superbie. sciens q̃ deus superbis resistit. Iac. iiii. & i. Pe. v. Sed notanduz quare singulariter dicitur q̃ deus superbis resistat. Alia namque vitia vel in vnumquẽq̃ delinquentiũ tantummodo retorquetur. vel in suos participes. i. in alios hoĩes videntur admitti. Hoc vero proprie pertingit ad deum: & eum specialiter dignum est habere contrarium. Item q̃ sicut dicit, Ego sum Exo. iii. Io. viii. Ita oĩs superbus dicit, Ego sum scilicet bonus sapiẽs, pulcher, nobilis, diues, Apoc. iii. & supra vbi alia. & sic quodammodo deum se facit. sicut sathan deo similem se esse voluit. Esa. xiiii. Unde Ezech. xxviii. Dixisti. Deus ego suz. & in cathedra dei sedi. Hanc superbiam luciferi christus sua humilitate curauit. Ille dicit, In celum conscendam. Esa. xiiii. Iste dicit in ps. cxli. Humiliata est in terra vita mea. Ille dicit, Ero similis altissimo. Iste quãdo in forma dei esset: semetipsum exinaniuit & humiliauit formaz serui accipiens. Phil. ii. Ille dicit. Esa. xiiii. Super astra dei exaltabo solium meum: Iste dicit. Mat. xi. Discite a me q̃ mitis sum & humilis corde. Iste dicit. Nescio dominũ

Cur deus resistere dicatur superbis.

& israel

⁊ israel non dimitto. Exo. v. Iste dicit: Si dixero quia non noui eum: ero similis vobis mendax. Ioā. viij. Quidam frater probatissimo seni confessus est. vitio carnis se grauissime impugnari. Nam contra vsum nature desiderio patiendi magis ꝙ̄ inferendi ignominiam intolerabili estu libidinis vrebaꝛ. Uide q̄d no. xxxij. q. vij. adulterij. in gl. ij. Cui senior originem morbi preuidens grauiter ingemiscens ait. Tam nequam spiritui tradi te dn̄s nequaꝙ̄ permisisset nisi aliquid blasphemasses in eū. quod ille confessus est. s. in dei filiuꝫ se cogitatione impia blasphemasse. His

Indicia superbie.

indicijs superbia agnoscitur. Inest primitus in loquela eius clamor. In taciturnitate amaritudo. Excelsus ⁊ effusus in letitia. Risus irrationabilis. In serietate tristitia. In responsione rancor. Facilitas in sermone. Uerba passiꝫ sine vlla cordis grauitate erūpentia. Expers patientie. Incompassiuus. Audax ad contumelias irrogandas. Ad tolerandum pusillanimis. Ad obediendum difficilis. nisi in quo eum desiderium suum voluntasꝗ preuenerit. Ad recipiēdam exhortationem implacabilis. Ad resecandas voluntates infirmus. Ad succumbendum alijs durissimus. semperꝗ suas definitiones statuere contēdens: ipse vero nequaꝙ̄ cedere alterius acquiescens. Et ita fit vt incapax cōsilij salutaris effectus: suo potius credat ꝙ̄ iudicio seniorum. Nullo modo poterit in anima virtutum structura consurgere: nisi priꝰ iacta fuerint vere humilitatis in corde nostro fundamina: que firmissime collocata perfectionis ⁊ charitatis culmen valeant sustinere. ita videlicet vt primum fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis exhibeamus affectu: in nullo scilicet acquiescentes eos contristare vel ledere. quod nullatenꝰ poterimus implere: nisi renuntiatio vera: que in expoliatione omnium facultatuꝫ ac nuditate consistit: in nobis fuerit christi amore fundata. Deinde obediētie iugum ⁊ subiectio simplici corde ac sine vlla fuerit simulatione suscepta. ita vt preter abbatis mādatum nulla penitus voluntas viuat in nobis. Quod non aliter poterit obseruare: nisi qui non solū se mortuum huic mundo: verum insipientem iudicauerit ac stultum vniuersaꝗ que fuerint a senioribus imperata: sine vlla discretione perficiat sacrosancta ea credens ac diuinitus promulgata. hucusꝗ Ioan. cassi. Superbia est timor animi repletus sanie. Aduentū superbie xenodoxia nuntiat. Ne dederis in sup̄biaꝫ animam tuam: ⁊ non videbis phantasias horribiles. Anima superbi derelinquitur a deo: ⁊ demonuꝫ efficitur gaudium. Per diez conturbaꝛ cogitationū formidine. ⁊ vmbram auiuꝫ expauescit. Uox folij superbo fauorem incutit. Superbus monachꝰ arbor sine radice: ⁊ non sufferet impetus ventorum. Qn̄ conscenderis in virtutuꝫ culmina. tunc tibi cautela plurima necessaria est. Qui. n. in pauimento ceciderit: velocius surgit. Qui vero ab alto corruet: mortis periculum sustinet. Egidius. Beatus qui abscondit reuelationem dn̄i. quia nihil occultum quod non reuelet deus quum vult. Siquis esset sanctior in hoc mundo: ⁊ reputaret se viliorem de mundo: in hoc esset humilitas. Humilitas nescit loqui. ⁊ patientia nō audet loqui. Humilitas mihi esse videtur quasi fulgur. Sicut enim fulgur facit percussiones terribiles: ⁊ postmodum nihil potest inueniri ex eo. sic humilitas dissipat omne peccatuꝫ: ⁊ est inimica omnis peccati: ⁊ facit hominem seipsuꝫ nihil reputari. Per humilitatem inuenit homo gratiam coram deo ⁊ pacē cum hoibus. Sicut enim si aliquis magnus vellet mittere filium ad aliquem locum: non poneret eū super equum indomitum irosum ⁊ calcitrosuꝫ: sed sup̄ equum mansuetum ⁊ suauiter ambulantem. sic deus non ponit gratiam suam in superbis: sed humilibꝰ. Chrys. Humilis a nulla capiꝛ passione. non ira hunc molestare potest. non glorie cupido. nō emulatio. nō zelotypia. Aug. Pergite viam pede humilitatis. Ipse exaltat humiliter sequentes: quem descendere non piguit ad iacentes. Aug. Alta flectuntur ⁊ vacua replentur. Nunquid qui humilibus dat gratiaꝫ: humili aufert datam? Iaco. iiij. Ergo argumentuꝫ sup̄bie est subtractio gratie. in ps. xviij. Et emūdabor a delicto maximo. gl. i. superbia. Eccl. x. Est odibilis coraꝫ deo ⁊ hominibus sup̄bia. ⁊. i. Quid sup̄bis terra ⁊ cinis? ⁊. i. Initium sup̄bie hoīs apostatare a deo. qm̄ ab eo qui fecit illum recessit cor eius. qm̄ initium oīs peccati est superbia. qui tenuerit illam adimplebitur maledictis. i. vitijs. Interlinearis gl. dicit. De superbia nascunꝛ schismata, hereses, detractiones, inuidia, verbositas, iactātia, contētiones ⁊ huiꝰōi. Esa. xxviij. Ue corone superbie effraym Sap. v. Quid p̄fuit nobis sup̄bia? dicunt damnati. Eccl. iij. Synagoge superboꝝ non erit sanitas. Durissimum verbū contra sup̄bos: ꝙ hoc vitium non sanaꝛ. Uitium sup̄bie caput est serpentis antiqui. Gen. iij. Ipsa cōteret caput tuum. Serpens modica percussione capitis extinguitur. Hiero. Lubricus est antiquus serpens. nisi capite teneaꝛ: totus statim elabiꝛ. Caput vitiorum superbiam fugere debemus. de quo capite, Non est caput nequiꝰ super caput colubri. Eccl. xxv. Extincto hoc capite facile alia vitia extinguunꝛ Chryso. Tolle hoc vitium, vt non velint hoīes hoibus apparere: ⁊ sine labore oīa vitia resecanꝛ. Dauid Goliath in fronte percutit ⁊ occidit. i. Regū. xvij. Et (sic. n. interpretaꝛ Dauid, manu fortis.) sup̄biam extinguit. ⁊ israel. i. aīa videns deum liberaꝛ. Superbia turris Babel est. que vult celum p̄tingere. Gen. xi. quia sup̄bis precipue celestes ⁊ spirituales ⁊ religiosos impugnat. ⁊ magnam partem deicit. ps. xc. Unde a dextris cadunt decem milia. Superbia natione celestes impetit mentes. Et frater Iacobus tudertinus ait. Sup̄bia in celis sedet: humilitas in sterquilinio. sup̄ illud ps. xviij. Si mei non fuerint do. tunc immacu. ero. ⁊ emun. a deli. maximo. Dicit gl. Uitium superbie vltimum redeuntibus ad dominum: ⁊ primum recedentibus. Alijs vitijs fugientibus superbia in campo remanet: non cessans ab impugnatione hominis quādiu viuit. Item super pre. ver. Tunc immaculatus ero. gl. Superbia est initium ⁊ causa omnis peccati. qua qui caret vere est immaculatus. Iob penul. Ipse est rex super omnes filios superbie. Greg. Euidentissimum signum reproboruꝫ superbia est. humilitas electorum. Quum ergo quis eā habere cognoscitur: sub quo rege sit vel militet inuenitur. Sup̄bus imago diaboli est per similitudineꝫ ⁊ eius characterem portat. Apoc. xix. Greg. Apostate angelo homo similis efficitur: dum homo hominibus similis esse dedignatur. Prouerb. xiij. Inter superbos semper iurgia sunt. In ps. i. In cathedra pestilentie non sedit. gl. Pestilentie est morbus late peruagatus: quo pene omnes inuoluuntur. hic est amor dominandi: quo vix caret aliquis. qm̄ pauci euadunt quibus libido dominandi non dñetur. Bern̄. Fornicator semetipsum dehonestat. Iniuriosus proximum molestat. Elatus quantum in se est deū inhonorat. Glos-

riam meam alteri non dabo. Esa.xlij.ait dñs. Et su
perbus. Et ego eam mihi etsi non dederis vsurpa
bo. Job.xxxj. Osculatus sum manum meã ore meo.
q̃ est iniquitas maxima. q2 victorie sui gratiã nega
re conuincit. ad Ro.vij. Victoria aũt p Jesum chri
stum. quisquis sibi tribuit qd operat. Item Grego.
Cum ola vitia a deo fugiant: sola supbia se deo op
ponit. Sup illud Job.xv. Pingui ceruice armatus
est. Ceruix est opulenta supbia affluẽtibus reb9. Au
gu. Vermis diuitiarum supbia est. Itẽ Greg. Quan
to coram hoībus est glorioſior: tanto coraʒ deo ⁊ an
gelis eius eris vilior. Amos.vi. Detestor ego super
biam. Prouerb.vj. Odit deus oculos sublimes. Hu
go de sancto victore. Superbia aufert mihi deuʒ: in
uidia proximum: ira meipsum. Greg. Propter ma
gnum peccatũ superbie deus humilis venit. Phil.
ij. Iste ingens morbus animarum omnipotentẽ me
dicum de celo adduxit: vsqʒ ad formaʒ serui humilia
uit: contumelijs egit: ligno suspendit: vt salute tante
medicine curaret hic tumor. Erubescat homo esse su
pbus: pp quod factus est humilis deus. Esa.v. Hu
miliabitur vir: ⁊ oculi sublimium deprimentur. Hie
re.lj. Ecce ego ad te mons pestifer. Abdi.j. Si exal
tatus fueris. ⁊c. ps.xxx. Retribuet abundãter faciẽ
tibus superbiaʒ. Cadit per superbiã lucifer de celo.
Esa.xiiij.xvj.q.ij.visis.xl.di.quelibet. Adã de paradi
so.xl.di.pie.c.quemlibet.⁊.c.adaʒ.de pe.di.ij.§. roma
nos.ver.adam.⁊ ver.item sine charitate.⁊.c. qũo. c.
princeps.c.qm̃. Saul de regno.j.Reg.xv.de pe.di.ij.
fugerat. Cayn a dei gratia. q2 superbus peccatuʒ no
luit ↄfiteri. Gen.iiij.ↄ pe.di.j.§.ex his.v. cayn quoqʒ
⁊.c.serpens. Roboam priuatur decem tribubus. qui
ait. Minimus digitus meus grossior est dorso pris
mei.iij.Reg.xij.vij.q.j.deniqʒ. Sennacherib punit.
Esa.xxxvij. Superbia tua ascendit ⁊c. Nabuchodo
nosor. Dan.v.de pe.di.j.§.ex his.ver. nabuchodono
sor quoqʒ.c.quemobrem. Et Holofernes. Judith.vj.
⁊.xiiij.⁊.xv. Et Amã. Hester vij. Antiochus.ij. Ma
cha.ix. Phariseus. Luce.xviij. Petrus presumens.
Mat.xxvj.l.di.fidelior. Prouerb.xv. Abominatio
dñi est ols arrogans. Sap.iiij. Dirumpet deus infla
tos. Super illud.j.Macha.vj.de Eleazaro elephan
tem interficiente, ⁊ ab eo oppressus est. gl. Sub hoste
quem occidit: moritur: qui de culpa quam superat:
eleuatur. Greg. Valde male dijudicant: qui ad mer
cedem eorum sufficere humanos fauores putãt. Itẽ.
Cum pro bono opere laus transitoria querit: res
eterna retributione digna vili precio venditur. Job.
xviij. Consumat brachia ipsius primogenita mors.
gl. ibi primogenita mors est supbia initiũ ois pecca
ti glos. sup illud Joan.vj. Hec est voluntas eius. De
tumentibus perit. de pusillis nihil. Eccl.iij. Synago
ge superbos non erit sanitas. Job.xvi. Cunctis die
bus vite sue supbit impi9. Aug. Nemo insanabilior
eo q sibi san9 videt. Bern. Scio lõge esse a salute mẽ
brum qd obstupuit: ⁊ egruʒ se nõ sentientẽ piculosi9
laborare. Seneca. Ideo ad sanitatẽ difficulter pueni
mus: q2 nos egrotare nescimus. Supbus nõ videt
Aug. Tumor claudebat oculos meos. ⁊ ideo non ti
met. Timor dñi sanctus oẽm tumorem expellit. ⁊ cu
stodit oia illa bona q̃ nõ possunt dici nec cogitari. qd
donũ q2 magnum est paucis datum est. Qui non ti
met: ostẽdit se nõ habere qd perdit. Timor dei regit
hoies: ⁊ facit eos venire in gratiam dei. quam si ho
mo habet: timor dei conseruat eaʒ. ⁊ si non habet. fa
cit ad eam peruenire. Omnes creature que cecide

runt, nunq̃ʒ cecidissent: si hoc donuʒ habuissent. Ec
cle.xxxvij. Si non in timore dei firmaueris te instan
ter: cito subuertetur domus tua. Hoc sanctum donũ
non est nisi sanctoꝝ ⁊ sanctaruʒ. ⁊ q̃t aliquis est ma
gis gratiosus: magis est humilis ⁊ timoratus. Spe
cies superbie due sunt. Una est interior: altera exte
rior. Interior in superbiam intellectus ⁊ superbiam — Supbie species.
affectus diuiditur. Superbia intellect9 quatuor ha
bet species. Prima laborant philosophi dicentes.
ps.xj. Labia nostra a nobis sunt. qs noster dñs est?
Secunda ingrati. q2 putant se habere bona pro me
ritis. Bern. Exaggera queuis merita: ⁊ extolle sudo
res. ps.lxij. Melior est misericordia dñi super vitas.
Contra hanc Paulus.j.ad Cor.xv. Gratia dei sum
id quod suʒ. ⁊ supra dixi. ⁊ ps.cij. Qui coronat te in
misericordia ⁊ miserationibus. Tertia qui magnus
est ⁊ magnum se reputat. quod est maxima in intel
lectu superbia. quod apparet per contrariã eius vir
tutem. De qua Bern. Magna est ⁊ cara ⁊ rara vir
tus profecto mirabilem te apparere: ⁊ contemptibi
lem reputare. ego hoc ceteris virtutibus mirabilius
iudico. Et iterum idem. Magna prorsus ⁊ rara vir
tus humilitas honorata. Et Chryso. Hoc vere ma
gnum ⁊ mirabile est: si is qui vere magnus est, nihil
de se magna sentit aut loquitur: sed omnium se. vlti
mum iudicat. Prouer.xxvj. Vidisti hominẽ sapien
tem sibi videri: magis illo habebit spem stultus. Et
talis deo ingratissimus est. quia de suo beneficio glo
riatur. Bern. Nunquid perit quod datur ingrato?
Quarta species est ꝙ talis non vult sibi parẽ vide
re: sed solus super omnes sedere. Adde hic quod scri
psi supra in.§.proximo.ver. Iteʒ Greg. De hoc Hie
ronymus loquens contra prelatos. Dñici patrimo
nij damna conquiritis: duʒ soli vultis in ecclesijs po
tentari. Non sic Abraam. Gen.xviij. Loquar ad do
minum quum sim puluis ⁊ cinis. Ubi Greg. Aper
te cernimus in quo loco se posuerat: qui se puluerem
⁊ cinerem etiã quũ loqueretur dño estimabat. Qua
ergo pena feriendi sunt. qui ad summa non pficiũt:
⁊ de infimis se extollunt? Ber. Noli te cõparare ma
ioribus: noli minoribus: noli alicui: noli vni. Qui. n.
scis an minus ille cuius vitam sceleratissimaʒ ac sin
gulariter fedam horres: ⁊ propterea spernis: melior
te in se quidem futurus sit: in deo vero iam sit? Recũ
be ergo in loco nouissimo. Luc.xiiij. Ideʒ. In aia nõ
est timenda quantalibet humiliatio. Horrenda au
tem nimiumqʒ pauenda vel minima presumpta ere
ctio. sicuti siquis ingreditur per ostium bassum: non
est periculuʒ quantumcunqʒ se inclinauerit. nocet au
tem plurimum: si plus q̃ʒ mensura ostij patit te ere
xeris ⁊ impingas ⁊ conquassato capite collidaris.
Bern. Phariseus exufflauit misericordiam: dũ dis
simulauit miseriam. Luc.xviij. Item Ber. Nolo vt
nusq̃ʒ arbitreris lucere solem communem nisi in cel
la tua. nusq̃ʒ esse serenum: nisi penes te. nusq̃ʒ operari
gratiam dei: nisi in conscientia tua. Malo te cogita
re vbiqʒ esse serenum nisi apud te: ⁊ peius de te q̃ʒ de
alio estimare. Super illud Mat.v. Qui autem dixe
rit fatue ⁊c. gl. Non modicus furor est quem deus sa
pientie sale condiuit infatuatũ dicere: ⁊ salienti deo
derogare. Item Ber. Qui perfecte examinando se
metipsum intelligit: suo pctõ nullius peccatuʒ existi
mat maius: qd nõ fuit suũ intellexit. Timẽda etiaʒ
est supbia in affectu. Ũñ ⁊ dñs distulit incarnari: vt
psumptio cessaret humana: q̃ nec naturalem nec scri
ptam legẽ p se poterat adimplere. Propter hoc etiã

de⁹ aliquoties permittit aliquos cadere in aliquod mortale: vt non presumant. Aug. Audeo dicere sup-
bis esse vtile cadere in aliquod mortale apertuꝫ peccatum. vnde sibi displiceant: qui sibi iam placendo ceciderunt. Salubrius enim Petrus quando fleuit sibi displicuit: ꝙ placuit quum presumpsit. Ad hoc l.di.considerandum.⁊ c.fidelior. Item August.super ps.xxx. Infirmata est in paupertate, virtus mea ⁊c. Non firmaretur (inquit) nisi infirmaretur. Multos impedit a firmitate presumptio firmitatis. Iteꝫ Greg. Dauid cadente nemo superbiat.j.q.vij. siquis omnem.de pe.di.iij. ille rex. De speciebus presum-

Presumptionis species.

ptionis. Vna est quum aliquis presumit quod alij non presumunt. vt in opinionibus, in conscientia, ⁊ in audacia extreme vite, in hoc infirmo tēpore ⁊ carnali, aggrediens perfectoꝝ semitas de egypto. q fuerunt gigantes: nos vero locuste. Numeri.xiij. in fi. Alia species, quando aliquis confidit ⁊ presumit de viribus suis vel scientia vel amicis Hiere.xvij. Maledictus homo qui cōfidit in homine ⁊c. Esa.xxxvj. Ecce confidis super baculum ⁊c.xxiij. q.iij.§.j. Tertia, quando aliquis presumit de victoria, qui adhuc est in bello.iij. Reg.xx. Non glorietur accinctus ⁊c. Et vocat glos. accinctum illum qui adhuc est in armis ⁊ in acie. discinctum vero: qui victor est ⁊ arma deposuit. Et ideo dixit quidaꝫ pater fratri dicenti se mortuum. Et si tu mortuus es: diabolus mortuus non est. Greg. Quis vero tute potest laudari: qui ⁊ de preterito meminit se habere quod doleat: ⁊ de futuro videt sibi superesse quod timeat? Alia quando quis de perfectione presumit: qui adhuc in inchoatione est. ps.lxxvj.⁊ dixi nunc. Greg. Si a bonis inchoatis nolumus lassescere: necesse est vt semper credamus nos inchoare. Alia quum de peccato presumit exire quū voluerit. Eccle.xxix. Repromissio nequissima multos perdit. De supbia exteriori que apparet in ipso corpore hominis, in equis, in ornatu, in amplitudine familie, in conuiuijs, in edificijs, in vtensilibus, ⁊ libris deauratis, require in summa de vitijs. ⁊ tetigi supra in defectibus prelatoꝝ in ista parte.ij.in.§.septima.in prin.⁊ in fi.⁊ in.§. nunc autem. ver.ostendunt.c.xvj.⁊ tangam inferius. Est autem superbia membroꝝ: oris: colli: oculoꝝ: peduꝫ: ⁊ manuuꝫ. De superbia oris ps.xj. Disperdet dñs vniuersa labia dolosa ⁊ linguam magniloquam. Prouer.xiiij. In ore stulti virga superbie.xlvj. di.c.j. de pe.di. ij. si enī inquit.post.v.col.ver. hi sunt fontes.ibi. Superbia enim vanitatis loquuntur.⁊.j. Totus eoruꝫ sermo superbia est. De extollētia oculoꝝ. Eccl.xxiij. Extollētiā oculoꝝ meoꝝ ne dederis mihi. Prouer. vj. Odit de⁹ oculos sublimes. De superbia ceruicis vel colli Job.xv. Cucurrit aduersus deum extento collo. ps.cxxviij. Dñs iustus concidet ceruices peccatoꝝ. De superbia ceteroꝝ membroꝝ. Esa ij. Pro eo ꝙ eleuate sunt filie sionꝫ ⁊ ambulauerunt extēto collo: ⁊ nutibus oculoꝝ ibant: ⁊ plaudebant ⁊ ambulabant pedibus suis: ⁊ cōposito gradu incedebant. Narrat Jo. cas.in lib.coll.collatione.j. Sereni de spiritualibus nequitijs: ꝙ sunt quidam demones dicti escubi homines inficientes: vt nunc se erigant quodam inani tumore supra proceritatem sui corporis: nunc vero se velut acclines ⁊ humiles submittant.

Hispanorū inanis gloriola.

Qui vero demones supra genteꝫ vanigloriosam Hispanaꝫ supra ceteras nationes: que de sordibus barbe ⁊ capitis ⁊ manuum ⁊ vnguiuꝫ gloriatur: plenū dñium acceperunt. qui cōiter a talibus demonibus agitati presertim eoꝝ nobiles nunc caput inclinant. nunc eleuant: oculos trans celum leuant.xxxvij. di. tionne. nunc in terram defigunt: neminem recte vix inspicientes. cum medio fantur ore: vix loquelā pronunciantes. pedes obliquant per deuia: non facientes gressus rectos. contra id.xlix. di.c.ij.ver. claudus. totos se torquent siue equitantes. siue peditantes. brachia nuda etiam muliercule nobiles extendunt. man⁹ ad latus ponunt. tibias super alias tibias vel genua ponunt discriminatim ⁊ incompn.⁊ quidā cōpti nimis compti ⁊ comati incedunt: capillaturā ⁊ ligaturam in ea sicut muliercule facientes: ⁊ pannos longos per luta ducentes: lendes ⁊ pediculos in cesarie ⁊ barbis habentes. Contra apostoluꝫ.j.ad Corin.xj. Vir quidem si comam nutriat: ignominia est illi. ab vna parte scissa tunica latus aperte portātes: stercus in capite, ⁊ aurum in pedibus baiulantes: brachia vsqꝫ ad cubitum discooperta habentes. aliqui ex lascivia camisijs non vtentes: sotulares deauratos cum rostris longis ⁊ recuruis habentes: foderaturas mantellatoruꝫ siue de vario siue de pellibus albis cuniculorum supra latus sinistrum cubiti hominibus ostēdentes: caudas retro in capillis ⁊ barbis ⁊ manicis habentes: capillos barbarum diuidētes ⁊ complectentes: ⁊ alijs absqꝫ numero gesticulationibus corporeis ⁊ actibus superbie ⁊ vane glorie abutentes: ⁊ in suis pessimis moribus ⁊ vitijs gloriantes. Contra quos Jaco.iiij. Nunc autē exultatis in superbijs vestris. Et poeta. Gloria peccati nulla petenda tibi. extra de excess. prela. quā sit. Contra superbiam eorum scilicet qui vix alios dignātur respicere rectis oculis: multum debet homo timere a superbia sua ne precipitet ipsum. Caue semp a teipso. Non est perfecta securitas homini: dum est inter inimicos suos. Inimicus vero est caro nostra ⁊ superbia nostra.⁊ ipseꝫ cum demonibus semper est aduersaria anime nostre. Maiorem ergo timorem debet homo habere de superbia sua: ne precipitet eum ꝙ de re alia mundi. Impossibile est ꝙ homo possit ad gratiam dei peruenire sine sancto timore ⁊ humilitate. quam siquis non habet: signuꝫ est pereundi. Adde hic quod scripsi.j in.c.lxxxiiij.in.§. sunt autē. ver. frater egidi⁹. Hic timor ⁊ humilitas facit flectere caput vsqꝫ ad terraꝫ sub iugo obedientie. ⁊ quanto quis plus timet ⁊ humilis est: plus orat. Magnum autē est cui datur gratia orationis que ipsam souet humilitatem. Opera autem hominis quantumcunqꝫ videantur magna non sunt ſm estimationem hominis: sed ſm estimationem dei: ⁊ ideo semper timendum est. ⁊ caput coram deo humiliandum. Totum meritū ex humilitate filia charitatis procedit. Greg. Superbia in oculis principatur specialiter. ⁊ prima sibi corrumpit humani generis membra: que initiū est omnis peccati. Eccl.x. Prouerb.xxx. Generatio cuius excelsi sunt oculi. Contra superbiaꝫ ornatuū ⁊ vestium. Eccl.xj. In vestitu ne glorieris vnqꝫ j.ad Timo.ij. Similiter ⁊ mulieres in habitu ornato cū verecundia: ⁊ sobrietate ornantes se: nō in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis: vel veste preciosa. gl. Mulieres dicit ornari in habitu ornato.i. cum religione ornante eas. Vult.n. apostolus eas esse ornatas virtutibus.⁊ cum verecundia vultus. vt nō sint attrite frontis: vt meretrices. nec tortis crinibus.i. crispis illis tortis auro ⁊ margaritis. Item.j. Pet. iij. ibi. Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circūdatio auri aut indumenti vestimētorū cult⁹ ⁊c.

Glos. Serico ⁊ purpura indute christum videre non possunt. Auro ⁊ margaritis ⁊ monilibus ornate ornamenta cordis ⁊ pectoris perdiderunt. Qz si petrus admonet mulieres coercendas ⁊ moderandas: que excusare possunt cultus suos per maritos. c. de conse. di. v. c. fucare. quanto magis id observare nefas est virginem cui nulla ornatus sui competit venus. Luc. xvj. Homo quidam erat dives qui induebatur purpura ⁊ bysso. glo. interlinearis. Hoc non nisi ad inanem gloriam. Greg. in homi. Nemo vestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam querit. ⁊ vt honorabilior ceteris videaf ⁊ ꝙ pro sola inani gloria fiat res testatur: qz nemo vult preciosis vestibus vti vel indui vbi a nemine possit videri. Indutus erat Joannes pilis camelorum. Mat. iij. vbi Greg. Nisi cult⁹ preciosus in culpa esset: non tam signanter diceretur ꝙ dives indutus purpura torquetur apud inferos. Et Joannes indutus erat pilis camelorum. Deus primis parentibus tunicas pelliceas fecit. Gene. iij. non sericeas. de pe. distin. j. adam post culpam. post. c. fleat. vbi dicit Ambro. de adam eiecto de paradiso. Statim tunica vestivit eum, scilicet deus, pellicea nõ sericea. Augu. Fateor de preciosa veste erubesco. Job xv. Saccum consui. Jone. iij. Ninivite ⁊ rex vestiti sunt saccis. Et Achab rex indutus est cilicio ⁊ sacco. de pe. di. iij. achab rex. Vestis velamen est exteri⁹. virtutes velamina sunt anime. de peni. di. ij. §. romanos c. sapiens. ⁊ versi. vt cognouerunt. super illud Jo. vj. Et eum qui venit ad me non eijciam foras. glo. Superbus meretur foras eijci: qui nihil habet de bono interiore. Jo. viij. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Ber. Inveniunt curiosi quo delectenf ⁊ non inveniunt miseri quo satientur. Cum periculo anime sue acquirunt vnde oculos hominum pascunt. Aug. Ecce omnia pulchra sunt cum impijs: ⁊ ipsi sunt turpes. Accidit ꝙ cuidã regi philosophus in barbam expuit. quem cum ministri regis vellent occidere: prohibuit rex. ⁊ quesivit ab eo quare hoc fecisset. qui respondit, ꝙ quum alia loca purpura ornata essent: non invenit locum turpiorem vbi spueret. Quod rex audiens compunctus est. Hern. Omnis purpura illusionis est, postq̄ in ea dño illusum est. Jo. xviij. Apoc. xvij. Mulier circũdata erat purpura. Esa. iij. Decalvabit dominus verticem filiarum sion: ⁊ dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorũ ⁊ lunulas. Lunula est genus monilium. proprie sunt auree bulle dependentes ad similitudinem lune. vnde lunulatus lunulis ornatus. Huguitio. Et torques. i. ligamentum tortum, aureus circulus circa collum a collo vsq ad pectus descendens. sic dictus qz sicut tortus. ⁊ est ornamentum virorum. vnde torquatus torque ornatus. Hug. Et monilia. Monile vel munile est ornamentũ pectoris mulieris. non hispanarum immundarum: quarum plurime maxime plebeie discooperiunt pectus ⁊ vbera. qz muniat pect⁹ mulierum: ne leccatores possint immittere manum in sinum earũ. Hug. Et armillas. i. torques. brachiale dextrochirium. ⁊ sunt proprie virorum ab armorũ virtute collate. Hug. Et mitras. Mitra est pileum phrygium caput protegens. quale est ornamentum capitis devotarum. Sed pileum virorum est. mitra feminarum. Vel etiam mitra est episcoporum. extra de privil. vt apostolice. li. vj. Hug. Et discriminalia. Discriminalia sunt quibus crines divisi religantur. qz caput a viro discernant vel crines inter se. Et perichelides. Perichelis, idis. est ornamentum mulierum circa brachia vel potius circa crura: quo gressus earum ornatur. Et murenulas. Murena vel murenula dicitur ornamentum feminarum. quod scilicet auri metallo lascivia quadam inflexi ordinis contexitur in similitudinem murene serpentis. quod ad collum ornandum aptatur. interdum auri ⁊ argenti contexitur virgulis. Hug. Olfactoriola. Olfactoriũ est vas vnguentarium muliebre: in quo odoramẽta gestantur. ⁊ inde olfactoriolum diminutivum. Et inaures. hec inauris. i. annulus qui in aure perforata olim gestabatur. Et nunc etiam in hispania maxime in frontaria a multis dominabus portatur christianis. sed plus a mulieribus saracenorum ⁊ iudeorum. Et sindones. Sindon vocatur lineum amictorium feminarum: quo humeri teguntur. de conse. di. j. nemo. Et pallia. Pallium est quo ministrantium scapule teguntur. ne dum ministrant impediti currant. Et linteamina. de conse. di. j. nemo. ⁊ di. ij. si per negligentiam. Linteum. i. velum. ⁊ inde hoc linteamen quod in lecto sternitur. Et theristra. Theristrũ est quoddam genus muliebris vestis subtilis estivalis ⁊ stricte visui pervia. Therias enim estas dicitur. Contra talem vanam gloriam vestium. Chrys. Formosum est apparere. formosius est esse. Item Mat. xj Qui mollibus vestiuntur: in domibus regũ sunt. xxj. q. iiij. c. j. vbi Greg. in homil. Nemo autem existimet in luxu atq studio preciosarum vestium peccatum deesse. qz si hoc culpa non esset: nullo mõ Joannem dñs de vestimẽti sui asperitate laudasset. Et nequaq̄ Petrus feminas a preciosarum vestium appetitu compesceret. j. Petr. iij. dicens. Non in veste preciosa. ⁊ Mat. iij. Joannes indutus erat de pilis camelorum. gl. Servus dei non debet habere vestimentum ad decorem vel ad delectationeʒ: sed tantũ ad tegumentum nuditatis. Contra vestium singularitatem ⁊ extraneitateʒ. Sopho. j. Visitabo sup omnes qui induti sunt veste peregrina. Contra multitudinem ⁊ magnitudineʒ vestiũ. Mat. xxiij. ibi. Magnificant fimbrias. Hoc faciunt hodie nobiles mulieres: ⁊ quidam vanigloriosi hispani: qui brachia nuda habent: ⁊ pannos longos portant per lutum supra eorum suppara diabolus equitat: sicut quidã sanctus vidit. vnde versus.

Suppara longa gere si vis os omne tacere.

Contra multitudinem vestiuʒ. Jaco. v. ibi. Vestimẽta vestra a tineis comesta sunt. iiij. Reg. v. de decem mutatorijs Naaman. Ber. Clamant nudi. clamãt famelici ⁊ cõqueruntur nobis dicentes. Fame ⁊ frigore miserabiliter laboramus. Quid conferunt tot mutatoria vestium. vel extensa in perticis vel plicata in manticis. Mat. x. ibi. Neq duas tunicas. Hieron. In duab⁹ tunicis duplex mihi videtur innuere vestimentum. non ꝙ in locis Scythie ⁊ glaciali nive rigentibus vna quis tunica debeat esse contentus: sed ꝙ in tunica vestimentum intelligamus. ne alio vestiti aliud nobis futurorũ timore reservemus. In qua preciositate vestium ⁊ superfluitate multitudine multi religiosi nostri temporis multum offendunt: contra eorum statum ⁊ regulam. nam excepto colore: de meliori panno se induũt quo possunt. quũ tamen sm Chryso. vestis christi de vili panno fuerit more vestium Palestine. Longissimos habitus sub colore honestatis ⁊ cappas ⁊ tunicas deferunt. ⁊ caputia vsq ad nates. vt qui magis est capitiatus: magis se reputet. Artificiose ⁊ curiose sutas vestes defe-

Vestium luxus arguitur.

runt ad mundi decorez. Aliqui inter eos singulares
⁊ nimis strictas ⁊ curtas: mundum similiter aucu-
pantes. quia non est spiritus in vestibus, maxime so
cijs ⁊ eiusdem professionis viris scandalum facien
tibus. Contra quos. xlj. dist. quisquis. ⁊. c. parsimo-
niam. extra de vi. ⁊ ho cle. decis. Contra que omnia
Joan. cass. in j. lib. de institutis monachoꝝ egyptio-
rū ait. Sit vestis sit monachi que corpus contegat
tantum: ac repellat verecundiam nuditatis: ⁊ frigo
ris retundat iniuriā: non que semina vanitatis aut
elationis enutriat. iuxta aplꝫ ij. Timo. vj. xij. q. j. eps.
Habentes autem alimenta ⁊ operimenta his contē
ti simus. l. que corpus operiāt tm̄: non que amictus
gloria blandiantur. Ita vilia aut nul a coloris vel
habitus nobilitate inter ceteros huius propositi vi
ros habeant insignia: ita a studiosis accurationib⁹
aliena: vt nullis prorsus sint affectatis per incuriaz
sordibus decolorata. Postremo sic a mundi huius
separentur ornatu: vt cultui seruoꝝ dei in omnibus
cōia perseuerent quicquid inter famulos dei presu-
mitur ab vno vel paucis: nec catholice per oē corp⁹
fraternitatis tenetur: aut superfluum aut elatuz est:
⁊ ob id noxium iudicandum: magis vanitatis spe-
ciem q̄ȝ virtutis ostentās. Hucusqȝ Jo. cass. Ad hoc
optime facit pre. c. quisquis. Et Aug. ad Januariū.
xij. di. illa. Sic ⁊ tu ad quācunqȝ forte ecclesiā vene-
ris: eius morem seruasi cuiq̄ȝ non vis esse scandalū:
nec quē q̄ȝ tibi. facit extra de sta. mo recolentes. Itē
conciliū Martini pape. Victu tm̄ ⁊ tegumento his
contenti sumus. x. q. ij. eps. Item in concilio antio-
cheno. xij. q. j eps tractuz de aplo. j. ad Timo. vj. ibi.
Habentes autem alimenta ⁊ quibus tegamur his
contenti simus. Item in chordis ⁊ cingulis est etiā
nedum secularium sed etiam multoꝝ religiosoꝝ re-
nodoxia. quū Helias thesbytes zona pellicea ⁊ Joā
nes precursor dn̄i vterentur. iiij. Regū. j. ⁊ Matth.
iij. Et Francisc⁹ aplicus funē sumpsit grossum aspe
rū ⁊ curtū vsqȝ ad genua. Sed hodie fratres sui lon
gam chordam vsqȝ ad terram lineam albam delica
tam ⁊ subtilem multis nodulis contextam portant:
in ea sicut in aliis suis vestibus delicatis longis ⁊
amplis inaniter gloriantes, quia quod prouidit pa
ter eoꝝ ad mundi contemptum ⁊ sanctaz vtilitatē:
ipsi traxerunt ad vanitatē. contra id extra de excep.
pis. j. rñ. lib. vj. xlv. di licet. Item vana gloria in co
lore pannoꝝ. Unde ⁊ clericis prohibetur color ru-
beus ⁊ viridis: ⁊ vestis virgata ⁊ partita. extra de
vi. ⁊ ho. cle. clerici. ij. ⁊ in cle. e. c. qm̄ qui abiectis. Co
lor autem candidus aptus est religiosis monachis
albis ⁊ clericis. Uñ Sap. vij. Candor est lucis eter-
ne. Berñ. Candor est lucis sapientia. ⁊ candidā opꝫ
esse animaz in qua ipse sedere elegerit. ⁊ vestimenta
eius facta sunt alba sicut nix. Mat. xvij. Mar. ix. ⁊
Luce. ix. Et angelus apparuit coopertus stola can-
dida. Mar. vlt. simile Mat. vlt. qui color sanctita-
tē designat innocentiā, ⁊ puritatē. de con. di. iiij. post
baptismū. xxx. q. v. femine. Et q̄ȝ Benedictus di
cat in regula, Monachi non disputēt de colore. in-
telligo de honesto nigro albo vel griseo. Bene enim
habent disputare ⁊ cauere de inhonesto colore. vt iu
ribus pre. Superbia etiaz in capillis que maxime
est in mulieribus. Esa. iij. Decalcabit dn̄s ⁊c. Acci-
dit Parisius in generali processione q̄ simia cuidā
dn̄e peplum abstulit corem omnibus cum adulteri
nis crinibus quos deferebat. que remansit turpis ⁊
decaluata. Capilli autem mulieribus pro velamine
dati sunt. non pro gloria. j. ad Corin. xj. glo. Ad hoc
habet velamen mulier: vt se reā agnoscat ⁊ subditā.
xxxiij. q. v. mulier. De superbia in crinibus Absalon
in quibus quercui adhesit. ij. Reg. xiiij. vbi dicit q̄
capilli capitis sui ponderabant. cc. siclis pondere pu
blico. ⁊. xviij. de quercu. Genuenses ⁊ Veneti ⁊ Ca-
thalani gloriantur in eis. j. ad Timo. ij. Non in tor-
tis crinibus. glo. Superbus habitus non impetret
nec recta facie de se credi. Legitur de germano beati
Bernardi fratre in claraualle, q̄ noluit videre soro-
rem nobilem suam ornatam: dicens q̄ erat rete dia
boli. q̄ in verbis contrita fuit dicens, q̄ parata erat
facere quicquid sanctus Bernardus german⁹ eius
mandaret: ad quaz veniens mandauit ei vt nunq̄ȝ
superbum habitum portaret. que ita mutata est. vt
homines inde mirarent. De superbia lecti. Amos.
vj. Ve qui dormitis in lectis eburneis. Lectus chri
sti vbi cubuit crux est. ibi cubat: ibi dormit in meri-
die. sm̄ Berñ. Cañ. j. Aug. Lectum suū dimisit chri
stus discipulis suis. quicunqȝ vult cum illo iacere ⁊
quiescere: in lecto isto moriatur, in cruce. Esa. xiiij.
Subtus te sternetur tinea ⁊c. glo. interlinearis sup-
ple quum prius haberes pallia auro gēmisqȝ distin
cta. Qui modo non sustinent pulicem: quō tunc su-
stinebunt vermē immortalem? Esa. vlti. Marc. ix.
Vermis eoꝝ non morietur. Non tamē erunt in in-
ferno vermes materiales: sed vermes conscientie,
damnatos in perpetuum cruciantes. de quibus le-
gitur Esa. lxvj. ⁊ Berñ. Non metuat vermem q nō
moritur: cui mortuus est vermis: vnde ille moritur?
De superbia in multitudine equoꝝ ⁊ coruz appara Equoruz affluentia
tu. Deutero. xvij. dicitur de rege. Non multiplicabit
sibi equos. ⁊ Zacha. x. ibi. Et posuit eos quasi equos
glorie sue in bello. ⁊. j. Et confundentur ascensores
equorum. Et. xij. Percutiam omnem equum in stu
porem: ⁊ ascensorem eius in amentia. glo. Ut qui vi
derint percussos: stupeant. ⁊ ascensores pre sui ma-
gnitudine periculi vertantur in amentiā. Esa. xxxj.
Ve qui descendunt in egyptū ad auxilium in equis
sperantes. In asina ascendit Hierusalez dn̄s. Zacha.
ix. Mat. xxj. Mar. xj. Luc. xix. ⁊ Jo. xij. Chrys. Vis
cognoscere mansuetudinez venientis? considera spe
ciem aduentus eius. Nō sedet in curru auro purpu
ra fulgenti. nec ascendit super feruidum equū discor
die amatorem. non habet in circuitu splendētes gla
dios aut ornamēta terribilia armoꝝ: sed ramos flo
rentes, testimonia virtutis ⁊ pietatis. In festo pal
marum quum quidam magnus archiepiscopus de
Frācia in sua ecclesia predicasset de ista asina in qua
illa die dn̄s equitaret: ⁊ finito officio rediens domū
equitaret magnum ⁊ grossum ⁊ pulchrum palafre-
dum: quedam paupercula vetula arripiens frenum
eius dixit ei. Dn̄e erat ne talis asina quaz christus
equitauit sicut iste equ⁹ vester? At archieps erubuit:
⁊ recessit. mente pertractans quia incepit Jesus fa-
cere ⁊ docere. Act. j. ⁊ Joā. xiij. ibi. Exemplum enim
dedi vobis. Et sm̄ Greg. Magis mouent facta q̄ȝ
verba. Ad hoc. viij. q. j vereor. cum. ij. c. seq. Bernar.
Intolerabilis est impudicitie vbi sese exinaniuit ma
iestas. impletur vermiculus ⁊ tumescit. Esa. xxx. di-
cunt mali. Ad equos confugiemus. ideo fugietis. ⁊
super veloces ascendemus. ideo velociores erūt qui
persequētur vos. ps. xix. Hi in curribus ⁊ hi in eqs.
De superbia in familia multa. Eccles. v. Ubi multe Amplitudo familie.
sunt opes: multi ⁊ qui comedent eas. Ista fuit sup-
bia Dauid populuz numerantis. ij. Reg. vlt. Et gla

dius dñi descuit in populũ. Unde Gratianus. Qui de numerositate sue gentis superbiuit: iure in eius diminutione punitus est. j. q. iiij. §. his ita. ff. Itẽ dauid. quia in multitudine populi dignitas regis: ⁊ in paucitate plebis ignominia principis. Prouer. xiiij. ⁊ pre. ver. Item dauid. Seneca. Mel musce sequuntur, lupi cadauere. frumenta formice. predam sequitur turba ista: non hominem. Aug. In vnum amatores temporaliũ fecerunt ea membra sua. vnde solent dicere se comedi: quum bona eorum comeduntur. iuxta illud ps. lxxviij. Quia comederunt Iacob.

Conuiuiorum apparatus.

De superbia conuiuiorum. In hoc apparet ꝙ magni ⁊ diuites inuitantur: ⁊ pauperes relinquuntur. contra illud Luce xiiij. Quum facis prandium aut cenam: noli vocare amicos tuos ⁊c. ⁊ s. Uoca pauperes ⁊c. Seneca. Non magno cõstat nobis: sed ambitio. Hester. j. Bibebant autẽ qui inuitati erant poculis aureis. Luce. xvj. Et epulabatur quotidie splendide. Splendor iste attenditur circa fercula artificialiter preparata: circa vasa aurea ⁊ argentea: circa suppellectilia candida: circa superflua luminaria: ⁊ circa seruorum ministeria. Eccle. ij. ibi. Cyphos ⁊ vrceolos. De lautis conuiuijs. xxxv. di. ecclesie principes. xliiij. di. comessationes. Esa. v. de pen. di. ij. si enim. vltra. v. col. ver. petrus. ibi. Et suadent in luxuria ciborum. Cithara ⁊ lyra ⁊ tympanum ⁊ tibia ⁊ vinum in conuiuijs vestris.

Superba domorum structura.

De superbia edificiorum. Esa. v. Ue qui coniungitis domum ad domum. Hiere. xxij. Qui dicit. Edificabo mihi domum lataꝫ ⁊ cenacula spatiosa. Qui aperit sibi fenestras ⁊ facit laquearia cedrina: pingitqꝫ synopide. gl. i. christi sanguine. Nunquid regnabis: qm̃ confers te cedro? Item ibidem. Ue qui edificat domuꝫ suam in iniustitia: ⁊ cenacula sua nõ in iudicio. Amos. v. Detestor ego superbiam Iacob: ⁊ domos eius odi. ⁊ j. Percutiet domum maiorem in ruinis. facit. xij. q. ij. gloria. ver. multi. Christus in in presepi ⁊ in stalla iacet. Luce. ij. quia in diuersorio iacuit vt doceat nos in hoc mundo diuersoria nõ palatia fabricare. Philosophus. Commorandi nobis natura diuersorium: non habitandi dedit. Et Chrysos. In luteo presepi christus ponitur: nõ auro nec argento. aurum ⁊ argentum imitetur gentilitas: christianitas illud presepe luteuꝫ. xij. q. ij. glia. ver. multi. Sed antiqui in cauernis terre habitabãt. Hebre. x. ⁊ in casulis. Heb. xj. Legitur de eremita qui habebat hospitiolum ad modum sepulchri. ⁊ quum imperator ad eum veniens quesijsset cur hospitiolum suum commensurasset sepulchro sui corporis. respondidit. Sufficit hoc homini mortuo. ⁊ addidit. Melius pstlitur in celuꝫ de tugurio ꝙꝫ de palatio. Unde Hiero. de paula. Nolebat (inquit) in his lapidibus mortuis expensas ponere. sed in viuis lapidibus. i. pauperibus. ex quibus magni regis ciuitas extruitur. Abachuc. ij. Lapis de pariete ⁊c. Hiero. Sic edificãt quidam quasi semper victuri. sic autem comedunt ⁊ bibunt quasi cras morituri. dicẽtes, Bibamus ⁊ comedamus: cras enim moriemur. de pe. di. ij. si enim. vltra. v. col. ver. petrus. ij. Corinth. xiiij. Eccl. v. Esa. xxij. Amos. iij. Percutiam domum estiualeꝫ. Mat. xxiiij. Et accedunt ad eum discipuli eius. vt ostenderent ei edificationes templi. Ipse autem respondẽs dixit eis. Uidetis hec omnia? Amen dico vobis: nõ relinquetur lapis super lapideꝫ: qui non destruatur. Amos. iij. Percutiam domum hyemalem. Hieron. loquens de Hilarione. Estus ⁊ pluuias breui tuguriunculo declinauit: quod iunco ⁊ cortice texerat. extructa deinceps breui cellula altitudine pedum quatuor, latitudine pedum quinqꝫ, longitudine paulo ampliore ꝙꝫ eius corpusculum patiebatur, vt sepulchrum potius ꝙꝫ domum crederes. ⁊ j. Erat autem cellula non plus mensure per quadrum tenens quã homo dormiens extendi poterat. Narrat Ioã. cassi. in collatione Isaac de oratione ꝙ quidam patrũ vidit diabolum adiuuantem ⁊ inflammantem quendam fratrem circa superflua edificia occupatuꝫ. ⁊ supra posui in c. lxiiij. in. §. adhuc petita. ver. contra tales. Quantum autem excedant religiosi mendicantes circa curiositatem ⁊ multiplicitatem ⁊ sumptuositatem edificiorum: totus mundus estis est. ⁊ decretalis de verb. sig. Exiui de paradiso. lib. vj. §. hinc est. Ipsi enim qui mundo mortui sunt. xvi. q. j. placuit. potius deberẽt sepulchra querere ꝙꝫ palatia. vt proxime dixi. Bern. Uideo: quod non sine magno labore videri debet: quosdam post aggressam christi militiam: rursum secularibus implicari negocijs: rursus terrenis cupiditatibus immergi: cũ magna diligentia erigere muros: negligere mores. Si dicant claustrales ꝙ in hoc condescendunt infirmitati bonorum ⁊ deuotioni eorum: audiant beatum Bernardum dicẽtem. Qui dicunt admittantur animales: suscipiantur in beniuolentia charitatis: portentur in omni patiẽtia benignitatis. sed qui eis compatiuntur non eis conformentur: nec sic querant eorum profectum vt propter eos cogantur incurrere propositi rigoris in religione defectum. Multi hominũ magis veniunt ad ecclesiam vt delectentur ⁊ admirentur pulchra edificia ⁊ imagines: ꝙꝫ vt corrigant vitia. Uidentur adorare lapides ⁊ colores: sed non mutant prauos mores. Aurum trahit aurum. politus lapis lapides preciosos trahit. Magis offertur reliquijs deauratis ꝙꝫ pannosis. Sed ait Ambro. cõtra templa deaurata. Aurum sacramenta non querunt: nec auro placent que auro non emuntur: ornatus sacrorum redemptio captiuorum est. xij. q. ij. aurum. Et iunge hic quod scripsi. i. in. §. ⁊ primum. in ver. quartũue. in c. lxxvij. Iterum si dicant religiosi pulchritudines domoruꝫ esse necessarias ad recreationem. extra de verb. sign. exiui. §. licet non. lib. vj. Respondeo ꝙ veri spirituales ⁊ viri potius deberent delectari in conspectu celi ⁊ delectatione siderum ꝙꝫ terre. ⁊ potius admirari opera dei ꝙꝫ hominuꝫ. vt dixit beata Catharina ad Maxentium cesarem. Miraris hoc templum manu artificum fabricatuꝫ: miraris ornamenta preciosa ⁊ vario opere comparata: que velut puluis ante faciem venti erunt. mirare potius celum ⁊ terram ⁊ omnia que in eis sunt. mirare ornamenta celi, solem scilicet ⁊ lunam ⁊ stellas ⁊c. Legitur de beato Bernardo ꝙ vbertim fleuerit quum vidit taguriola pastorum tecta cilicio similia casulis cisterciensium antiquorum: qui tunc incipiebant habitare in magnis edificijs. Beatus Franciscus ait in testamento suo. Caueant sibi fratres vt ecclesias ⁊ habitacula paupercula ⁊ omnia alia que pro ipsis construuntur penitus non recipiant: nisi essent sicut decet sanctam paupertatem quaꝫ in regula promisimus, semper ibi hospitantes sicut aduene ⁊ peregrini. Et sicut legitur in legenda sua antiqua, mãdabat fieri domũculas fratrum de lignis ⁊ luto. Ipse in persona sua ascendit diruere domuꝫ quã fecerat cõe assisij in sancta Maria de portiuncula: qꝛ sibi curiosa videbat. Dicebat autem, Ubi christus manebat: quando in deserto ieiunabat? Mat. iiij. ⁊ Luc. iiij. Quum quidaꝫ frater

deuotus in quodam eremitorio sibi quandam cellã
fecisset de lignis leuigatis ⁊ dolatis ⁊ paratis pul-
chre: noluit eã intrare sanctus Francis⁹: nisi prius
ille frater illos asseres remouisset: ⁊ eam de ramis ar
bor ⁊ scopis cooperuisset. Magna pars edificiorũ
religiosoꝝ mendicantiũ de mãmona iniquitatis ad
literam constructa sunt. Luce.xvj.s.de vsuris ⁊ rapi
nis. Unde posset eas propter diabolus tanq̃ sibi de
bita quodammodo vendicare. Citius enim vsurarij
dant fratribus pro edificijs mille libras: q̃ restituãt
vnum denarium creditori: vexante eos xenodoxia
⁊ tumore religiosoꝝ. Contra superbiã edificiorum.
xxxij.di. hospitiolum tuum. diminuntuum.i.modicũ
xxxv.di.ecclesie principes.ibi. Eijciendi sunt spacio
sis domibus.xij.q.ij.gloria.ver. Multi edificant pa
rietes: ⁊ columnas ecclesie subtrahunt marmora ni
tent.auro splendent laquearia.gemmis altare distin
guit.ministroꝝ christi nulla est electio. Ecclesia sanc
ti angeli in monte gargano antrũ est ⁊ inculta cri-
pta. sicut vidi. potius ferarum q̃ hominum habita
tio.agente hoc deo.sicut in sua legenda dicitur. Qui
non in marmoribus nec in edificijs: sed in moribus
Librorum copia. delectatur.s̃m Chryso. De superbia in libris ⁊ cle
ricoꝝ ⁊ religiosoꝝ deauratis ⁊ historiatis ⁊ sericeis
pannis ⁊ argento coopertis dolendum est. Non ha
bitat in auro scientia. quia nec ei comparatur aurum
nec lapis preciosus. Sap. vij. Humilibus reuelatur
dei scientia. Mat.xj. Prouer.xj. Ubi humilitas: ibi
sapientia.ij. Timo.iiij. Affer tecum libros. maxime au
tem membranas. Libros pulchros non audent fra
tres commodare: nec in eis studere: sed clausos eos
tenent in suis studijs quatuor fibulis clausos: ⁊ pan
nis preciosis coopertos ex superbia ⁊ auaritia. quan
to plures habent: tanto communiter minus sciunt.
multos legunt: ⁊ nullum applicant memorie. ⁊ qui
plures habet sermones: cõiter peius predicat. quia
Pluribus intentus minor est ad singula sensus.c.
xxj.q.j.presbyteros.de ele.consu.diuersis. quia curio
soꝝ est multa legere ⁊ pauca retinere. Realium viro
rum est pauca legere: ⁊ illa memorie applicare: ⁊ ea
cordi alligare.c.de con.di.v.nunq̃.in prin. Uanitas
secularium in curribus ⁊ in equis: religiosoꝝ in libris.
Ita quis potest in libris sicut in auro inaniter dele-
ctari. Mutatio rei non mutat affectum. Non est dif
ferentia in metallis: sed in animis. Sic potest quis
corrũpi auaritia in libro sicut in auro. vt in coll. Da
nielis dicitur. ⁊ supra dixi in ista parte.ij. Superbia
cantus. Greg. Dum blanda vox queritur: sobria vi-
ta deseritur.xcij.di in sancta. Aug. Quoties me dele
ctat plus cantus q̃ vox que canitur: toties me pec-
care penaliter confiteor. Potest dici q̄ sicut fractos
vestibus, sic fractos vocibus non recipimus. xlj.di.
parsimoniam. Exo.xxxij. Uocem cantantium ego au
dio. Cumq̃ venisset ad castra: vidit Moyses vi-
tulum ⁊ choros. In vitulo quod est animal lasciuũ,
lasciuia intelligitur. Unde cantus adorantiũ vitul⁹
est cantus frangentium vocem ad lasciuiam. canta-
re autem ad compunctionem audientium bonum
est.xxj.di.c.j.ver.psalmiste. Contra tales cantus aplš
ad Ephe.v. Cantantes ⁊ psallentes deo in cordibus
vestris.xcij.dist.cantantes.ibi Hiero. Deo non voce
sed corde cantandum. nec in tragediarum modum
guttur ⁊ fauces medicamine liniende sunt: vt in ec-
clesia theatrales moduli audiantur ⁊ cantica. Can-
tus autem ob deuotionem non dissolutionem in ec-
clesia dei ordinatus est. Unde ⁊ in ecclesia dei officiũ
est precentoris ⁊ succentoris.xxj.di.c.j. ℣.precentor.
Uix in ordine vidi bonũ cantorem: quin esset incarce
ratus propter immunditiã. q2 blanda ⁊ dulcis vox
stimulos carnis icitat.c.e.di.c.in sancta all.ĩ.℣.xx.
Item superbia quandoq̃ oritur ex bonis nature.
Bona autem nature quedam sunt corporis. quedã Nature
anime. quedam fortune quedam gratie. Corporis: bona.
sunt sanitas, fortitudo, pulchritudo, nobilitas, liber
tas. Bona vero naturalia anime: sunt rectitudo in-
genij, tenax memoria, intellectus acutus, exercitium
spiritualium, naturalis dispositio ad virtutes seu vir-
tus naturalis. Bona vero fortune: sunt diuitie, deli
cie, dignitates, la⁹ seu gloria ⁊ gratia humana. Bo-
na gratie: sunt scientie dona ⁊ virtutes. De omnib⁹
his potest nasci superbia. contra quam.j. Macha.ij.
Gloria peccatoris stercus ⁊ vermis. hodie extollitur
cras non inuenitur. Sap.v. Quid nobis profuit su-
perbia. aut quid diuitiarũ iactantia contulit nobis?
Contra superbiam sanitatis. Jaco.iiij. Que est vita Bone
vestra? vapor est ad modicum parens. Job.xiiij. Ho corporis
mo natus de muliere breui viuẽs tempore ⁊c. Gre- vehitudo.
go. Ecce sancti viri vocibus pena hominum breui-
ter est expressa. q2 ⁊ angustatur ad vitam: ⁊ dilataĩ
ad miseriam. Si enim subtiliter consideretur: omne
quod hic agitur pena ⁊ miseria est. Ipsi enim corru
ptioni carnis seruire ad necessaria atq̃ concessa, mi-
seria est. vt contra frigus vestimenta: contra famem
alimenta: contra estum frigus requiritur. Q2 multa
cautela custoditur: corporis salus: q̄ custodita amit
titur: amissa cum graui dolore reperitur: tamẽ reper
ta in dubio semper est: quid aliud hec, q̃ terrene vite
miseria est? Item Bern. Homo natus de muliere. ⁊
hoc cum reatu. breui viuens tempore: ideo cum me-
tu. repletur multis miserijs. ⁊ id cum fletu. ⁊ nature
multis. quia corporis ⁊ anime simul. De fortitudi
ne corporis fatuum est superbire. Job.vj. Nec forti Neruosi-
tudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea est. tas.
imo homo fragilior vitro. Aug. Quid fragilius va-
se vitreo? ⁊ tamen si seruatur: durat per secula. licet
enim casus timeatur: senectus ⁊ febris non timetur.
nos fragiliores ⁊ debiliores sumus ⁊ infirmiores.
quia casus. extra de cõmo.c.j. ⁊ de depo.c.ij. omnes q
non cessant in rebus humanis: ob fragilitatẽ nostrã
quotidie formidamus. ⁊ si ipsi casus non accidant:
tempus ambulat. Uitat homo ictum. nunquid vitat
exitum? Uitat que extrinsecus adueniunt. nunquid
que intus nascuntur? Postremo q̃uis homini par
catur: nouissima senectus quum venerit, non est q̄
differatur. Hiere.xvij. Maledictus homo qui ponit
carnem brachium suum.i. qui confidit in robore cor
poris. quod est fragile ⁊ infirmum. Fortitudinẽ Sã
sonis meretrix Dalilã eneruauit. Judic.xvj. Aba-
chuc.iij. Dñs fortitudo mea. ps.xvij. Diligam te dñe
fortitudo mea. De pulchritudine superbire quis au- Formosi-
det: quum corpus sit quoddam sepulchrum? Aug. tas.
Corpus peccatoris anime mortue est sepulchrum.
Job.x. Qui quasi flos egreditur ⁊ conteritur. Esa.
xl. Omnis gloria eius quasi flos agri. Prouer.vlti.
Uana est pulchritudo. Uanum est superbire de no Nobili-
bilitate. omnes ex adam processimus. xxxiij.q.v.ca. tas.
vlt. Malach.ij. Nunquid non pater vnus? omnes
fratres sumus: ⁊ vnus pater qui est in celis. Mat.
xxiij. Hiero. contra Heluidium. Omnes autem ho-
mines affectu fratres dici possunt. quod in duo diui
dit. ⁊ in spirituale ⁊ cõe. In spirituale: q2 oẽs christia
ni fratres vocantur. Porro in cõe: q2 oẽs hoĩes ex

vno patre nati pari inter nos germanitate coniun-
gimur. Item Chrys. In mundo enim quamuis homo
hominem generet. lvj. di. nasci. tamen vnus est pater
qui omnes. Mat. vj & xxj. xxviij. q. j. omnibus. & c.
si femina. creauit. Non enim initium vite habemus
ex parentibus: sed transitum vite per eos accipim^9,
ad hoc. lvj. di. vnicuique. & c. nasci. Et dñs Iesus chri
stus nasci voluit non solum ex alienigenis: sed etiam
adulterinis coniunctionibus. vt de Raab meretri-
ce & Bersabee vxore Urie. lvj. di. dñs noster. Nobi-
litas sm Aug. nihil aliud est ꝙ probitas & antique
diuitie. Item idem. Quid est seruus aut libertinus?
nola ex ambitione vel iniuria nata. quia quilibet na
turaliter liber. xxxv. di. sexto die. Item neminem re-
gem nisi ex seruis oriundum esse: neminem seruum
nisi ex regibus dicit Plato. Omnia illa longa va-
riet as miscuit: & sursum & deorsum fortuna versauit.
Job. xvij. Putredini dixi. pater meus es tu. Quod
hominibus altum est: abominatio est apud deum.
Luc. xvj. Seneca. Quis est generosus? Bene ad vir
tutem anima compositus. Tullius. Hic liber existi-
mandus est: qui nulli turpitudini seruit. q2 qui facit
peccatum: seruus est peccati. Ioã. viij. Sapiens. De
illa nobilitate glorieris que filios dei & coheredes
facit. Tunc ille nobilitatem suam integram seruare
se putet: si dedignetur seruire vitiis: & ab illis supe-
rari. a quibus qui superatur: eorum. Ioã. viij. & seruus
est. Bern. An non seruus: cui dñatur iniquitas? Itaque
omnis qui deo nõ seruit: ignobilis est. j. Reg. ij. Qui
contemnunt me: erunt ignobiles. Signa vere no-
bilitatis septem sunt. Primum est liberalitas. extra

Vere nobilitatis indicia septem.

de dona. c. j. versus. Dedecus est semper sumere: nulque
dare. q2 beatius est dare ꝙ accipere. Act. xx. xvj. q. j.
predicator. extra de cele. miss. cum marthe. §. j. Magi-
ster Alanus qui legebat apud montem pessulanum
requisitus a variis militibus que esset maior curia
litas: respondit ꝙ dare curialissimum erat. cui om-
nes consenserunt. Ipse vero dixit eis vt habito con
silio dicerent ei que esset maior rusticitas. qui nõ va
lentes in vnum consentire: reuersi sunt ad eum dicẽ
tes ꝙ non poterant cõcordare. quos increpans ait.
Ego posueram vos in via per quam possetis questio
nem soluere. si enim dare curialissimum & nobilissi-
mum est: auferre (quod est contrarium) rusticissimũ
& vilissimum est. Unde vos qui incessanter aufertis
a pauperibus: rusticissimi estis. Secundum, grati-
tudo siue recognitio. & econuerso irrecognitio & in-
gratitudo. peccatũ contra naturam ingratitudo est.
ff. de peti. here. sed & si lege. §. consuluit. legitur & no.
extra de testa. cum in officiis. Signum maxime rustici-
tatis est. Sapiẽs. Nobilis animi est beneficia recor
dari. ignaui, beneficij obliuisci. Unde ingrati manu
missi tanꝙ ignobiles in seruitutem reuocantur. xij.
q. ij. liberti. & c. octaua. vbi de hoc. extra de donatio.
c. fi. Unde patet ꝙ illi qui dicũt se nobiles: persequẽ
tes deum qui eos in hac vita exaltauit: rusticissimi
sunt & deo ingrati. Ingratitudo sm Bern. est anime
perditio: virtutum exinanitio: virtutum perditio: be
neficiorum peremptio: hostis gratie: persecutrix iustitie:
ipsa est ventus vrens: que pietatis fontem misericor
die veniam & gratie fluenta desiccat. Per hanc dan
dum impeditur. datum tollitur. Sap. xvj. Ingrati
spes tanꝙ hybernalis glacies tabescet: & disperiet
tanꝙ aqua superuacua. Tertium est mansuetudo
& misericordia in subiectis Seneca. Nullum magis
ex omnibus regem & principem ꝙ clementia. Pro-
uerb. xx. in fi. Misericordia & veritas custodiunt re-
gem. & roborabitur clementia thronus eius. decet
In signum mansuetudinis vnguntur reges christi-
ani. extra de sacra vnc. c. vnico. Sapiens potestatem
habens decorem potestatis sue iuxta possibilitatem
suam debet imitari. In hoc autem maxime imitatur
si nihil indicat: q2 misereri preciosius. Et lex. Nihil
aliud tam peculiare est imperialis maiestatis ꝙ hu
manitas. per quã sola dei seruatur imitatio. C. de do
na. inter vi. & vxo. l. fi. A contrario crudelitas in sub-
ditos signum est maxime rusticitatis. Prouer. xxx.
Per tria mouetur terra. & j. per seruum quum regna
uerit. i. crudelem. Quartum est strenuitas siue viri
litas in eos qui repugnant. In signum huius datur
ensis militi nouo. quo vti dẽbet in hostes dei & reipu
blice: non in subditos pacificos & obedientes. xxiij.
q. v. miles. & q. viij. vt pridem. De probitate ista & vi
rilitate & debita gladij executione. xxiij. q. iiij. sicut.
cũ. c. seq. Econtrario multi suam strenuitatem impiã
contra deũ & ecclesias & personales humiles & subie
ctas exercent: similes impio diabolo & crudeli. con-
tra illud. xxiij. quest. v. regum. & c. administratores.
Quintum est timere opprobrium seruitutis prodi-
tionis vel alicuius turpitudinis. Sed multi qui no
biles dicuntur: non timent pessimam seruitutem pec
catorum. Joan. viij. vitiorum vel demonum: qui seruiunt
vilissimis membris. que seruitus fetidior est ꝙ serui
tium leprosorum. Nec erubescunt prodere & impugna
re deum: a quo omnia possident. cuius expensis vi-
uunt. ex quo patet eos esse non nobiles sed rusticos
& proditores. Vera enim nobilitas fidelis est deo &
hominibus & nullus ignobilior ꝙ proditor. ad hoc.
xcvj. di. si imperator. ij. q. vij. non potest. Non potest
erga homines esse fidelis qui deo extiterit infidelis.
xxij. q. v. de forma. Sextum signum est cordis ma-
gnitudo: qua quis modica contẽnit: & maxima ap-
petit. Econtrario magna rusticitas est amorẽ suum
i modicis ponere: & magna negligere. vt patet in mi
sero milite. qui amorem suum ponit in vilissima me
retrice: vel terra modica violenter occupata per eũ:
contempto amore christi regis nobilissimi & heredi
tatis eterne. Non sic. Dauid dicens. Quid enim mi
hi est in celo: & a te quid volui super terram? Dice-
bat frater Egidius socius beati Francisci. Ille est di
ues: qui imitatur diuitem. Ille est sapiens: qui imi-
tatur sapientem. Ille est bonus: qui imitatur bonũ.
Ille est pulcher: qui imitatur pulchrum. Ille est no-
bilis: qui imitatur nobilem dñm iesum christum &
dñm deum nostrum. Septimum est erubescentia:
maxime a vitijs & peccatis. Eccle. xlj. Erubescite a
patre & a matre de fornicatione. Nobilitas carnis
solet esse bonis stimulus probitatis. Unde Hieron.
Nobilitas quadam necessitate adstringit hominẽ:
ne a maiorum probitate degeneret. Aug. Nobilitas so
la est animum que moribus ornat. Quum quidam
pater tentaretur a muliere de turpitudine: ait ei pater.
Commisceamur nos hic in via. Dixit ei mulier. Quo
possemus propter transeuntium erubescentiam? Di
xit ei pater. Si homines erubescis de vitio: multo po
tius deum presentem omnia contuentem. Sap. pri.
erubescere debes. Amb. Verecundia ingenuos pro-
dit natales. lxxxvj. di. non satis. versi. consideranda.
Constantinus. Uincere hostes virtus est populorũ.
vincere vitia virt^9 est animorum. Vera nobilitas chri
stiana est. Primo quia sumus filij dei. & hoc p crea-
tionem. Actuũ. xvij. xxix. q. vlt. omnibus. Ipsi^9 enim

& genus

& genus sumus. Esa. lxiiii. Tu dñe pater noster es: nos vero lutum. tu fictor noster: & opera manuũ tuarum oẽs nos. Et in hoc sumus eius filij chari. Secundo per gratiam adoptionis. Ut. j. Jo. iij. in prin. Videte qualem charitatem dedit nobis pater: vt filij dei nominemur & simus. psal'. lxxxj. Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. j. Jo. iij. In hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli. omnis qui non est iustus: non est ex deo. & de hoc de pe. di. j. §. hoc idem. ver. itẽ vt christus ait. & ver. qui natus. & per hoc sumus filij chariores. Tertio per gloriam, ratione adoptionis hereditatis eterne. Jo. viii. Roma. viii. Si filij: & heredes. Gala. iiij. Et i hoc enim' filij charissimi Eph. v. Imitatores dei estote sicut filij charissimi. Contra carnis nobilitatem extra de preben. c. pen. §. nos ergo. Attendentes q non generis sed virtutũ nobilitas viteq honestas gratum deo faciunt & idoneum seruitorem. Ad cuius regimen non multos fm carnem nobiles & potentes elegit: sed ignobiles. Mat. iiij. & pauperes.

Libertas Fatuũ est: de libertate corporis superbire. quum corpus sit seruus maleuolus. & ideo tortura & compedibus dignum. Eccl. xxxiij. Ambr. Apud dñm libertas & seruitus: equa lance appendũtur. de hoc. xxix. q. j. omnibus. Hiero. Apud dñm nõ dñs potior: nõ seruus deterior. Colos. iij. ibi. Ubi nõ est masculus &c. & j. Seruus & liber. Fatuũ est etiã de bonis anime naturalib' superbire. in quibus infideles nobis cõicant. quia bona illa potest quis habere ad bonum & ad malum, sicut patet in lucifero. de pe. di. ij. principium. Bern. Si in professione religionis callidi es ingenij: viget autem premium in intellectu. instrumenta sunt tam vitiorũ q virtutũ. Et quia ipsum ingenium donum dei est, vt dicit de se Aug. in. ix. lib. confessionum. Stolidum est etiã de diuitijs superbire: per quas incidit laqueum diaboli: & in desideria multa & nociua. j. ad Timo. vlti. Cupiditas radix omniũ malorũ. xlvij. di. bonorũ. de pe. di. ij. §. expressis. ver. quia radix. Fatuum etiam superbire de potestate quũ scriptũ sit. Sap. vj. Potentes potenter tormenta patientur. viij. q. ij. illud. Fatuum etiam superbire de gratia humana. Prouer. vlt. Fallax gratia. ad Gala. j. Si hominibus placerem seruus christi non essem. xlvij. di. c. vlti. in fin. Fatuũ etiam est superbire de gloria huius mundi. Esa. xxviij. Erit flos decidens glorie. Eccle. x. Omnis potentatus vita breuis. j. lib. Macha. xj. Rex Ptolemeus imposuit sibi duo diademata vna die. & tertia die mortuus est. Summa etiam vesania de scientia superbire. Eccle. j. Qui addit scientiã addit & laborem. De scientia superbire, est de lumine occecari. xlix. di. hinc etenim ver. albuginem. August. Tumor meus claudebat oculos meos. Fatuũ est etiã de virtutibus superbire. hoc est enim. de medicamine vulnerari. Grego. Qui de virtutibus habitis extollitur: quasi de medicamento vulneratur.

possunt dicere hypocrite: Qm̃ contra te mortifica
mur ⁊c. Iste est Simon cyrenensis crucem portans
in angaria: sed non moritur in ea: q: mundo viuit.
Luc.xxiij. Hypocrita nunq̃ habet oculuz cordis ad

deum. vnde nec deus ad eum. Unde super illud ps.
xxxj. Firmabo super te oculos meos ⁊c. dicit glosa
in persona dei. Non auferam oculos meos a te: q: tu
semp leuas oculos tuos ad me. Hypocrita vix vnq̃
veniam consequetur. vnde super illud Job.xxxv. Si
mulatores ⁊ callidi prouocant iram dei: neq; clama
bunt quum vincti fuerint. dicit gl. Uincti nó clama
bunt: q: humane laudis auiditate superati sanctos
se miseri etiam cum in peccatis moriuntur: putant.
Sap.j. spiritussanctus. s. discipline effugiet fictuz.i. hy
pocritaz. In ipso proprie dormit ⁊ requiescat diabo
lus: q: thalamus est vmbrosus. Job.xl. de pe.di.ii.si
eniz.in fine. Nunq̃ hypocrita correctionez recipit:
sed se semper defendit. Judic.j. Fuit dñs cum Juda:
nec potuit delere habitatores vallis q: falcatis cur
ribus abundabant. hoc est in curribus eorum falces
erant que sibi obuiantia vel aduersantia secabant.
Habitatores vallis hypocrite sunt, qui ipsos repre
hendunt conuiciis scindunt. pp quod sirpo compa
ratur hypocrita. Job.viii. Nunquid virescere potest
sirpus.i. iuncus vel carduus? q: carpit ſm Hugu. gl.
Sirpus intus est vacuus cuius theca manum ledit.
q: hypocrita gratia vacuus est: ⁊ correctionem non
recipit. sed ad lacerandam vitaz prorumpit. vnde ⁊
in hoc diabolo incorrigibili assimilatur. incorrigibi
litas enim peccatuz est diaboli. vnde Eccl.xxj. Qui
odit correctionem: vestigium est peccatoris: habet.n.
characterem bestie.i. diaboli. Unde iudeis incorrigi
bilib⁹ ⁊ hypocritis pharisеis ⁊ scribis dicit dñs. Jo
viii. Uos ex patre diabolo estis de pe.di.j.§. hoc idé.
ver. Item vt Christus: Hypocrita fermento compa
ratur. Luc.xij. Attendite a fermento phariseoruz qd̃
est hypocrisis. quod fermentum expurgandum est.j.
ad Corin.v. Hypocrite similes sunt illis pomis pul
cherrimis exterius que sunt prope mare mortuum:
⁊ intus sunt plena fauillis ⁊ cinere. vt no. de pe. di.j.
sed ⁊ continuo. in gl j. Eis proprie loquit' Jo. Apo
ca.iii. Nomen habes q̄ viuas: ⁊ mortuus es. Simi
les candele que seipsam consumens alios illuminat:
⁊ ipsi continuis cruciatibus mercantur morté eter
naz. Mat.vj. Nolite fieri sicut hypocrite tristes. ex
terminant enim facies suas. Isti labijs deum hono
rant: cor autem eorum longe est a deo. Mat.xv. Hy
pocrite bene prophetauit de vobis Esaias. Esa.xxix.
Item hypocrita nunq̃ pure confitetur. sed aut pec
cata velat: aut dissimulat: aut defendit. Hi signantur — Hypocritarum cõfessiones.
per Rachel de qua dicitur Genes. xxxj. q̄ furata est
idola patris sui: ⁊ abscondit ea subter stramentuz ca
meli. Rachel interpretatur ouis. q: isti Mat.vij. ve
niunt in vestimentis ouium.i. in habitu mansuetu
dinis ⁊ innocentie. ⁊ furantur idola patris sui.i. dia
boli. s. peccata occultando nec ea pure confitendo. ⁊
abscondunt sub cameli stramine.i. sub specie obedié
tie ⁊ bone vite. In nullo peccato hodie quidem reli
giosi tm̃ credo q̄ deum offendant quantum in fictis
⁊ hypocritalibus confessionibus. Uix eniz aut raris
sime aliquis taliuz confitetur nisi per verba genera
lia. vix vnq̃ aliquod graue specificant. Quod dicũt
vna die: dicunt ⁊ altera: ac si in omni die equaliter of
fendant. Uix vnq̃ habent intentionez cessandi nec
vitam mutandi. De peccatis que confitentur. confi
tentur quedam venialia: vt scz de silentio: de indicá
do: de murmurando: de gula: de subita iracundia: de
verbis ociosis, de verbo omisso vel dictione in officio
diuino: ⁊ similib⁹. sed rarissime cõfitent' de pecunia:
de inobedientia: de suspecta familiaritate: de odio

ad

ad fratrem, de persecutionibus adinuicem, ⁊ diffa-
mationibus, de ambitionibus, de hypocrisi specifica
ta malitia declarata, de assiduis mendacijs, de tpis
perditione pro magna parte, de superbia ⁊ inuidia
specificata, de gastrimargia frequentata, de ieiunijs
ecclesie commendatis ⁊ a regula sine vera necessita-
te fractis, de alijs capitulis regule qui continent pce
pta aut prohibitiones. Adde hic qd scripsi. j. in isto c.
in. § ⁊ ve. ver. sic quidem. Et si ista crimina ⁊ similia
declarent ⁊ specificent: rarissime tñ cum proposito di
mittendi. quod est se iustificare ⁊ in hypocrisim ten
dere. Unde veraciter sicut experiẽtia didici inter fra
tres ⁊ in officio penitẽtiarie dñi pape in quo fui: pu
rius ⁊ humilius ⁊ veracius incomparabiliter confi
tent maximi peccatores seculares ⁊ clerici: q̃ religiosi
cõiter hypocritaliter confitentes. Quanto autẽ ma
gis sunt in ordine literati aliqui magistri ⁊ lectores
⁊ baccalaurei ⁊ prelati: tanto in confessionibus sunt
magis ceci. ⁊ hypocritalibus confitent: vt ad literaz
impleat in eis illud Jo. ix. In iudicium ego veni in
hunc mundum: vt qui non vident videant: ⁊ qui vi
dent ceci fiãt. ⁊ illud ps. lxviij. Obscurent oculi eoꝝ
ne videant. xxxvij. di. § si. Uere religiosi in confessio-
nibus suis cõiter decimant mentam ⁊ anethũ. i. cõ-
fitentur aliqua venialia. sed grauiora legis. i. morta-
lia. s. specificata ⁊ alia indecimata relinquunt. i. incõ
fessa. culicem colantes ⁊ glutientes camelum. Mat.
xxiij. Nam prius mortalia sunt confitenda ⁊ delen
da: deinde venialia. de pe. di. j. tres sunt actiones. Cõ
tra tales cõfessiones hypocritales, Aug. in li. de peni
tentia. Penitentia est quedam dolentis vindicta pu
niens in se quod dolet commisisse. de pe. di. iij. penitẽ
tia est. ij. ⁊ c. si apls. ibi: Jo. viij. Dicit. n. dñs, vade ⁊
amplius noli peccare. Non dixit, ne pecces. sed nec
voluntas peccandi in te oriat ⁊ c. penitentiam. ibi.
Penitentiam quippe agere est perpetrata mala plã
gere: ⁊ plangenda non perpetrare. ⁊ c. sunt aũt q di-
cunt ibi. Canis reuersus ad vomitum suum: ⁊ sus lo
ta in volutabro luti. ⁊ c. penitentes. Penitẽtes: si tñ
estis penitentes: ⁊ non estis irridentes: mutate vitã.
⁊ ibi. Si ergo penites: cur facis que male fecisti? Si
fecisse peniteat: noli facere. Si adhuc facis: non es re
cte penitens. ⁊ c. irrisor. Irrisor est ⁊ non penitens q
adhuc agit quod penitet. nec videt deũ poscere sub-
ditus: sed subsannare superbus. cũ alijs. c. se. vsq; ad
§. sed verba. Item Amb. loquens de penitente. de
pe. di. j. sunt qui arbitrant ibi. Seipsum homo abne
get: ⁊ totus immutetur. Itez taciturnitas peccati ex
superbia nascit cordis. fm Gratianum. Ideo. n. fm
eum, peccatum suum quisq; celare desiderat: ne iniq
tas sua alijs manifesta fiat. ne talis reputet apud ho
mines foris: qualem se iamdudum exhibuit diuino
conspectui. quod ex fonte superbie nasci nulli dubiũ
est. Species. n. superbie est: cum se velle iustum videri
qui peccator est. atq; hypocrita conuincit: q ad imi-
tationem primorum parentum vel tergiuersatione
verboꝝ peccata sua leuigare cõtendit: vel sicut Cayn
peccatum suum reticendo penitus supprimere qrit.
Gen. iiij. de pe. di. j. §. ex his namq;. ver. Cayn ibi. qr
superbus peccatum suum cõfiteri noluit ⁊ c. Ubi aũt
superbia regnat vel hypocrisis: humilitas locum ha
bere non valet. Sine humilitate vero alicui veniam
sperare non licet. nec ergo vbi est taciturnitas confes
sionis: venia speranda est criminis. de pe. di. j. § cum
ergo vt ex pmissis. ad fi. dist. De hypocrisi cõfessionẽ
diuidentium vel celantium peccata. de pe. di. v. c. j. ad
fi. ver. quedam. n. Uni celant que alijs manifestanda
conseruant quod est se lauare ⁊ ad hypocrisim inten
dere. Tales etiã hypocrite qualibet die maxime qñ
celebrant: longas faciunt confessiones de quotidia-
nis venialibus: credẽtes se p verba iustificare ⁊ pur
gare. sed verba non purgant: sed gemitus, suspiria, do
lor, ⁊ lachryme. de pe. di. j. in pnci. ⁊ §. hoc idẽ. Mag
dalena ad pedes dñi plorans non loquebat. sed plã
ctus eam purgauit: non lingua. Luc. vij. Contra hy-
pocritas Aug. Simulata sanctitas, duplex iniqtas.
Et Sapiens. Nulle sunt occultiores insidie: q̃ q̃ la
tent sub similitudine officij. Aug. contra hypocrisim
religiosorum non seruantium professionem suaz sed
simulantiuz. Malui. n. cecos habere vel claudos: q̃
plangere mortuos quicunq; n. hypocrita est: mortuꝰ
est. vij. q. j. nolo. ⁊ c. certe. ibi. Malum est cadere a p-
posito. sed peius est simulare propositũ. ⁊ s. ibi. No
lo habere hypocritas. Tres sunt species hypocrisis. Hypocri-sis triplex
Una est, qñ coram hominibus bonum facit: ⁊ in oc
culto malũ. Secũda, qñ in occulto ⁊ in manifesto bo
num facit intentione placẽdi hoibus. Tertia, qñ ali
quis minorem hypocrisim non incurrit: vt incidat
in maiorem. vt quum aliquis interrogat an ieiunet.
rñdet deus scit. vt dicatur hypocrita non est. Contra
hypocritas narrat Greg. in dialogo de fratre simulã
te ieiunare coram fratribus: ⁊ in occulto comedebat:
q ad mortem veniens adstantibus fratribus dixit
(intelligo absq; contritione ⁊ gemitu non perijsset.
de pe. di. j. §. hoc idem.) Quando me vobiscum ieiu
nare credebatis: occulte comedebam. ⁊ nunc ecce ad
deuorandum datus sum draconi qui cauda sua mea
genua pedesq; colligauit. caput vero suum intra os
meum mittens spiritum meum ebibens abstraxit.
Quibus dictis statim defunctus est. Quidaz frater
magne sanctitatis reputatus, venit ad mortem. dice
bant illi de patria, Si hic moritur: oẽs morimur. qr
per eum prestat nobis deus panem ⁊ aquam. Facta
autem hora exitus illius, vidit quidam sanctus tar
tareum inferni descendentem super solitarium illum
morientem, habentem tridentem, igneuz ⁊ audiuit
vocem dicentem sibi, Anima ista non me fecit reqe-
scere neq; per vnam horam in se: sic neq; tu miserea-
ris eius euellens eam. Deponens igitur tartareus il
le quem tenebat igneum tridentez in corde solitarij
per multas horas torquens eum abstraxit animam
eius. Non ergo saluat nomen: sed res. Item contra
hypocritas. Mat. vj. Quuz ergo facis eleemosynã
noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciunt in sy
nagogis ⁊ in vicis vt honorificentur ab hominibꝰ.
Chrys. Ponit aũt tria fortia bona. i. eleemosynam,
orationem, ⁊ ieiunium, contra tria mala aduersus q̃
dñs tentationis bellum suscepit. Mat. iiij. Mar. j.
Luc. iiij. Pugnauit. n. pro nobis contra gulã in ere
mo: contra auaritiam. s. montem contra vanam glo
riam. s. templuz. Est ergo eleemosyna q̃ dispergit cõ
tra auaritiam. de pe. di. j. quamobrem. c. medicina. c.
medicamentum. q̃ congregat ieiunium. de cons. di. v.
contraria. c. nihil. contra gulam qr est ei contrariuz.
Oratio vero contra vanam gloriam. qr quuz omne
maluz ex malo nascat. Mat. vij. sola vana gloria de
bono procedit. ideo non destruit per bonũ aliquod:
sed magis nutrit. Nullum ergo remediuz potest esse
cõtra vanã gloriã: nisi oratio sola. ⁊ ibi cauẽda vana
gloria. vt. s. ꝑ. se. Quũ facis eleemosynã. Amb. Ois
aũt summa discipline chrãne in misericordia ⁊ pie-
tate est. Noli tuba canere. Tuba aũt fz Chrys. est ois

actus vel sermo per quem operis iactantia demonstratur.puta qui facit eleemosynam [qn] aliquē videt presentem:vel intercedente aliquo:aut honestiori psone que potest retribuere.alias autem non facit.Sz & si in loco secreto fecerit:eo proposito vt laudabilis videat:tuba est.Hierony.Qui autez tuba canit eleemosynam faciens:hypocrita est.Et ideo subdit.Sicut hypocrite faciunt.glo.Forsitan conuocando hoc faciebant vt omnes irent quasi ad spectaculum. Isido. Nomen hypocrite tractum est a specie eorum q in spectaculis contecta facie incedunt:distinguentes vultum vario colore: vt ad persone quam simulant perueniant colorem.modo in specie viri:modo in femine:vt fallant populum dum in ludis agunt.Aug. in sermone de monte dñi. Sicut ergo hypocrite.i. simulatores tanq̄ imitatores personarum aliarū agūt partes:illi non sunt.Non.n.qui agit partes Agamēnonis:vere ipse est:sed simulat eum.& sic in ecclesijs & in oī vita humana quisquis se vult videri qd̄ nō est i hypocrita est.Simulat.n.se iustum.nō exhibet.q2 totum fructum in laude hominum ponit.Greg.Sciēdum vero est q̄ sunt nonnulli qui & sanctitatis habitum tenent: & perfectionis meritum exequi non valent.quos nequaq̄ credendum est intra hypocritaz numerum currere.q2 aliud est infirmitate aliud calida simulatione peccare.Aug. Tales autem q simulatione peccant:ab inspectore cordis deo mercedē non capiunt:nisi fallacie suppliciū.Et ideo subdit. Amē dico vobis:receperunt mercedem suam. Hiero. Nō dei mercedem:sed suam. Laudati.n.sunt ab hoībus quorum causa exercuere virtutes.Itez Mat.vj Et quum oratis: non eritis sicut hypocrite qui amāt in synagogis & in angulis platearum stantes orare: vt videant ab hoībus.Amē dico vobis: receperūt mercedem suaz.Chrys.super Mat.Est aūt oratio quasi quoddam spirituale tributū quod aīa offert deo de visceribus suis. quanto ergo gloriosior est: tāto cautius est seruanda:ne pp homines facta vilescat.Itez Chrys.in homil.hypocritas vocat, qui deuz se fingētes orare i hoīes circūspiciunt. Et ideo subdit.Qui amant in synagogis orare.Chrys.super Mat. Puto autem non ad locum hoc refert dñs:sed ad propositum orantis. In conuentu.n.fidelium orare laudabile est.sicut dictum est in ps. xxj. In medio ecclesie laudabo te.& in ps.xcij.Domum tuam decet sanctitudo dñe.extra de cele.mis.dolentes.de immu.ec.decet.vj.li.de cele.mis.graui.in cle ps.xxv. In ecclesijs benedicam te dñe.Qui ergo sic orat vt ab hoībus videat:non deum aspicit:sed hoīes.& ideo quantuz ad propositum suum,in synagoga orat . Quum autem orantis mens solum aspicit deuz: q̄uis in synagoga orat:tñ apud se in secreto videt orare.Sequit.Et in angulis platearum.vt videantur abscōse orare. & sic dupliciter laudent.& q2 orant: & q2 abscōse orāt.Eo ergo proposito in conuentu vetat orare vt a conuentu videantur.vnde subditur.Ut videant ab hoībus. Orans ergo nihil nouuz faciat quod aspiciāt hoīes: vel clamando,vel pectus percutiendo,vel man⁹ expandendo.Aug.Non ergo videri ab hoībus nefas est.sed ideo agere vt ab hoībus videaris.Chryso.A vana.n.gloria erui vbiq3 bonum est.maxime autem in oratione.Si.n. sine hac cogitationibus circūferimur:vt ad orandum ingressi fuerimus hanc habentes egritudinem, qualiter intelligemus ea q̄ a nobis proferuntur? Tu autem quum oras intra in cubiculū tuum &c.Chrys. Ut nemo sit ibi:nisi qui orat, & ille

Orandi modus.

que orat.Testis.n.orantem grauat:non adiuuat.Cyprianus. In abditis etiam locis orare magis cōuenit fidei.vt sciamus dñm vbiq3 esse presentem: & maiestatis sue plenitudine occulta.xxviij.q.ij.pniciosaz. penetrare. Et clauso ostio ora patrem. Idem postumus autem intelligere ostiuz domus os corporis.vt non clamosa voce oremus dñm:sed tacito corde: pp tria. Primo, q2 deus non voce clamosa pulsandus est:sed conscientia recta placandus.de cons.di.v.non mediocriter.& di iiij.si non sanctificatur.xxxviij.di.sedulo.qui est cordis auditor.xv.q.vj.c.j.Secundo:q2 secretas petitiones tuas non oportet alterum scire nisi te & deum.Tertio:q2 clamose orans alterum iuxta te non permittis orare.Io.cass.in.ij.lib.de canonico orationum modo.Illum vero qui constitutus in tepore meritis cum clamore supplicat:dupliciter peccare pronunciat. Primo q̄ orationis sue reus fit.q̄ eam videlicet negligenter offerat. Secundo q̄ indisciplinato strepitu alterius quoq3 qui forsitan attentius orare potuit intercipit sensum. Itez & Mat.vj. Quum autem ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes.Chrys.Sciebat.n. dñs vanam gloriam ex oī bono opere procedere. Ideo spinaz vane glorie que nascit in terra bona:iubet precidere:ne suffocet. Lu. viij.ieiunij fructum . Non autem potest fieri vt non sentiat qui ieiunat.sed melius est vt ieiunium te ostēdat q̄z tu ieiunium tuum. Non autem potest fieri vt sit hilaris:q2 ieiunium tristat carnem.ps.cviij.Caro mea immutata est pp oleum.qui ieiunat. Ideo nō dixit: Nolite esse tristes.sed nolite fieri.Qui.n.p impostura aliquas pallentes apparent : illi non sunt tristes:sed fiunt. Qui autem naturaliter pp assiduū ieiunium tristis est:non fit tristis:sed vere est. Idem no.ī eo.§.species acidie ver. Itez sup illud.in e.lxxv. Item idem.Si ergo qui ieiunat & tristem se facit hypocrita est:quanto magis iniquior est:qui non ieiunat : sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem quasi ieiunij signum? Itē Mat. vij.Quid autem vides festucam in oculo fratris tui & trabem in oculo tuo non vides? &.j.Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo. Aug. Quidam temere iudicant de incertis.xj.q.iij.graue. xxx.q. vlti. incerta.&.c.nullum.Et facile reprehendunt: qui magis amant vituperare & damnare q̄z emendare atq3 corrigere.quod vitiuz vel superbia est vel inuidētia. Hiero. De iis loquitur qui quuz mortali crimine detineantur obnoxij de pe.di.v.c.j. ver. in hoc itaque. minora peccata fratribus non cōcedunt. Itē Chrys. Multi hoc faciunt:qui si viderint monachum superfluum vestimentum habentem : aut copiosior : cibo potitum:amari sunt accusatores quotidie ipsi rapiētes & crapula potientes.xxvj.di.vna.vj q.j.sacerdos. Itez Aug. Accusare.n. vitia offm̄ est bonoruz.quod quum mali faciunt:alienas partes agunt.sicut hypocrite qui tegunt sub persona quod sunt:& ostendunt in persona quod non sunt.Et Luc vj. Hypocrita ejice primum de oculo tuo &c.vbi Cyrillus Uez teipsum primum mundum ostendas a magnis peccatis:& cōsequenter consules proximo modica committēti.vj. q.j.sacerdos.Et Basilius. Videt.n.reuera cognitio sui ipsius grauissimum omnium. Nec.n.solūz ocul⁹ exteriora videns super se visu non vtit: sed & ipse noster intellectus quum alienū velociter cōiectat peccatū: lentus est erga propriorū pceptionez defectuū.Et sequit in Luca.Non est.n.arbor bona q̄ facit fructus malos &c.Beda.q.d.Si verā & non fictā vis habe=

re iustitiam: que verbis ostentas, etiam factis com-
pensa. quia etsi se bonum fingat hypocrita: non est
bonus. Item Mat. xxiij. Super cathedram Moy
si sederunt scribe ⁊ pharisei. Contra hypocritas cle-
ricos ⁊ religiosos maxime loquitur ibi dñs. quorū
status est hodie ⁊ conditio, vt sint in ecclesia dei do-
ctores: qui ad literam dicunt ⁊ predicant ⁊ non fa-
ciunt. Mat. xxiij. xix. di. sm. Eorū iustitia in verbo
est: ⁊ non in opere. Graues leges constitutiones cō
dunt ⁊ iubent ipsi primi preuaricatores earū. x. dist.
iustum. Orige. ibi. Quid est autem illo doctore mise
rabilius: cuius vitam discipuli quū non sequuntur
saluantur: quum imitantur perduntur? Et sequitur
ibi. Dicunt enim ⁊ non faciunt. Mat. xxiij. Chrys.
in homil. Maxime enim accusatione dignus est: qui
doctrine authoritatem habens, legē transgreditur.
⁊ maxime quia plus corrumpit velut in ordine do-
ctoris peccans. xj. q. iij. precipue. extra de voto. ma-
gne. ad hoc. xl. di. multi. Sequitur. Alligāt onera im
portabilia ⁊c. xxvj. q. vij. alligāt. Sequitur. Omnia
enim sua opera faciunt vt videantur ab hominibus.
Chrys. in homil. Renascitur quod ipsaz exterminat
sicut ex ligno vermis ⁊ ex vestimento tinea. vnde sa
cerdotum mysteriū qui positi sunt ad edificationē
sanctitatis, corrūpere diabolus nititur: vt hoc ipsū
bonum dum propter homines fit, fiat malum. Tol-
le hoc vitium de clero: ⁊ sine labore omnia alia vitia
resecabis. Ex hoc enim fit, vt difficile clerici peccan-
tes penitentiā agant. supple quia non dolent de pec
cato. sed de gloria quam apud homines perdiderūt
de pe. di. j. quis aliquando. post. c. mensuram. Sequi
tur. Amant enim primos accubitus ⁊c. Hodie nedū
clerici seculares sed religiosi quidā magistri ⁊ lecto
res ⁊ predicatores ⁊ prelati eoꝝ amant ⁊ procurant
primos accubit⁹ in eoꝝ forestariis ⁊ hospitiis: ⁊ pri
mas sedes in choro: ⁊ reuerentiā sibi fieri ab aliis fra
tribus: ⁊ eligi ab eis pro honoribus ⁊ prelationib⁹
⁊ quoscunq; eis talia denegantes persequunt̄ ⁊ tri-
Hypocritarum octo ve. bulant. Unde contra tales vere hypocritas phari-
seos. i. religiosos ⁊ scribas scilicet clericos doctores
⁊ commentatores octo ve in eodem. c. Mat. xxiij. se-
quuntur. Et primum ve sequitur. Ue autem vobis
scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui clauditis regnum ce
lorum ante homines. vos enim non intratis: nec in-
troeuntes sinitis intrare. Orige. Sicut pater incre-
pans filium, profert verba maledictionis: nec tamē
vult illum dignum fieri maledictionibus illis: sed
magis ab eis diuertere: sic ⁊ christus imprecatur ve
hypocritis qd ab eis vult auertere. Chrys. Regnū
celoꝝ dicuntur scripture. iuxta illud Mat. xxj. Au-
feretur a vobis regnum. i. lex ⁊ scripture. xxiij. q. vij.
c. ij. Claicularij autem sunt sacerdotes quibus cre-
ditum est verbum docendi ⁊ interpretandi scriptu-
ras. Clauis autem est verbum scientie. xx. di. §. j. scri
pturarum: per quam aperitur hominibus ianua ve
ritatis. Ad apertio autem. xliij. di. c. j. est interpretatio
vera. Uide autem quia non dixit, ve vobis qui ape-
ritis. sed, qui clauditis. Ergo non sunt scripture clau
se: licet sint obscure. sed sacerdotes ⁊ pdicatores ho-
die scripturas claudunt. quia aut per ignorantiam
aut per timorem aut per adulationē non aperiunt
auditoribus. xj. q. iij. non solum. veritatem. xliij. di. sit
rector. Orige. Omnes qui mala conuersatione sua
dant exemplū peccandi in populo: ⁊ qui faciunt in-
iuriam scandalizantes pusillos. Mat. xviij. claude-
re videntur ante homines regnū celoꝝ. Et hoc pec
catum inuenitur quidem in popularibus: maxime
autem in doctoribus qui docent quod decet s̄m iu-
stitiam euangelij homines: non autem faciunt. j. q. j.
non quales. que docent. Bene autē viuentes bene
⁊ docentes aperiunt ante homines regnum celorū.
⁊ dū ipsi intrant: alios prouocant introire. Sed mul
ti non permittunt intrare in regnum celoꝝ intrare
volentes: quando sine ratione excōicant quosdam
propter aliquem zelum: ⁊ meliores q̄ sunt ipsi. Et
ipsi quidem non permittunt eos introire. Illi autē
qui sobrii sunt mente: sua patientia tyrannidem ip-
soꝝ vincentes: q̄uis venti, tamen intrant ⁊ heredi-
tant regnum. vide. xj. q. iij. §. de his inquam. cū. vij.
c. seq. Sed ⁊ qui cum multa temeritate seipsos dede
runt ad professionem docendi prius q̄ discerent. lxj.
di. miserum. ⁊ iudaicas fabulas imitantes detrahūt
eis qui in scripturis ea que sursum sunt requirunt:
claudunt quantum ad se ante homines regnum ce-
loꝝ. Idem ve ponitur Luc. xj. quod ponitur Mat.
xxiij. vnde ibi sequitur. Et vobis legisperitis ve: q2
oneratis homines oneribus que portare non pos-
sunt. ⁊ ipsi vno. xxvj. q. vij. alligant. digito vestro nō
tangitis sarcinas. ⁊ precedit in prin. xj. c. Luce. Ma
gister hec dicens etiā nobis contumelias facis. Be
da. Quam misera conscientia: que audito dei verbo
sibi contumeliam fieri putat: ⁊ commemorata pena
perfidoꝝ se semper intelligit esse damnandā. Opti
mum verbū contra religiosos nostri temporis qui
predicant vitia alioꝝ: ⁊ nullum in genere verbū con
tra se audire volunt in predicationibus ac si sint im
peccabiles: ⁊ tamen christus publice plus 9tra pha
riseos ⁊ scribas q̄ contra populum in suis predica-
tionibus inuehebatur. vt patet Mat. xxiij. in. viij. ve.
que in isto. §. expono. quia plus in hypocrisi offende
bant ⁊ in aliis peccatis spiritualibus. sicut ⁊ hodie
in religiosis ⁊ clericis contingit. xxiiij. q. vlt. transfe-
runt. Testis est mihi conscientia ⁊ christus: ⁊ aliqua
pars mundi, quantas tribulationes passus sum in
religione: ⁊ postq̄ fui epūs a religiosis ⁊ clericis fre-
quentissime tangens eos generaliter predicationib⁹
meis. Hypocrisis enim superbissima nullo mō vult
tangi: q2 incorrigibilis efficit: licet alios corrigat incor-
recta. sed ve talibus. Prouerb. xv. Qui increpatio-
nes odit, morietur. Tales similes sunt diabolo icor-
rigibili. Eccle. xxj. Qui odit correctionem: vestigiū
est peccatoris. i. habet characterem bestie. i. diaboli.
⁊ adde. j. eo. §. ver. tertium. Theophilus. Erant au-
tem alii legisperiti a phariseis. nā pharisei diuisi ab
aliis videbantur. legis autem periti scribe erāt ⁊ do
ctores legis questiones soluentes. Item Theophi-
lus. Quoties doctor facit que docet: alleuat fascem:
tradens ad exemplum seipsū. quando vero nil agit
eoꝝ que dicit: tunc graues fasces videntur eis qui
doctrinam suscipiunt: vtpote qui nec a doctore pos-
sunt portari. Grego. Tales quoq; modo sunt plures
iudices seueri peccantium, ⁊ debiles agoniste intole
rabiles legislatores ⁊ debiles portitores. xxvj. q. vij.
alligant. nec appropinquare volētes nec palpare vi
te honestatem quam irremediabiliter exigūt a subie
ctis. Item s̄m ve Matth. xxiij. Ue vobis scribe ⁊
pharisei hypocrite qui comeditis domos viduarū:
orationes longas orantes. propter hoc amplius ac
cipietis iudicium. Chrys. Dñs scribas ⁊ phariseos
de gula reprehendit. ⁊ (quod deterius est) quoniā
non a diuitibus, sed a viduis accipiebant vnde ven
trem implerent: ⁊ illarum inopiā conterebant quē

relaxare oportebat.gl j Qui vestra superstitione ni-
hil intēdit⁹: nisi vt predicta de subiecta plebe facia
tis. Item Chrys. Sexus autem mulierum incautus
est: q2 non omnia que videt aut vidit cū ratione cō
siderat. Mollis etiā est. q2 de facili flectitur: vel de ma
lo ad bonum: vel de bono ad malum. Virilis autem
sexus t cautior t durior est: propterea simulatores
sanctitatis circa mulieres maxime negociantur: q2
nec intelligere eoꝝ simulationes possunt: t facile ad
eoꝝ dilectionem inclinantur religionis causa. Pre
cipue tamen circa viduas negociātur. primo quidē
q2 mulier non facile decipitur habens consilium
virū: deinde de facultatibus suis non facile aliquid
dant: quūz sint in potestate viri. Propterea ergo do
minus dum iudaicos sacerdotes confundit christia
nos monet ne viduis mulieribus amplius commo
rentur ꝙ ceteris: q2 etsi voluntas mala non fuerit:
tamen suspitio mala est: t ab omni specie mala absti
nere oportet. j. Thessa. vlt extra de vi. t ho. cleri. cum
ab omni. Orationes longas tc. Chrysost. in homil.
Quicunq; enim malum facit: dignus est pena. sed q
a religione causam accipit malitie vel nequitie: gra-
uiori est obnoxius pene. Propter hoc amplius acci
pietis iudicium. Primum pro eo ꝙ estis iniqui. Al
terum pro eo ꝙ figmentū accipitis sanctitatis. Aua
ritiam enim vestram religionis colore depingitis: t
quasi prestatis diabolo arma dei: vt ametur iniqui-
tas: dum pietas existimatur. Item Mar. xij. in fi.
ibi. Qui deuorant domos viduarū sub obtentu pro
lixe orationis: ij accipiunt prolixius iudicium. vbi
Beda. Non solum scribe t pharisei laudes ab hoi-
bus, verum etiam pecunias querunt. Sunt enim q
se iustos simulantes a peccatoꝝ suoꝝ conscientia tur
batis, quasi patroni pro eis in iudicio futuri, pecu-
nias accipere non dubitant: t quum porrecta ma-
nus pauperi preces iuuare soleat: illi ob hoc maxi-
me in noctibus pernoctant vt pauperi nummuz tol
lant. Ibi etiam Theophilus. Accedebant autez scri
be t pharisei ad has mulieres que sine protectione
viri manebant: quasi earuz fierent protectores: t si-
mulatione orationis t habitu reuerentie t hypocri
si viduas decipiebant: t sic deuorabant diuitum do
mos. Ij accipient prolixius iudicium. s. ꝙ ceteri iu-
deoꝝ peccantium. Idez Luc. xx. in fine. ibi. Qui de-
uorant domos viduarum simulantes longam ora-
tionem. Chrys. Ingurgitantes etiam se viduarum
paupertatem atterunt: non qualitercunq; comeden
tes, sed deuorantes t ad prauitatez orationib⁹ vten
tes: quod grauiori pene facit eos obnoxios. Sequi
tur ibi. Ij accipient damnationem maiorem. Theo
philus. Quia non solum mala faciunt: sed t oratio-
nes pretendunt: t virtutem faciunt prauitatis excu
sationem. viduas etiam depauperant: quarum opor
tebat misereri. lxxxj. di. c. pe. t vlt. lxxxvij. di. c. j. extra
de foro cōpe. ex parte. His succedunt hodie religiosi
maxime mendicantes presertim viduas deuorātes:
t eam ficta religione eas depauperantes: quaz ob sui
presentiam eas cogunt expendere. Beda. Vel quia
laudes ab hominibus t pecunias querunt: maiori
damnatione plectuntur. Tertiuz ve. Matth. xxiij.
Ve vobis scribe t pharisei hypocrite qui circuitis
mare t aridam: vt faciatis vnum proselitum. t quū
fuerit factus: facitis eum filium gehenne duplo quā
vos. Hilarius. Proseliti sunt ex gentibus in synago
gam recepti. Item Hiero. Scribe t pharisei totum
lustrantes orbem id studii habebant de gentibus fa

cere proselitum. i. aduenam circūcisum miscere popu
lo dei. Augu. Proselitus. i. aduena circuncisus qui
miscebatur populo dei. a pro quod est procul, t salio
quasi procul saliens a populo in populū. Chrys. Nō
autem propter misericordiam volentes eum saluare
quem docebant: sed aut propter auaritiam vt addi
tis i synagoga iudeis sacrificioꝝ adderetur oblatio:
aut propter vanam gloriam: aut propter bona eoꝝ.
Qui enim seipsum mergit in gurgitē peccatoꝝ: quō
alterum de peccatis velit eripere? Nunquid magis
misericors potest aliquis alteri esse ꝙ sibi? de pe. dis.
iij. qui vult. Ex ipsius ergo actibus ostenditur qui
propter deum aliquem vult conuertere, aut propter
vanitatem. Item Grego. xxj. mora. Qui vocantur
hypocrite: ꝙuis peruersa semper operētur: loqui tā
recta non desinunt. bene loquendo quidē in fide vel
conuersatione filios pariunt: sed eos bene viuendo
nutrire non possunt. Quanto enim se libentius ter-
renis actibus inserunt: tanto negligētius eos quos
generant agere terrena permittunt. Et q2 obdura-
tis cordibus viuunt: ipsos etiam quos generant fi-
lios nulla pietate debita amoris agnoscunt. vnde t
hic de hypocritis dicitur. Et quum fuerit factus: fa
citis eum filium gehenne duplo ꝙ vos. Aug. Quia
eoꝝ mores imitatur. Filius ergo gehenne: non qui
dem verba legis audiendo t se in deum conuerten-
do: sed eoꝝ sectam sectando. Propterea autem du-
plo ꝙ illi: q2 hoc negligebat implere quod propria
voluntate susceperat: non ex iudeis natus, sed spon-
te. xxiij. q. iiij. presens. iudeus factus. Hiero. Vel quia
qui dum esset gentilis simpliciter errabat: t erat se-
mel filius gehenne: videns magistroꝝ vitia, t intel-
ligens destruere eos opere quod verbo docebant: re
uertitur ad vomitum suum. Prouer. xxvj. ij. Pe. ij.
de peni. di. iij. sunt qui dicunt. t gentilis factus quasi
preuaricator vel apostata. de pen. di. ij. penam. xij. q. j.
scimus. maiori pena dignus erat. Chrys. Quū enim
virtuosus fuerit magister: discipulus imitatur. xxiiij.
q. j. cum beatissimus. Quum autem fuerit malus: su
perexcedit filius malum magistri addens malo suo
xx. q. iij. prodiuis. xij. q. j. c. j. Filius autem vocat ge-
henne: quō filius. ij. Thessa. ij. perditionis: t fili⁹ hu-
ius seculi. Luc. xvj. Vnusquisq; enim cuius opera fa
cit eius filius appellatur. Joā. viij. de peni. di. j. §. hoc
idem. ver. itez vt christus ait. Sic hodie inter religio
sos quosdam cōiter fit. Circūeunt ciuitates t loca:
vt faciant vnum nouitium: maxime mendicantes. t
quum fuerit factus professus: peior est illis qui eum
receperunt: eoꝝ vitia imitando t sua addendo: quia
in isto tempore hypocritali ordines de die in diē am
plius relaxantur: t qui in sordibus sunt: sordescunt
adhuc. Apoc. vlt. Qui in sordibus est: sordescat ad-
huc. xlvij. di. quantumlibet. Quanta erit pena deci-
pientium maxime religiosoꝝ mendicantium. cōtra
quos extra de regu. is qui. t c. non solum. lib. vj. ho-
mines mundi maxime pueros t adolescentes faciē
do eos promittere regulam quā non seruant, t quā
eis non exponunt eis laqueum iniicientes, t preua
ricatores eos facientiū, deus nouit. xxvij. q. j. viduis.
Nec enim ad eoꝝ salutē intendunt recipientes qui
dam: qui eos negligunt t non corrigunt: sed ad sui
questum t augendum numerum: sed non meritū:
q2 faciunt eos relinquere ordini quod habent: vel
emere libros quos derelinquant ordini: nihil dātes
pauperibus s3 regulam beati Francisci euangelicā.
contra tales vide. xx. q. iij. c. vlti. vt ad literā impleat

Esa.

Esa.ix.ad prin. Multiplicasti gentem & magnificasti letitiam, & gloriam mundi recipiendo filios magnatorum & diuitum huius mundi. Immo per maiores eorum retrahuntur ab obseruantia regulari quam dño promiserunt: ne eos in vita excedant & eorum vita per consequens condemnetur. & tales singulares & faltribaldos & beguinos appellant: maxime fratres minores vocantes singulares sue regule zelatores: & ab eorum carnali vita migrantes. Quartum ve Mat. xxiij. Ve vobis duces ceci: qui dicitis: quicunque iurauerit per templum nihil est. quicunque autem iurauerit in auro templi debitor est &c. Chrys. Templum quidem ad gloriam dei pertinet: & ad hominum spiritualem salutem. aurum autem templi etsi ad gloriam dei pertineat. xij.q.ij. aurum. tamen magis ad delectationem hominum & ad vtilitatem sacerdotum offertur. Iudei autem aurum quo ipsi delectabantur qui erant auari. Luc.xvj. aurum auentes. i. cupientes. j.q.j.§. ex his. & dona quibus ipsi pascebantur, sanctiora esse dicebant quam ipsum templum: vt homines promptiores facerent ad offerendum dona quam ad preces fundendas in templo. vnde consequenter reprehendit eos dñs dicens ibi. Stulti & ceci. quid enim maius est aurum an templum quod sanctificat aurum? Sic & hodie multi religiosorum mendicantium depingunt & deaurant muros ecclesiarum: quasi ad quandam deuotionem: sed potius ad eorum questum & auri cumulationem. Nam intrantes tales ecclesias potius respiciunt ad curiositatem ecclesie quam deuotionem & orationem: eleuantes tota die oculos cordis & corporis ad aurum & picturas potius quam ad deum. Amb. Aurum sacramenta non querunt: nec auro placent que auro non emuntur. ornatus sacrorum redemptio captiuorum est. xij.q.ij. aurum. Hiero. Marmora nitent auro: & ministrorum christi nulla est electio. Maius numen credunt homines bestiales esse in reliquiis deauratis & deargentatis: & ideo ibi plus offerunt: & propter oblationes facilius & frequentius eas eis religiosi ostendunt: & sic religiosi quidam amplius quam clerici seculares subtili ingenio a barbaris. i. laicis aurum extorquent. ff. de commerciis. l.ij. xiiij.q.v. dixit. & notatur. xliij. di. in mandatis. Deaurata imago aurum trahit. secundum Bern. Adde hic secundum eum quod no. supra in prima parte. §. in primo quidem. ver. item de dotio ecclesie. in c.lxj. Et quod no. in eod. §. species superbie. ver. si dicant. in additione que incipit, Multi. in c.lxxvj. Item ibi Chrys. super Mattheo. Multi nunc christiani sic insipientes intelligunt. ecce enim si aliqua causa fuerit: modicum videtur facere qui iurat per deum: qui autem iurat per euangelium: maius aliquid videtur fecisse. quibus similiter dicendum est, Scripture propter deum scripte sunt: non deus propter scripturas. maior ergo est deus qui sanctificat euangelium, quam euangelium quod sanctificatur ab eo. de hoc. xxij.q.j. si aliqua. vbi no. quod magis est obligatus quantum ad ecclesiam qui solenniter iurat per euangelium: quam qui sine solennitate iurat per deum. Quintum ve hypocritarum Mat. xxiij. est, Ve vobis scribe & pharisei hypocrite qui decimatis mentam & anethum & cyminum: & relinquitis que grauiora sunt legis: misericordiam, & iudicium, & fidem. Et hoc oportuit facere & illa non omittere. Duces. Luc. vj. xxxvii. di. §. vt ita. ceci excolantes culicem: camelum autem glutientes. Hiero. Ex hoc capitulo arguit eos auaritie quod studiose etiam vilium olerum decimas exigant: & iudicium. extra de ver. sig. forus. in disceptatione negociorum, misericordiamque in pauperes. lxxxvj. di. non satis. & fidem. Matth. xv. Luc. vij. in deum, que magna sunt pretermittant. Chrys. Vel quia sacerdotes auaritia pleni. Luce. xvj. extra de deci. c.j. si quis decimam alicuius rei vel minime non obtulisset: corripiebant eum quasi magnum crimen fecisset: si quis autem alterum ledebat: aut in deum peccabat: non curabant eum corripere. vide quod legitur & no. xxiij.q.iiij. si is. in gl. Immo de lucro quidem suo soliciti: de gloria autem dei & salute animarum hominum negligentes. Queritur asina: non anima. Verum seruare autem iustitiam & facere misericordiam: & habere fidem propter suam gloriam deus mandauit. Decimas autem offerre propter vtilitatem sacerdotum: vt sacerdotes quidem populo in spiritualibus obsequantur: populi autem in carnalibus sacerdotibus subministrent. j. Corin. ix. xiij. q.j. §. his itaque. extra de censi. cum apostolus. Sic & modo fit: quia omnes de honore suo sunt soliciti: de honore autem dei nullus. Portiones autem suas vigilanter defendunt: sed circa obsequium ecclesie curam impendere non attendunt. Si populus decimas non obtulerit: murmurant omnes. si peccantem populum viderint: nemo murmurat contra eos. Sed quia scribarum & phariseorum ad quos loquebatur, quidam populares erant: non est incongruum vt aliam expositionem faciamus propter eos qui decimas dabant. Nam & qui accipit decimas: recte decimare debet: & qui dat. Scribe ergo & pharisei minimarum quidem rerum decimas offerebant ostendentes religionis gratia. in iudiciis autem erant iniusti. in fratribus sine misericordia. in veritate increduli. hucusque Chrys. Item Remigius. Ostendit quippe dñs his verbis quomodo omnia precepta legis tam maxima quam minima sunt implenda. Redarguuntur autem qui eleemosynas de fructibus terre faciunt: putantes se minime posse peccare. quibus nihil prosunt eleemosyne: nisi a peccatis studeant cessare. de pe. di. iij. sane cauendum est. Hilarius. Et quia minus piaculi esset decimationem olerum quam beneuolentie officium preterire: irridet eos consequenter dñs dicens, Duces ceci excolantes culicem camelum autem glutientes. Hiero. Camelum puto esse magnitudinem preceptorum, iudicium, misericordiam, & fidem. Culicem: decimationem mente & anethi & cymini: & reliquorum olerum vilium. Hec autem precepta dei que magna sunt, deuoramus atque negligimus. & operationem religionis in paruis que lucrum habent cum diligentia demonstramus. Archytas tarentinus. Leges sunt sicut tele aranearum: que grandia volatilia transmittunt: & muscas retinent. Orige. Vel excolantes culicem. i. expellentes a se minima delicta: que culices nominauit. Camelum autem glutientes. i. committentes maxima delicta: que nominauit camelos: animalia videlicet tortuosa & grandia. Scribe autem moraliter sunt qui amplius nihil estimant in scripturis quam simplex sermo demonstrat. Pharisei autem sunt omnes qui iustificant semetipsos: & diuidunt se a ceteris: dicentes. Noli mihi appropinquare quoniam mundus sum. xlv. di. recedite. xxiij. q. iiij. ecce. Esa. lxv. Menta autem & anethum & cyminum ciborum conditure sunt non principales cibi. Sic in conuersatione nostra quedam sunt necessaria ad iustificationem: vt iudicium, misericordia, & fides. Alia sunt quasi condimenta actus nostros & suauiores eos facientia: vt abstinentia, risus, ieiunium, flexio genuum, & huiusmodi. Quomodo autem

non existimantur ceci: qui non vident: quoniam nihil prodest cautum esse dispensatorez in rebus minimis: quũ principalia negliguntur. Hos ergo sermo presens confundit: non quidẽ leuia prohibens obseruare: sed principalia precipiẽs cautius custodire. Adde quod scripsi.s.in prima parte in.§.nunc querendum est.j.ver.j.super tex.decimantes mentaz ⁊c. in c.lxix. Sic quidam clerici nostri temporis ⁊ religiosoꝝ plurimi de constitutionibus suis ⁊ ordinis faciunt sibi conscientiam: non de preceptis dei ⁊ regule quã vouerunt. Si omittant versum vel dictionem in officio: vel aliquantulum irascantur: vel paulo amplius comedant vel rideant: vel amplam tonsuram non portent: vel paruz amplius dormiant q̃ debeant: vel bini non vadant: vel missam sepe non dicant: vel carnis titillationes habeant: vel rapnm indecenter videãt: vel bene in choro non legant: vel de similibus venialibus ⁊ cerimonialibus non obseruatis faciunt sibi magnam conscientiam: ⁊ de talibus subtiliter se accusant. De inobedientia vel rebellione ad prelatum, de suspecta familiaritate mulierum vel alia maxime sanctimonialiuz, de pecunia quam habent quantam habere possunt, de ambiendo ⁊ procurando honorem, de transgressione continua paupertatis in libris ⁊ tunicis ⁊ eleemosynis ⁊ alijs suppellectilibus, de partialitate, de diffamatione, de odio fraterno, ⁊ similibus criminalibus conscientiam tales cõiter raro habent: ⁊ rarius cum ea dimittendi proposito confitẽtur. sicut tetigi.s.in isto c.in.§.aliud.vers. in nullo. Similes vsurario nolenti spuere in ecclesia: ⁊ sibi de hoc ⁊ non de vsuris conscientiam facienti. Tales vero decimant mentam ⁊ anethum.i.de venialibus sibi faciunt conscientiam: non de mortalibus: ⁊ legis grauia committentes camelos glutiunt: ⁊ colantes culicem de minimis confitentur. Talium religiosoꝝ ⁊ clericoꝝ vere phariseorũ ⁊ hypocritarum iustitia est habitum suum portare: tonsuram magnam habere: exteriores obseruantias custodire: sacramẽta dare: predicare verbaliter recitare vocaliter: confessiones maxime questuosas audire: consilia animarum dare: alios pacificare: sed in his ⁊ similibus que sunt querere. Phil.ij.viij.q.j. sunt in ecclesia. Sed quid valet religio sine charitate? habitus sine humilitate? tonsura sine paupertate? silentium oris sine quiete cordis? Bern. Manet tonsura, vestis: necdum mutata est vita. Jeiuniorũ regula custoditur: statutis psallitur horis: sed cor eorum longe est a me. dicit dñs. Esa.xxix. Matth.xv. Sextum ve Mat.xxiij.cõtra hypocritas est. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui mundatis quod deforis est calicis ⁊ paropsidis: intus autem pleni estis rapina ⁊ immunditia. Hierony. Hoc dicit vt arguat eos simulationis ⁊ mendacij: ꝙ aliud ostendãt hominibus foris: aliud domi agant Foris ostendebant hominibus sanctitatem: intus autẽ pleni erãt immunditia. Vel hoc dicit sm Chrys. q2 iudei quoties ingressuri erant templum: aut sacrificia oblaturi per dies festos seipsos ⁊ vestimenta sua ⁊ vtẽsilia lauabant: ⁊ a peccatis nemo seipsum purgabat: quũ deus neq3 munditiam corporis laudet: neq3 sordes condemnet. Pone tamen ꝙ deus horret sordes corpoꝝ ⁊ vasoꝝ: que necesse est vt ipso vsu sordidentur: quanto magis sordes conscientie horret: quaz si volumus, semper mundam seruamus? Pharisee cece munda prius quod intus est calicis ⁊ paropsidis: vt fiat quod deforis est, mundum. Chrys. Non autem hoc dicit de sensibili calice aut paropside: sed de intelligibili. qui si nunq̃3 tetigerit aquam: mundus potest esse apud deum. si autem peccauerit ⁊ tota aqua pelagi, quia talis aqua foris lauat: lachrymarũ intra. Mat.vj.ibi. Faciem tuam.i.conscientiam tuam laua. de hac Esa.j. Lauamini: mundi estote ⁊c. se lauauerit: sordibus est ⁊ miser apud deum. Orig. Hic sermo nos instruit vt festinemus esse iusti: non apparere. Qui enim studet vt appareat iustus: que foris sunt mundat: ⁊ que videantur curat: cor autem ⁊ cõscientiaz negligit. Qui autẽ studet ea q̃ intus sunt.i. cogitationes mundare: consequens est vt etiaz ea q̃ foris sunt faciat munda. Calix etiam est vas ad potum. paropsis ad cibum. Omnis ergo sermo p quẽ potamur spiritualiter: vel omnis narratio per quaz nutrimur: vasa sunt potus ⁊ cibi. Qui ergo studet compositum proferre sermonem, contra sermones datalicos ⁊ politos ⁊ subtiles Parisienses se non alios predicantes.xliij.di.§.fi. magis q̃3 salutari sensu repletum.ij.q.vij.secuti.in fi.de pe.di.ij.si enim.vltra.v.col.ver.loquuntur. calix eius foris mundatus est, intus autem sordibus vanitatis repletus. Similiter idem Luc.xj.ibi. Nunc vos pharisei quod deforis est calicis ⁊ catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina ⁊ iniquitate. vbi Cyrillus. Sumit dñs pro exemplo calicem ⁊ catinum: ostendens ꝙ mundos ⁊ lotos decet esse inuicem ministrantes.lxxxj.dist.oportet deo: non solum a spurcitia corporali: immo ⁊ ab ea que latet intrinsecus penes mentem: sicut etiam aliquid vasoꝝ quibus seruitur in mensa, bonum est intrinsecus ⁊ extrinsecus carere contagijs. Stulte: nonne qui fecit quod deforis est: etiam id quod deintus est fecit? Beda.q.d. Qui vtranq3 hominis naturam fecit: vtranq3 mundari desiderat. Et hoc est contra Manicheos: qui aiam tantum a deo. carnem vero putant a diabolo creatã xxiiij.q.ij.quidam.ver. Manichei. Hoc etiam est cõtra illos qui corporalia peccata fornicationem.sc3 ⁊ furtum ⁊ cetera talia quasi grauissima detestantur: spiritualia vero que non minus damnat apostolus Ephe.v. Gala.vj. vt leuia contemnunt. hoc recte religiosos quosdaz nostri temporis hypocritas tangit: qui non videntur habere consciẽtiã de aliquo peccato spirituali, vt superbia.inuidia, malitia, hypocrisi, ⁊ similibus: dummodo caueant a peccato carnis: quia quasi nec alia peccata in ordinibus puniuntur. Dicebat quidam. In ordine punitur peccatum balthei, non anime: hominis: non demonis. Si fratres spirituales essent vt debent: magis punirent peccata spiritualia q̃3 carnalia: q2 magis in eis offendunt. Est etiam illud sextum ve contra eos: quia domos suas tenent mundas ⁊ tunicas suas ⁊ pannos ⁊ peropsides ⁊ cyphos: ⁊ manus satis lauant. de munditia autem conscientie paruz curant. Altaria lapidea tenent ornata. cor vero vbi deo sacrificatur. ps.l. Sacrificium deo spiritus contribulatus. de pe di.ij.si.n. immundum. Compositos ⁊ subtiles ⁊ cõcatenatos ⁊ rhetoricos predicant sermones: non salutarib⁹ sensibus repletos: admirationez non edificationem facientes. Omnia cõiter faciunt vt gloriam ⁊ lucrum aucupentur: humanam non dei gloriam querentes. contra illud Joã.viij. Ego gloriam meaz non quero. vide.s.e.ver.similiter.cum additione. Septimũ ve Mat.xxiiij. ⁊ Luc.xj. contra hypocritas religiosos quosdam maxime ⁊ clericos est. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui similes estis sepulchris de-

de vi. ꝛ ho. cle. lib. vj. ꝙ talis poterit promoueri post
mortem istius. vt no. xxx. q. v. qualis. de cleri. coniu.
sane. de biga. debitum. in vlti. gl. Ego autez post Hu
go. ꝛ Ostien. ꝛ Jo. de fantuto ꝛ Archidia. teneo ↄtra.
ꝙ talis tanq̃ꝫ bigamus nõ valeat promoueri. ꝛ hoc
per illa. c. expressa. xxviij. dist. quia sunt. ibi. Nec eam
virginem peruenisse ad eum. xxxij. di. nemo. ibi. Uni
cam ꝛ virginẽ vxorez habuerit. vbi de hoc. ꝛ. xxxiij.
di. maritum. ibi. Nec eam quidem qui unam concu
binam ꝛc. ubi de hoc. ꝛ. xxxiiij. di. curandũ. ibi. Qui
vxorem virginem non duxerit. ꝛ. c. seq. precipimus.
ibi. Qui virginem non est sortitus vxorem. ꝛ. lxxvij.
di. quicunq;. ibi. Una tantum ꝛ ea quam virginem
cõi per sacerdotem benedictione percepit vxore con
tentus. ꝛ. xxx. q. v. qualis. ibi. Uirgo casta ꝛ despon-
sata in virginitate. ꝛ preall. c. clerici. ibi. qui cum vni
cis ꝛ virginibus contraxerunt. vbi tacite iure nouo
videtur hec opinio approbari. Ratio est propter p-
rogatiuaz matrimonij: quia maritus est talis corru
pte: ꝛ non agitur hic de peccato: sed de sacramenti
sanctitate. xxvj. di. acutius. Alia ratio ualida ſm Ar
chidia. est quia carnis commistio significat confor-
mitatem diuine ꝛ humane nature: que cõtracta fuit

in utero

in vtero virginali: factam per mysterium incarnationis. extra de biga. debitum. Quum ergo hoc factum fuerit in vtero virginali: vt actus consummatus id significet: oportet ꝙ consummatio sit facta in vtero virginali: quod esse non potest si antea eam corrupisset. & ad hoc etiam facit. xxxij. di. fraternitatem. ibi. Vxorem ducere virginem &c. In hac sententia etiam residet Gof. in preall. c. sane. Et ratio est secundum eum quia incipit esse maritus corrupte. vt in iuribus predictis. de hoc no. Archid. in preall. c. nemo. & c. qualis. & c. clerici g. li. vj.

An abbatissam oporteat esse virginem

Item hic quero an abbatissa debeat esse virgo? Et casus expressus est ꝙ sic. xx. q. j. iuuenculas. & no. xxxj. q. j. quoniam in glo. non ideo. & pro hoc facit. j. q. vij. si quis omnibus. ibi. Nouimus peccatricem primo Mariam. post conuersionem quamuis sancta & casta: tamen inter diaconissas computata non est. facit. xxvij. di. c. vlt. Sed contra videtur quia corrupta potest esse diaconissa. xxviij. q. j. si quis rapuerit. in fi. facit. lxxviij. di. nemo presbyter. Dico ꝙ de bono & equo est & honesto, ꝙ abbatissa sit virgo: quia virginibus habet preesse: & ad virginitatem hortari: quod corrupte sic non competit. arg. op. xxv. di. c. vlt. & xxvj. di. c. vlt. l. xj. di. c. xj. in fi. Vidua tamen hodie de facto abbatissa fit & fieri potest. arg. extra de eta. & quali. tuam. Et tunc secundum Hugo. consecranda non est. xxvj. di. acutius. Et in hac sententia videtur esse Archidia. in preall. c. iuuenculas. Dicitur autem virgines a virore. uel dicta est virgo a viridiori etate. vel ab incorruptione quasi virago. ꝙ adhuc ignorat femineam passionem. secundum Papi. Et dicitur virago a viro, quasi uir sit & virum agit. secundum Hugu. in deriuationibus. arg. ad hoc xxxij. q. vij. §. sed illud. ver. hic si quis. Cum virgine committitur stuprum proprie etiam voluntate vtriusque. xxxvij. q. j. §. cum ergo. ver. stuprum. extra de adulte. c. ij. & ibi no. in. j. de ciuitate dei, ꝙ membra illa possunt diuersis casibus vulnerata vim perpeti: & medici aliquando saluti opitulantes hec ibi faciunt que horret aspectus. Obstetrix virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans dum inspicit: perdit. Non opinor quemque tam stulte sapere: vt huic perisse aliquid existimet: etiam de ipsius corporis sanctitate: quamuis membri illius integritatem iam perdidit. Ita ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione. Preterea corruptio carnis maxime in seminis resolutione consistit: que potest fieri sine concubitu: siue in dormiendo. vj di. testamentum. siue in vigilando. sed sine concubitu non uidetur perdi uirginitas. Dicit enim Aug. in lib. de uirginitate, ꝙ virginalis integritas & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio est. Sed contra est quod Aug. in eodem lib. dicit, ꝙ virginitas est continentia in qua integritas carnis ipsi creatori anime & carnis vouetur, consecratur, seruatur. Dicendum ꝙ pudicitia virginalis sicut & quelibet uirtus est quidem essentialiter in anima naturaliter: & subsequenter in carne. vnde Aug. dicit in libro de virginitate, ꝙ virginitas in carne seruetur: ac per hoc corporalis: sed tamen spiritualis est quam uouet & seruat continentia pietatis. Ad hanc solutionem faciunt. xxxij. q. v. ita ne. c. de pudicitia. & c. ille. Delectatio autem que est ex seminis resolutione dupliciter potest contingere. Vno modo ut procedat ex mentis proposito: siue fiat per concubitum, siue sine concubitu. Mat. v. ad hoc facit. xxxij. q. v. sicut peccatum. & c. qui viderit. xxvij. q. j. nec aliqua. Alio modo potest prouenire preter propositum mentis: vel in dormiendo, vel per uiolentiam illatam cui mens non consentit quamuis carnis delectationem experiatur: vel etiam ex infirmitate. vt patet in his qui fluxum sanguinis uel seminis patiuntur. Et sic non perditur virginitas: quia talis pollutio non accidit ex proposito quod uirginitas excludit. Ad hoc faciunt omnia capitula. xxxij. q. v. a principio usque ad. §. sequen. quamuis. Ad secundum videtur ꝙ virginitas sit illicita. quia contra preceptum dei Gene. j. Crescite & multiplicamini &c. Item secundum maximum Valerium secundum leges antiquorum puniebantur qui celibem uitam ducebant. Et Augu. ait de Platone ꝙ in vera religione sacrificabat vt perpetua eius continentia tanquam peccatum abhorreretur. Sed dicendum ꝙ uirginitas est licita & perfecta: quia nullum peccatum cadit sub consilio. dicitur enim. j. ad Cori. vij. c. De uirginibus autem preceptum domini non habeo: consilium autem do. xxviij. q. j. sic enim. Hoc autem consilium est ut liberius diuine contemplationi uacetur. j. ad Corin. vij. Mulier innupta & uirgo cogitat que domini sunt: ut sit sancta in corpore & spiritu. Preceptum autem illud Gen. Crescite & multiplicamini. respicit totam multitudinem hominum. Cui necessarium est non solum ꝙ multiplicetur corporaliter: sed spiritualiter. quia secundum Amb. Nuptie replent terram. Virginitas paradisum. xxxij. q. j. nuptie. facit. xxxiij. q. v. tunc saluabitur.

An virginitas dicenda sit uirtus.

Ad tertium dicendum ꝙ non uidetur ꝙ uirginitas sit uirtus: quia omnis uirtus per penitentiam reparatur. arg. l. di. ferrum. sed uirginitas non reparatur per penitentiam. xxxij. q. v. si paulus. Preterea, nulla uirtus perditur sine peccato: sed uirginitas perditur sine peccato: quia per matrimonium ergo &c. Sed contra est quod dicit Amb. in lib. de virginitate. Inuitat virginitatis amor ut aliquid de virginitate dicamus: ne ueluti transitu quodam perstricta uideatur: que principalis est uirtus. Dicendum secundum Tho. ꝙ uirginitas est quedam specialis uirtus: habens se ad castitatem sicut magnificentia ad liberalitatem. Et hoc facit propositum sanctum ab omni actu ueneréo abstinendi. Aug. in lib. de uirginitate. Nec nos in virginibus predicamus ꝙ uirgines sunt sed ꝙ deo dicata pia continentia uirgines sunt. Nam uirtus sit uirginitas clarum est in preal. c. de pudicitia. & c. ita ne. xxxij q. v. Ad illud quod dicitur ꝙ non reparatur per penitentiam: dicendum est. Per penitentiam reparatur quantum ad illud quod est formale in uirtute: non autem quantum ad id quod est materiale in ipsa. Circa materiam autem uirginitatis est aliquid quod miraculose poterit diuinitus reparari: scilicet integritas membri. quam dicimus accidentaliter se habere ad uirginitatem. Aliud autem est quod nec miraculo reparari potest: ut. s. qui expertus est uoluptatem ueneream fiat non expertus. Non enim deus potest facere ut ea que sunt facta non sint facta. secundum Tho. uide quod legitur & no. xxxij. q. v. si paulus. ibi. Quum omnia possit deus: suscitare virginem non potest post ruinam. & in gl. adeo dicit. Ad illud quod dicitur ꝙ perditur sine peccato. Ad hoc dicendum ꝙ quum sit uirtus: nunquam perditur sine peccato: quia castitas est suo modo cum propria uxore. xxxj. di. in cena. facit. xxxij. q. ij. §. j. ver. beata.

An virginitas matrimonio sit preferenda.

Ad quartum uidetur ꝙ uirginitas non sit excellentior matrimonio. dicit enim Aug. in lib. de bono coniugali Non impar meritum continentie est in Ioanne qui nullas expertus est nuptias: & in Abraam qui filios generauit. facit. xxxij. q. iiij. quis ignoret. de pen. di. ij. si enim. ver. memento. Item coniugium ordi-

natur ad bonum cõe: sed virginitas ad bonum priuatum: sed cõe preferendum est. vij.q.j.scias.cũ consor. Aug. in lib. de bono coniugali. Quod est cibus ad salutem hominis. hoc est concubitus ad salutem humani generis. virginitas ordinatur ad bonuz speciale: vt vitent tribulationem quam sustinent coniugati.j.ad Corin. vij. Sed contra est quod dicit Aug. in lib. de uirginitate. Certa ratione ⁊ sanctarum scripturarum authoritate nec peccatuz esse nuptias inuenimus: nec eas bono vel virginalis continentie, vel etiam vidualis equemus. Hiero. ad Pammachium. Tantum interest inter nuptias ⁊ virginitatem: quantum inter non peccare ⁊ benefacere: imo (vt leuius dicamus) quantum inter bonum ⁊ melius. illa comparatur spinis: ista rosis. Respondendum est ꝙ sicut patet in lib. Hiero. contra Iouinianum: hic error fuit Iouiniani: qui posuit virginitatem non esse matrimonio preferendam. qui error ponitur. xxiiij.q.iij.quidaz. ver. Iouinianiste. Qui quidem precipue destruitur exemplo christi: qui matrẽ virginem elegit: ⁊ ipsa virginitatem seruauit. Et ex doctrina apostoli qui.j.ad Cor. vij. virginitatem consuluit tanq̃ melius bonum. Et ratione, quia bonuz diuinum est potius bono humano. Tum q: bonum anime prefertur bono corporis. xij.q.j.scim⁹. xxxviij. di. sedulo. Tum quia bonum contẽplatiue vite prefertur bono actiue. extra de regu. licet. Virginitas autem ordinatur ad bonum anime s̃m vitam contemplatiuam: que est cogitare ea que sunt dei. coniugiuz autem ordinatur ad bonum corporis: quod est multiplicatio generis humani: ⁊ pertinet ad uitam actiuam: quia mulier ⁊ vir in matrimonio viuentes, necesse habent cogitare que sunt mundi. vt patet per aplm.j.ad Corin. vij. vnde indubitanter virginitas preferenda est continentie coniugali. Ad illud de coniugio Abraam dicendum ꝙ meritum non soluz pensatur ex genere actus: sed magis ex animo operanti. Habuit autem Abraam animũ sic dispositum vt paratus esset uirginitatem seruare: si tempori fuisset cõgruum. quia s̃m Augusti. in lib. de bono coniugali. Abraam in habitu habuit continentiã quaz in opere Ioannes habuit. Ad aliud dicendum ꝙ bonum cõe potius sit bono priuato: si sit eiusdem generis: sed potest esse ꝙ bonum priuatum sit melius s̃m genus suum. Et hoc modo virginitas deo dicata prefertur fecunditati carnali. vnde Aug. in lib. de uirginitate dicit, ꝙ fecunditas carnis etiam illarum que in hoc tempore nihil aliud in coniugio q̃ prolem requirunt quam mancipent christo: pro amissa virginitate compensari non posse credenda est.

Utrũ virginitas sit virtutum excellẽtissima.

Ad quintum uidetur ꝙ uirginitas sit maxima uirtutum. vnde Cyprian⁹ dicit ꝙ est illustrior portio gregis christi. Item maxima est uirtus cui maximum debetur premium: sed fructus centesimus debetur uirginitati. Mat. xiij. in gl. Preterea tanto virtus maior est: quanto per eam aliquis amplius christo conformatur: sed maxime aliquis christo per uirginitatem cõformatur. Apoc. xiiij. dicitur de uirginibus ꝙ sequũtur agnum: ⁊ cantant canticum nouum ⁊c. Sed Augu. cõtra in lib. de uirginitate videtur dicere. Nemo quantum puto ausus fuit uirginitatem preferre monasterio. Et in eodem lib. dicit. Preclarissimum testimonium perhibet ecclesiastica authoritas in qua fidelibus nomen sit quo loco martyres ⁊ quo defuncte sanctimoniales ad altaris sacramenta recitẽtur. Per quod datur intelligi ꝙ martyrium uirginitati prefertur: ⁊ similiter monasterij status. Respõdeo ꝙ aliquid potest dici excellẽtissimũ dupliciter. Uno modo in aliquo genere. ⁊ sic uirginitas est excellentissima. s. in genere castitatis. transcendit enim castitatem uidualem ⁊ coniugalem. Et quia castitati attribuitur decor: ideo uirginitati per consequens attribuitur maxima pulchritudo ⁊ excellentissima. Unde Amb. dicit in lib. de uirginitate. Pulchritudinẽ quis potest maiorem existimare decore uirginis que amatur a rege: probatur a iudice: consecratur deo: semper sponsa: semper innupta? ⁊ sic loquuntur prima ar. Alio mõ potest dici aliquid excellentissimum simpliciter. ⁊ sic uirginitas non est excellentissima uirtutuz. Semper enim finis excellit id quod est ad finem: ⁊ quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem: tanto melius est. Finis autem ex quo uirginitas laudabilis redditur: est vacare rebus diuinis. ut dicit apls. ⁊ dictum est. s. Unde ipse virtutes theologice ⁊ etiam uirtus religionis, quarum actus est ipsa occupatio circa res diuinas: preferuntur uirginitati. Similiter ⁊ vehementius operantur ad hoc ꝙ inhereant deo martyres: qui ad hoc postponũt propriam uitam: ⁊ uiuentes in monasterijs: qui ad hoc postponunt propriam uoluntatez ⁊ omnia que possunt habere: q̃ uirgines: que ad hoc postponunt uenereas uoluptates: ⁊ ideo simpliciter uirginitas nõ est maxima uirtutum. Illud de Cypriano uerum est per comparationem ad uiduas ⁊ coniugatas. Ad aliud dicendum ꝙ centesimus fructus attribuitur uirginitati. s̃m Hiero. propter excellentiam quaz habet ad uiduitatem cui debetur. lx. ⁊ ad matrimoniũ cui debetur. xxx. Sed sicut Augu. dicit in lib. de questionibus euangelij. Centesimus fructus est martyrum. sexagesimus uirginum trigesimus coniugatorum. Ad aliud dicendum est ꝙ uirgines sequuntur agnum quocunq; ierit: quia imitantur christum nõ solum in integritate mentis: sed etiam in integritate carnis. ut dicit Aug. in lib. de uirgini. ⁊ ideo in pluribus sequuntur agnum. non tñ oportet ꝙ magis de propinquo: quia alie uirtutes faciunt propinquius inherere deo per imitationem mentis. Canticuz autem nouum quod sole uirgines cantant: est gaudiũ quod habent de integritate carnis seruata. s̃m Gregor. ⁊ supra dixi. Et super illud Apoca. xiiij. Cantabunt canticum nouum. dicit glos. interlinearis: id est de integritate anime ⁊ corporis exultant.

Virginalis excellẽtie testimonia.

Excellentia autem virginum ⁊ dignitas sic sumpta sicut dictum est, quadrupliciter manifestat. Primo quia ipse sunt singulares spõse eterni regis sicut dicebat beata Hagne virgo. vnde Ambro. d. s proximo ver. Respondeo. Pulchritudinez quis põt ⁊c. Secundo q: comparantur angelis. vt dictum est. s. sepe. Ambro. Virginitas conditionem humane nature supergredit. per quã hões angelis associantur. maior est tamen victoria virginum q̃ angelorum. angeli enim sine carne viuunt: virgines vero in carne triumphant. Tertio q: illustriores sunt fidelib⁹ vniuersis. Cyprianus. Virginitas est flos ecclesiastici germinis: decus atq; ornamentuz gratie spiritualis: lete indoles laudis, ⁊ honoris: opus integrum atq; incorruptuz dei imago rursus dei: sanctimonia dei: illustrior portio gregis christi. Quarto q: preferuntur coniugatis vt dictum est. Hec autem excellentia quam habet virginitas respectu copule coniugalis: patet e multiplici comparatione ad ipsam. Illa enim impinguat ventrem: ista mentem. Augu.

Generosius elegit in carne vitam iam imitari angelorum: quam ex carne numerum augere mortalium. Si quis seduxerit virginem: concubueritque cum ea: dotabit eam habebitque vxorem. Si vero pater dare noluerit: reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueuerunt. Exo. xxij. ⁊ de adul. c. j. ⁊ ij. xxxvj. q. ij. tria. Qui per vim deflorat virginem capite punitur. insti. de publi. iudi. §. si autem. Si autem attentat sacratam virginem etiam ad matrimonium: similiter capite punitur. de pe. di. j. in l. canonizata. siquis non dicam. ⁊ xxxvj. q. ij. siquis. ij. Canones execrantur. xxxvj. q. ij. raptores. c. siquis virginem. De triplici genere eunuchorum. Mat. xix. ⁊ xxxiij. q. v. tunc saluabitur. alias est sub. c. qui fuit. Quomodo autem status virginalis purissimus in ecclesia sancta quodammodo cecidit a sua puritate clarum est: quia sacrate virgines in monasterijs aut corporaliter per pessimas familiaritates ⁊ carnales secularium clericorum ⁊ maxime religiosorum quorundam deuotiones, aut per corruptos sensus ⁊ mentem libidinosam spiritualiter corruerunt. Alique etiam earum primam fidem irritam facientes. xxvij. q. j. c. j. ⁊ ij. se incestis ⁊ adulterinis ⁊ sacrilegis nuptijs tradiderunt: aliquotiens in semetipsis indicendam turpitudinem scelestissimis ⁊ execrabilibus modis ⁊ actibus operantes. Alie etiam virgines in seculo se voto christo in virginitate seruire vouentes, ⁊ alie virgines maritande male a parentibus custodite modis similibus corruerunt: ⁊ in virginitate desponsate non fuerunt. sed florem virginitatis impudici alij rapuerunt. vt prophetie antique de ruina virginum isto tempore sint complete. Threñ. j. Virgines eius squallide. ibi exposui in ista. ij. parte in c. iiij. in litera deleth. Et ibi. Virgines abierunt in captiuitatem. ibi exposui in litera. Sade. in. iiij. c. Et Threñ. ij. Destruxit in furore suo munitiones virginis iuda. ibi exposui in litera Beth. in. v. cap. Et ibi. Abiecerunt in terra capita sua virgines hierusalem. ibi exposui in litera Joth. in c. ⁊ ibi. Cui exequabo te: ⁊ consolabor te virgo filia sion? ⁊ j. Quis medicabitur tui? ibi exposui. ⁊ ibi. Virgines mee ceciderunt in gladio. ibi exposui. Humiliate sunt virgines per corruptionem. Threñ. v. ibi. Mulieres in sion humiliauerunt: ⁊ virgines in ciuitatibus Juda. ibi exposui in oratione Hiere. Recordare. in viij. c. Vere hodie virgines ad incrementum non sunt perducte. Esa. xxiij. circa prin. ⁊ ibi. Non adijcies vltra vt glorieris calumniam sustinens virgo filia sidonis. Oblita est hodie virgo ornamenti sui scilicet pudicitie. Hiere. ij. Hodie multe virgines filie Babylonis: id est confusionis, quibus dicitur Esa. xlvij. Descende sede in puluere virgo filia Babylonis. non est solum ecque verba ponuntur ⁊ exponuntur. xxxij. q. v. si paulus. Hiero. Perijt ergo ⁊ mente virginitas. Iste virgines sunt male virgines carne ⁊ non spiritu. virgines stulte que oleum non habentes excluduntur a sponso. Si autem ⁊ ille que virgines sunt ob alias iniquas culpas virginitate corporum non saluantur: quid fiet illis que prostituerunt membra christi: ⁊ mutauerunt templum sancti spiritus in lupanar? xxxij. q. v. si paulus. Item de istis malis virginibus Cyprianus. Si incorrupta inuenta fuerit virgo ea parte qua mulier potest esse: poterit tamen ex alia parte corporis peccasse que corrumpi potest: ⁊ tamen inspici non potest. certe ipse concubitus. ipse complexus. ipsa confabulatio ⁊ osculatio ⁊ coniacentium duorum turpis ⁊ feda dormitio quantum dedecoris ⁊ criminis confi

Virginalis puritas plurimum labefacta est.

tetur? Si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero videat: nonne indignatur ⁊ fremit: ⁊ per zeli dolorem portat gladium in manu sua? ⁊ christus dominus ⁊ iudex noster quum virginem suam dicatam sibi ⁊ sanctitati sue destinatam iacere cum altero cernit: quantum indignatur ei ⁊ irascitur. xxvij. q. j. nec aliqua. Qui autem cum muliere sanctificata mechatus fuerit: deponendus est si est clericus. si laicus: excommunicandus. xxvij. q. j. siquis epi. Innocen. Si apls. j. ad Timo. v. illas que a proposito viduitatis discederent, dixit eas habere damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt quanto magis virgines que pactionis sue fidem minime seruarunt xxvij. q. j. hec vero. De his etiam malis virginibus deo sanctificatis ⁊ de pena earum quum corruunt ⁊ earum corruptoribus xxvij. q. j. impudicas. cum. ij. c. seq. c. siquis sacro. c. siqua virgo. c. diaconissam. c. quotquot. c. virgines c. siquis rapuerit. De prohibita familiaritate ⁊ periculosa monacharum. xviij. q. ij. diffinimus. c. in decima actione. Et clericorum. lxxxj. di. ad reatum epi.

Tractatus de septem donis spiritus sancti. Figure de septem donis. Cap. 84.

Expedito longe lateque tractatu fundamenti omnium statuum in ecclesia sancta dei ⁊ eorum quantum ad vitam ⁊ puritatem in hac lachrymabili tempore vniuersali ruina: quia scribitur. ij. Paralipo. vij. quod quum tempus compleisset Salomon fundens preces: descendit ignis de celo: ⁊ deuorauit holocausta ⁊ victimas. Ideo in fine istius operis quod christus Salomon pacificus rex. extra in prohem. decre. rex pacificus. gratia sua incepit ⁊ perfecte compleuit: ad matrem meam vniuersalem ecclesiam gemitibus ⁊ suspirijs genuflexus humiliter interpello: quod preces magis mentales quam vocales. de con. di. v. mediocriter. fundat ad sponsum suum. Eph. v. xxvij. q. j. nuptiarum. christum. quod sicut in ecclesia primitiua misit ignem. i. spiritumsanctum super eam cum septem suis donis. Act. ij. de cons. di. iiij. proprie. xxiij. q. iiij. ea vindicta. vt eam sibi sacrosanctum tabernaculum consecraret: eam mundans illuminans fortificans ⁊ in sua gratia igniens ⁊ confirmans: sic misertus eius quasi vidue bonis filijs. Luc. vij. de pe. di. j. importuna. in tanta eius vite ruina mittat iterum spiritussancti gratiam cum suis donis super eam ad eam mundandam ⁊ sibi sponsam legitimam consecrandam non habentem maculam neque rugam ad Ephe. v. xxxij. q. iij. recurrat. Et ideo in calce istius operis de. vij. donis spiritussancti de quibus Esa. xj. in prin. de quibus multi alij tractauerunt: sed de allegationibus iuris se non intromiserunt: cum iurium fundamento breuiter adnotabo. vt per eius gratiam in sancto suo statu antiquo ⁊ debito reformetur: ⁊ placeat sponso sacrificium sponse sicut a diebus antiquis. Malach. iij. i. di. purgabit. quod tempus ante aduentum bestie. Apoca. xj. ⁊ xiij. antichristi proculdubio est venturum. Et sicut sponsus eius christus de spiritusancto conceptus. Luc. j. ad mensuram spiritum sanctum non recepit. Joan. iij. sed super eum plenitudo descendit ⁊ mansit Joan. j. ⁊ requieuit cum donis suis. vt pre. c. Esa. xj. sic ⁊ ipsa sancta ecclesia sponsa sua secundum suam mensuram recipiat dona eius: ⁊ reno

Spiritussancti dona.

netur per eum. vt dicatur ps. xlv. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Effectus autem spiritussancti rectissime dona vocantur & septiformis gratia spiritussancti. Quum enim spiritussanctus bonitas. Sap. x. sit, se & sua liberalissime communicans: ideo sanctum & donum ab eo. Jac. j. j. q. ij. q̄z pia. Augu. Magna est dei misericordia. donum dat equale sibi. nam spiritussanctus donum est in quo dant liberalissime cetera dona. ideo spiritussancti rectissime dona vocantur. Nomine enim doni gratitudo vel liberalitas insinuatur. Donum enim iuxta verbuz sapientis est datio irreddibilis: que fit sine spe retributionis. Seneca in li. de beneficiis. Non est beneficiū quod in questum mittitur. Idem. Si deuz imitaris: da beneficia gratis. ad hec extra de dona. c. j. Et differentia est inter donum: quod est genus: & munus: qđ est species. ff. de verb. sig. inter donum. nota. de simo. & ss questiones. in gl. Aliud vocatur etiam septiformis gratia: Gratia autem dicitur q gratis. ad Tit. j. Ro. xj. datur. j. q. j. gratia. Hec septem dona. dicuntur septem stelle: in dextera christi. Apoc. j. & dicunt stelle: quia noctem presentis ignorantie illuminant. & in dextera christi: quia per eum omnia bona collata sunt. Jo. xvj. Quum venerit paracletus &c. Ephes. iiij. Dedit dona hominibus. Septem lucerne. Exo. xxvj. Facies septem lucernas: & pones eas super candelabrum. gl. septem lucerne sunt septem dona spiritussancti: que in christo semper manserūt: & fidelib⁹ scđm voluntatem eius distributa sunt. Septem lampades. Apoc. iiij. Zacha. iij. Septem crines. Sampsonis. Judi. xvj. Hec septem dona opponuntur septem malis huius mundi: que sunt stultitia, hebetudo, precipitatio, inanis timor, ignorantia, duritia, superbia. Contra malum superbie timor qui humiliat. Contra duritiam pietas. Contra timorem inanem fortitudo. Contra stultitiam scientia. Contra hebetudinem intellectus. Contra precipitationem consiliuz. Contra ignorantiam sapientia. Iste sunt septem columne que sustentant domum sanctaz ecclesie. Prouer. ix. Sapientia. s. christus edificauit sibi domum. s. ecclesiam. quum dixit. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Mat. xvj. xix. di. ita. Excidit in ea columnas septem dona spiritussancti. expellentes septem spiritus immundos. Luc. xj. & Mat. xij. Superbiam expellit timor: quia cor humiliat. Pietas inuidiam: quia bona communicat. Scientia iram: quia animam illuminat. Fortitudo acidiam: q tor porem expellit. Consilium auaritiam: quia dat pauperibus superflua. Intellectus gulam: qe eam tēperat. Sapientia luxuriā: quia gustato spiritu caro desipit. Et nota q a dono timoris sapiētia inchoatur. Eccle. j. & dono sapientie perficitur. donis vero mediis proficiendo ad consummationem sapientie appropinquatur. Et nota q donum sapientie & donuz intellectus pertinent ad contemplatiuam. Dono. n. intellectus contemplamur deum in creaturis. dono sapientie in se. Alia. v. dona pertinent ad actiuam.

Timor diuinus.

Primo igitur a timore domini incipiendum est. q initium sapientie timor domini. Eccl. j. Et psal. cx. Initium sapientie timor domini. Scđm Aug. super Joā. x. de mercenario. Timor est fuga mali ne pdat que diligit. Fuga timoris fuga est caute declinationis. Timor enim deuz timet timetur. Philosophus. Qui timet deum: omnia timent eum. qui vero deū non timet: omnia timet. Itez Aug. in lib. de ciui. dei. Timor est amor fugiens quod ei aduersatur. Timor est expectatio futuri mali. Et notandum q spiritussanctus per dona sua. i. per suos effectus edificat iustitiam: que constat ex septem beatitudinibus de quibus Mat. v. & ex septem virtutibus. tribus theologicis: scilicet fide, spe, & charitate & quatuor cardinalibus, prudentia, temperantia, fortitudine, & iustitia. & hoc per similitudinem quā habet cum igne in. vij.

Donorū spiritussancti cū igne comparatio.

Primo q ignis quod altum est, incinerat: & humiliat. sic spiritus timoris per humilitatem virtutem quam inducit cor elatum: humiliat & deprimit: & in fide solidat. & sic se omnibus subijcit recolens illud Eccle. j. Qui sine timore est non poterit iustificari. Secundo ignis consolidat. sic spiritus pietatis per virtutem mansuetudinis quam inducit ad omnem iniuriam sustinendam patientem efficit. vnde dicit glo. q spiritussanctus pietatis specie patiendo corroborat. Eccl. ij. Deprime cor tuum subaudi per timorem. Et sustine subaudi. per mansuetudinez. Tertio illuminat. sic spiritus scientie per beatitudinez & virtutem que est luctus. nam quum quis videt & proximorum miseriam & celestis regni luget absentiam. & sic attenditur charitas & dilatetur. ps. xlj. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte &c. Quarto semper ignis esurit: sic spiritus fortitudinis sinum habet iustitie: & esurit altiorem perfectionis gradū. Quinto ignis omnibus se communicat. sic donuz consilij omnibus se exponit per virtutem misericordie quā introducit: que se nulli in necessitate subtrahit. quia mīa deus est uictus. lxxxvj. di. non satis. Sexto purgat & mundat ignis. sic donum intellectus q intus legit is interiora mundat & parat virtutem munditie. Septimo ignis naturaliter sursum tendit. sic donum sapientie per virtutem pacis quam introducit sursum ad meditandum celestia rapit. Sapientia. n. consistit in contēplatione diuinorū & supernorū. ideo roboratur per hoc donum iustitia: que pacem pectoris seruat & mētis quietem. Et nota q omnia dona & virtutes ad hoc tendunt: vt tranquillam reddant conscientiam. solus timor nititur vt eam semper sollicitam faciat & suspectam. Bern. Timore anima cōcutitur. conscientia discutitur. letalis sopor extinguitur. solicitudo incitat amor domini custoditur. Qui habet hanc gratiam: omnem odit iniquitatez. Sine hac gratia preuia gratiarū nullū bonū pullulare vel manere potest. Omne virtutum edificium ilico vertitur in precipitiū: si huius gratie amiserit presidiū. Ad cōmendationem diuini timoris multa faciunt.

Diuini timoris cōmendatio.

Primo scriptura sacra. Deut. vj. Deuz time. Josue. x. Timete dnm. ps. xxxiij. Timete dnz oēs sancti e⁹. Luc. xij. idē Mat. x. Timete eum qui postq̄z occiderit habet potestatem mittere in gehennā vbi Amb. Mors enim nature finis non pene est. & ideo mortem supplicij corporalis esse defectum: penam vero ale esse perpetuam. deumq; solum metuendum cui⁹ potestati non natura prescribat: sed eadem natura subiaceat. concludit dicens. Ita dico vobis hunc timete &c. Secūdo promissiones. Tobie. iiij. Habebis multa bona si timueris deum. Eccle. j. Timenti deū bene erit in extremis. & in die defunctionis sue benedicetur Tertio beatificatio Prouer. xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus. Ecclesi. xxv. Beatus homo cui datum est habere timorē dni. Quarto excellentia quaz tribuit ei scriptura inter oēs gratias. Eccle. xxv. Timor dni super oia se superposuit. Bernar. sup Can. In veritate didici nil eque efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperan-

dam:

dam: ꝙ si oi tpe corã deo inueniaris non altũ sa
pere:sed timere. Time ergo quũ arriserit gratia. Ti
me quum abierit. Time quum denuo reuertetur. ⁊
hoc est semper pauidũ esse. Quũ adest time:ne nõ
digne opereris ex ea. Si recesserit: multo magis timẽ
dum. q: reliquit te custodia tua. vbi enim deficit tibi
gratia: deficis tu. dicente datore gratie Joã. xv. Sine
me nihil potestis facere. Jam si grana repropitiata
redierit: multo amplius tunc timendum ne forte cõ
tingat recidiuum pati quod vnq; deterius est. Luc.
vj. de pe. di. iiij. refugientes. Quinto q: timor valde
placet deo. ps. xxxij. Ecce oculi dñi super metuentes
eum. Eccl. xxxiiij. Oculi dñi ad timentes eum. Sex
to. q: expellit peccatum: ⁊ multa bona alia operatur.
Eccl. j. Timor dñi expellit peccatum. Greg. Praua
mens si non primo per timorem auertitur ab assue
tis vitijs: non emendatur. Hiero. Timor virtutũ cu
stos est. q: ianitor cordis. Securitas ad lapsum faci
lis. q: qui timet deum: nihil negligit. Eccl. vij. Ber.
Timor dñi omnium virtutum plenitudinem opera
tur: dum per iustitiam defert maiori. per prudentiã
non credit se sibi. per temperantiã refugit aliena di
scutere. per fortitudinem se totũ obedientie subdit
non discernende sed adimplende. Hunc timorem se
quitur spiritus. Item mittit initium sapientie. Pro
uer. j. Bern. Timor dñi est initium sapientie: q: tunc
primo deus anime sapit: quum eam ad timendum
afficit: non ad sciendum instruit. Nihil melius ꝙ ti
mor dei Eccl. xxiij. in fi. Qui timet deum: conuertit
ad cor suum. Eccl. xxj. Gregor. Anchora mentis est
pondus timoris. hominem fortem ad obediendũ
⁊ promptum reddit. Idem. Timere deum, est nulla
que facienda sunt preterire. Eccl. ij. Qui timent deũ
custodiunt mandata eius. Septimo vanam mundi
delectationem cohibet: ⁊ friuolam atq; insipidam
reddit. dicens illud Apo. xiiij. Timete dñm: ⁊ date il
li honorem. Octauo sentit deum. ps. xxx. Quã ma
gna multitudo dulcedinis tue dñe: quam abscondi
sti timentibus te. Sunt tres cause timoris. In con
spectu multorũ peccata latentia. ps. xviij. Delicta qs
intelligit: Diuini iudicij incertitudo. q: quedam iu
dicantur ab hominibus bona: ⁊ a deo mala. Greg.
Plerunq; sordet in conspectu interni iudicis: quod
in intentione fulget operantis. Finalis vite incerti
tudo. quia qui modo est iustus: nescit an perseuera
bit. Eccl. ix. Sunt iusti atq; sapientes: ⁊ opera eorũ
in manu dei: ⁊ tamen nescit homo vtrum amore an
odio dignus sit. sed omnia seruantur in futurum in
certa. extra de pur. c. accepimus. ibi. ⁊ si simplex. Et
Job. ix. ⁊c. Ideo semper ⁊ vbiq; timendũ est. quia
de quolibet statu damnantur aliqui. Mat. xxiiij. ⁊
Luce. xvij. Duo erunt in agro ⁊c. ⁊ i. Vnus assume
tur: alter relinquetur. Remigius. Tres ordines ec
clesie demonstrantur. Per duos in agro, ordo pre
dicatorũ: quibus commissus est ager ecclesie. Per
duos in mola, ordo coniugatorũ: qui dum per diuer
sas curas nunc ad hec nunc ad illa flectuntur: quasi
molam in circuitu trahunt. Per duos in lecto, ordo
continentium: quorũ requies nomine lecti designa
tur. In his autem ordinibus sunt boni ⁊ mali. iusti
⁊ iniusti. ⁊ ideo ex eis quidam relinquuntur. ⁊ qui
dam assumuntur. Ideo sancti viri semper ⁊ vbiq; ti
ment: ⁊ timore repletis non est quo se ingerat super
bia. nec solum timent in malis: sed etiam in bonis.
Job. ix. Verebar omnia opera mea. gl. etiam bona.
Greg. Piarum mentium est ibi culpam timere: vbi
culpa non est. v. di. ad eius. extra de obser. ie. c. ij. Gre
gori⁹. Si placere veraciter cupimus postꝙ peruersa
subegimus: ipsa etiã in nobis bene gesta timeam⁹.
Idem. Iusti quod agunt metuunt: dum caute con
siderant ante quantum iudicem stabunt. De timo
re plene habetur Eccle. j. ⁊ ij. ibi vide. Species ti- Timor septuplex.
moris sunt septem. Primus naturalis. quo quis ti
met naturaliter nociuum nature. Hic timor nec est
meritorius nec demeritorius: sed indifferens. q: nõ
subest libero arbitrio. Hoc timore timuit christ⁹ mor
tem naturaliter. Mar. xiiij. Mat. xxvj. Cepit iesus
pauere ⁊c. vbi Theophilus. Qui enim totũ assum
pserat hominẽ: assumpsit ⁊ naturales hominis pro
prietates. pauere ⁊ tedere ⁊ contristari naturale est.
nam homines naturaliter inuiti tendunt ad mortẽ.
vide quod no. xj. q. iij. non solũ. in gl. non remouet.
quam aliqui libri non habent. Item ibi. Tristis est
anima mea vsq; ad mortem. Beda. Quasi deus in
corpore constitutus fragilitatem carnis exponit vt
eorum qui sacramentum incarnationis obiurgant,
excluderetur impietas. Nã qui corpus suscepit: om
nia debuit suscipere que corporis sunt: vt esuriret.
Mat. iiij. Luc. iiij. sitiret. Jo. iiij. ⁊ xviij. angeretur.
contristaretur. Diuinitas enim per hos. nescit com
mutari affectus. Secundus humanus quum. s. ali
quis plus debito timet corpori suo. hoc prohibetur.
Mat. x. Nolite timere eos ⁊c. xj. q. iij. nolite. Hoc p
uenit ex nimio amore presentis vite. Tertius mun
danus. quum quis timet de rebus mundanis per
dendis nimis ⁊ iste multũ cruciatur. Aug. Diuitie
plus cruciant adepte timore amissionis: ꝙ concupi
te ardore adeptionis. Isto timore iudei christum oc
ciderunt. Jo. xj. Quartus seruilis iste nõ est in cha
ritate. j. Jo. iiij. xxiij. q. vj. §. ex his. quia vt dicit Aug.
hoc timore continet homo a peccato solum propter
gehennam. vnde Augu. Inaniter putat victorem se
esse peccati: qui timore non peccat. quia si non imple
tur foris negociũ male cupiditatis: ipsa tñ mala cu
piditas intus est hostis: ⁊ ideo non facit quod non
licet fieri: quia non potest impune fieri: ⁊ vellet non
esse iustitiam puniẽtẽ: ⁊ eam si posset auferret. Ini
micus igitur iustitie est qui timore pene non peccat.
Amicus autem erit si eius amore non peccet. In ta
li viuit peccandi voluntas: ⁊ sequeretur opus: si se
queretur impunitas. Peccare non vult charitas: et
si sequatur impunitas. Iste timor non tantum pene
eterne: sed pene temporalis metu retrahit a pecca
tis. vt patet in multis secularib⁹ ⁊ religiosis. ad hec
di. iiij. facte sunt. xxiij. q. v. non frustra. in prohemi. de
cre. rex pacificus. Iste tamen timor seruilis charita
tem introducit vt seta introducit filum fm Augus.
Nam crescit charitas fm eum: ⁊ minuitur timor: ⁊
econuerso. De hoc legitur ⁊ no. de pe. di. ij. sicut seta.
sub. §. j. hinc August. ait. Quintus initialis. qui est
quum perfecta charitate qui hunc habet, partim ti
met puniri: partim a deo separari. Hunc perfecta cha
ritas foras mittit. j. Jo. iiij. Sextus timor filialis.
qui est cum perfecta charitate, in seculum seculi. fm
ps. xviij. Timor dñi sanctus permanet in seculũ se
culi. Hic cauet offendere celestem patrem: non tñ ti
more mali, sed reuerentiali amore: sicut bonus fili⁹.
de hoc no. in pre. c. sicut seta. ⁊ habetur. xxiij. q. vj. §.
ex his. Septimus timor reuerentialis. qui de legiti
mo amore ad patrem procedit. Isto timore fili⁹ in
dulgentissimum patrem solicito reueret affectu. dũ
eius non verba neque vitia: sed vel tenuem amoris

formidat offensam. Cuius timoris magnificentiam
propheta eleganter. Esa. xxxiii. expressit dicens. Ti-
mor ipse est thesaurus eius. ⁊ ps. xxxiii. Timete dñm
oẽs sancti eius. Qui enim hoc timore dñm metuũt
perfectioni eius certum est nihil deesse. Hoc timore
fuit repletus ille homo dñicus. Esa. xi. ꝭm Cheremo
nem in collatione de perfectione in lib. colla. Jo. cas
sia. Et notãdum ꝙ quum timor sit fuga mali: malũ
vero diuidatur in malum culpe ⁊ pene. extra de iure
iu. etsi christus. ĩ. xii. timor filialis ⁊ reuerentialis fu-
git malum culpe scilicet dei offensam. alie species ti-
moris fugiunt malum pene. Potest etiam timor
describi sic. Timor est spiritualis rei prepotentis vel
excellentis. Et notandũ ꝙ in omni periculo immi-
nente ille tantum timendus est qui habet omnia in
sua potestate. Gregor. Quicquid est quod exterius
seuit: per hoc ille timendus est qui hoc interius di-
sponit. ps. xxxiii. Timete dñm oẽs sancti ei⁹ ⁊c. Aug.
Si creature seuiunt: deum time non illas. quia om-
nia sub ipso sunt. glos. Cupiditatem nocendi ꝑ te ha
bes: potestatem nisi ipse dederit non habes. Scđm
Climacum. Timor est premeditatum periculum cõ
tremiscens, sensus cordis de incertis euentibus fran
gens, consternans, ⁊ tristans. Timor est securitatis
⁊ certitudinis priuatio. Qui fact⁹ est seruus dñi: pro-
pter dñm solũ ipsum timebit. qui vero hunc nondũ
timet suam vmbram nũ toties pertimescit.

Multe sunt timoris cause. Sunt autem multe cause timoris. Prima, zelus
diuine iustitie contra peccata propter que christum
oportuit crucifigi. Ro. viii. Proprio filio suo nõ pe
percit. Secũda, acerbitas passionis christi. Luc. xxiii.
Si in viridi ligno ⁊c. Ber. Filius dei iubetur occidi:
vt vulneribus nostris preciosa sanguinis illius bal
sama medeant. Agnosce o hõ ꝙ̃ grauia sunt multa
vulnera pro quibus necesse fuit christum dñz vulne
rari. Si non essent hec ad mortẽ: ⁊ ad mortem vtiq̃
sempiternam: nunꝙ̃ propterea dei filius moreretur.
Tertia, pondus diuini examinis. Job. xxxi. Pon-
dus eius ferre non potui. Idem xxiii. Considerans
illum timore solicitor. Esa. xv. Scđm magnitudinẽ
operis ⁊ visitatio eoꝝ. Quarta, consideratio pene lu
ciferi ⁊ complicum. ii. Petr. ii. Rudentibus inferni
detractatos in tartarum tradidit cruciandos in iu-
dicium reseruari. Rudentes sunt funes quibus nau
te vela suspendunt: vt flante aura portus tranquilli
tatem relinquant: seq̃ ambiguis fluctibus credant.
quibus immundoꝝ spirituum conamina comparã
tur. qui mox vt flante superbia se contra deum erexe
runt: ipsis ⁊ elationis sue conatibus in abyssi pro-
fundum rapti sunt. Pene etiam Ade ⁊ alioꝝ qui in
diluuio perierunt. Gene. vii. extra de sacra vnc. c. vnĩ
co. §. pen. Quinta penetrabilitas diuini iudicii. He-
bre. iiii. Omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius. Om
nia videt oculus illius. Eccl. xxiii. xviii. q. ii. pernicio
sam. Sexta, facilitas cadendi. i. ad Corin. x. Qui stat
videat ne cadat. Septima, hostium inuisibilium ⁊
innumerabiliũ persecutio. ps. xxxix. Multiplicati
sunt super capillos capitis ⁊c. Octaua extremi iudi
cii consideratio. ii. ad Cor. v. Roma. xiiii. Oẽs nos
adstare oportet ante tribunal christi. ex de peni. ⁊ re.
cum ex eo. vbi Gualfredus. Quid oĩ spiritui rõnali
tam acerbũ ꝙ̃ terribilis illa expectatio iudicii? Pũ

Penarũ inferni cõsideratio. git quidem mortis memoria: sed multo magis con
punger his verbis. Nona, consideratio penarum
inferni. Et primo acerbitas. Nam acerbissime pene
huius vite minores sunt pena purgatorii: secundum
Aug. de pe. di. vii. nullus. Decima, aduersitas. ps. x.
Ignis, sulphur ⁊c. Frigus, stridor dentium. Mat.
viii. xiii. xxii. ⁊ xxv. Luc. xiii. Fames. Deutero. xxxii.
Consumentur fame. ps. lviii. Et famẽ patient vt ca
nes. ⁊ Job. xviii. Attenuetur fame robur ei⁹. Sitis.
Job. xviii. Exardescet contra eum sitis. Fetor. Esa.
xxxiiii. De cadaueribus eoꝝ ascendet fetor. Tortio-
nes ⁊ dolores. Apoc. xvi. Manducabunt linguas
suas pre dolore. Esa. xiii. Tortiones ⁊ dolores tene
bunt eos. Aug. Nec qui torquet fatigatur: nec q̃ tor
quetur moritur. Greg. Ibi mors sine morte. finis si-
ne fine. defectus sine defectu. q: mors semper ibi vi-
uit. ⁊ finis semper incipit: ⁊ defectus deficere nescit.
Apocal. ix. Querent homines mortem: ⁊ non inue-
nient. Augus. Nihil autem peius in morte: ꝙ̃ esse in
morte sine morte. Horror carceris illius obscurissimi
⁊ fetidissimi ardentissimi, ⁊ demonum horribiliter
apparentium Ber. Quis tibi pauor O anima: quũ
relictis omnibus, quorum hic tam grata fuit presen
tia: in regionem prorsus ignotã ingredieris? tot ibi
terribilium demoniorum agmina occurrentia vide
bis. Ibi erit tunc metus ⁊ pena simul secũdũ Aug.
Diuturnitas. Job. xx. Luet q̃ fecit omnia nec tamẽ
consumetur. Ite maledicti in ignem eternuz. Mat.
xxv. vnde Gualfredus. Misera habitatio vbi dolor
acerrimus: ignis deuorans: ⁊ nullus terminus in ar
doribus sempiternis. ⁊ glos. super pre. loco. Job. Ut
sine fine crucietur: viuere sine fine cõpellitur. de pe.
di. i. voluissent. Pene ⁊ doloris vniuersalitas. Gre-
go. Tanta erit ibi vis doloris: ꝙ mens ad aliud diri
gi non poterit: nisi ad quod vis doloris: impellit.
Penitentia sine fructu. Sap. v. Penitentiam agen
tes: ⁊ pre angustia spiritus gementes. Plus hic vna
lachryma operatur: ꝙ̃ ibi totum mare plenũ lachri
mis. Aug. de fide ad petrum. In inferno etsi erit cu-
mulus penitudinis: nulla erit ibi correctio volunta
tis. Amissio glorie que est maior pena quã gehenna
ꝭm Chrys. ⁊ Aug. De hoc timore Ber. Contremi-
sco a dentibus bestie. s. diaboli. Apo. xix. Apprehensa
est bestia. ps. lxxiii. Ne tradas bestiis ⁊c. infernalis.
A ventre inferi inferiori. ps. lxxxv. Ex inferno infe-
riori. A rugientibus. s. demonibus. Eccl. li. prepara-
tis ad escam. Horreo vermẽ rodentem. s. conscientiã.
Esa. vlt. Mar. ix. Ignem torrentez ⁊ deuorantem.
Esa. xxxiii. Mat. xxv. Fumum ⁊ vapores. Josue. ii.
Sulphur ⁊ spiritum procellarum. ps. cxlviii. Hor-
res tenebras exteriores. Mat. xxii. Frater Egidius
socius beati Francisci laicus dixit. Timor dñi san-
ctus omnem timorem malum expellit: ⁊ custodit il-
la bona que non possunt lingua exprimi nec cogita
ri. quem habere, quia magnum est donum, non om-
nibus datum est. Qui non timet ostendit se non ha
bere quod perdat. Timor dñi regit ⁊ gubernat ho-
minem: ⁊ facit eum venire in gratiam dei. quam si
homo habet: timor dei conseruat eam: ⁊ si nõ habet:
facit ad eam peruenire. Omnes creature que ceci de
runt: nũꝙ̃ cecidissent: si hoc donum habuissent. Hoc
sanctum donum nõ est nisi sanctorum ⁊ sanctarum.
Et quanto quis magis est gratiosus: tãto magis est
timoratus. Multum timere debet homo a superbia
sua ne precipitet eum sicut luciferuz. A teipso caueas.
Non potest homo esse securus: dũ est inter inimicos.
inimicus noster caro est ⁊ ipsa semper cum demoni-
bus aduersaria est anime nostre. Maiorem ergo ti-
morez debet homo habere ne malitia sua vincat eũ:
ꝙ̃ de aliqua re mundi. Impossibile est ꝙ aliq̃s possit